# DIVI DIONYSII CARTHVSIANI

In

# SENTENTIARVM LIBRVM III.

Commentarij Locupletissimi.

IN QVIBVS DE HOMINIS REDEMPTIONE per Christi incarnationem, eiusdemque iustificatione per gratiarum ipsius dona, cōpiosissimè & christianissimè disseritur.

*Post omnes editiones accuratissimè recogniti.*



Venetijs, sub Bonis Angeli Raphaelis.
M D [illegible] III.

DIVI

# DIONYSII CARTHVSIANI

In

## SENTENTIARVM LIBRVM III.

Commentarij Locupletiſsimi.

IN QVIBVS DE HOMINIS REDEMPTIONE per Chriſtũ incarnationem, eiuſdemque iuſtificatione per gratiarum ipſius dona, copioſiſſimè & chriſtianiſſimè diſſeritur.

*Poſt omnes editiones accuratiſsimè recogniti.*

Venetijs, ſub ſigno Angeli Raphaelis.
M D [illegible] XIIII.

# EPHESIORVM PRIMO.

Deus,& pater domini noſtri Ieſu Chriſti gratificauit nos in dilecto filio ſuo, in quo habemus redemptionem per ſanguinem eius: remiſſionem peccatorum ſecundum diuitias gratię eius,quæ ſuperabundauit in nobis in omni ſapientia, & prudentia, vt notum faceret nobis ſacramentum voluntatis ſuę, ſecundum beneplacitum eius, quod propoſuit in eo, in dispenſationem plenitudinis temporum inſtaurare omnia in Chriſto, quæ in cęlis,& quę in terris ſunt in ipſo.

Se vende de Orden del Conſejo
R.x D.x Villaviciosa

# *Diſtinctionum omnium Libri Tertij Sententiarum, index ſeu argumentum.*

Tertius Sẽtentiarũ liber: ẽ quo magiſter agit ẽ deo inquantũ relucet eius ſapiẽtia ĩ opere, reparatione lapſi hominis. Et diuiditur in duas partes principales

- In prima agitur ẽ ſolo capite eccleſiæ Chriſto. ſ re paratore quoad
  - Miſteriũ incarnationis eiuſdem
    - De naturæ humanæ aſſumptione
      - Quãtum ad idiomatũ cõicationem p propoſitiones
        - Vnionem exprimentes
          - Verita tẽ pandit de
            - Inſe
              - Natura aſſumente, diſt. 1.
              - Aſſumptionis modo & ordine, diſt. 2.
              - Conditione naturæ aſſumptę, diſt. 3.
              - Aſſumptionis cauſa efficiente, diſt. 4.
            - Dubia ſoluit, diſt. 5.
          - Opiniones recitat diſtin. 6.
          - Ad propoſitum applicat, diſt. 7.
        - Cõſequẽtia vnionẽ cõcernẽtes de conueniẽtibus
          - Naturę
            - Diuinę, ratione naturę aſſumptæ diſt. 8.
            - Humanę, ratione perſonæ aſſumentis diſt. 9.
          - Perſonæ
            - Sonantes indignitatem, diſtin. 10.
            - Sonãtes in defectum
              - Quantum ad idioma, quod eſt creatura, diſt. 11.
              - Quantum ad conſequentia creaturam, diſt. 12.
    - De collataſibi perfectioe
      - In ſe quantum ad perfectionis plenitudinem, diſt. 13.
      - Comparatiuè, quantum ad perfectiones diuinas, diſt. 14.
  - Miſteriũ paſsiõis quãtum ad eius
    - Initium & progreſſum
      - Veritatẽ determinat
        - In ſe, quo ad eius
          - Poſsibilitatem, diſt. 15.
          - Neceſsitatem, diſt. 16.
          - Meriti principium, quod eſt voluntas diſt. 17.
        - Quantum ad eius effectum de paſsionis merito quantum ad
          - Chriſtum, diſt. 18.
          - Nos, diſt. 19. & 20.
    - Terminũ de
      - Animæ, corporis & deitatis ſeparatione, diſt. 21.
      - Separatorum conſequente denominatione, diſt. 22.
- In ſcḋa de Chriſto capite ſimul & membris eius .ſ. quãtũ ad perfectiones eorundẽ in
  - Habitibus
    - Virtutum
      - Theologicalium
        - Fidei
          - Secundum ſe, quantum ad eius ſubſtantiam, diſt. 23.
          - In ordine ad
            - Obiectum, diſt. 24.
            - Subiectum, diſt. 25.
        - Spei, diſt. 26.
        - Charitatis
          - Secundum ſe & eius pręcepta, diſt. 27.
          - Obiectio, diſt. 28.
          - Ordine, diſt. 29.
          - Merito comparatiuè. diſt. 30.
          - Creatæ permanentia, diſt. 31.
          - Increatæ ſufficientia, diſt. 32.
      - Cardinalium, diſt. 33.
    - Donorum
      - In genere, & de dono timoris in ſpecie, diſt. 34.
      - In ſpecie, de eorundem
        - Diſtinctione, diſt. 35.
        - Connexione, diſt. 36.
  - Actibus pceptorũ reſpicientiũ.
    - Executionẽ operis
      - Quo ad octo prima pręcepta generaliter veritatem oſtendit, diſt. 37.
      - Quo ad octauum pręceptum ſpecialiter dubia abſoluit circa
        - Mendaciũ, diſt. 38.
        - Periurium, diſt. 39.
    - Concupiſcentiam cordis, diſt. 40.

# Locatio in Tertium Sententiarum.

*Tertius Sententiarum Liber, est de incarnatione verbi, ac reparatione humani generis, atq; de virtutibus, habens distinctiones quadraginta.*

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Distinc. 1 | 2 | 3 | 4 | 5 |
| ſ. filius tẽpore plenitudinis humanã naturã, nõ pr̃, nõ ſpũſſanctus. | ſ. humanitatem aſſumpſit. carnem, & animã, ſ. Deus. | ſ. purgata in ſua conceptione. | ſ. Chriſtus de ſpiritu ſancto. | ſ. humanã aſſumpſit Deus, non perſonam. |
| *Aſſumpſit* | *totam* | *in matre* | *conceptus* | *naturam.* |
| 6 | 7 | 8 | 9 | 10 |
| ſ. Deus eſt hõ, quod per hominem intelligitur. | ſ. ſcdm triplicem opinionem illa propoſitio Deus factus eſt hõ. | ſ. Chr̃m, ſ. de patre, & mr̃e, ſcdm duas nãs. | ſ. adoranda eſt caro Chriſti non nuda. | ſ. reduplicatio verificat ꝓpoſitiones aliquas. |
| *Factus* | *Exponitur* | *bisnatum* | *latria* | *plicat.* |
| 11 | 12 | 13 | 14 | 15 |
| ſ. non dicitur Chriſtus ſimpliciter. | i. non potuit peccare Chriſtus. | gratia, & ſapientia, vt caput. | ſ. omnium habitualis fuit in Chriſto. | i. defectus pœnales aĩę & corporis accepit Chr̃s, put̃ pueniẽs fuit. |
| *Creatus* | *nec peccat* | *plenus* | *ſcientia* | *pœnali.* |
| 16 | 17 | 18 | 19 | 20 |
| ſ. fuit Chr̃s, & paſſibilis in corpore, & aĩa. | ſ. non pro ſe, ſed pro ſua ſenſualitate. | ſ. ſibiipſi, & nobis, aliter, & aliter. | ſ. alligauit Chr̃s vinculis paſſionis ſuę. | ſ. nos liberãdo nõ potentia, ſed iuſtitia. |
| *Mortalis* | *orauit* | *merendo* | *ſathanam* | *vicit.* |
| 21 | 22 | 23 | 24 | 25 |
| ſ. Chr̃m fuiſſe ꝑ ſeparationẽ aĩæ a carne conſitemur, nõ ꝑ ſeparationẽ deitatis ab anima. | ſ. hoĩem in ſepulchro tenet Magiſter. | ſ. homo fidę formata, & quid ſit. | ſ. eſt exauditu, de nõ viſus oculo exteriori. | ſ. eadem eſt fides, & noſtra. |
| *Moriturum* | *Chriſtum* | *credidit* | *fides* | *antiquorum.* |
| 26 | 27 | 28 | 29 | 30 |
| ſ. eſt de bonis ęternis futuris non viſis. | ſ. dilectio Dei, & proximi, quæ eſt eadem, | ſ. homines ſicut ſeipſum. | ſ. vt primo diligatur Deus. | ſ. diligere, & amicos ſimul eſt maioris meriti q̃ amicos tantum. |
| *Spes* | *amat* | *proximos* | *ordineque* | *inimicos.* |
| 31 | 32 | 33 | 34 | 35 |
| ſ. dilectio ꝑfecta ĩ viatore: ſed incipiens poteſt amitti. | ſ. eſt Dei ad omnes creaturas. | ſ. virtutes quatuor fuerunt in Chriſto, & manent in patria. | ſ. ſunt ſeptem ſpiritus ſancti. | ſ. ſunt dona ſapĩa, & ſcientia, & intellectus. |
| *Manet* | *dilectio* | *Cardinales* | *dona* | *diſtincta.* |
| 36 | 37 | 38 | 39 | 40 |
| ſ. oẽs gratuitas cõnexas h; ſimul, q̃ vnã habet. | ſ. Deus decẽ mandata. | ſ. vtię triplici mẽdatio. | ſ. ſit tripliciter. | ſ. malus contra duo vltima pręcepta. |
| *Virtutes* | *præcipit* | *mendax* | *periurium* | *cupit.* |

# EPITOMAE SINGVLARVM DISTINCTIONVM LIBRI TERTII SENTENTIARVM,

CVM VERSIBVS MEMORALIBVS clariſſimi viri Arnoldi Veſalienſis, theologiæ & trium linguarum peritiſſimi, canonici quondam metropolitanę eccleſiæ Colonienſis: paucis, quos ille morte præuentus non abſoluerat, à ſtudioſo quodam adiectis.

*Liber Sententiarum Tertius complectitur. Diſtinctiones XL.*

## DISTINCTIONIS PRIMAE QVAE incipit, Cum uenit igitur plenitudo. temporis, &c. epitome.

SEcundum apoſtolicam auctoritatẽ, Deus miſit filium ſuum in temporis plenitudine, quod eſt tempus gratiæ, & ueritatis, in quo per charitatẽ legis fiat impletio, & uerificetur patribus de ſaluatore facta promiſſio. Eſt.n. hæc miſſio filij incarnatio. Quæ quidẽ filio magis, q̃ alijs perſonis congruebat, ut ſic quemadmodum in ſapientia patris omnia condita ſunt, ſic & per eandem omnia reſtaurarentur: & ille qui eſt à ſolo patre primo mitteretur ſi cę; is qui in deitate filius, erat, fieret, & filius hominis. Per qđ tamen non abnuitur, quin, & pater, & ſpiritus ſanctus incarnari potuerint, ac poſſint. Qui, & cum filio aſſumptionem carnis fecerunt. ſed ea ad ſolũ filium terminata eſt, qui ſolus homo factus eſt.

*Impleto tandem decreti tempore, miſſus*
*Egremio patris filius ipſe fui eſt.*

## DISTINCT. II. QVAE INCIPIT, Et quia in homine, epit.

¶Naturam humanã filius Dei totam aſſumpſit, ut ſic eam totam curaret, quæ proroparentis peccato tota corrupta fuit. Totam inquã, cõtra quorundam hæreſes. i. corpus, & animam cũ proprietatibus eorundem. Quod enim eſt inaſſumptibile, eſt incurabile. Attamen carnem mediante anima aſſumi cõgruebat ob diuinæ ſimplicitatis ſubtilitatem, quo non debet intelligi ordine temporis, ſed naturæ. Tametſi autem inueſtigabilis ſit, & inexplicabilis unio naturæ humanæ ad uerbũ error tamen deteſtandus eſt eorum. qui dicebant nõ veram Dei filium carnem aſſumpſiſſe, & ſimulatione quadam oſtendiſſe, ignauiter ſuſpicantes alioquin à carne humana diuinitatem inquinari, cum nec ſolis corporalis radii à ſordibus, quas contingunt, maculantur.

*Totum ut curares hominem Deus optimè, totum.*
*Crederis à nobis aſſociaſſe tibi.*

## DISTINCT. III. QVAE INCIPIT, Quæritur ẽt de carne verbi &c. epit.

¶Iuxta ſanctorum atteſtationis conuenientiã, carꝰ Chriſti in uirgine peccato vt reliqua uirginis caro obnoxia fuiſſe dr̃. Operatione uerò ſpũſſancti omnino mundata, anteq̃ ab eo aſſumeret: patiendi tñ poſſibilitate, non neceſſitate, ſed libera ipſius uoluntate, inexiſtente. Nam & ipſam uirginem, ſpũſſanctus prẽueniens, à peccato ſic purgauit, ꝙ & à formite peccati, aũt ipſum totaliter auferendo, quod magis vr̃. aut ipſum ſic attenuando ut nullius poſtea peccati occaſio ſibi eſſet, eã liberauit. Inſuper &, vt euangelica docet lectio, porẽ tiam generandi abſque viri ſemine ſibi contulit. Quamuis autem Chriſtus ſecundum corpulentam ſubſtantiam in lumbis Abraæ ſicut, & Leui, fuerit: tñ nõ in eo decimatus eſt, ut ille, qa nõ vt ille ſecũdũ ſeminalẽ ronẽ ab eo deſcendit, neque ſecundum legem communem, ſed ſupra naturæ uires, & ſine peccato. Vnde, & primitiua noſtræ maſſæ aſſumpſiſſe dr̃. Hinc, & caro eius ſimilis fuit carni nr̃æ nõ in culpa, ſed pœnalitate. Quæ ẽt mox in ꝯceptionis ſuæ initio mẽbrorũ debita diſtinctione formata eſt ſimul, & aĩata, atq. aſſumpta quãuis ꝑ ſucceſſum tẽporis ſumpſerit corporis ĩcremẽtũ

*In lumbis Abræ quanquam piè Chriſte fuiſti,*
*Vt Leui tamen es non decimatus ibi.*

## DISTINCT. IIII. QVAE INCIPIT Cum uerũ incarnatio verbi &c. epito.

¶Tametſi incarnatio opus ſit trinitatis, in ſcripturis tñ ſpũſancto attribuit̃, ꝑ eo, ꝙ ſpũſſanctus patris, & filii charitas eſt, & donũ, & ex ineffabili Dei charitate uerbũ caro factũ eſt. ficq; ꝑ hoc ab ĩcarnationis opere pater, & filius nõ excludunt̃. Neq; tñ ob id Chr̃s filius eſt ſpũſancti. Nõ cm̃ de eo ſicut de pr̃egenit⁹ eſt. Virginis aũt filius rectè dr̃ eo ꝙ de ipſa genitus eſt ut matre. Neq; uerò q̃q̃d ex alio naſcit̃, fili⁹ eſt, ut patet de pilis hoĩs, & baptiſmate renatis reſpectu aq̃. Dr̃ aũt Chr̃s incarnatus ſpũſctõ, eo ꝙ ĩcarnatio ipſa nõ ꝓmerita, ex Deo dono eſt, uirtute vc3 ſpũſcti effecta. Hinc nec ſpũſſãctus quaſi ſeminalis materia ipſius accipi põt. Et ſi ẽt de virgine Chr̃s natus ſit factus tamẽ per Apoſtolum dr̃ ex muliere, & ex ſemine Dauid puta per uirginẽ q̃ de Dauid ſemine fuit. Et hoc dr̃ ad ſignificandam eius ſingularem conceptionem. quæ ope re pirituſſancti facta eſt quod aliis non competit.

*Diuini flatus fuit incarnatio donum,*
*Quamuis non deerant filius, atq; pater.*

### DISTINCT. V. QVAE INCIPIT.
Præterea inquiri &c. epit.

¶In incarnationis mysterio nec persona assum pſit pſonã, nec natura personam, sed persona diuina naturam scilicet humanam. An aũt diuina natura humanã naturã assumpserit, uidetur esse in auctoribus contrarietas. Cõcilium namq; Toletanum dicit. q̃ solus filius carnẽ, seu naturam assum pſit humanã. Auctoritates aũt quædã aliæ dicere uidẽt, naturam diuinam assumpſisse naturam humanam: tenendum tamen est, personam diuinam naturam assumpſisse humanam. Vnde illę auctoritates capiendę sunt, q̃ diuina natura humanæ naturæ in persona filij sit unita. & secundum hũc intellectũ diuina natura dicatur incarnata scilicet in filij persona. Vnde, & cum dicitur solum filium carnem assumpſisse, natura quidem non excluditur, sed incarnationem ad pſonam aut patris, aut spiritus sancti terminatam nõ esse, designatur. Nec tñ p hoc dici debet diuina natura caro facta, ne conuersio naturæ in naturam significari putetur. Neq; ẽt natura diuina homo facta uel esse dr̃, quia nõ sic in unitatẽ, & singularitatẽ sui ut pſona uerbi, humanam assumpſit naturã. manet em̃ singularitate pſonæ naturarũ distincta proprietas. Porrò pſonã hois verbum nõ assumpſit, sed assumendo sibi naturam uniuit, & uniẽdo assumpſit. ſicq; persona litatem ꝓuenit. Quod uero Augustinus dicit verbũ assumpſisse hominem, intelligitur per homi nẽ non persona, sed natura. Quod etiã Magister dicit animã separatam esse personã, non tenetur.

*Ne credas aliam, quòd ſumat hypoſtaſis vna,*
*Etſi naturas contin et una duas.*

### DISTINCT. VI. QVAE INCIPIT
Ex præmisſis autem epitome.

¶Prouidè loq̃dũ est in expresione eorum, quæ cõcernũt incarnationẽ uerbi gratioſissimam Nã de propoſitionibus illis, Deus factus est homo Deus est hõ, & hõ est Deus factus & ſimilib⁹, atq; an p hoc Deus sit aliquid, uel non factus: tres sunt modi dicendi, seu opiniones ad experimendum modum unionis prætactæ. Quarum prima inter alia effectualiter dicit in Christo duo esse ſuppoſita, & unam tantum pſonam, & hæc est falſa. Secunda, q̃ in Christo unũ est ſuppoſitũ tm̃, persona. Nam corpus, & aĩa Christi simul tpe unita fuerũt, & assumpta, atq; p hoc vnũ ſuppoſitum seu una persona in ipso, in duabus ſubſiſtit naturis. Hinc, & propter unionem duplicis ipſius naturæ in uno uerbi ſuppoſito, noĩa utriusq; naturæ, ꝓprietates ſignificantia, de Christo prędicari poſſunt, ita ut uerè dicatur, Deus paſſus est, ac homo iste est ęternus. Ex hoc quoque infertur, post incarnationem pſonã uerbi esse compoſita, cum prius ſimplex fuerit, non q̃dem compoſitione quaſi ex partibus, unde totum reſultet: sed quia persona uerbi, q̃ ante in una tm̃ ſubſiſtebat natura, post incarnationem in duabus ſubſiſtit, & hęc bene intellecta, habetur uera. Tertia dehĩc dicit, uerbum humanam naturam ut habitum, seu indumentum assumpſisse. Sed hæc hæretica à doctoribus reputatur, & abiiciẽda, quã tm̃ magiſter p lõgũ ſicut primã ꝓſequit̃, & ideterminatã tãdẽ relinquit. Quod etiã Magiſter in hac diſtinctione animam ſeparatam dicit esse personam, ab aliis non tenetur.

*Corporis, ac animæ qualis foret unio Chriſti,*
*Prendere doctores non potuere priùs.*

### DISTINCT. VII. QVAE INCIPIT,
Secundum primam uero dicitur. epito.

¶Locutiones illæ, de qbus diſtinctione p̃cedẽti dictũ est, ſcd̃m tres dicẽdi modos ſimiliter habitos diuerſimode determinant̃. Nã iuxta primũ, Deus factus est hõ, & ecõuerso &c. eo, q̃ Deus ſubſtãtia rõnalis esse cępit, q̃ añ nõ fuerat, & ſic factus est aliq̃d, ac illa ſubſtãtia cœpit esse Deus, qđ ex gratia habuit, non ex meritis nec natura. Qđ cũ ab æterno præuiſum fuerit, ideo Christus prædeſtinatus esse filius Dei dr̃. Iuxta ſcd̃m uero modum, Deus est hõ, & ecõuerso: quia incarnatione ex duabus naturis, & tribus ſubſtãtiis ſubſiſtens esse cœpit: ac ſic quia humanam assumpſit naturam, ſecundũ hanc hõ dr̃ à Deo assumptus. Vñ, & ſcd̃m hũc modum Chr̃s ẽt inquãtũ hõ, est aliq̃d. ſcilicet ex corpore, & aĩa ꝓſtitutũ. Et ſcd̃m q̃ hũana natura unita est deitati in tpe, quo unio ex gratia facta est, & ab æterno à Deo prædeſtinata, & ſic ẽt est p̃deſtinatus cognitus. Sed iuxta tertiã Deus hõ factus dr̃. & eȳ: q̃a Deus hoĩem accepit, & hõ assumptus est à Deo, ita, q̃ habens hoĩem, est Deus. Per hoc aũt Chr̃s nõ est aliq̃d ſecũdũ quod hõ, sed aliquo mõ ſe habens. Scd̃m quod ẽt hõ. prædeſtinatus dr̃ eẽ filius Dei, eo, q̃ ab æterno præuiſum fit, & in tẽpore per gr̃am collatũ, ut ipſe ens hõ, sit filius Dei. neq; verò Chr̃s dr̃ homo dominicus, cum, & Auguſtinus olim ſic locutus, poſtea hoc retractauit.

*Quæſtio multiplici uerſans ambage magiſtros,*
*Quod parte ex aliqua ſectio ſexta docet,*
*Quid ueri teneat, diſpectis omnibus, iſthæc.*
*Septima, demonſtrat, ſatisq; ſuperq; tibi.*

### DISTINCT. VIII. QVAE INCIPIT,
Poſt prædicta inquiri debet &c. epitom.

¶Cõcedi nõ dẽt nã diuina nata de virgine, niſi inquãtũ pſona nata de eadẽ dr̃. Nã iquãtũ natura ſtat p̃ essentia, nec de uirgine, nec de patre nata dici põt. Quo ẽt mõ ſupra dictũ est diuina natura ĩcarnata. nõ niſi p̃ quãto ĩ pſona incarnata dr̃. Affirmat̃ aũt Chr̃s bis natus, seu duas habuiſſe natiuitates, diuinã ſcilicet ex patre, & temporalẽ, ex matre ob diſtinctas illarum natiuitatũ proprietates.

*In Chriſto natura Dei ne nata uocetur,*
*Ni modo perſonam ſignificare uoles.*

### DISTINCT. VIIII. QVAE INCIPIT,
Præterea inueſtigari oportet &c. epito,

¶Opinione quorũdã caro, vel aĩa Chr̃i, seu eius humanitas adoratione illa, q̃ latria dr̃, & diuinitati debeat̃, q̃ in dilectiõe cordis. & ſacrificiorũ exhibitione &c. ꝓſiſtit, nõ est adorãda, ne idololatria cõmittat̃. Honorãda aũt est Chr̃i hũanitas, seu adorãdã dulia excellẽti, ac ſup̃ oẽm creaturã uenerãda & diligẽda. Scd̃m alios aũt ſine oĩ periculo eadẽ, Chr̃i hũanitas latria rectè adorat̃, nõ q̃dẽ rõne ſui ſed ſuppoſiti ĩ quãtũ ſ. à Deo ĩ unitatẽ ſuppoſiti est assumpta. nec ab ea unquã ſeparata. Quæ q̃dẽ ſnia vera est & dictis ſanctorum in litera confirmata.

*Nunquam ſacra Dei uerbum caro deſerit abſens,*
*Obq; id culta pari ſemper honore fuit.*

### DISTINCTION. X. QVAE INCIPIT
Solet etiam à quibuſdam inquiri &c. epi.

¶Nõ est concedendum Chriſtũ ſecundum qđ homo, esſe personam. alioq̃ verbũ non naturã, ſed personam *assum-*



*pſiſſe ſequeretur, quod ſupra est improbatum. Sequeretur etiam, quòd ſecundum quod homo, eſſet tertia in trinitate perſona, quod patet esse falſum. Nec oppoſitum argui poteſt, eo quòd est ſubſtantia rõnalis. Non em̃ hoc ſufficit ad rationẽ perſonæ, q̃ dicitur quaſi p ſe ſonãs, nec alteri coniuncta, ſicut tñ est natura humana in Chriſto. Neque ẽt vulgaris perſonæ definitio pſonis diuinis conueniat, ſed aliis. Sed, & nec impedit eum ſcd̃m qđ hoĩem prędeſtinatũ esse filium Dei, qui est persona Nõ em̃ quo est, eo hõ filius Dei est, ſed per gr̃am hoc accepit. Denlq; nec filius adoptiuus. Chr̃s dici dẽt, ſed natuealis. Non em̃ prius eẽ cœpit, & poſthac in filiũ adoptatus est, ſed ſemper fuit filius æterni patris. Virginis quoque filius est per naturam, & gratiam, nõ quidem adoptionis, ſed unionis. Põt aũt dici, personam quę ſemper fuit, prædeſtinatem esse ſcd̃m hominẽ aſſumptum, ut ſcilicet ipſa ens homo, eẽt filius Dei. Item, & naturã humanã, vt verbo patris pſonaliter uniretur.*

*Quod Chriſto nomen perſonę conuenit, hoc fit*
*Ipſius haud hominis, ſed ratione Dei.*

### DISTINCTION. XI. QVAE INCIPIT,
Solet etiam quæri &c. epitome.

¶cimpliciter. & abſq; determinatione dici non debet Christus factus, creatus, uel creatura: quippè per quam omnia facta ſunt. atq; p hoc ipſe factus ablolutè dici nõ põt. Et alioq̃ ipſi euangeliũ prædicatũ dicereẽ, eſſetq; ſubiectus uanitati. Hæc etem̃ ſcd̃m ſcripturas omĩ cõueniunt creaturæ. At de Chriſto eã abſolutè dici est abſurdum. Verũ tñ cõcedi poteſt addita determinatione. Est em̃ creatura, inquantũ hõ, & inquantũ talis, esſe cœpit. Per quod quidem non ſequitur, eũ ſimpliciter esſe creaturam, aut cœpiſſe. Nam hoc eſſet procedere tropice à parte ad totum.

*Non quit ſimpliciter Chriſtus factura uocari.*
*Quamuis hoc certa conditione queat.*

### DISTINCT. XII. QVAE INCIPIT,
Poſt prædicta quæritur &c. epitome.

¶Ad hãc vel ſimilem, an ille hõ, ſcilicet Chr̃s esſe cœperit, non est ſine diſtinctione reſpondendum. Nempè ſi ad perſonã reſpicias, uerum est eũ ſemp fuiſſe. ſi uerò ad naturam humanam conceditur eum cœpiſſe. Per quam diſtinctionem, & auctoritates, quæ contrariæ uidentur, ut q̃ Chr̃s est recens homo, & q̃ puer iſte creauit ſtellas, abſolui poſſunt. Notuit aũt Chriſtus hominem aliũde assumere, quàm de genere Adam: ſed ita fieri magis congruebat, ut ſic diabolus uinceretur per aliquem de genere, eius, qui victus fuerat. Tametſi autem de genere Adam assumptus ſit homo, tamen nec persona, ipſius nec natura assumpta ut uerbo unita, peccare potuit, q̃uis ut in ſe conſiderata. Nec obſtat liberum eum arbitrium habuiſſe, cum nec in angelis cõfirmatis hoc peccabilitatẽ arguat. Quòd etiam ſcriptum est. qui potuit trãſgredi, & non est tranſgreſſus, de membris Chriſti potius intelligendum est totum, aut ſolum pro ultima parte de Chriſto, Qui & ſexum muliebrẽ aſſumere quidem potuit, ſed uirilem ex fœmina eum aſſumere magis erat congruum, ut ſic utriuſque ſexus liberatio per eum fienda oſtenderetur.

*Non potuit Chriſtus quamuis committere culpã,*
*An potuit fieri fœmina factus homo.*

### DISTINCT. XIII. QVAE INCIPIT,
Pęrterea ſciendum, epito.

¶Plenus fuit ſapientia, & gratia, ac omnibus donis Chriſtus ſecundum hominem, mox ab inſtãti quando conceptus est, a deo, q̃ nec amplius accipere poſſet. Nõ enim est ei datus ſpiritus ad mẽſuram, & de plenitudine ipſius, utpota capitis, ſecundum quandam ſimilitudinem omnes acceperunt. Nec contra hoc est, ſcripturas dicere eum in his profeciſſe. Nam hoc fiebat non per augmẽtum talium ſucceſſiuè accipiendum, ſed ſecundũ exteriorem, & ampliorem manifeſtationem. Quo etiam modo intelligendum est, quod, Ambroſius dicere vr̃ eum ſecundum ſenſum hominis profeciſſe, iuxta quod ſcriptura inſinuat eum parentes ignoraſſe. id est, ſic ſe ad eos habuiſſe, quaſi agnitionis eorũ tunc expers eſſet. Vel extra texũ dici põt, de experimentali hoc ſcientia accipiendum.

*Chriſtum virginea quàm mox cõceptus in aluo eſt*
*Sic, nihil ut ſupra, cuncta habuiſſe ſimul.*

### DISTINCT. XIIII. QVAE INCIPIT,
Hic quæri opus est &c. epitome.

¶Omnia quæ Deus ſcit, anima Chriſti per ſcientiam, ſibi collatam in uerbo cognoſcit: nec tñ per hoc ſcientiæ Dei ęquatur, quando non ita perſpicuè, ut Deus ea intelligit. Nouit igitur omnia quæ Deus, quo ad numerum ſcitorum, non tamẽ quo ad ſciendi modum. Ex hoc autem non ſequitur, eam creare quid poſſe. Quamuis enim creandi habeat ſcientiam agnoſcens quomodo mundus est creatus: non tamen creandi habet potentiam, cum ſit creatura, quæ capax non est omnipotentiæ, qualis in creatione requiritur. Veruntamẽ iuxta Ambroſium, Chr̃s omnipotentiã, quã filius Dei ſemp habet naturaliter, hanc dũ filius hoĩs factus est, ex tempore accepiſſe dr̃, pro eo q̃ perſona, quæ uerbi ſemper fuit, futura quoque erat perſona hoĩs.

*Omnia Chriſti animam nouiſſe fatebimur, omnes*
*Non tamen omnipotens ipſa fuiſſe datur.*

### DISTINCT. XXV. QVAE INCIPIT,
Illud quoque prætermittendum non est &c. epi.

¶Verã hominis naturã tã quo ad corpus, quàm aĩam, paſſibilẽ Chr̃s aſſumpſit cũ utriuſq; defectibus pœnalibus, non quidẽ oĩbus, ſed ijs, quos ipſum ſuſcipere decuit. & ſaluti noſtræ expediuit: ſecundum quod, & intelligendæ ſunt, ſi quæ ſcripturæ occurũt, q̃ eũ oẽs defectus ꝓter pctm̃ aſſumpſiſſe aſſerunt. Hinc dicere dolorem, in carne, & in aĩa triſtitiã uerã paſſionis tẽpore. Chr̃m nõ ſenſiſſe, a ueritate alienũ est, & hæreticũ: ac ſi dicat ipſum non hoĩem uerũ, ſed eius tãtũ ſimilitudinem aſſumpſiſſe. Hinc uerba Hilarij, q̃ oppoſitũ dicere videnẽ ſanè intelligi oportet. Quos tñ defectus pęnales nõ coactè aſſumpſit, ſed uoluntariè, ſcd̃m quãdã p̃ paſſionẽ, quo. ſ. mẽs ipſius à rectitudine, Dei cõtẽplatione eiſdẽ paſſionib⁹ nõ ſit dimota.

*Suſtinuit noſtrę Chriſtus diſcrimina uitę,*
*Quæ ſibi pro nobis congrua uiſa pati.*

### DISTINCT. XVI. QVAE INCIPIT
Hic oritur quæſtio &c. epito.

¶Nedum moriẽdi aptitudinẽ, verũ, & patiẽdi in anima, & moriẽdi in corpore Chr̃s aſſumpſit neceſsitatem, nõ quidẽ aliqua coactione, ſed ſpõtanea uoluntate. Nã nec nobis hęc neceſsitas ꝓue

nit ex natura,ut primò inſtituta eſt,ſed ut uitiata ẽ ex peccato,quod Chriſtus nõ habuit.Accepit autẽ de omni ſtatu hominis aliquid ipſe Chriſtus,vt de innocentiæ ſtatu,peccati immunitatem: de ſtatu poſt peccatum defectus, & pœnam: de ſtatu ſub gratia, eiuſdem plenitudinem:& de ſtatu gloriæ, impeccabilitatem,& Dei cõtemplationẽ perfectã.

*Sint tua Chriſte neci quamuis abnoxia membra,*
*Hęc tamen inuitus non capis,imo libens.*

## DISTINCT. XVII. QVAE INCIPIT, Poſt prædicta, &c. Epi.

Secundũ duas in Chſto naturas plures in eo fuiſſe uoluntates oſtenditur, ſecundum quarũ aliquã a patre petiuit,quod nõ impetrauit,ac nõ ſe impetraturum præſciuit, cũ & nec ſecundum aliã hoc uoluit,In eo namque uolũtas diuina erat,& humana,& hęc vltima duplex,rõnis ſcilicet,& ſenſualitatis,ſecundũ quã pati,& mori refugiebat,quod tamen ſecundum diuinã uoluntatem,& rationis humanæ uolebat.Nec tamen per hoc in eo rebellio carnis ad ſpiritum erat ulla,quia nulla concupiſcẽtia.Erat autem in eo ſenſualitatis,ut in ipſo naturæ humanæ ueritas comprobaretur.Hinc, & orauit,ut nobis orandi in neceſſitate exemplum relinqueret.Quanquam autem à patre ſub conditione aliquid petierit,& ob id quaſi dubitaſſe à ſanctis dictus uideatur hoc tamen intelligi ſane debet:id eſt,admodum dubitantis ſe habuiſſe.

*Exoraſſe patrem ſemper ne credito Chriſtum,*
*Quando nec horroris tranſiit iſte calix.*

## DISTINCT. XVIII. QVAE INCIPIT, De merito etiam Chriſti prætermittendum &c. epi.

¶Meruit Chriſtus per paſſionẽ ſuã nedum nobis,ut quidam dicebant,ſed ẽt ſibi:nobis q̃dẽ redẽptionem,& regni apertionem & c.ſibi uerò corporis immortalitatem,& animæ impaſſibilitatem, ac numinis clarificationem, quã, & animæ impaſſibilitatem mox poſt ipſius à corpore ſeparationẽ adeptum eum eſſe,quamuis magiſter ſub dubio relinquat: per alios tamen aſtruitur.Hæc autem prædicta nõ tãtũ in paſſione,uerũ, & a cõceptionis ſuæ initio meruit:quod ita poſſe,ex gratiæ, & virtutũ habuit plenitudine. Vnde nec i merito ꝓficere potuit,quo ad meriti efficaciam, ſed ſolum quo ad numerum meritorum,idẽ ſcilicet pluribus modis merendo,Hinc,& licet accepit,impaſſibilitatẽ poſt mortem;ante tamen abſolutè loquendo, non minus fuit,quamuis ſecundum aliquid,ſcilicet ſecũdum omnis miſeriæ immunitatem.Hinc etiam, ꝙ Deus uocetur an mortem habuit.Et ꝙ Apoſtolus hoc ſibi p paſſionis humilitatẽ collatũ dicit, quo ad innotelcentiã intelligi debet.Quod etiã Ambroſius dicit idipſum nomen donatũ ſibi Deo,Auguſtinus aũt homini,diuerſo id dicunt reſpectu. Primus namq; loquitur reſpectu naturæ, alter gratiæ. Ea aũt,quę ſibi Chriſtus meruiſſe dictus eſt,ſine merito,(ſuppoſita mortaliter,& paſſibilitate,quam aſſumpſerat) habere non potuit:q̃uis talẽ naturam, ſumere poterat, ubi illa ſimul accepiſſet,& ſic nec meruiſſet,& nomẽ ſuũ aliter potuerat clarificare Sic,& redẽptionẽ noſtrã itelligẽdũ eſt ipsũ aliavia q̃ p paſſionẽ ꝓcurare potuiſſe,illa tñ vĩ ꝙgruẽtior.

*Cum tibi, tum nobis meruiſti Chriſte, nec ortu.*
*Quàm nece crediderim te meruiſſe, minus.*

## DISTINCT. XIX. QVAE INCIPIT, Nunc ergo quęramus &c. epito.

¶Per paſſionem,& mortem ſuam Chriſtus nos a peccato,& diabolo redemit, quo, & charitatis ſuæ magnitudine charitatem in nobis uicisſim,accendi uoluit,ut p fidem paſſionis, & mortis eius q̃ ſe ſacrificium pro nobis obtulit,dictorum malorum euaſionem adiſpicamur.Factus enim eſt hõ, ut per mortem ſuam diabolum iuſtè uinceret in natura priùs victa. ſicq; & à pœna æterna nos liberauit: quia culpam pro qua pœna debetur, ſua morte deſtruxit,tpalem quoq; tandem ablaturus. Eſt proinde ob uſũ poteſtatis,& operis expletionẽ Chſs propriè humani generis redẽptor,q̃uis primum,& patri,& ſpirituiſancto conueniat, q̃ propter uel pater uel ſpirituſſanctus redemptor q̃nq; nũcupatur.At mediator Dei hoĩm ſolus ipſe eſt, non pater nec ſpirituſſanctus, ſm qđ ẽt nec Chſs dr̃, ſm diuinitatẽ, ſed ſm naturã aſſumptã.q̃ & minor patre,& caput hominum eſſe,probatur.

*Cur uoluit Chriſtus ſoboles ęterna parentis,*
*Factus homo,mortis uincere morte ducem?*
*Victæ in natura ſuperaret vt æquius hoſtem,*
*Et nobis tanto charior inde foret.*

## DISTINCT. XX. QVAE INCIPIT, Si uerò quęritur. Epi.

¶Alio quidem mõ, quã p Chſi paſſionẽ, Deus cuius prãti oĩa ſubſunt,hoĩem liberare potuiſſet, ſed nullus alius infirmitati nr̃æ ſanandæ fuerat cõuenientior.Hoc eſt mõ uoluntas hominis p amorẽ magis in Deũ dirigit,& iuſtitia manifeſtius eſt obſeruata in victoria diaboli,qui cũ Chſm occiderit,nullã in eo mortis cãm reperiens,ptãtẽ uſurpatã in oẽs fideles iure amiſit.Neq; tñ ẽt ſi Deus (qđ potuit) uno nutu hominẽ redemiſſet, iniuria alicui eſſet illata,quippè in cuius manu uniuerſa cõſiſtunt.Chſs ergo hoſtiã, & p̃ciũ redẽptionis nr̃æ ſeipſum offerẽs,p paſſionẽ ſuã cã fuit effectiua,& auctor reconciliationis humanæ pro oĩbus quidẽ ſufficienter, efficienter verò pro electis tantum, Qui & cũ ad paſſionẽ traditus ſit à ſeipſo,a patre, à Iuda,& Iudæis:hi tñ ultimi q̃uis opus eorũ opus bonũ eſſet,at habito reſpectu ad operantiũ intentionem,peſſimum egerunt facinus,innocẽtiſſimũ dñm ex iniq;tate offerẽtes,quem pater,ac ipſemet ſeipſum ex maxima obtulerant charitate.

*Quanquam humana ſalus alio pacto eſſe ualebat,*
*(E nihilo quod enim cuncta creauit,idem*
*Omnia lõgè aliter potuit) modus haud tamẽ ullus*
*Qui mage quàm tua mors Chriſte quadraret,erat.*

## DISTINCT. XXI. QVAE INCIPIT, Poſt prędicta conſiderandum. Epi.

¶In Chriſti paſſione diuinitas ab anima ipſius ſiue etiam à carne ſeparata non fuit, quod autem Chriſtus in cruce derelictum ſe clamat à Deo, intelligendum non,ꝙ unio perſonalis ſoluta fuerit ſed quia auxilium defenſionis humanitate ad tempus erat ſubtractum. Et hoc etiam modo capiendum eſt dictũ Ambroſii,quod oppoſitum videtur ſonare.Quod etiam Athanaſius dicit hominem reſſumptũ in reſurrectione,& ſic in morte depoſitum,dicitur non quaſi unio perſonalis fuerit ſoluta,ſed quia anima à corpore per mortem fuit ſeparata. Vnde, & uerè mortuus, probatur.Hinc,& filius Dei paſſus dicitur,& mortuus propter proprietatum,utriuſque naturę cõicationem;



nem: qui tamen ſecundum diuinitatem impaſſibilis eſt,& immutabilis. Ex quo etiam paſſus, & non paſſus,mortuus,& non mortuus dici poteſt, diuerſorum reſpectu.

*Quanquam mors animam Chriſti de corpore truſit*
*Ipſa tamen deitas manſit vtrique comes.*

## DISTINCT. XXII. QVAE INCIPIT, Hic quæritur vtrum, &c.Epi.

¶In triduo mortis ſuæ Chriſtus ſecundum Magiſtri ſententiam fuit uerus homo, vera ipſius morte non obſtante:nec tamen dicendus fuit tunc homo mortalis, vel immortalis, quod ipſe ſolum in puris hominibus tenere dicit. Ex quo & concedit, quod in ſepulchro,& limbo Chriſtus tunc fuit homo,quia ibi erat ſecundum hominem: non tamen per hoc vbicunque fuit homo,eo quòd non ſecundum quod homo, ſed ſecundum quod Deus eſt ubiq;.Hæc autem vult ſequi ad inſeparabilem unionem humanitatis Chriſti ad perſonam uerbi, reſpondens ad rationes in oppoſitum.Sed in his non tenetur ab alijs, qui & ut veras rationes illas aſſumunt,ſcilicet quia Chriſtus inquantum homo,uerè mortuus erat: homo autem mortuus, non eſt homo,& ſic de alijs. In illo tamen triduo Chriſtus totus fuit in ſepulchro,& totus in limbo, quamuis non totum.Per ly totus enim repræſentatur perſona,per totum autem natura. Perſona autem ipſius cum ſit indiuiſibilis, non fuit maior coniunctis inter ſe anima,& corpore,quàm ſeparatis, quæ tamẽ ipſa per mortem non reliquit.Sed & filius hominis ſeu ille homo,ſcilicet Chriſtus, venit de cœlo, & eſt vbique,& filius Dei crucifixus eſt,&c.per communicationem idiomatum, reſpiciendo ſcilicet ad perſonæ unitatem. Et tantum, de uerbi incarnatione.

*Non tibi uerum hominẽ perſuadeat ipſe Magiſter*
*Chriſtum ſub tumuli colle fuiſſe ſacri.*

## DISTINCT IXXIII QVAE INCIPIT, Cum verò ſupra perhibitum ſit,&c.Epi.

¶Occaſione dictorũ de plenitudine gratiæ Chriſti,inquirendũ eſt de fide,ſpe,& charitate.De quarum prima aduertendum,quod ipſa eſt uirtus qua creduntur,quæ non uidentur: quæ quidem capta, uel pro credibili,vel habitu informi, non eſt virtus ſed dum eſt habitus charitate informatus,quomodo eſt in ſolis iuſtis.Cum etiã aliud ſit,credere Deũ & credere Deo, ac credere in Deum,primis duobus modis etiam peccatoribus,imo & dæmonibus credere competit, & eſt nihilominus donum Dei. Tertio, autem modo non competit niſi fidem formatam habentibus.Hoc enim modo credere, eſt p opera bona in Deum ire, Ac in habente fidem informem charitate ſuperueniente, vtrum ea maneat & formetur,vel ea depulſa alia ſuccedat, primum magis dicendum uidetur. Eſt autem una tantum confitenda eſſe fides,ſiue pro credibili fides capiatur,ſiue pro habitu. Hic enim eſt in uno idem numero,in diuerſis autem ſaltem idem ſpecie.Quamnis autem ea, quæ credimus apertè non uidemus, credere tamen nos intellectualiter cognoſcimus. Eſt enim fides(ſecundum Apoſtolum)de ſperandis & non apparentibus. Quæ etiam fides conuenientiam quidem aliquam habet cum ſpe, magis tamẽ ab ea differt. Vnde & definitio fidei, ſpei propriè non conuenit. Quod autem Magiſter inducit de charitate hominis,quòd ſit ſpirituſſanctus, non tenetur:vt & ſupra in primo habitu eſt.

*Quicquid ad æternæ ſpectat decreta ſalutis,*
*Hoc ſi oculi nequeant,iudicat alma fides.*

## DISTINCT. XXIIII. QVAE INCIPIT, Hic quæritur ſi fides.Epi.

¶Fides etſi iuxta prædicta propriè non ſit niſi de non uiſis:eam tamen largè ſumendo, quandoque etiam credere dicimur. quæ uidemus, quo modo Chriſtus ait:Vt cum factum fuerit,credatis,Verum hic agitur de fide propriè dicta. Quod etiam Auguſtinus dicit fidem eſſe de rebus prẽſentibus,accipit ipſe fidem pro mercede fidei in patria accipienda. Hinc Petrus fidem paſſionis Chriſti habuit, non quia hominem mori uidit, ſed quod hunc Deum eſſe credidit,ſicut nec nobis per hoc fides meretur quod credimus hominem crucifixum mortuum, ſed quod eum credimus eſſe. Quamuis autem fides non ſit de cognitis uiſu exteriori,oportet tamẽ credita(ſecundum Auguſtinum, per intellectum aliquo modo apprẽhendi:quòd tam de his, quæ ſciri non poſſunt niſi credita, quàm etiam de his, quæ niſi ſcita aliquo modo non credunt, uerum eſſe probatur.Creditur ergo, quòd ignoratur, non tamen penitus.

*Credita,ſint oculis quamuis incognita noſtris,*
*Nota aliquo certum eſt attamen eſſe modo.*

## DISTINCT. XXV. QVAE INCIPIT, Prædictis adijciendum. Epi.

Omni tempore mundi, fides homini ad ſalutem fuit neceſſaria, nec ſufficiebat credere Deũ eſſe,& in ſe ſperantium remuneratorem fore,ſed & de mediatore fidem habere oportuit: quæ tamen fides, & articulorum diſtincta cognitione, & credentiũ conſtantia,& deuotione creuiſſe, probatur: Quæ & veteris teſtamenti hominibus intelligi debent, quorum nullus ſine fide mediatoris ſaluari poterat, quamuis quod nos in hoc factum credimus ipſi credebant fiendum.Veruntamen ſimplices implicitè hoc credebant in fide maiorum,quibus hoc expreſsiùs erat reuelatum, ſicut & modo maiores ea expreſsiùs credere oportet. Credi autem tunc ſecundum quoſdam expreſsè oportuit mediatoris natiuitatem,mortem,reſurrectionem, & iudicium cũ fide trinitatis.Quam fidem,& Cornelius centurio habuit vñ,& Deo acceptus erat, quãuis Chriſtum iam ueniſſe neſciret, pro quo & denunciando Petrus ei miſſus fuit.Vbi & aduertendum, fidẽ ſpem, & charitatem ſecundum operationem interiorem in præſenti æqualiter intendi: inter quas tamen charitas maior dicitur, quia alijs euacuatis in futuro,ipſa manet, & eſt mater aliarum. Dicuntur autem fides, & ſpes charitatem præcedere, non quidem cauſa aut tempore, ſed quia illa ſine ipſis eſt,& non contra.

*Quiſquis ad æthereas ſedes conſcenderit uſquam,*
*Hunc mediatoris iuuit apertа fides.*

## DISTINCT. XXVI. QVAE INCIPIT, Eſt autem ſpes virtas,&c. Epi.

¶Spes inquantum uirtus eſt,ſpiritualia, & ęterna reſpicit bona, cum ſit certa expectatio futuræ beatitudinis,ex Dei gratia, & meritis ꝓcedentibus proueniens.Nam ſine meritis eam ſperare,nõ ſpes,

sed præsumptio est. Et hæc cum fide quidem conuenit,eo quòd est de inuisibilibus,de quibus tamẽ fides est,vt non visis:spes autem,ut non habitis, in quo differunt sicut et in hoc, quòd fides indifferenter est de bonis,& malis, præsentibus præteritis,& futuris,de suis, ac alienis,spes vero de bonis tantũ & futuris,ac ad se pertinentibus. Porro in Christo etiam pro huius vitæ statu neutra harum fuit, cum clarissimè Deum uiderit, & bona æterna comprehenderit,qua & ratione, nec sunt in beatis, Christus autem quædam sperasse, & credidisse dicitur, quia firmiter eis assensit.Ad patres in limbo eas virtutes habebant, quousque Deum non uidebant.

*Spes sacrata fidem comitatur passibus æquis,*
*Quam de non uisis rebus habere soles.*

## DISTINCT. XXVII. QVAE INCIPIT, Cum autem Christus, Epi.

¶Cum tam eximiam, & incomparabilem Christus charitatem habuerit, qua maior esse uon possit,qua & animam suam pro nobis posuit, & ad dilectionem nos prouocauit: ideo de charitate primo sciendum,quòd ea est,qua Deum diligimus,& proximum propter Deum:quæ quamuis una sit:geminatur tamen ob duo dilecta, Deum scilicet. & hominem,unde & duo de ea dantur præcepta,quę & duo sunt propter motum duplicem in ipsa dilecta.Hoc tamen, quod Magister dicit dilectionem esse spiritum sanctum, accipitur ut supra.Præcipitur autem nobis,& charitas habenda, & modus ipsius seruãdus insinuatur,qui est ut toto corde,&c. Deum diligamus,& proximum propter Deum:qui licet rebellione carnis impediente in hac vita impleri perfectè non possit,non tamen frustra datũ est mandatum. Neque enim aliquis curreret,nisciret,quo currendum esset. In patria ergo hic inchoatum implebitur. Ambo denique charitatis præcepta adeo connexa sunt, quod unum absque altero impleri non potest. Vnde & vnum pro vtrisque quandoque ponitur.

*Quæ duo præcipue tibi sint adamanda, doceris*
*Isthic,& uirtus quanta sit ipsus amor.*

## DIST. XXVIII. QVAE INCIPIT, Hic potest quæri,&c. Epi.

Quicquid diligi ex charitate oportet, in dictis duobus de dilectione mandatis continetur. Quatuor enim ex ea diligenda tradit Augustinus? Quę sunt, Deus supra nos,proximus iuxta nos, anima nostra,& corpus,quod est infra nos: de quibus tamen ultimus duobus, præcepta dari non oportuit quia in alijs implicantur, & ipsa diligere naturaliter homini insertum est. Neque enim uiri iusti corpus macerantes, ipsum ob id,sed corruptiones ipsius odiunt.Nomine autem proximi, quilibet, cui beneficium conferendum est, atque per hoc omnis homo intelligi debet, quod & ex parabola domini de semiuiuo patet.Insuper & à quo accipitur Hinc angeli, qui multa nobis bona impendunt,proximi nostri censendi sunt, ac diligendi. Quamuis autem à Deo omnia habeamus: ipse tamen proximus noster non est,sed incomparabiliter excellentior.Hinc dilectio supra nosmetipsos,& maxima sibi debetur. Homo etiam Christus quamuis nomine proximi contineatur:magis tamen eum, quàm nos pro sui excellentia diligere debemus,minus tamen,quàm Deum:quia in hoc eo minor est.Aduertendum quoque, quòd alter alterius proximus dici potest,aut scilicet conditione primæuæ originis ut sunt omnes homines:aut spe conuersionis,& salUationis,ut sunt nõdum ad fidem conuersi,sed etiã conuertibiles; aut propinquitate cognationis, ut sunt nobis sanguine specialiter iuncti:& ratiõe beneficę subuentionis,quales sunt sancti angeli.

*Demandata foret quamuis dilectio nulla,*
*Corporis, ac animę certa tenenda tamen.*

## DISTINCT. XXIX. QVAE INCIPIT, Post prædicta de ordine,&c. Epi.

¶Dilectionis ordo deposcit, vt diligantur diligenda,alijs post habitis.In diligendis quoque plus diligatur,quod plus diligibile est, sic quod primo, & super omnia diligatur Deus, dehinc anima propria, deinde proximus, & ultimo proprium corpus. De proximis autem opinantibus quibusdam, quod affectu quidem omnes æqualiter diligendi sunt,non aũt,effectu:alijs vero,tã affectu,q̃ effectu æqualiter eos diligendos dicẽtibus,Magister tertiã amplectitur uiã, ut s.,nec affectu,nec effectu æqualiter sint diligendi, cum ordo absque inæqualitate esse non possit, & effectus affectui cæteri, paribus respondere debeat Ea autem, quæ in oppositũ uidentur,intelligenda veniunt, pro quanto ad idem beatitudinis bonum omnes diligere debemus; nõ tamen æquali oportet affectu id fiat, sed meliores amplius. Sunt proinde boni extranei in hac uita plus diligendi, quàm parentes mali, cum uinculo charitatis sint nobis coniunctiores, inimicos,quoque dominus nos diligere iubet ob bonum naturę quod in omnibus diligẽdum est,ut ad bonum moris conuertantur: uitium autem in eisdem, imo & in parentibus odiendum. Itaque sunt hi charitatis gradus quatuor.

*Quemlibet affectu simili deamare, vel equo*
*Quemlibet effectu,lex data nulla iubet.*

## DISTINC. XXX. QVAE INCIPIT. Hic solet quæri.Epi.

Amicorũ dilectio simul cum inimicorum dilectione magis est meritoria,quàm ea,quę est amicorum,ad utrasque comparata, si tamẽ quælibet per se consideretur,magis meritoria est ea, quæ est amicorum,quia feruentior. Quod autem Augustinus. eam quæ inimici,dicit esse meliorem, intelligendum est simul cum amicorum dilectione acceptam.Neque ualet opinio, qua quidam putabant charitatem haberi posse absq; inimicorum dilectione, occasionẽ sumentes ex uerbis Augustini, qui dicere uidetur inimicorum dilectionem esse perfectorum,&c.Prę ceptum enim de dilectione, extendit se ad omnes generaliter.Et quod Augustinus,dicit, intelligẽdũ est de perfecta inimicorum dilectione, per quod non excluditur,quin & alij suo modo eos diligere possint,& teneantur,

*Maius habet meritum chari dilectio fratris,*
*Quàm tenet aduersi frigidus hostis amor.*

## DISTIN. XXXI. QVAE INCIPIT, Illud quoq; non prætereundum,&c.epi.

Non enim necessarium, charitatem semel habitã semper permanere scilicet habita amitti potest, & amissa recuperari, sicque à damnandis quandoque habetur, & a prædestinatis quandoque temporaliter



poraliter amittatur, non autem finaliter,quin gratia Dei recuperetur. Quæ uero ex Apostolo,& alijs contra allegari possunt,intelligi debent de charitate perfectã, & secundum finalem charitatis effectũ. Licet autem,& fides,& spes in patria tam, quo ad habitum,quàm actum,sint euacuandæ,sicut & scientia,quo ad actum destrueretur,substãtia ipsius manente,charitas tamen, quo ad utrunque manebit. Quæ & charitas secundum modũ propriæ in Christo fuit. Vnde & modum charitatis eorũ, qui sunt patria,ipse adhuc in uia seruauit, ita scilicet ut electos sicuti se scilicet ad uitam æternam dilexerit, eorumque salutem iuxta diuinam optauit voluntatem.

*Sæpius in terris diuinum perdit amor,*
*Quem tamen in cęlis perdere nescit homo.*

## DISTINCT. XXXII. QVAE INCIPIT, Præmissis adjciendium est,&c,Epi.

¶De dilectione Dei dicere uolens Magister,ponit eandem esse charitatem increatã,qua ipse Deus nos diligit,& qua nos eum diligimus, scilicet diuinam usiam, seu essentiam, quòd quidem ex parte Dei certum est:ex parte autem nostra, nisi & habitum esse concedat charitatem in mente diligentis a spiritusancto infusum, non conceditur, de quo & supra dictum est.Præfata autem dilectione Deus una,eademq; omnia creata ab æterno æqualiter dilexit, ipsam in se considerando, ut puta, quæ est æterna,& immutabilis Dei essentia:quæ nec magis nec minus susc ipere potest.Secundum efficientiam autem id magis ab æterno dilexisse dicitur, cui in tempore absque sui mutatione plus boni imparitur. Vnde & secundum effectum unum plus vno tempore,quàm alio diligere dicitur. Quod autem de electis astruitur, absolutè Deum eos ab æterno dilexisse de reprobis non conceditur nisi cum additione,scilicet inquantum opus eius erant futuri.

*Non est unus amor, licet asserat ipse Magister,*
*Quo calet omnipotens, & pius ardet homo.*

## DISTNCT. XXXII. QVAE INCIPIT, Post prædicta de quatuor uirtutibus, &c.Epi.

¶Virtutes cardinales, seu principales quatuor sunt, scilicet iustitia, quæ(ut Augusti.loquitur)est in subueniendo miseris:prudentia,quæ est in præcauendis insidijs:fortitudo, in perferendis molestiis: temperantia, in coercendis delectationibus prauis:quibus quidem in hac uita bene uiuitur, & post ad uitam peruenitur æternam. Et hæ in Christo plenissimè fuerunt secundum usum, quem habent in patria, atque etiam secundum eum,quem habent in uia, quo ad passiones ab extrinseco illatas.Quæ ét uirtutes in patria remanebunt,quãtum ad habitũ,quamuis alium ibi usum sint habituræ.

*Quatuor egregias sanctæ moderamina uitę*
*Virtutes,Christum nemo habuisse negat.*

## DISTINC. XXXII. QVAE INCIPIT, Nunc de septem donis,&c. Epi.

¶Secundum Ambrosij sententiam de donis, spiritussancti, dicendum ea uirtutes esse, operationẽ uidelicet humanam perficientes: quæ sunt septem scilicet donum sapientiæ,intellectus,consilij,fortitudinis,sciẽtiæ pietatis,& timoris. Quę & in patria nedum defitura non sunt, sed imo abundantius à beatis, secundum alios tamen actus, quàm in uia habentur. Quæ & ipsæ in Christo erant iuxta Isa. vaticiniũ:R equiescet,inquit,super eum spiritus sapientiæ.Ea autem in patria præmãsura, cũ de alijs minus dubij habeat,de timore specialiter ostenditur, de quo tamen & scriptura dicit: Timor domini sanctus permanens in seculum seculi. Vnde & ipse ibi erit,nedum per effectum, uerum & secundum habitum.Sed est timor multiplex. Nępe alius mundanus siue humanus dicitur, et hic malus est & deuitandus. Eo enim contra Deum timẽtur carnis pericula,& temporalis amissio bonorũ. Alius autem dicitur seruilis, quo scilicet a peccato se qs cohibet ad pœnam uitandam: qui bonus quidem est,sed insufficiens. Initialis, quo quis iam amare incipit,quòd durum uidebatur,& sic pro Deo pec cata deuitat: respectumtamen ei ipse ad pœnam habet.Et ille est cum charitate,quæ seruilem timorem excludit.Est deinde timor castus,& filialis,seu amicabilis,qui de amore procedit,quo ne dilectũ, quoquo modo offendat,quis timet.Hæc ergo sunt quatuor timoris genera, quamuis auctores quidã pauciora distrinxerint. Hinc & diuersus loquendi modus prouenit.Etsi autẽ timor seruilis cum charitate non sit:ei tamen locum præparat ei cedit, ut in simili de seta, & filo apperet. Sub hac distinctione id,quod Iohannes Apostolus ait timorẽ in charitate non esse. Dauid autem dicit timorem in seculum permanere, aperta est utriusque ueritas, si primum de seruili, alterum autẽ de casto accipiaſ, timore. Quorum etiam distinctio accipi potest a simili de muliere una adulterium deuitante,ne a uiro deprehendatur: & altera, ne ab ipso deseratur. Initialis autem timor inter hos medius est quodãmodo.Nam peccare cauet partim peccati horrore partim & uirtutis amore: qui etiam una cum seruili initiũ sapientiæ dici potest: alio tamen respectu:quia scilicet cum sapientia,seu charitate venit, quàm seruilis,ut tactum est,inducit.Porrò donum timoris in patria,ut præfatum est permansurum in Christo fuit secundum actum reuerentiæ. Qui & quamuis pœnam timuerit, non tamen per hoc mũdanus, vel seruilis, vel etiam initialis in eo esse potuit,ob perfectissimam ipsis charitatem.Pœnas autẽ timuit naturali quodam timore, qui ex peccato inoleuit, quem ipse sicut, & alios defectus,sine tamen peccato,uoluntariè nobis pro assumpsit.

*In Christo patrię castum nituisse timorem,*
*Flaminis, vt sacri cætera dona,reor.*

## DISTINC. XXXV. QVAE INCIPIT, Post præmissa diligenter,&c.Epi.

¶Etsi tam sapientia, quàm scientia, prout donа sunt spiritussancti,diuinarum,humanarumque notitia dici possint: proprie tamen sapientia diuinarum,scientia autem est rerum humanarum.Quæ ét sapientia theosebia appellatur, hoc est Dei cultus, quo uidelicet Deum agnoscimus & amamus,scientia uerò a malis abstinemus. Hinc ad supernorum contemplationem illa pertinet, ista vero ad temporalium actionem. A sapientia etiam intellectus per hoc distinguitur, quod cum hæc de rebus sit æternis ista de rebus est ex tempore ortis,quodque sapientia de cognitis per eam delectamur, at non sic intellectu,quo res tantum apprehendimus.Sic igitur scientia ualet ad temporalium rerum rectam administratione,& ad bonam inter malos conuersationem,intelligentia uero ad cratoris, & creaturarum inuibilium speculationem, sapientia uero ad so-

ad solius æternæ veritatis contemplationem,ac delectationem. Quæ quidem vt dona sunt sancti spiritus, ab eis, quæ à natura sunt nominibus eisdem appellatis, ex hoc ipso differunt, & ea præficiunt. Nec dicta sapientia Deus est,sed magis donum est ipsius.

*Est distantia alijs præclara scientia donis,*
*Numine,quam sacro dicimus esse datam.*

## DIST. XXXVI. QVAE INCIPIT,
Solet etiam quæri, &c.Epi.

In charitate, quæ uirtutum omnium mater est, & totius plenitudo legis, uirtutes reliquæ, infusæ videlicet,ita connexæ sunt, ut qui unam habuerit habeat omnes: & omnibus careat, qui caret vna. Nec tantum hoc modo connexæ sunt uirtutes, uerum,& sunt æquales,ita ut una intensa, & reliquę proportionabiliter intendantur, ita ut, qui pares sunt in aliqua,in alijs quoque pares esse comprobentur.Quæ tamen accipi debent,quo ad habitum in animo existentem. At in actu exteriùs hoc fieri non oportet.Hinc quod Abraam in fide,in patientia Iob,in mansuetudine Moyses,& sic de alijs excelluisse, quo ad usum, & per comparationem ad alios,uenit intelligendum:non autem,quasi singulas has uirtutes intẽsiùs,quàm alias habuerint.Hæc tamen extra textum de æqualitate proportionis oportet intelligere: vnde per hoc non excluditur, uirtutem vnam alia esse maiorem, & charitatem omnium primam.Neque per hoc peccata paria esse oportet, cum unum charitati amplius contrarium inueniatur.porro ad Dei, & proximi charitatem omnia decalogi præcepta reducuntur,ad quę & moralia omnia ex decalogo manantia, ceremonialia quoque legis ueteris spiritualiter intellecta, referri habent.

*Iunguntur ualido uirtutum germina nexu.*
*Iam periere omnes, si perit vna tibi.*

## DISTINC. XXXVII. QVAE INCIPIT,
Sed iam distributio decalogi.&c.Epi.

Decem sunt decalogi præcepta, quorũ tria(scilicet primæ tabulæ mandata)ad Deum, reliqua uero septem(quæ sunt secundę tabulę)ad proximum nos habent ordinare. Vnde proximum primæ tabulæ præceptum(quod de cultu unius Dei existẽs quamuis Origenes diuidat,Augustinus tamen unũ esse ostendit)ordinat ad patrem,in quo est unitas, auctoritas,Alterum autem, quod est de nõ assumẽdo in vanum nomine Dei allegoricè filium patri æqualem significans, ordinat ad filium, in quo est æqualitas.Tertium uero,quod est de sabbato sanctificando, & significat abstinentiam à uitijs fiendam pro futura quiete, ordinat ad spiritumsanctum,cuius charitate eam obtineamus, per quem & sanctificamur. Secundæ uero tabulæ primum præceptũ, honorem, & in casu prouisionem parentibus exhibendam indicit.Secundò prohibetur corporale,& spirituale homicidium.Tertiò mœchia exploditur & omnis membrorum genitalium abusus. Quartò cauetur furtum,& rapina, & omnis iniuriosa alienæ rei usurpatio.Quintò crimen mendacij & periurij interdicitur.De duobus reliquis Magister posteriùs dicit.

*Nil præcepta iubent tabulis conscripta duabus,*
*Quam tibi perpetuus vitè celatur amor.*

## DISTIN. XXXVIII. QVAE INCIPIT,
Sciendum tamen,&c.Epi.

Tria sunt mendacij genera, officiosum scilicet, quod salute, aut commodo sit alicuius absque malignitate:quale fuit illud obstetricum,& Rahab Iericũtinę. Iocosum,quod nec fallit,sed scitur causa ioci dictum Et pernicioſum,quod scilicet ex malignitate,& fallendi animo procedit, quod omnimodis fugiendum est. prima autem duo etsi leuia sunt,non tamen sunt sine culpa. Quod autem dominus obstetricibus,& ipsi Rahab benefeciſſe legitur, hoc non fiebat propter mendacium, sed ob misericordiam populo Dei exhibitam. Neque uerò idcirco hoc de alijs peccatis in consequentiam trahendum est. alioqui detestanda sequi manifestum. est. Aug.autem octo mendaciorum genera discernit,quæ tamen omnia ad tria reducuntur præfata Est autem differentia inter mentiri, & mendacium dicere, cum id quidem sine falsitate, illud autem nequaquam fieri possit. Sed & quisquis mendaciũ loquitur,mentitur,& non econtra.Hinc falsum loquens,uerax esse potest,cum scilicet loquitur, qđ cordi sibi est. Hinc & econtra Iudæus Christum dicens esse Deum,mentitur quidem, qa non credit: non tamen loquitur mendacium, quia uerum est quod dicit.Omne igitur mendacium peccatum est unum tamen altero grauius: qui grauitatis ordo per comparationem ad id,quod fit in doctrina fidei,accipi potest.Ex his etiam patet, non idem esse mentiri,& errare,cum absque peccato quandoque esse possit.

*Impia se pandunt octo mendacia ramis.*
*Crimine,quæ semper corda ferire solent.*

## DISTINC. XXXIX. QVAE INCIPIT.
Nunc de periurio uideamus &c.epi.

Comites suos Iusiurandum, seu iuramentum habere debet,veritatem scilicet,iudicium, & iustitiam. qui si defuerint,iuramẽtum fit periuriũ. Hinc peierarare eum constat, qui fallendi voluntate falsum iurat: eumque qui iuramento falsum firmat, quamuis ipse uerum putet:eum quoque, qui cum verum sit,quod iurat,putat tamen falsum esse,vbi quamuis mentiatur iurans non tamen est mendacium, ut ex supra dictis patet. periurat autem nihilominus talis. Iuramentum enim facit fallendi intentione. Qui autem iurat se aliquid præstiturum, quod tamen non dat,periurus non est, nisi mutando propositum,aut terminum transgrediẽdo.Quã quam autem iurare nõ semper sit malum.seu illicitum,iurare tamen falsum est grande peccatum,nec sine peccato est, citra necessitatem etiam verum iurare.Ex necessitate autem super aliquo licito iurare,bene licet, ut cũ innocentis probitas per hoc ostendi debet, & sic de alijs. per creaturas autem iurare,perfectis quidem Magister dicit licitum,nõ autem imperfectis. per quas tamen iurans minus obligatur,quàm iurans per Deum.per falsos quoque deos etiam uerum iurans infidelis peccat,quo tamen eius iuramento sine peccato ad bonum fidelis uti põt. Iuramenta autem in malum exitum uergentia,obseruanda non sunt.Neque tamen callida arte uerborum deceptoriè iurans,neque alterũ peierare scienter cogens, a mortali excusatur,secus aũt, si exigat ideo, ut fidẽ de re iurata habeat. Hoc eſt hũana est tẽtatio. Est aũt iuxta ecclesiæ decretũ,ad iuramẽtũ solẽne ieiunio stomacho accedẽdũ,nisi pro pace fiat, aut periculum sit in mora

Qui



*Qui iuramenti testis mendacia dicta tuetur,*
*Is periuro animam polluit ore suam.*

## DISTINC. XL. QVAE INCIPIT,
Sextum præceptum est,&c. Epi.

¶Sextum vltimæ tabulę præceptum,& in ordine decalogi nonum,quod est de non concupiscenda proximi vxore,& præceptum finale de non appetenda qualibet re alterius,differunt à duobus prioribus mœchiam, & furtum prohibentibus. In his enim prohibita sunt opera, in illis verò concupiscentia, ac per hoc actus interiores. Quod autem lex vetus manum tantum comprimere dicitur, non animum, quæ ad ceremonialia intelligi potest, vel etiam,quòd non ita generalis sit prohibitio concupiscentiæ,sicut in lege noua,quæ & ideo vtrumque comprimere dicitur.Litera autem occidens lex vetus dicitur,eo quòd concupiscentiam quidem mandato occasionaliter auget,nec gratiam tribuit, quæ per euangelium datur abundantiùs.Hinc,& litera legis ab euangelio distare dicitur, quia in eis diuersa promissa, sacramenta diuersa, diuersa quoque non quidem moralia, sed ceremonialia inueniuntur præcepta.

*Furti, & adulterij prohibet lex edita factum,*
*Quum desiderium lex utriusque uetat.*

FINIS.

# TITVLI SEV RVBRICAE LIBRI TERTII

## Sententiarum, ab ipso magistro primum sic Digesti.

Distinctio. 1. QVare filius carnem assumpsit, non pater, vel spiritussanctus.
Vtrum pater, vel spiritussanctus potuerit incarnari. An filius, q̄ tñ carnē accepit, aliq̄d fecerit, q̄ non pr̄, vel spiritussanctus.
Dist. 2. ¶Quare totam humanam naturam accepit, & quid nomine naturæ intelligitur.
De vnione verbi, & carnis mediante aīa.
Quod simul assumpsit aīam, & carnē verbū, neq; caro priùs est ꝯcepta, q̄ assūpta.
Dist. 3. ¶De carne assumpta qualis ante fuerit.
Qd̄ nullus ē sine pctō hic, excepta virgine.
Quare Christus non fuit decimatus in Abraam sicut Leui.
Quare caro Christi non dicta est pecatrix, sed similis.
Dist. 4. ¶Quare spirituisancto tribuatur incarnatio, cum sit opus trinitatis.
Quare dicatur Christus conceptus, & natus de spirituisancto.
Quare Apostolus dicit Christum factum, quem nos fatemur natum.
Dist. 5. ¶Si persona, vel natura personam, vel naturam assumpsit, & si natura Dei sit incarnata.
An diuina natura debeat dici caro facta.
Quare non accepit personam hominis, cū assumpserit hominem, quòd quidam probare nituntur.
Dist. 6. ¶De intelligentia harum locutionum, Deus est homo, Deus factus est homo, &c. vbi tres sententias ponit.
Prima est eorum, qui dicunt in carnatione hominem quendam ex aīma, & carne constitutum, & illum hominem esse factum Deum, & Deum illum hominem, & auctoritates quibus ita esse asserunt, ponit.
Secunda est eorum, qui dicunt hominem illū ex tribus substantijs, vel duabus naturis constare, & hunc fatentur vnam esse personam ante incarnationem simplicem tantum, sed in incarnatione compositam, & auctoritates, quibus se muniunt, proponit.
Tertia est eorum, qui nō solum personam ex naturis cōpositam negant, sed ēt aliquem hominem, vel aliquam substantiam ibi ex aīa, & carne cōpositam diffitentur, & sic duo illa, s. carnem, & animam, verbo vnita dicunt, vt non ex illis aliqua substantia, vel persona componeretur, sed illis duobus velut indumento Deus vestiretur, vt mortalibus oculis appareret, qui rationem incarnationis secundum habitum accipiunt.
Deinde auctoritates inducit, quibus hæc sententia roboratur.
¶Quatuor species habitus distinguuntur.
Deinde, quæ singulis sententijs aduersari videntur, ponit Dist. 7.
Ex quo sensu dicitur. Christus prædestinatus
Quod non debet dici homo dominicus.
¶An diuina natura debeat dici nata de virgine Dist. 8.
De gemina natiuitate Christi quibus natus est.
¶De adoratione exibenda humanitati Christi. Dist. 9.
¶An Christus secundnm quod homo, sit adoptiuus filius. Dist. 10.
An persona, vel natura prædestinata sit.
¶Vtrum Christus sit creatus, vel factus. Dist. 11.
De perfidia, & pęna Arrij.
¶An homo ille semper fuerit. Dist. 12.
An Deus alium sumere potuerit, vel aliun de, quàm de genere Adæ.
Si homo ille potuerit peccare, vel non esse Deus.
Si Deus potuerit assumere hominem in sexu muliebri.
¶De sapientia, & gratia Christi hominis, Dist. 13.
an in eis proficere potuerit.
¶Si anima Christi habuit sapinntiam parem cum Deo, & si oīa scit, quæ Deus. Dist. 14.
Quare Deus non dedit illi aīmæ potentiam omnium, vt scientiam.
¶De hominis defectibus, quos assumpsit Christus. Dist. 15.
De propassione, & passione timoris, vel tristitiæ.
De quibusdam capitulis Hilarij obscuris, quibus à carne Christi dolores passionis submoueri videntur.
De tristitia Christi, & eius causa secnndum eundem.
¶An in Christo fuerit necessitas patiendi, & moriendi, quæ est defectus generalis Dist. 16.
De statibus hominis, & quid Christus de singulis acceperit.
¶Si omnis Christi oratio, vel voluntas impleta sit. Dist. 17.
D voluntatibus Christi secundum duas naturas.
De capitulis quibusdam Ambrosij, & Hilarij, vbi de dubitatione, & timore Christi agitur.
¶Si Christus meruit sibi & nobis, & quid sibi, & quid nobis. Dist. 18.
Quod à conceptu meruit sibi id, quod per passionem.
De eo, quod scriptum est, Donauit illi nomen, quòd est super omne nomen.
Si Christus sine omni merito habere valuit



luit, quod merito obtinuit.
De causa passionis, & mortis Christi.
Dist. 19. ¶Qualiter à diabolo, & à peccato redemit nos Christus per mortem.
Cur Deus homo. & mortuus.
Quomodo à pęna non nos redemit Chr̄s.
Quomodo pœnam nostram portauit.
Si solus Christus redemptor, & mediator debet dici.
De mediatore.
Secundum quam naturam sit mediator.
Dist. 20. ¶Quòd alio modo potuit liberare, & quare isto modo potius.
Qua iustitia sit victus diabolus.
De causa inter Deum, & hominem & diabolum.
De traditione Christi facta à Iuda, à Deo, & à Iudæis.
Vtrum Christi passio sit opus Dei, vel Iudeorum.
Dist. 21. ¶Si Christi morte separata fuit aīa, vel caro à verbo.
Qua ratione dicitur Christus mortuus, vel passus.
Dist. 22. ¶Si Christus in morte fuit homo.
Si Christus vbicunque est, sit homo.
Quod Christus vbique totus est, sed non totum: vt totus est homo, vel Deus, sed non totum.
Si ea, quæ dicuntur de Deo, uel filio Dei, possint dici de homine illo, uel filio hominis.
Dist. 23. Si Christus habuerit fidem, spem, & charitatem.
Quid sit fides.
Quot modis dicitur fides.
Quid sit credere Deum, uel Deo, vel in Deum.
De informi qualitate mētis, quæ in malo Christi est.
Quomodo dicatur vna fides.
Quòd fides est de his, quæ non videntur ꝓ priè, ipsa tñ videtur ab eo, in quo est.
Descriptio fidei.
Quare sola fides dicitur fundamentum.
Dist. 24. ¶Qūo intelligatur, quod scriptum est, Cū factum fuerit, credatis.
Si Petrus habuit fidem passionis, q̄ uidit hominem Christum pati.
Si aliqua sciantur, quæ creduntur,
Dist. 25. ¶De fide antiquorum.
De fide simplicium.
Quę ante aduentum Christi de mediatore credere sufficiebat.
De fide Cornelii.
De qualitate fidei, spei, & charitatis, & operis.
Dist. 26. ¶De spe quid sit.
De quibus sit spes.
Quomodo differant fides vel spes.
Si in Christo fuerit fides, & spes.
Si iusti in inferno fidem, & spem habuerunt.
¶De charitate Dei, & proximi, q̄ in Christo. & in nobis est. Dist. 27
Quid sit charitas.
Si eadem charitate diligitur Deus, & proximus.
Qua dicuntur duo mandata charitatis.
De modo diligendi.
De impletione illius mandati, Diliges Deum ex toto corde.
Quòd alterum mandatum in altero est.
Qua charitate diligenda sint.
¶Si iubemur totum proximum diligere, & nos totos. Dist. 28.
Quòd in dilectione proximi includitur dilectio angelorum.
Quid sit proximus.
Quibus modis dicitur proximus.
¶De ordine diligendi, quid priùs, quid posteriùs.
An oēs homines pariter diligendi sint.
De gradibus charitatis.
¶Si meliùs est diligere inimicos, quàm amicos. Dist. 29.
¶Si charitas semel habita amittatur. Dist. 30.
Quare fides, spes & scientia dicuntur euacuari, & non charitas, cum ipsa sit ex parte.
¶Si Christus ordinem diligendi seruauit quæ nos. Dist. 31.
¶De charitate Dei. Dist. 32.
Quomodo dicitur Deus magis diligere, vel minus hunc vel illum.
Quòd dupliciter inspicienda est dilectio Dei.
Si quis magis uel minus diligitur à Deo uno tempore, quam alio.
Si Deus ab æterno dilexit reprobos.
¶Da quatuor uirtutibus principalibus. Dist. 33.
Vtrum hę virtutes in Christo fuerint. & in angelis sint.
De vtibus earum.
¶De septem donis spirituissancti. Dist. 34.
Vtrum sint virtutes, & sint in angelis
Vtrum in Christo fuerint.
De timorum distinctione.
De timore casto, & seruili, & initiali.
Quomodo differant castus, & seruilis, vel initialis.
Quod timor seruilis, & initialis dicuntur initium sapientiæ, sed differenter.
Quomodo castus timor permanet in æternum.
Si timor pœnæ qui fuit in Christo, fuit seruilis, vel initialis.
¶De sapientia & scientia qūo differant. Dist. 35.
In quo diferat sapientia ab intellectu.
Vtrum intellectus & scientia, quæ inter dona numerantur, sint illa, quæ naturaliter habet homo.

sepa-

Dist. 36. ¶De connexione virtutum quæ non separantur, an cunctæ uirtutes pares sint in quocunque sunt.

Dist. 37. Quomodo in charitate tota lex pendet.
¶De decem mandatis, quomodo continentur in duobus.
Quare idolum nihil esse in mundo dicitur.
Quare in spiritu sancto proprie dicitur fieri rem illio peccatorum.
De sensu spirituali & carnali legis.
De furto.
De mendacio.

Dist. 38. ¶De triplici genere mendacij.
De octo speciebus mendacij.
Quid sit mendacium.
Quid mentiri.
Quod omne mendacium peccatum sit siue prosit, siue non, & quare.
In quibus rebus cum periculo erratur, uel non.

¶De periurio. Dist. 39.
An sit periurium quod non est mendaciũ.
De triplici modo periurij.
An iuratio sit malum.
De iuramento quod fit per creaturas.
Quæ iuratio sit grauior: an quæ fit per Deum, an quę fit per creaturas, vel per euangelium.
Quid sit dicere, Per Deum iuro.
De illis qui iurant per falsos deos.
Quod iuramentum vel promissio contra Deum facta, non est tenenda.
Si est periurus, qui non facit, quod incautè iurat.
De illis qui verborum caliditate iurant.
De illo, qui cogit aliquem iurare.

¶Quare lex dicitur con primere manum Dist. 40.
non animum.
Quæ sit litera occidens.
De legis & euangelij distantia.


FINIS.

# DIVI DIONYSII CARTHVSIANI

## IN TERTIVM LIBRVM SENTENTIARVM FIDEI CATHOLICAE,

In quo humanæ redemptionis sacramenta, virtutes, donaq́; gratuita (quibus Christus plenus fuit, fidelesq́; animas adimpleuit) explicantur.

## PROLOGVS.

Dan. 9. DIXIT Gabriel ad Danielẽ: Septuaginta hebdomades abbreuiatæ sunt super populum tuũ, vt deleat iniquitas, & adducat iustitia sempiterna, & impleatur visio, & prophetia, & vngat sanctus Sanctorũ, & occidet Christus. Verba hæc sententiosissima, q̃ super Danielẽ diligenter exposita sunt, quatuor (quantũ ꝓ nunc sufficit) tangunt: Primũ est determinatio temporis aduentus, incarnationisq́; Christi, cũ dr: Septuaginta hebdomades abbreuiatæ sunt super populum tuũ, ꝙ, secundum doctores catholicos, & Hebrœos, de hebdomadibus annorum est intelligendum, non de hebdomabibus dierũ, ita vt vna hebdomada septem ꝓtineat annos. Secundũ est effectus, seu fructus, ac Summa utilitas incarnationis filij Dei, cũ addit. Vt deleat iniquitas. Vnde de Christo beatissimus eius ꝓcursor asseruit: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit pctã Mundi. In Isaia quoq; fuit ꝑdictũ: Dominus posuit in eo iniquitatẽ omniũ nostrũ, verè languores nostros ipse tulit, & peccata nr̃a ipse portauit. Tertium est, copiosum, ac multiplex bonũ, Christi aduentũ ꝙcomitans, vtpotè adductio sempiternę iustitię, i. ꝑfectio euangelicę legis, quã Christus edocuit, instituit, ac firmauit: in qua diuina, æterna, & increata iustitia nobis ꝓponit, ac docet. Denique, ipsemet Christus ſm deitatis suæ naturã est sempiterna iustitia, qui & in assumpta humanitate per viam iustitiæ ꝓ peccatis hominum satisfecit, ac genus redemit humanum nõ corruptibilib. auro, & argento, sed ꝓciosissimo sanguinis sui thesauro: q̃ (vt in Apocalypsi hr̃) dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo, cuius aduentu, & efficientia impleta est visio, & ꝓphetia, hoc est, reuelationes ꝓpheticæ, anagogicę, seu imaginarię, aut symbolicę factæ. Nempè vt ait Iohannes, gr̃a & veritas ꝑ Iesum Christũ facta est, q̃ & in cruce pendens, mortisq́; ꝓximus, dixit: Consumatũ est. Quartum est complementũ nr̃æ saluationis, cũ subditur. Et occidet Christus, cuius passio est viuificatio nr̃a, & nr̃æ redemptionis completio. Cœpit quippe ab incarnationis exordio ꝓ nobis satisfacere, compati, & orare, hinc dixit: Animam meam pono ꝓ ouibus meis, & itẽ: Ego si exaltatus fuero. i. in cruce leuatus, omnia traham ad meipsum. In his consistit materia huius tertij libri Sententiarum, in quo de Christi humanitate, de verbi æterni incarnatione, de passione, cæterisq́; mysterijs filij Dei tractatur.

¶Idcirco in ꝓlogo suo super hunc librum loquit̃ Alexander: Inquisitio theologica in his, q̃ pertinent ad fidem, quadripartita est. Prima pars spectat ad cognitionẽ substantiæ summæ trinitatis, ac vnitatis. Secunda ad opera diuinæ ꝓdictionis, seu creationis. Tertia ad personã saluatoris in natura deitatis, & in natura humanitatis. Quarta ad sacramenta salutis, & opera futurę glorificationis. Pertractatis ergo in duob. superioribus, seu p̃cedentibus libris, duabus partib. primis, tractandũ est nunc in hoc tertio lib. de tertia parte, in quarto de quarta. Denique tota Christianæ fidei disciplina, ad duo pertinet: puta ad fidem, & intelligentiam creatoris, atq; ad fidem, & intelligentiã saluatoris. Fides. n. principaliter ꝓtinet duo, vc3 cognitionẽ substantiæ creatoris, & cognitionem operũ eius. Fides quoq;, & intelligentia saluatoris circa duo versat, vtpotè circa ipsius psonã, & circa saluationis effectum, q̃ ꝓsistit in sacramentis salutis per gratiam in p̃senti, & in præmijs felicitatis per gloriam in futuro. Hæc Alexander,

Determinatio tpis incarnationis filij Dei.

Effectus, & fructus multiplex incarnationis, Iohan. 1. Isaiæ 53.

Perfectio euãgelicæ leg. ẽ incarnatio.

1. Petri 1.

Apoc. 1.

Iohan. 1.

Iohan 19.

Passio Christi redẽptionis cõpletio.

Iohan 10. Iohan 12.

Alex. de Hales. Parres 4. Sententiarum.

¶ Atuero S. Thomas hic assumit ꝓ themate illud Ecclesiastis: Ad locũ vñ exeunt flumina, reuertunt̃, vt iterum fluant. In quibus, inquit, verbis notatur materia huius libri. s. diuinę incarnationis mysteriũ, cum dr: Ad locum vnde exeunt flumina, reuertunt̃, & copiosus fructus tanti mysterij, cũ subditur: Vt iterum fluant. Hæc etenim flumina, naturales sunt bonitates, quas Deus influit creaturis, vt esse, viuere, intelligere. Locus verò de quo exeunt, est Deus omnium fons bonorum. Quæ flumina ad suum redierunt fontale principium, qñ humana natura per incarnationis mysteriũ vnita est verbo æterno, & ex tunc fluere rursus cęperunt, quia ex Christo Deo, & homine in vnitate personæ, fluxerunt non solum naturalia, sed & gratuita dona plùs solito, quia de plenitudine eius omnes accepimus gratiam pro gratia, vt habetur in Iohanne. Hæc Thomas. Tho. Aqu. Eccl. 1.

Bonitates quas Deus influit creaturis.

Iohan 1.

¶ Bonauentura verò pro themate sumit hic illud Apostoli ad Ephesios: Deus q̃ diues est in misericordia, ꝓ nimiam charitatem suam, qua dilexit nos, cũ essemus mortui peccatis, ꝓuiuificauit nos Christo, cuius gr̃a estis saluati. In quibus, ait, verbis insinuat̃ uobis nostræ redemptionis mysterium, atq; per hoc manifestatur nobis subiectum libri Sententiarum, specialiter quantum ad tertiam eius partem, in qua explicat̃ nostræ redemptionis sacramentũ factæ ꝑ Christum. Possunt aũt in hoc verbo quatuor notari, spectantia ad generis rẽparationẽ humani. Primum est auctor reparationis, cum dr: Deus q̃ diues est in misericordia. Secundũ lapsus reparabilis, cũ subdit: Cum essemus mortui peccatis. Tertium persona reparatoris, dum addit: Conuificauit nos Christo. Nempè in Christo, & ꝑ Christum facta est reconciliatio nr̃a. Quartum est salus hominis reparati, cum subiungit: Cuius gr̃a estis saluati. Meritò etem̃ passionis Christi collata est efficacia sacramentis. De primo horũ quatuor, vc3 de reparationis auctore, agit in primo Sententiarũ, hoc est, de superbeatissima Trinitate. De secundo, id est, de ipso reparabili, puta de hoie cadente, & de statu ꝓdictionis, ac innocentiæ, agit in secundo. In tertio, de psona repara-

Bonauen. Ephe. 2.

Quatuor spectantia ad generis humani reparationem.

ratoris,dño saluatore Deo, & hoīe. In quarto de hominis reparati salute,q̄ ꝓsistit in expiatione culpę, & amotione totius miseriæ. Hæc Bonauentura.

Albertus. Gala.4. ¶Insuper Albertus hoc accipit thema: Cū venit plenitudo tp̄ris,misit Deus filiū suū, natū ex muliere,factū sub lege,vt eos q̄ sub lege erant,redimeret. In hoc tertio libro tractatur de reparatione generis humani,seu hominis lapsi, in reparantib. per modū rerum,nō signorū:hoc est, de Christi incarnatione, ac passione,non de sacramentis,de quib. in quarto.

virtutes q̄ formaliter reparāt hoīes. Diuiditur autem hic liber in duas partes. In prima agitur de reparatore,& conuenientib. ei, inquantū est reparator,q̄ effectiuè nos reparauit. In secunda de reparantibus formaliter, vtpotè de virtutibus, donis, p̄ceptis, q̄ supponunt̄ in hac doctrina vt res, non vt signa. Et hæc pars incipit distinctione 23. Prima diuidit̄ in duas. In prima agit̄ de his, q̄ perficiunt vnionē filij Dei ad naturā humanā, & econtrario. In secunda de proprietatibus, q̄ conueniunt Christo filio Dei, & filio hominis, ſm quod vnitus est,& de gr̄a vnionis ipsius. Et hæc pars incipit sexta distinctione. Prima harū ꝓtinet quinq; distinctiones, & diuiditur vltra in tres partes, secundum quod tria perficiunt vnionem, videlicet vniens, vnitum, & vtrumque simul coniunctum. Hæc Albertus.

¶Eodē themate vtit̄ Petrus,sed aliter introducit.

# SENTENTIARVM FIDEI CATHOLICAE, DOCTISSIMI VIRI PETRI LOMBARDI STVDIO COLLECTARVM, DE INCARNATIONE VERBI:

## LIBER TERTIVS.

### *De vnione naturarum in Christo, ex parte personæ assumentis. Dist. I.*

Gala.4. VM venit igitur plenitudo temporis, vt ait Apostolus, misit Deus filiū suū, natū de muliere, factum sub lege, vt eos, q̄ sub lege erant, redimeret, vt in adoptionē filiorū Dei reciperemur. Tempus aūt plenitudinis, dr̄ tempus gr̄æ, quod ab aduentu saluatoris exordiū sumpsit: hoc est, tempus miserendi, & annus benignitatis, in quo gr̄a, & veritas p̄ Iesum Christum facta est, gr̄a, quia p̄ charitatem

Psal.101. Iohan.1. Isaiæ 41. impleť, quod in lege p̄cipiebatur: veritas, quia p̄ Christi aduentum exhibetur, atq; perficitur humanæ redemptionis sponsio facta ab antiquo. Filij ergo missio est ipsa incarnatio, eo enim missus est, q̄

1 Iohan 3. Philip.2. in forma hominis mundo visibilis apparuit, de quo supra sufficienter dictum est.

### *Quare Filius, non Pater, aut Spiritussanctus, carnem assumpserit.*

Lucæ 1.. Diligenter verò adnotandū est, quare filius, non Pr̄, vel Spiritussanctus, est incarnatus.

Psal.103. Solus namq; filius hominē assumpsit, quod vtiq; congruo ordine, atq; alto Dei sapientia fecit ꝓ filio, vt Deus, qui in sapientia sua mundum ꝓdiderat, secundum illud. Omnia in

Lucæ 15. sapientia fecisti Dñe, q̄ in cęlis sunt, & quæ in terris, restauraret in eadem. Hæc est mulier euangelica, q̄ accendit lucernā, & drachmā decimam, q̄ perdita fuerat, reperit: sapientia scilicet patris, q̄ testā humanæ infirmitatis lumine suæ diuinitatis accendit, perditumq;

Iohan.10. hoīem reparauit, noīe regis, & imagine insignitum. Ideo etiam filius missus est, & non pr̄, quia ꝓgruentiùs mitti debebat, qui est ab alio, q̄ qui à nullo est, filius aūt à patre est, pater

Li.4. c 10. 1.Iohan.4. Gala 4. verò à nullo alio est. Vt.n. Augustinus in lib. de Trinitate. Non.n. habet pater de quo sit. Sicut ergo pater genuit, filius genitus est: ita ꝓgruè pater misit, filius missus est. Ab illo.n. conuenienter mittitur Dei verbum, cuius est verbum: ab illo mittitur, de quo natum est. Mittitur, quod genitum est. Pater verò, q̄ misit, à nullo est. Ideoq; pr̄ missus non est, ne si mitteret, ab alio esse putaret. Missus est ergo primo filius, q̄ à solo patre est, deinde etiam spiritussanctus, q̄ est à patre, & filio, sed filius solus in carne missus est, non spiritussanctus, sicut, nec pr̄. Quod iō factum est, vt qui erat in diuinitate Dei filius, in humanitate fieret hominis filius. Non pr̄, vel spiritussanctus carnē induit, ne alius in diuinitate esset filius, alius in humanitate, & ne idem esset pater, & filius, si Deus pater de homine nasceretur.

Aug c.a. Vñ in ecclesiasticis dogmatibus: Non pr̄ carnem assumpsit, neq; spiritussanctus, sed filius trīs: vt qui erat in diuinitate Dei filius, ipse fieret in homine hominis filius, ne filij nomen

Lucæ 1. 2. ad alterū transiret, qui nō esset æterna natiuitate filius. Dei ergo filius, hominis factus est filius, natus secundum veritatem naturæ ex Deo Dei filius, & ſm veritatem naturæ ex homine



hoīe hominis filius: vt veritas geniti nō adoptione, nō appellatione, sed in vtraq; natiuitate filij nomen nascendo hr̄et, vt esset verus Deus, & verus homo vnus filius. Nō ergo duos Christos, neq; duos filios ꝓfitemur, sed Deum, & hoīem vnū filiū, quē ꝓpterea, & vnigenitum dicimus, manentem in duab. substantijs, sicut ei naturæ veritas contulit, non confusis naturis, neque immixtis, sicut Timotheani volunt, sed societate vnitis. Ecce habes quare Filius, non Pater, vel Spiritussanctus, carnem assumpserit.

Iohan.11 1.Io 4.

### *Vtrum Spiritussanctus, vel Pater potuerit incarnari, vel possit.*

Si verò quæriť, vtrum Pater, vel Spiritussanctus incarnari potuerit, vel etiam modo possit: sanè responderi potest, & potuisse olim, & posse nunc carnem sumere, & hoīem fieri, tam Patrem, quàm Spiritum sanctum. Sicut enim Filius homo factus est, ita Pater, vel Spiritussanctus potuit, & potest.

### *An filius, qui tantum carnem accepit, aliquid fecerit, quod non Pater, vel Spiritussanctus.*

Sed forte aliq dicent: Cum indiuisa sint opera Trinitatis, si filius carnē assumpsit, tunc & Pr̄, & Spiritussanctus: quia si filius carnē assumpsit, nec hoc fecit Pr̄, vel Spiritussanctus, nō omne, quod facit filius, facit & Pr̄, & Spiritussanctus. At omnia simul Pater, & filius & amborū spiritus pariter, & ꝓcorditer operant̄. Ad quod dicimus, quia nihil operatur filius sine patre, & Spiritussancto, sed vna est horū triū operatio indiuisa, & indissimilis: & tñ Filius, non Pater, vel Spiritussanctus, carnē assumpsit. Ipsam tñ carnis assumptionē Trinitas operata est, sicut Augustinus dicit in libro de fide ad Petrum: Reconciliati sumus p̄ solum filium secundū carnem, sed non soli filio, secundum deitatē. Trinitas.n. nos sibi reconciliauit p̄ hoc, q̄ solum verbum carnem ipsa Trinitas fecit. Trinitas ergo carnis assumptionem fecit, sed verbo, nō patri, vel Spirituisancto. Si.n. pater sibi, & filius sibi, vel pater filio, & filius patri carnis assumptionē operatus esset, iam non eadem esset operatio vtriusq;, sed diuisa. Sed sicut inseparabilis, & indiuisa est vnitas substantiæ triū, vt ait Aug. in lib. de Trin. ita & operatio: non tñ eandem Trinitatem natam de virgine, crucifixā, & sepultā catholici tractatores docuerunt, sed tantummodo filiū: nec eandē Trinitatem in specie columbæ descendisse super Iesum, sed tñ Spiritumsanctum: nec eandem dixisse de cęlo: Tu es filius meus dilectus, sed tñ patris vocē fuisse ad filiū factā: quamuis Pater, & Filius, & Spiritussanctus sicut inseparabiles sunt, ita & inseparabiliter operentur. Hæc & mea fides est, quandoquidem hęc est catholica fides. Licet ergo solus filius carnē assumpserit: ipsam tñ incarnationē cum Patre, & Spiritusancto operatus est.

Libro 1.Q. cap 4. Iohan.8. Lucæ 3. Mat 3.17. Mat.17 9.

## *D. DIONYSII Carthusiani, in III. Librum Sententiarum, collectanea.*

### QVAESTIO PRIMA.

Arguitur 1.contra veritatē. TIC quæriť primò: *An fuit possibile, decens necessarium, & expediens Deum incarnari.*

¶Videť primò, q̄ non fuit possibile: qm̄ natura, seu persona increata, diuina, & infinita, non est vnibilis naturæ humanæ, creata, ac finitæ vnione hypostatica, seu personali, hoc est, in vnitate personæ, seu ad constituendum vnam personam. Taliter namque vnibilia oportet quandam proportionem habere. Infiniti autem, & finiti nulla est proportio, cum in infinitum distent ab inuicem.

2. ¶Secundò, incarnari est quoddam pati, quod impassibili Deo non conuenit.

3. ¶Tertiò, incarnari est carnem, seu hominem fieri, sed Deo incommutabili non conuenit fieri.

4. ¶Insuper vr̄, q̄ non decuit Deum fieri hominem: quia ex hoc multa infima, & vilia Deo assc̄riberent̄, q̄ nec sine verecundia exprimi q̄unt, & quemcunq; hominē ꝓbant miserū, defectuosū, imperfectumq; esse, & talia attribuere Deo indecens valde videtur.

5. ¶Videť quoque, q̄ necessarium non fuit: qm̄ alio mō potuit omnipotens humanum redimere genus.

6. ¶Hinc probatur, q̄ nec expediens fuit, quia per

In oppositum. Iohan. 1. Alexand. de Hal 3. parte Summæ q̄st. 1. Idē 3. pte Summæ q̄st 2. Mēbro 2. Trismegi.



istud multi retrahuntur à fide, quibus incredibile, impossibile, indecensq; omnino apparet, Deum esse incarnatum, quod difficile est ad credendum, & impossibile ad comprehendendum.

¶In oppositum est fides catholica, iuxta illud in Symbolo: Incarnatus est ex Maria virgine, & homo factus est.

¶Circa hęc mouet Alexander plurimas q̄stiones, quæ, p̄ magna parte super II. sunt expeditæ. Etenim primò quęrit, vtrum humana natura sit lapsa à statu innocentię, in quo condita fuit. Secundò, an lapsa sit irreparabiliter, aut reparabiliter. Tertiò, vtrū necesse fuit eam reparari. Quartò, vtrū reparari potuit sine satisfactione p̄ culpa ipsius. Quintò, an per seipsam satisfacere potuit. Sextò, an per aliā creaturam fieri valuit satisfactio illa. Harum quæstionū duæ primæ super secundū sunt introductæ. Aliæ infra tangent̄, atq; soluentur. Porrò Alexander quamuis super tres primos libros Sententiarum scripserit: nō tñ ꝓcedit secundum ordinē distinctionū Magistri, sed magis ſm ordinem rei. Vnde ordinatiùs censetur ꝓcedere. Deinde quærit de incarnatione. Primò, an natura diuina, & humana fuerunt vnibiles. Ad quod r̄ndet: Infinitum dicitur dupliciter. Primò, quod nec finit aliquid, nec finitur ab aliquo, sicque infinita est Dei scientia ab æterno: qm̄ sic, nec finit, nec finitur ab aliquo. Secundò dr̄ infinitum, quod non finitur ab alio, sed finit aliud, & sic dicitur infinita substantia, scientia Dei, q̄a ad ipsam ordinat̄ creatura. Quemadmodum.n. asserit Trismegistus, diuina essentia est

sicut sphæra intelligibilis, cuius centrum est vbique, circunferentia verò nusquã, inquantũ enim diuina essentia consideratur, vt res in se, sic est omnino perfecta, in qua non est accipere principium, neque finem. Atque vt sic, est circunferentia extra omnia, & nusquam, seu in nullo existens. Inquantũ autem considerat, vt est creaturam ipsam limitans, finiens, ac deducens, sic dr centrum: qm̃ sicut centrum finit lineas, & ab ipso lineæ deducunt̃, sic creator limitat creaturas, & eas deducit, quæ & similitudinem quandam imitatiuam habent ad ipsum, & per eius omnipotentiam potuerunt vniri.

¶ Quocirca sciendum, quòd duplex est potentia, actiua, videlicet, & passiua. Diuina ergo natura non est vnibilis naturæ humanæ passiua potentia, quia quod ita vnibile est, est in potentia ad perfectionem maiorem, q̃ sit illa, quam habet ex sua natura, sed loquendo de potentia actiua, vnibilis est, quia in Deo fuit actiua potentia assumendi naturã humanã, natura verò humana vnibilis fuit diuinæ passiua potentia, vnde in naturarum vnione istarum, fuit ostensio maxima diuinæ potentiæ, qua tã infinitum finito coniunctũ est immediatè in vnitatẽ personæ. Hæc Alexander.

¶ Denique in q̃stione ꝓposita quatuor tanguntr. Primum est, an possibile fuit Deum incarnari. Secundum, an extitit decens. Tertium, an necessariũ erat. Quantum, vtrum expediens.

¶ Ad quorũ primum Thomas respondens: Vnio, inquit, aliquorũ duorũ, aut triũ, põt esse tripliciter. Primò, ſm quod non vniunt̃ ad inuicem, nisi per ꝯiunctionẽ eorũ in aliquo tertio: q̃dam econtrario ꝯiunctionẽ eorũ in aliquo vno, ꝙ ex eorũ ꝑstituit̃ ꝯiunctionẽ eorũ in aliquo vno, ꝙ ex eorũ ꝑstituit̃ vnione: quædã verò ꝑ coniunctionẽ eorũ ad inuicẽ, sed non in aliquo vno: qm̃ ex eorũ ꝯiunctione nihil resultat vnũ, sicut ex substantia, & accidente. Primũ horũ ꝑtingit quatuor modis, quia aut vnũ, in quo coniungunt̃, est idem numero, quemadmodũ duo brachia coniungunt̃ in vno pectore, & duo rami in vno trunco, vel vnum ſm speciem sicut Socrates, & Plato in homine, vel vnum ingenere, vt homo, & leo in animali, vel vnum analogia, seu proportione, vt substantia, & qualitas in ente. Nam sicut se habet substantia ad esse debitum sibi, sic qualitas ad esse sibi conueniens Quædã verò coniunguntr in vno ex eorũ ꝯiunctione constituto, vt forma, & materia in natura specifica. Ea aũt, q̃ inuicem vniunt̃, & non in aliquo vno, sunt sicut accidens, & subiectũ, ex quib. non sit vnum ꝑ se, cuius partes sint subiectũ, & accidens. Et quia (vt ait Hilarius) terrenorum ad Deum nulla est comparatio, nec exemplũ sufficiens reb. diuinis rõ ꝑstabit humana, hinc nullus istorũ modorũ competit ex toto ineffabili vnioni, qua Deus homini est vnitus, sed quidã horũ modorũ repræsentant, quantũ ad aliquid, modũ vnionis illius. Etenim medius modus, quo aliqua coniungunt̃, vt ex eis tertiũ quoddã resultet, omnino nõ competit Deo, nempè quę ita iungunt̃, se habent vt partes, ratio aũt partis, sicut & ratio imperfecti, remouetur prorsus à Deo. Primus verò modus, & tertius possunt Deo aliqualiter ꝓuenire. In incarnatione namq; ex parte assumentis duo consideranr̃, natura vc3, & ꝑsona, si aũt consideremus personã assumentẽ, sic coniungit̃ naturæ humanæ assumptæ tertio mõ coniunctionis: qa ꝑsona diuina assumens, fit ꝑsona naturæ assumptæ, nec ex his duob. resultat aliquod tertiũ, quemadmodum, nec in Socrate ex eius natura, & persona efficit̃ tertium aliquod, sed eius persona subsistit in natura humana. Porrò si consideremus assumentis naturam, sic coniunctio eius ad naturam humanã, est ſm primum modum, inquantum duæ naturæ in vna ꝑsona conueniunt, q̃ nihilominus in naturalib. proprietatibus manent distinctæ, hinc incarnatio insertioni comparatur. Quemadmodum enim in insertione in eodẽ trunco, in quo erat ramus vnus ꝑ naturã, sit ramus alius ꝑ insertionem, sic in eadem persona, in qua naturaliter fuit natura diuina, est ꝑ vnionem natura humana. In vno verò genere, vel specie conuenire naturam diuinam, seu Deum, & creaturam, est impossibile, sed ꝑ analogiã fieri põt, quod fuit ab exordio creaturæ, idcirco de hoc non est nunc quæstio. Hæc Thomas in scripto. Qui consequenter respondens ad istud, vtrũ congruum fuit Deum incarnari: Ad ea, ait, q̃ fidei sunt, demonstratiua ratio non hr̃, cum fides sit non apparentium, ꝑsertim in his, q̃ ex mera Dei voluntate ꝓueniunt, ac dependent, vt est incarnatio. Hinc ad eam probandum demonstratiua ratio nequit adduci, quemadmodum, nec incontrarium eius, quia cũ demonstratio faciat scire, scientia autem nõ sit nisi verorũ, certum est, quòd nil demonstrari valeat nisi verum, & cuius ꝓrium falsum sit: ideo sufficit defendere, quòd non sit impossibile incarnationem esse, quod partim iam factum est, atq; ostendere congruentiã aliquã ad eandem, quod modo agendum est. Itaq; ſppositio lapsu naturæ humanæ, congruentia incarnationis apparet ex tribus, vtpotè ex plenitudine diuinæ misericordiæ, ex immobilitate diuinæ iustitiæ, & ex condecenti ordinæ sapientiæ Dei. Cum enim Deus sit ſummè bonus, atq; misericors, decuit vt nulli naturæ negaret id, cuius erat capax. Cumq; natura humana esset lapsa: & tamen recuperabilis remaneret, decuit vt eam repararet. Insuper, cum iustitia eius immutabilis sit, cuius lege sancitum est, vt peccatum sine satisfactione nunquam dimittat̃, decuit eum, vt in humana natura instituere illum, qui satisfaceret: qm̃ hoc per se purus homo facere nõ poterat, vt dicetur. Cumque summè sapiens sit, conuenientissimum redemptionis modum debuit inuenire. Modus aũt ꝓuenientissimus est, vt natura repararetur ita, vt integra statuatur, quatenus ad id, quod amiserat, faciliter valeat peruenire. Si autem Deus hominem per Angelum repararet, non esset reparatio integra: quoniam homo Angelo semper debitor esset suæ salutis, & ita ei in beatitudine non posset æquari: quòd tamen consecutus fuisset, si non peccaret, sicut & nunc consequuntur homines per gratiam reparationis, vt sint sicut Angeli Dei in cœlo, hinc decuit, vt non Angelus, sed Deus hominem repararet. Similiter, vt esset facilis modus ascendendi in Deum, decuit vt homo ex his, q̃ sibi sunt cognita, tam secundum intellectum, quàm secundum affectum, in Deum consurgeret: & qm̃ homini connaturale est secundum statum præsentis miseriæ, vt à sensibilibus cognitionem accipiat, & circa ea afficiatur: ideo Deus congruenter visibilis factus est, vt homo ex visibilibus ad inuisibilium amorem, atq; notitiam rapiatur. Deniq; non decuit Deum assumere naturam Angelicam, quia peccatũ Angeli irremediabile fuit, non hominis, cuius causa multipliciter assignatur: primo, ex naturali potentia vtriusq; nam quantũ ad vim cognitiuam, Angelus cognoscit in luce plena ꝑ intellectũ deiformem, vt possit totum considerare sine inquisitione: idcirco per ignorantiam non excusatur quemadmodum homo, qui cognoscit agenda per deliberationem. Quantum verò ad affectiuam, quia voluntas Angeli immutabilis est post suam electionem, cum sit infra

Thomas in scripto super 3. dist. 1. q̃st. 2. ar. 1. in corpore.

Hilarius.

Ibid. art. 2. c

Hebr. 11.

Causæ incarnationis Christi.

Matth. 2. 19.

Idẽ ibidẽ ad 2. arg.

Deute 32. Ibid. ad 5.



infra voluntatẽ diuinam, q̃ est inuertibilis ante suã electionem, & postea, & supra voluntatem humanã, q̃ est vertibilis ante, & post, hinc Angelo malo, quod

Secunda. peccando accepit, immobiliter hęret. Secunda ratio assignat ex vtriusq; natura: qm̃ Angelorum natura non propagatur ex vno, ex quo vitium ꝓhat sicut humana: ideo nec per vnum eam congruit reparari, quòd vt insinuare Apostolus ad Romanos: Sicut

Roma. 5. per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & ꝑ peccatum mors, ita in omnes homines

Tertia. mors pertransit, in quo omnes peccauerunt. Tertia ex peccato vtriusque, & quantum ad genus peccati: quoniã homo superbiuit ex appetitu scientiæ, cuius natura creata est capax. Angelus verò ex appetitu potentiæ, quam natura creata non ita recipere valet sicut scientiã: vnde & animæ Christi communicata est omniscientia, sed non omnipotentia. Et item quantum ad circunstantiam peccati: quoniã homo peccans cogitauit de venia, & ab aliquo fuit deceptus, vt patuit 22. distinctione secundi, non autem Angelus peccans, ꝙformiter quantũ ad occasionem peccati, quã habuit: qm̃ alio suggerente peccauit, non Angelus.

Quarta. Quarta ex diuina iustitia: qm̃ hi ad quos corruptio peccati primi hominis erat deriuanda, nondum fuerunt in actu, sed inpotentia tm̃: idcirco non decuit, vt antequam essent, vltimam damnationem reciperent, quemadmodum omnes

Quinta. Angeli simul actualiter existentes, proprio arbitrio peccauerunt. Quinta ex misericordia Dei, nam tota natura humana lapsa fuit in vno, non autem tota natura Angelica, hinc indecentiùs erat vt tota natura humana relinqueretur sub damnatione, quàm

Sexta. natura Angelica, quæ non tota corruerat. Sexta atq; præcipua est ex parte status vtriusque, homo quippe non peccauit in termino vitę suę, vt Angelus, cui ad primam electionem status viæ finitus est. Et hoc

Io. Dama. lib. 2. c 4. Tho ibidẽ ad 4. ꝓsonat Damasceno, dicenti: Hoc est homini mors, ꝙ Angelo casus. Insuper quamuis Deus sit summè, ac infinitè misericors: attamen nõ decebat, vt pctm̃ hois permitteret penitus impunitum. Misericordia namque, quæ iustitiam tollit, stultitia potius est censenda, quàm virtus. Vnde misericordia Dei nullo modo obuiat suæ iustitiæ: ideo taliter nos redemit per misericordiam, ꝙ non derogauit iustitiæ, factus misericorditer propter nos homo, vt satisfaceret sic ꝑ nobis, in quo misericordiam suã magis ostendit, quàm si fine satisfactione dimisisset peccatum, per hoc ꝙ humanam naturam sic exaltauit, & ꝑ nobis mortẽ sustinuit. Nec tñ est simile de Deo, & homine propter duo. Primò: qm̃ Deus est omnium iudex, ad quem pertinet ordinem seruare iustitiæ, non autem quilibet homo. Nam & iudex non debet peccata proprio arbitrio dimittere impunita. Secundò, quia cum Deus sit ipsa bonitatis essentia, ac bonitas penitus pura, eo ipso est quodcunque, malum, ꝙ est contra ipsum: idcirco cum pœna non debeatur actui: nisi qm̃ malus est, decet vt Deus se vindicet de peccato, quod contra ipsum est: homo verò non debet punire quasi vindicans se, sed Deum, si hoc ex officio habeat, propter quod in Deuteronomio habetur: Mihi vindictam, & ego retribuam. Hoc quoq; sciendum, quòd quantitas culpæ ex duobus perpenditur, puta ex parte Dei, in quem peccatur, ficq; infinitatem quandam sortitur, inquantum est Dei offensa, quia quo is, in quem peccat est maior, eo culpa est grauior. Item ex parte boni, quod per peccatum corrumpitur, & sic quantitas culpæ finita est, inquantum est corruptio naturæ finitæ, hinc ad debitam satisfactionem requirit̃ actio hominis, quæ ꝓportionatur culpæ, inquantũ est q̃dam corruptio. Gratia quoque, cuius virtus est quodammodo infinita, cum sufficiat ad ꝑmerendum præmium infinitum, per quam gratiam satisfactio proportionatur quantitati culpæ, secundum quod est Dei offensa, hinc homo ex se ad satisfaciendum non sufficit: qm̃ gratiam ex se non habet: nec tñ crudelis est Deus, satisfactionem hanc exigens, quia si homo quod in se est fecerit, Deus gratiam ei præstabit. Veruntñ in peccato hominis primi, persona corrupit naturam, hinc illud peccatum dupliciter potest considerari. Primò, quantum ad corruptionem boni personalis, ficque primus homo cum adiutorio gratiæ pro illo satisfacere potuit: imò & satisfecit. Secundò, vt fuit naturæ corruptio, & sic ꝑ eo satisfacere non potuit homo, nec patrum aliquis antiquorum, nisi solum inquantum corruptio illa naturæ in propriam redundauit personã, atq; ex hac parte originale pctm̃ in antiquis patribus per fidem, & circuncisionem, decimas, ac primitias, soluebat̃: ideo decedentes in eo, nondum ad visionem Dei admittebantur, nisi priùs per Christum naturæ corruptio sanaretur.

¶ Porrò si obijciatur, ꝙ potuit Deus omnipotens facere naturam ita perfectam, quòd bonitas eius redundaret in totam naturam humanam, ficque perpuram potuit redimi creaturam. Obiectio.

¶ Dicendum, ꝙ nulla creatura in quantumcunq; bonitate crearet, posset sufficere ad reparationem corruptionis naturę humanę ꝑ modum satisfactionis, cuius triplex est ratio: Prima: qm̃ omnis creatura totum, quod potest per se, debet Deo: ideo non relinquit sibi, vt ꝑ alio satisfacere queat. Secunda, quia in satisfactione requiritur, vt id, quod satisfaciens reddit, ꝓponderet ei, quod ꝑ culpam ablatum est, vel saltem æquale sit illi. Quamuis autẽ aliqua creatura melior sit natura humana: non tñ natura considerata in aliqua persona creata, põt adæquare bonitatem totius naturæ humanæ. Esse enim naturę humanæ, quodammodo infinitum est ꝑ comparationem ad ſppositа, inquantum natura humana in infinitum communicabilis est per generationem. Bonum verò cuiuslibet creaturæ, & in se finitum est, & finitur ſm quod considerat̃ in vno determinato ſpposito, cumq; actus sint ſppositorum, nõ potest esse vt operatio alicuius creaturæ valeat tñ, quantum est totũ bonum naturæ humanæ, vt possit esse digna satisfactio pro eius reparatione. Tertia est, quia (vt patuit in secundo) natura humana in sui prima conditione accepit aliqua supernaturalia dona, per quæ supra statum suis principijs conuenientem eleuabatur, vt ad immortalitatem quandã, q̃ erat gratiæ, non naturæ, & ad alia quædã similia, ei ex sola Dei liberalitate collata, quæ peccando amisit, ficq; eam reparare, fuit eam ad gradũ altiorẽ eleuare, quod non est possibile, nisi ei, qui creauit naturas, & gradus earũ instituit: ideo soli Deo possibile fuit naturam reparare humanã. Hæc Thomas in Scripto. In quibus, ꝙ ait Angelum peccasse alio non suggerente, obuiat dictis eius super II. vbi ait Angelos peccasse ex ſuggestione Luciferi. Nihilominus de primo Angelo apostata verum est, quòd peccauit nullo alio instigante.

Diuersa. Nulla creatura potuit naturæ corruptionẽ reparare.

Isaiæ 14.

¶ Atuero in tertia parte Summæ, quæst. 1. respondendo ad istud, vtrũ conueniens fuit Deũ incarnari. Vnicuiq;, inquit, conueniens est, quod conueniat ei ſm rõnem ꝓpriæ naturæ, vt ratiocinatio homini. Cumq; Dei natura sit bonitas pura, atq; ꝓprietas boni sit se cõmunicare, ꝓuenit Deo se summè cõmunicare, quod factũ est ꝑ incarnationẽ, qua verbum

ar. 1.

æternum sibi iunxit naturam humanam in vnitate
personæ. Conuenientissimũ quoq; est, vt p visibilia
demonstrentur, ac innotescant inuisibilia Dei, idest
inuisibiles eius ꝓprietates, & perfectiones: imò ad
hoc factus est totus mundus sensibilis, iuxta illud:
Roma. 1. Inuisibilia Dei per ea, quæ facta sunt, intellecta,
conspiciuntur.

Lib. 3 c. 1. ¶Damascenus autẽ in principio tertij libri testat, q̃ per incarnationis mysterium simul monstrantur,
bonitas, sapientia, iustitia, ac potentia Dei. Bonitas:
qm̃ non despexit proprij plasmatis infirmitatem.
Iustitia: qm̃ homine victo, non alium, sed hominem
facit superare tyrannum, nec vi ex morte eripuit
hominem. Sapientia: quoniam difficillimi inuenit
decentissimam solutionem. Potentia, quia nil
maius, quàm Deum fieri hominem.

Thomas vbi supra, articu. 2. ¶Præterea ad istud. An necessarium fuit ad repa-
rationem gñis humani Deum incarnari, respondet:
Ad finem aliquid dr̃ necessarium dupliciter. Primò,
vt id, sine quo aliquid esse non potest, vt cibus ad
vitæ conseruationẽ. Secundò, vt id, p quod meliùs,
& conuenientiùs peruenit ad finem, quemadmodũ
equus necessarius est ad iter. Itaque non primo, sed
secundo modo necessarium fuit ad humani generis
Mõ cõue-niẽtissimo re dempti sumus. saluationẽ, Dei filiũ incarnari. Nam & alius modus
omnipotenti possibilis fuit, verum iste potissimè
congruebat: Primò, quia ex hoc præcipuè roborat̃
homo in fide, q̃ ipsemet Deus docuit fidem hanc,
ꝓpter quod 11. de Ciuit. Dei, loquitur Augustinus:
Cap. 2. Vt homo fidentiùs ambularet ad veritatẽ, ipsa veri-
tas filius Dei, assumpto homine, constituit, atq; fun-
dauit fidẽ. Secundò, quia ex hoc p̃sertim erigit̃ spes.
Cap. 10. Hinc 13. de Trin. Aug. dixerit: Nihil tam necessariũ
fuit ad erigendum spem nr̃am, q̃ vt demonstraretur
nobis, quantũ nos Deus diligeret, quod per incar
nationem verbi æterni maximè claruit. Tertiò, quia
ex hac re charitas vehementissimè excitat̃, vnde in
libro de catechizandis rudibus, Augustinus fatetur.
Cap. 4 a Quę maior est cã aduentus Dei, q̃ vt nobis ostende-
ret dilectionẽ suam ad nos? Et subdit: Si amare pige-
bat, saltẽ reamare non pigeat. Quartò, quantum ad
Ibidem. rectã operationẽ, in qua Christus exemplũ se ꝓbuit
nobis. Hinc Augustinus in quodã sermone: Homo
August. sequendus nõ erat, q̃ videri poterat: Deus sequend⁹
erat, q̃ videri nõ poterat. Vt ergo exhiberet̃ homini,
& qui ab hoïe videretur, & quẽ homo sequeretur,
Deus factus est homo. Quintò, quantum ad plenam
participationem deitatis, q̃ verè hoïs beatitudo, ac
finis est vitæ humanæ, & hoc collatum est homini
Idem. ꝓ Christi humanitatem. Ait enim Augustinus: Deus
factus est homo, vt homo fieret Deus. Insuper, per
istud instruit̃ homo, ne se subdat Diabolo, cum ꝓꝓ
se Deus factus sit homo. Secundò, per idem docetur
attendere quanta sit dignitas naturæ humanæ, quã
assumere Deus dignatus est, ne eam inquinet per
Sermoue 2. in fine. peccata. Vnde in sermone de natiuitate loquitur
Leo Papa: Agnosce dignitatem tuam ò Christiane,
& diuinæ consors factus naturæ, noli in veterem
vilitatem degenere conuersatione recidere. Tertiò,
quia ad p̃sumptionem hoïs reprimendam, gra Dei
nullis p̃cedentibus meritis, nobis in Christo homine
Cap. 17 b commendat̃, vt 13. de Trin. habetur. Quartò, quia
superbia hominis, quæ grauissimum impedimentũ
est inhærendi Deo, per tantam Dei humilitatem
August. redarguit̃, & sanat̃, vt Augustinus ait ibidẽ. Quintò,
ad liberandum hoïem à seruitute peccati Christo
satisfaciente ꝓ nobis, quod purus homo facere nõ
valebat: Deus verò satisfacere non debebat: ideo
oportuit Deum, & hominem esse Christum. Hinc in
sermone de natiuitate, asserit Leo Papa: Suscipitur à virtute infirmitas, vt quod nr̃is remedijs ꝓgruebat, vnus, atq; idem Dei, & hominum mediator, & mori ex vno, & resurgere posset ex altero. Nisi enim esset verus Deus, non afferret remedium: nisi esset verus homo, non præberet exemplum. Sunt demum aliæ plurimæ vtilitates inde secutæ, supra comprehensionem sensus humani. Hæc Thomas in tertia parte Summæ. Denique, de incarnatione vnigeniti Dei, & modo intelligendi eandẽ, multa conscribit Thomas in Summa contra gentiles, quæ infra opportunis locis rangenda sunt.

Leo Papa. 1. Timo. 1. Libro. 4.

Super tertiũ q̃st. 1. ar. 1. ¶Circa hæc scribit Bonauen. Diuinam naturam vniri naturæ humanæ in vnitate personæ, non est aliud, q̃ diuinã personã, q̃ ab æterno fuit hypostasis respectu diuinæ naturæ, esse hypostasin respectu humanæ naturæ in tempore, quod non dicit aliquã imperfectionem, sed potius dignitatẽ, & nobilitatẽ. Quemadmodum em̃ cũ Deus sit bonus ab æterno, in nullo fit suæ derogatio bonitati, dum est causa bonitatis creatę in tempore, quamuis bonita creata longè inferior increata sit bonitate: sic cũ persona filij sit hypostasis intellectualis, ac spiritualis, & increata ab æterno, in nullo derogat ei, si fit hypostasis naturæ rationalis creatę in tempore, quemadmodum etiam de non creante fit creans actu absq; sui mutatione, & innouatione, solũ facta mutatione ex parte naturæ creatæ: sic natura filij Dei, quæ non erat hypostasis naturę humanę, facta est eius hypostasis absq; sua mutatione, tantummodo facta mutatione in natura assumpta. Quemadmodum quoq; Deus, cum sit in creatura per essentiã, præsentiã, & potentiam, in nullo dependet ab ea, sed econtrario: sic Deus cum sit in creatura rationali per vnionem, non depenpet ab ipsa, sed vice versa, & ipsa natura humana subsistantificatur in diuina hypostasi, sicut subsistantificatur natura in suo supposito. Porrò ita vniri, non est pati in verbo æterno, quia (vt ait Priscianus) quædã verba in voce actiua significant passionem, & econtrario, sicque intelligendum est, cum dr̃ diuina natura vniri humanæ, non ꝓ diuina natura aliquid patiatur, sed ꝓ humanam naturam hypostaticè sibi vnit. Hæc Bonauen. Qui rationes congruentiæ incarnationis assignans, coincidit cũ dictis ex Thoma.

Super tertiũ dist. 1. ar. 1. Prisciã. Parte 4. cap. 1. Iohan. 1. Gen. 1. Phil. 2.

¶ In Breuiloquio item ꝓauperum scribit de his deuotè, ac pulchrè: Per verbũ, inquiens, incarnatũ facta est salus, & reparatio generis humani, nõ quia aliter Deus non potuit reparare, & saluare genus humanum: sed qm̃ nullus modus, tam congruus, & conueniens fuit reparatori, & reparabili, ac reparationi, quia cũ effectiuũ rerũ principiũ non potuerit, nec decuerit esse nisi Deũ, nec minus fit res ꝑditas reparare, q̃ in esse producere: sicut non minus est hene, ac beatè esse, q̃ simpliciter esse, decentissimũ fuit, reparatiuũ rerũ principiũ esse Deum, quatenus sicut Deus omnia per verbum suum creauit, ita per verbum incarnatum oĩa recrearet. Qm̃ ergo Deus oĩa ꝑdidit potenter, sapienter, atq; beneuolè, decuit vt taliter repararet, ꝓ suam potentiam, sapientiam, beneuolentiamq; ostenderet. Quid aũt potentius, q̃ ꝓiungere extrema, sũmè, ac infinitè distantia, in vna persona? Quid sapientius, & congruentius, q̃ vt ad perfectionẽ totius vniuersi, fieret ꝓiunctio primi, & vltimi, vtpotè verbi æterni, & naturæ humanæ, quæ facta est vltimo? Quid beneuolentius, q̃ ꝓ Deus ꝓꝓ sui salutẽ acciperet sui formã? imò hoc tantę benignitatis est, vt nihil clementius, nihil benignius, nil mirabilius valeat cogitari. Rursus: qm̃ hõ peccando



do auerterat se à principio potentissimo, sapientissimo, ac beneuolentissimo, lapsus est in infirmitatẽ, ignorantiam, & malignitatem, ac per hoc de spirituali effectus est carnalis, animalis, ac sensualis, ineptus fuit ad diuinam virtutem imitandam, ad lucem noscendam, ad bonitatem amandã: hinc vt ab hoc statu eriperetur, congruentissimum fuit, vt ei condescenderet primum principium, exhibendo se ei agnoscibile, imitabile, atq; amabile. Cumq; homo carnalis, sensualis, & animalis nõ nouerat, nec amabat, nec sequebatur nisi sibi proportionabilia, & consimilia, hinc ad eripiendum eum de hoc statu,
Joh. 1. verbum caro factũ est, vt ab homine, qui caro erat,
Gen. 6. cognoscatur, ametur, & assequatur, sicque homo Deum cognoscens, amans, ac imitans à morbo peccati remedietur. Postremò: qm̃ perfectè reparari non poterat, nisi recuperaret mentis innocentiam, Dei amicitiam, & pristinam excellentiam, qua soli suberat Deo, nec hoc fieri quiuit, nisi per Deum in forma serui: ideo congruum fuit verbum incarnari. Excellentiam quippe recuperare non potuit, nisi reparator consisteret Deus: quia si mera creatura, tunc homo esset meræ creaturæ subiectus: & sic nõ recuperaret excellentiæ statum. Amicitiam quoque Dei recuperare non poterat, nisi per mediatorem conuenientem, qui manũ posset ponere in vtroque, vtpotè vtriq; parti conformis, atq; amicus, sicque existat Deus, & homo. Innocentiam demum mentis recuperare nequiuit, nisi culpa dimissa: quã dimittere non decebat, nisi per satisfactionem condignã. Cumque satisfacere pro toto genere humano non poterat nisi Deus, nec debebat nisi homo, qui peccauerat: ideo congruentissimum extitit reparari genus humanum per hominem Deum, ex Adæ gñe natum.

¶ Qm̃ ergo excellentia recuperari nõ potuit, nisi per reparatorem excellentissimũ: nec amicitia, nisi per mediatorem charissimum: nec innocentia, nisi per satisfactorem sufficientissimũ: excellentissimus autem reparator non est nisi Deus, amicabilissimus mediator nõ est nisi hõ, sufficientissimus satisfactor non est nisi si: Deus & homo: congruentissima fuit nostræ reparationi incarnatio verbi, quatenus sicut genus humanum in esse exierat per verbum increatum, & in culpam corruerat deserendo verbũ inspiratum, ita à culpa resurgeret per verbũ incarnatũ. Hæc Bonauenture in Breuiloquio.

Super tertiũ dist. 1. ar. 1. ¶Albertus ꝓterea possibilitatem, & congruentiã incarnationis verbi multipliciter ꝓbat, cuius rões in ꝓhabitis virtualiter continent̃. Incidit, inquiens, hic dubitatio, an queniebat Deum incarnari, & ponant̃ ad hoc rões: primò ex parte Dei, secundò ex parte creaturæ. Ex parte Dei, primò ponant̃ rões sumpæ ex Dei potentia, secundò ex sapientia, tertiò ex bonitate ipsius. Ex parte Dei primò supponuntur quatuor ꝓpositiones, q̃ apud sapientes sunt approbatæ. Prima est, q̃ causa prima est infinitæ potentiæ in agendo. Secunda, q̃ infinitæ potentię congruit se aliqñ demonstrare in opere. Tertia, q̃ non potest se demonstrare esse infinitã potentiã, nisi i ope aliquo modo infinito. Quarta, potentiã Dei nullo indigere in opere. Inde arguit̃ sic: Quodlibet purè creatũ, est finitũ i esse, & finitæ virtutis: ergo, & finitæ essentiæ. Nõ igit̃ est sufficienter demonstratũ infinitę potentię: ergo oportet operationẽ Dei aliquo modo esse super ens increatũ. Hoc itaq; erit, vel vt fiat ab ipso, vel vt ipse Deus alij vniat̃. Non primo modo, quia si est ens increatum, ꝺdictoria verificarent̃ de eodem: ergo sic erit, q̃ alij à se creato, atq; ab ipso in infinitũ distanti vniatur: ergo oportuit, aut conueniens fuit, Deum creaturæ vniri: aliter infinita potentia per infinitum effectum non monstraretur, quod est ꝺ ꝓpositionem secundam. Item infinitæ potentiæ, est creatum educere ad actum altissimum, cuius ipsum est capax: creatum autem susceptibile est deitatis in vnitate personæ: ergo infinitæ potentiæ fuit hoc adimplere. Istud Albertus prosequitur satis diffusè, verum (vt tetigi) vis rationum suarum iam est præhabita, vtpotè quòd summæ sapientię fuit, se declarare in omni ordine rerum possibili: summæ quoq; bonitatis, se excellentissime communicare, hinc breuitati studendum.

In Summa lib. 5. ¶Vdalricus quoque hic loquitur: Deum carnem assumere fuit possibile ex parte Dei, non solum potentia absoluta, sed etiam ordinata, quæ est congruitatis. Nempè potentia absoluta non est impossibile apud Deum omne verbum, ideſt id, de quo
Luc. 1. potest verbum formari, videlicet omne, quod contradictionem non implicat: si enim contradictoria essent simul vera, verba nihil significarent determinatè: qm̃ verbum non plùs significaret vnum, quàm aliud contradictorium suum. Fuit etiam incarnatio verbi possibilis potentia ordinata, quæ est potentia congruitatis, cuius congruitatis assignantur variæ rationes, & vtilitates inde exortæ, vt supra. Ex parte verò creaturæ puto principalem causam fuisse, ne perirent per alienum peccatum, qui ꝓprium actuale non habebant, aut ex proprijs actibus meruerunt saluari. Porrò ex parte creaturę non fuit possibilitas aliqua, nisi secundum potentiam obedientialem, quã de creatura pòt fieri quicquid creator de ipsa velit facere, non remota dispositione congruitatis, qua magis assumptibilis fuit natura humana, quàm quæcunque alia. Est autem hæc vnio, ineffabilis non solum nobis infirmis, sed & singulari eius præconi
Marc. 1. beatissimo Iohanni, qui ait: Cuius non sum dignus corrigiam calceamenti soluere. Pes namque est stabilitatis deitas, calceamentum autem nr̃a mortalitas: corrigia verò est vnio, vtramq; naturam connectens: solutio huius corrigiæ, est reseratio tanti mysterij: quia (vt dicit Philosophus) dubitans, est similis nescienti soluere nodum. Idem tamen verbũ
Chrysost. sup Matt. exponitur literaliter secundum Chrysostomum, vt per verbum illud insinuet̃ dignitas Christi, ad cuius infimum ministerium non reputauit se dignum is,
Matt. 11. quo inter natos mulierum non surrexit maior.
Bernard. Eadem quoq; vnio est maxima post vnionem trium personarum in vna natura, vt Sanctus Bernardus, quod verum est, quantum ad simplicitatem illius, in quo est vnio: qm̃ hæc est persona diuina, & etiam quantum ad vnionis veritatem, per quam maximè distantia vniuntur: non autem est verum, quantum ad identitatem vnitorum inter se: qm̃ illa manent diuisa, nec habent aliquid simile in creaturis, nec vniuntur in aliquo, vt in genere, aut specie, cum nihil sit vniuocum Creatori, & creaturę. Vñ asserit
Li. 3 c. 16. Damascenus, q̃ in Dño Iesu Christo non est cõem specię reperire, cõem inquã duab. naturis, quamuis ipse ſm quod homo, eiusdem sit speciei cũ hoibus cæteris. Hæc Vdalricus in Summa sua libro 5.

Lib. 3. dist. 1. quæst. 1. ar. 2. ¶Atuero Durandus: Id, inquit, quod priùs est, pòt virtute diuina absolui à posteriori, sed singularitas naturæ humanæ prior est sua suppositatione: ergo virtute diuina potest hr̃e ꝓpriam singularitatem, nõ habendo ꝓpriam suppositationẽ. Si aũt non habeat suppositationem propriam, oportet quod habeat alienam, cum nihil existat nisi in supposito aliquo. Porrò incarnationem nil aliud intelligimus, nisi

vnionem naturæ humanæ cum diuina, sic ꝙ natura humana non constituat suppositum proprium, nec existat in supposito proprij generis, sed in diuino supposito. Per incarnationem etenim factum est, vt Deus sit homo, & homo sit Deus, ad quod requirit, quòd sit vnio naturę humanę cum diuina in eodem supposito: quia quæ distinguuntur secundum suppositа, nequaquam de seinuicem prædicantur.

Natura verò diuina non potest esse in alieno supposito, idcirco per incarnationem factum est, quòd natura humana in diuino existat supposito. Quòd autem singularitas propria prior sit propria suppositatione, ostenditur: quia ex hoc est aliquid singulare, quod est hoc aliquid vnumque numero, super quod addit suppositatio esse in se, vel per se, & non in alio, & quod per additionem se habet ad aliud, est illo posteriùs. Præterea, sicut natura substantiæ completę est per se, vel in se existere, ita natura accidentis est in subiecto existere alieno, sed virtute diuina accidens existit nō in subiecto, vt in sacramento: ergo per omnipotentiam Dei potest completa substantia, vt natura humana, non constituere personam propriam, sed in alieno substantificari supposito, vtpotè in persona verbi æterni. Hinc esse per se, non est intrinsecè de ratione substantiæ, sicut expresè asserit Anicenna, sed est realis eius ꝓprietas,
Auicenna Phūs. & modus substantiæ, quia substantia completa, sibi relicta, non assumpta, personam constituit ꝓpriam. Similiter de intrinseca ratione accidentis non est, esse in alio, sed extrinsecè, & communicatiuè conuenit ei, quia secundum cursum naturæ accidens non esset, nisi inesset. Hæc Durandus.

Petrus de Tarātasia, postea PP. d. Innoc. quintus. ¶ Præterea, ea, quæ Petrus hic scribit, in verbis Thomæ partim præhabita sunt. Etenim ait: Omnis vnio terminatur ad aliquid. Aut ergo sic aliqua vniuntur, quòd fit transmutatio illorum in aliud, sicut elementa in mixto, vel ita, quòd transmutatur vnum in aliud, vt cibus in cibatum, vel ita, quòd vtraque manent distincta in vno, & hoc tripliciter. Primò sic, ꝙ ex ambobus simul incipiat esse vnum, quemadmodū corpus, & anima in homine vniunt: vel ita, ꝙ incipiant esse in vno, vt natura subiecti, & natura accidentium in vno supposito: vel ita, ꝙ vnū incipiat esse in alio, vt natura accidentis in subiecto,
Hilarius. & quamuis comparatio terrenorū ad Deum nulla sit, secundum Hilarium: tñ ex horum assimilatione potest haberi diuinorum aliqualis cognitio. Nempè secundum primum modum non potest fieri vnio Dei ad creaturam, cum Deus sit intransmutabilis, nec secundo modo, cum sit impassibilis penitus, nec tertio modo: quoniā Deus non potest habere rationem partis, sed secundum assimilationē quarti modi, fit vnio diuinæ naturæ, atq; humanæ in vna persona, secundum assimilationē verò quinti modi, fit vnio naturæ humanæ cum diuina, persona, ꝓpter
Guliel. Antisio. quod antiqui (vt Gulielmus Antisiodorensis) dixerunt, quòd vergit in accidens, scilicet quantum ad modum, non secundum rem. Quia verò in diuinis sunt omnia excellentiori modo, quàm in humanis, ideo quamuis vterque modus vnionis, in creaturis compositionem importet: attamen in diuinis nō est compositio vlla, sed assotiatio. Vnde dicit in distinctione hac Augustinus. Non confusis naturis, nec immixtis, sed quadam societate vnitis. Assotiatio namq; fieri potest mutatione vnius extremi, altero
Augu. de eccl. dog. cap. 2. non mutato, sicque in vnione hac natura humana mutata est, non diuina. Hæc Petrus.

Guliel. Parrhis. ¶ Amplius, Gulielmus Parrhisiensis in libro suo, Cur Deus homo, quatuor ponit radices, ex quibus declarat, cur opportunum extiterit creatorem gñis humani ꝓ salute hominum incarnari. Prima radix est corruptio, error, peruersitas potentiæ nostræ appetitiuæ interioris, ac superioris, videlicet voluntatis. Secunda radix est, rebellio animalitati, seu sensualitatis contra iudicium, atq; imperium rationis. Tertia est damnatio mortis, cui addicti sumus. Quarta est incuruatio totius nostræ rectitudinis naturalis, à quib. quatuor malis, ac eorū effectibus, & sequelis, conuenientiùs, expeditiùs, ac salubriùs erui, & curari, finaliterq; saluari non poterat genus humanum, nisi per Dei vnigenituum incarnatum. Corruptio autem naturę appetitiuę superioris hinc innotescit, quòd vitia suauiùs nobis sapiunt, quàm virtutes, & actus earum, & magis delectat venenū, quàm cibus salubris. Magis quoque appetimus, & amamus bona corporis, & ornamenta, ac pulchritudinem eius, ac perituras diuitias, quàm speciositatem, decorem, opulentiam animarū nostrarū, & hoc dico, quantum est decursu corruptionis nobis innatæ, & naturalis consuetudinis, communisque cursus. Cumq; ita se habeant bonum, & malum ad appetitiuam nostram interiorem, sicut amarum, & dulce ad appetitum, & gustum exteriorem, constat, ꝙ sicut gustui corporis dulce non vr̄ amarum, nec econtrario, nisi ex eius corruptione: sic nec superiori appetitui bonum virtutis vr̄ amarum, & malū vitij dulce, nisi ex corruptione ipsius. Rebellionem demum animalitatis contra rationem quotidie experimur, quam oportet aduentitiam esse, cum ratio naturaliter habeat inferioribus viribus imperare, institutio quoque, & ordo naturæ nil habent inhonestum, nil turpè, sicut est rebellio ista carnalitatis: idcirco ex culpa inflicta est, nec inerat integritati naturæ primitus institutæ Denique, cum anima rationalis perpetua, & immortalis consistat, idcirco non conuenit ei naturaliter nisi organū obedientiæ incessantis, seu corpus immortale. Carpentarium enim indeficientis operationis in arte sua, nō decet dolabrū deficiens, nisi renouatione, ac multitudine dolabrum compensetur, quod in anima locum non habet, cum vnius animæ non nisi vnum corpus valeat esse, quamuis Pytagoras aliter sensit, cuius
Pytha. phūs errorem Aristoteles idoneè reprobauit. Mors ergo
Psal. 48. pro culpa homini est inflicta. Incuruati etiā sumus à rectitudine naturali, ita vt comparatione eorum, qui illam habuerunt, quasi bruta videantur, qui in hac incuruatione nascuntur.

Vulnus per quo modo sanandum. ¶ Quoniam ergo originale, & etiam actuale pctm̄ vulnus fuit, & ægritudo, videndum, qua medicina fuit curandum, & qua satisfactione emendandū, & iterū, quia transgressio fuit legis diuinæ, & alicuius iuris inuasio, pensandum, quo sacrificio fuit expiandum, ac repropiciandum, & quo precio redimendū, atq; quo lauacro diluendum. Cumq; ꝓria contrarijs curentur, & satisfactio transgressioni æquanda sit:
Adæ superbia. primum protoplastorum hominum peccatū, quod fuit inobedientia, auaritia, & superbia, per omnimodam humiliationem, obedientiam, & charitatē, seu liberalitatē oportuit illud curari, & satisfieri ꝓ eodē. Porrò superbia illa hominis primi, fuit eleuatio sui ab omnimoda seruitute, in altū omnimodæ dñationis, dum propriam voluntatem ꝓ imperium creatoris omnino secutus est: ideo curari, & expiari
Phil 2. nequiuit, nisi per eius humiliationē, depressionem, ac seruitutē eius, cui ex sua natura ꝙuenit oīmoda dñatio, atq; sublimitas, puta ꝓ exinanitionē, ac plenā ministrationē filij Dei, Deo patri æqualis. Similiter
Auaritiæ Adæ. auaritia primi hominis fuit cupiditas maxima, vt potè



potè deitatis rapina, quam inordinatè cupiuit. Hāc autem cupiditatem remediari oportuit contraria largitate, quę aut maior, aut non minor fuit cupiditate præfata. Talem autem, ac tantam largitatem, utpotè deitatis participationem, conferre nequiuit hominibus pura aliqua creatura. Rursus, inobe-
Inobedientia Adæ. dientia primi hominis, fuit inobedientia eius, qui homini modo tenebatur obedire: & hæc curari non potuit melius, q̄ per summam atque omnimodam eius obedientiā, qui ad eam nullatenus tenebatur, vtpotè filij Dei, qui secundum suę deitatis naturam æqualis est patri, & nequaq̄ habet maiorem, cui obediat. Iterum, pura omnis creatura suo tenetur creatori quicquid habet & potest, & ei obedire omnifarie obligatur: iō obedientia eius tātæ, supererogationis esse nequiuit, ꝙ pro obedientia & peccato primi parentis, ac suæ posteritatis, satisfactoria esse valuerit, sed obedientia Dei incarnati, potuit esse, ac fuit hmōi. Insuper, supersapientissimū Deū decuit reparare, redimere, ac saluare genus humanū cōuenientissimo modo, ita vc3, ꝙ hoc agēdo, daret hominibus spem pertingendi ad regnū cæleste, & eos accenderet suo amore, suo quoque roboraret exēplo, ac ꝓ seipsum ostenderet viā: quod totū factum est per hoc, ꝙ nostram assumpsit naturam, atq; in ea nobis mōstrauit perfectissima totius humilitatis, obedictiæ, pietatis, munificētiæ,
Ephe. 2. ac charitatis exēplar: imò per hoc, ꝙ ex nimia charitate, qua prorsus gratuitè nos dilexit, tot, tāta, ac talia pro nr̄a assumpsit, fecit, pertulitq; salute. Præterea, cū amor sit ignis, qui est infinitus ille ardor diuinę dilectionis, nisi quasi immēsus & supæstuātissimus ignis, & talis vtiq; ignis, qui uult vniri dilecto, & intimè sibi ꝓiungere eū, quē amat? Quid itaque mirum, si vnigenitus Dei tanq̄ clibanus infiniti incendij. tā incomparabiliter diligens, quos creauit præsertim & saltē prædestinatos, intime & hypostatícè sibi uniuit naturā humanā, ex tantæ dilectionis summo, incomparabiliq; feruore, & propter tam fructuosissimas, ac saluberrimas rationes vtilitates inde secutas? Adhuc autē, pax, & matrimoniū consueuit oscula confirmari. Cum igitur pax reformanda fuerit inter Deum & genus humanum, decuit hoc osculo partium roborari. Congruum itaque fuit, ut Deus pater os suum homini porrigeret ac uniret: q̄ porrectio ac ꝓiunctio fuit missio filij eius in carnē: & immediata illa vnio humanitatis cū verbo æterno, sic incarnatio non fuit, nisi humanæ naturæ osculatio ab vnigenito filio, qđ ipsa petebat in Cāticorum exordio. Osculetur me inquiēs
Cant. 1. osculo oris sui. Hæc Gulielmus, qui de his subtiliter, ac deuotè in præallegato loquitur libro, & icē suo Sacramentali tractatu de Eucharistiæ sacramento. Alias quoque varias considerationes inducit, cur genus humanum pro sua reconciliatione, saluatione & reformatione indiguit sacerdote, aduocato, mediatore, saluatore, & medico idoneitatis & efficaciæ, sanctitatis & gratiæ infinitę, prout infra suis locis tangetur.

Henricus de Sandæo. ¶ Circa hæc quæritur: Vtrū Deus potuit ab æterno assumere naturam humanam, ita ꝙ illa determinatio, ab æterno, determinet verbū istud, assumere. Non enim dubium est, quin ab æterno habuit potentiam assumendi, quia ab æterno fuit eiusdem, ac paris potentiæ, cuius nunc est.

¶ Ad hoc respondet primo quodlibeto q̄stione secunda Henricus. Solutio q̄stionis, istius dependet à solutione quæstionis, qua quærit, An Deus potuit facere creaturam sibi coæquæuam. Nempe si potuit hoc, potuit & humanitatē ab æterno assumere. Cū ergo (vt alibi diximus) Deus non potuerit creaturam ab æterno producere, non ob impotentiam sui, sed creaturæ, sequitur ꝙ non potuit ab æterno humanitatē assumere. Hæc Henricus. Verum (vt patuit super secundum) opinio illa, quam & Thomas secutus est, ꝙ scilicet potuit creaturam producere ab æterno, rationabiliorq; videtur: quæ & habet expresè multas beati Augustini auctoritates pro se. & certum est, ꝙ Aristoteles, Auicenna & præcipui quidam philosophi senserunt mundū ab æterno fuisse nihilominus à primò ente omnibus esse communicatum ipsum, esse ac uiuere.

Richardus de Media villa. ¶ At uerò circa prætactam principalem quæstionē scribit. Richardus de Media uilla (quod in opere isto nose Richardi designo) Natura humana vnita est Deo, seu verbo æterno, sicut natura suppositо, non per eam in esse constituto, sicut creatum suppositum cōstituitur in esse per suam naturam, sed suppositо constituto esse per aliam naturam. Non. n. ꝓ humanitatem, sed per naturā diuinā ꝓsona vna constituitur in esse. Nulla aūt substantia creata in seipsa pōt existere, nisi præsuppositа influentia causæ primæ, quæcunq; sit uolūtaria, sicut pōt adesse ad hoc ꝙ substātia sit, & nō operetur, sic pōt adesse ad hoc ꝙ existat, & nō sic qđ existat ī seipsa, sicq; adest naturæ humanæ in Christo, q̄ nūquā innixa est subijpsi in existētdo, cui pater per omnipotentiā suam dedit existere in filio suo, vt in supposito. iō in Christo non est nisi vnum suppositum. Hæc Richardus.

Iohan. Scotus. ¶ Postremò, Scotus. Vnio, inquit, verbi cū humanitate, non dicit per se aliquid absolutū: ga quocū que absoluto intellecto in altero extremo: nō intelligit perfecta rō unionis, ga non intellgit vnioni ad se: non tñ dicit respectum cōem, qui sit eiusdem in vtroq; extremo, qualis est similitudo, ga nō est eius dē rōnis habitudo in natura assumpta & ꝓsona assumente. Persona namq; assumens, nullā habet realem habitudinem ad naturā assumptam, nec est tantum relatio rationis: aliàs nō esset realis vnio, estq; relatio ordinis, ac dependētiæ alterius rōnis ab omni dependentia causæ & causati: quoniam talis est in vtroq; extremò. Est quoq; dependentia ista similis dependētię accidentis ad subiectū. Accidens nāque ad subiectum duplicē habitudinē h3, vtpotè in formandis ad formatum, quæ necessariò imperfectionem includit a subiecto: quia posibilitatē ad actum, & formā accidentalem; aliā naturaliter posterioris ad priùs, à quo dependet, & huic similis est dependentia ista assumptæ naturæ ad Deū. Nec ista assumptio naturæ humanę repugnat verbo æterno, quia nec cōpositionē, nec potentialitatē, nec aliquā limitationem ponit in eo; imò cum persona diuina includat in se perfectionem omnis creaturæ, potest respectu naturæ creatæ supplere vicem creatæ personæ. Hæc Scotus.

## QVAESTIO II.

Arguitur primo. SEcundò hic quæritur principaliter, *Vtrum si homo non peccasset, nihilominus Deus incarnatus fuisset.* ¶ Reſ, quòd sic: quoniam multæ congruitates & utilitates incarnationis locum haberent, quamuis homo nunquam peccasset, videlicet summa communicatio bonitatis diuinę in creaturis. Declaratio quoque suæ charitatis ad nos, atque deductio nostra ad perfectiorem Dei notitiam, & item completio ordinis vniuersi. ¶ Secundo excellentissimum & per clarissimum opus Dei, quod unquam fecit aut faciet in hoc mundo, est incarnatio Dei, & ea quæ fecit in anima Christi; præsertim quo

ad

ad ſupernaturalia gratiæ ac gloriȩ dona, in qui-
bus, & Deus maxime demonſtrauit ſuȩ omnipo-
tentiæ,ſapientiæ, beneuolentiæ,iuſtitiæ ac pietatis
perfectionem, ut iam ſupra irrationabile videtur
quòd tot & tanta bona omiſiſſet homine non pec-
cante: præſertim cum finis conſtitutionis mun-
di, ſit repræſentatio, ac declaratio perfectionis
ſupergloriosiſsimi creatoris in rebus: & ita hoc
3 præcipue cadit in ipſius intentione. ¶ Tertiò: quo-
niam maxima cõmoda homo cõſequeretur ex ſuo
pctõ,ſi eo non peccante,Deus factus non eſſet ho-
mo.Etenim per incarnationis myſteriũ potiſsimè di
gnificatum & ſublimatũ eſt genus humanũ.¶ Quar
4 tò,quia natura humana in ſua puritate, integritate
ac innocentia capacior fuit vnionis cũ Deo, quàm
poſt trãſgreſſionẽ: ergo tunc potius fuiſſet Deo vni
5 ta.¶ Quintò,ſuper illud Ionæ, ſi propter me tempe
Ione. 1. ſtãs hæc orta eſt,tollite & mittite me in mare, fateť
ſanctus Bernardus, ꝙ diabolus præuidit naturam
Ser. 1. de humanam aſſumendam in unitatem perſonæ filij
aduentu g Dei & inuidit: hæcque inuidia fuit eius ruina,cau-
ſaq; ſui caſus, ac mouens ipſum ad tentandum ho-
minem. Si autem incarnatio non fuiſſet niſi homi-
ne peccãte, non inſtigaſſet diabolus hominẽ ad pec
candum:quia per hoc promouiſſet eum ad bonum
quod ei inuidit ergo & ſi homo nõ peccaſſet,Deus
fuiſſet incarnatus.

Lucæ. 19. ¶ Sed cõtra Auguſtinus ſuꝑ illud. Venit filius ho
De verb. minis quærere &c ait: Si homo non peccaſſet,filius
Apoſt. ſer- Dei non veniſſet.Item ſuꝑ illud ad Timotheum,Ve
mone 9.a nit Ieſus in hunc mundum peccatores ſaluos face-
2.Timo. 1. re,Gloſſa aſſerit Auguſtini;Tolle vulnera,tolle mor
bos, & nulla eſt cauſa medicinæ.

Thomas. ¶ Ad hoc Thomas:Huius,inqt, opinionis verita-
tem ille ſolus ſcire poteſt, qui natus eſt, & oblatus
quia uoluit. Et nãque quæ ex ſola Dei uolũtate de-
Iſai. 53. pendent,nobis ignota ſunt, niſi inquantum innote
ſcunt per auctoritates ſanctorum, quibus Deus ſuã
voluntatem reuelauit.Cumq; in canone ſcriptura-
rum,& dictis ſanctorum expoſitorum hæc ſola cau
ſa aſſignetur incarnationis, redemptio hominis à
ſeruitute peccati,quidã ꝓbabiliter dicunt, ꝙ ſi ho-
Leo Papa. mo non peccaſſet:quod & Leo Papa in ſermone de
natiuitate expreſſe effatur: Si, inquit, homo in ſuo
honore manſiſſet. creator mundi creatura non fie
Auguſti. ret.Auguſtinus quoque in ſermone ad beatiſsimam
virginem:Ad quid mater fieres ſaluatoris, ſi indi-
gentia nulla eſſet ſalutis? Alij dicunt,ꝙ per incar-
nationem filij Dei non ſolum liberatio à pecca-
to, ſed & humanæ naturæ exaltatio, totiusque
uniuerſi conſumatio facta ſit. ideo peccato non
exiſtente incarnatio extitiſſet,quod etiam probabi-
liter ſuſtineri poteſt. Quamuis autem ponatur, ꝙ
diabolus præuidit rationalem creaturam à Dei
filio aſſumendam: non tamen oportet quòd prȩ-
uidit accedentia, & perducentia ad hoc; quem-
admodum (ſecundum eundem Bernardum) præ-
Bernard. uidit ſe futurum principem impiorum. non ta-
men præuidit ſuum caſum, per quem conſecutus
eſt illud. Hȩc Thomas in Scripto.

¶ Hæc eadẽ ſcribit in tertia parte Summæ, vbi tñ
fatetur,ꝙ magis aſſentiendũ videť primæ opinioni,
Quæſti. 1. qm̃ ea,quæ ex ſola Dei volũtate ꝓueniũt,innoteſce
artic. 3. re nobis non queunt,niſi quantum in ſcripturis tra
dunť, in quibus ratio incarnationis vbiq; peccato
primi hominis aſſignať.Quibus obijci poſſet,ꝙ mul
ta ſunt diuinæ volũtatis ſecreta,decreta,ac opera q̃
in ſcripturis nõ ꝯtinẽtur.talia quoq; poſſunt homi-
nibus puris,ac ſanctis deſuꝑ immediatè reuelari ac
inſpirari,quamuis non redigantur ab eis in ſcriptis.
Frequenter itidem in ſcripturis de incarnationis
myſterio agitur, vbi ad hoc ratio ex primi homi-
nis peccato non aſsignatur,vt cam Ieremias prædi Ierem. 31.
cit. Nouum creauit dominus ſuper terram, mulier
circundabit uirum.ac alibi ſæpe.

At verò Petrus concordat reſponſioni Thomæ Petrus de
in Sũma, & addit: Incarnatio eſt carnis aſſumptio: Tharant.
aut ergo intelligitur ſecundũ quod caro ſonat in in
firmitatem, ſicq; incarnatio nõ fuiſſet, niſi hõ pec-
caſſet: aut ſecundum qđ ſonat in naturã,& ita fuiſ-
ſet non exiſtente peccato, ob cauſas p̄habitas. Au-
ctoritates verò in oppoſitũ allegatas ſoluunt,dicen
tes,ꝙ loquũtur de incarnatione primo modo:quia
ſi homo non peccaſſet,filius Dei non veniſſet in car
ne mortali paſsibili.Hæc Petrus.

¶ Idem Richardus, qui ad neutrum harum opi-
nionum diuertit, ſed qualiter vtraque poſsit defen
di,declarat.

¶ Bonauentura quoq; eandẽ ponit diſtinctionẽ Bonauen.
de carne, & addit ꝙ opinio dicentiũ Deũ nõ fuiſſe in hoc. 3.
incarnatum,niſi hõ peccaſſet, magis conſonat fidei qſt. 2. ar. 2.
pietati, qm̃ in ſcripturis ratio incarnationis cõiter
aſsignatur liberatio à peccatis: magis quoq; deuo-
tionẽ accẽdit, dicendo Deũ incarnatũ ad ſuccurrẽ
dum tot,& tãtis miſerijs noſtris.Deum etiam magis
honorat,quàm opinio alia.Nam illa Deum quaſi in
cludit intra perfectionẽ vniuerſi, & quandã neceſsi
tatem videtur incarnationi præfigere,dicẽdo opera
Dei ſiue ea ꝑfecta non eſſe Nihilominus opinio illa
ũr rationi amplius conſonare propter motiua p̄fa-
cta.Hæc Bonauentura,qui finaliter magis conſentit
opinioni dicẽti, ꝙ potiſſima incarnationis rõ ſit no
ſtra redemptio:ideo non fuiſſet,niſi prȩceſsiſſet pec
catum.Nam Sãctorum auctoritates hoc magis p̄ten De diuin.
dunt,atq;ut diuus Dionyſius, non eſt audiendũ ali- noĩbus. ca.
quid fari de Deo,præter ea,q̃ nobis in ſacro tradun 1.a
tur eloquio.

¶ Porrò Vdalricus in Sũma ſua, quintò libro, vř Vdalricus.
de tanto ſecreto ſatis aſſertoriè loqui:Quidã,dicẽs,
doctores propter prȩdictas incidentales rationes &
congruitates incarnationis,dicunt filium Dei incar
nãdũ fuiſſe,etiam ſi homo nõ peccaſſet; ſed in hac
re credendum eſt ei,qui de ſeipſo teſtatur,Venit fi- Lucæ. 19.
lius hoĩs quærere, & ſaluũ facere,qđ perierat, qui
& in Iohanne dicit,Dei amorem eſſe mouẽs princi
pium ad beneficium tantũ,non ſuſtinentem amati ꝑ
ditionem:Sic,inquiens,Deus dilexit mundũ,vt filiũ
ſuũ vnigenitum daret.Is mundus eſt natura huma- Iohan. 3.
na, quæ mundiſsima eſt,quantũ ad ſuum cõpletiuũ,
qđ cũ intellectualis natura, ſecundũ quã eſt imago
Dei oĩum naturarũ ſenſibiliũ ꝯtentiua. vnde in Gre
co tam totus mũdus iſte ſenſibilis quàm homo,uo-
catur κόσμος. i.pulchrũ:quia quod vniuerſum habet
pulchritudinis in ordine, hoc habet natura huma-
na in Dei imagine.Idcirco cũ hæc cã ſine lapſu ho-
minis locũ nõ habuiſſet, credo,ꝙ ſine hoc Deus nõ
eſſet incarnatus. Nec tñ hinc ſequitur, ꝙ homo re-
portauit cõmodum ex ſuo peccato:qm̃ bona,q̃ per
incarnationem habemus, nõ ex peccato accipimus
niſi per accidens,ſed ex Dei bonitate,q̃ tanta eſt, ꝙ
non ſineret fieri mala,niſi vellet & poſſet ex eis elice
re bona.& ĩ iſto ſanctorũ auctoritates ꝯcordãt.quas
tñ alij ſoluunt,dicendo, ꝙ ſcriptura loquitur de in-
carnatione prout facta eſt. nõ ſicut fuiſſet ſi hõ non
peccaſſet.Contra qđ dicimus, ꝙ ſi Deus incarnatus
fuiſſet.quamuis neceſſaria nõ fuiſſet redemptio,tũc
aliud à redẽptione eſt prĩcipalis finis incarnationis,
& iſte eſt tantum finis per accidens.Cumq; ſcriptu
ra



ra finem illum principalẽ & per ſe nũquam aſſignet
ſequitur ꝙ ſcriptura ſit irrationalis & diminuta in
eo,quod eſt vnum de principalioribus totius fidei
ac doctrinæ ſacræ ſcripturæ: & aſſertores illius opi
nionis, melius ſciunt,& ſentiunt de his quàm Apo-
ſtoli & ꝓphetæ:& q̃ aliquis ſanctorũ doctorũ, imò
Dionyſius. q̃ Chriſtus, qđ abſit:blaſphemia .n.eſt:hæc Vdalri-
& Vdalri. cus.Qui in his,ſicut in multis alijs, immoderatè ef-
fundere ſe videtur, præſertim: qm̃ Thomas,Bona-
uentura & alij magni dicunt vtranque opinionem
probabiliter poſſe defendi,à catholicis quoq; do-
ctoribus ſuſtineri, & rationabiliter ſoluunt, quæ
contra vtranque obijciuntur. Denique, ſcriptura
multoties tangit:charitatem Dei ad hominem, eſse
incarnationis incitamentum ac tantȩ vnionis prin-
cipium.Rurſus,Chriſti humanitatem Deus plùs dili
git, imò ȩternaliter plùs dilexit, quàm totum re-
ſiduum vniuerſum:qm̃ maius bonum,vtpotè perſo
nalem ſui coniunctionem cum illa, ſeu eſse ſuum
perſonale increatum, ei cõicare decreuit & cõmu-
nicauit:idcirco probabile reputatur, quòd quam-
uis non fuiſſet peccatum, eam non omiſiſſet crea-
re, & ſibi unire.

Alexã. de ¶ Hinc Alexander Magnus, qui appellatur irre-
Hales 3. par fragabilis doctor:Reſpondeo,ait,ſine præiudicio,
te,quæ 2. ꝙ quãuis humana natura non fuiſſet lapſa, adhuc
memb. 13. conuenientia eſſet ad incartionem,ſecundũ qđ di-
Bernardus
vbi ſupra. cit beatus Bernardus ſuper illud Ionæ: Si propter
Ionæ 1. me tempeſtas hæc orta eſt, præuidit Lucifer rõna-
lem creaturam aſſumendam in vnitatem perſonȩ;
ideo conatus eſt hominem ad peccatum inducere,
vt per hoc demereref hãc vnionem, & impedire-
tur natura humana ab excellentia tanta. quo con-
ſtat ꝙ Lucifer intellexit vnionẽ humanæ naturæ cũ
Deo,non exiſtente peccato, ipſumq; lapſum intel-
lexit vt vnionis impeditiuum. Ad idem eſt,quod
Aug cap. Auguſtinus dicit in libro de anima & ſpũ. Propte-
9.b. rea Deus factus eſt homo,quatenus totum hominẽ
in ſe beatificaret, vt ſiue homo ingrederetur intus
Iohan. per intellectum, ſiue egrederetur per ſenſum,
in ſuo creatore paſcua inueniret intus in co-
gnitione deitatis,foris in carne ſeu humanitate ſal-
uatoris:& hæc ratio manet circunſcripto lapſu na
turæ humanæ.Hæc Alexander.

## QVAESTIO III.

Cõtra ve- Tertiò quæritur, *An potiſſime decuit filium in-*
ritatẽ ar- *carnari*¶ Videtur ꝙ non.Primò:qm̃ incarna-
guitur. 1. tio facta eſt ad oſtendendũ dilectionẽ dei ad ge-
nus humanum: Dilectio autem ſeu charitas appro
2. priatur ſpiritui ſancto.¶ Secundò incarnatio opus
eſt pietatis ac miſericordiæ Dei, bonitatis quoque
diuinæ, quæ omnia ſpirituiſancto approprian-
3. tur. ¶ Tertiò, incarnatio dei facta eſt ad vincendũ
diabolum, quod eſt opus potentiæ, quæ appro-
priata eſt patri, ergo patri potiſsimè competebat.
4. ¶ Quartò, incarnatus eſt Deus vt adoptemur in
filios Dei. Adoptatio autem, ſeu adoptio illa ele-
ctiua eſt opus Dei patris.

In oppoſi- tum. ¶ In oppoſitũ ẽ doctrina ſanctorũ, & ea, q̃ infra
Gulielmus tagenť.Ad hoc Antiſiodorẽſis rñdet.Suꝑ hoc infi-
Antiſiod. nitæ ſunt rõnes,quarũ q.u q; iã tãgere ſufficit.Prima
Iohan. ut eadem ſit imago recreationis,q̃ fuit creationis,
quatenus ſicut ꝑ filiũ omnia creata,ſecundũ illud,
Omnia per ipſum facta ſunt;ſic per eũdem recreata
ſunt oĩa,vt qui per fidem videt filium Dei in carne
q eſt expreſsiſsima patris imago, ipſum imitãdo re
cuperet ſimilitudidem Dei,qđ eſt eius recreatio.Se
cunda ratio eſt,quoniam filius uerbũ eſt patris,per
uerbũ autem manifeſtatur is,cuius eſt verbũ & eius
uolũtas.Hinc incarnatus eſt filius.vt patrem mani-
feſtet,ac ſpiritũ ſanctũ.qui eſt dilectio ex patris uo-
luntate ꝓcedẽs:Vnde ait:pater, manifeſtaui nomen
tuum hoĩbus: Tertia eſt confirmatio hæreditatis. Iohan. 17.
Pater quippe promiſerat Patriarchis & Prophetis
daturum ſe eis hȩreditatem æternam.ſed quia dice
re poſſent,Domine, tu filium habes cuius conſiſtit
hæreditas, aut qui contradicere poſſet, ideo miſit
filium ſuum pater,vt patris promiſsonem firmaret,
ſicq; ſit hominibus oĩmoda certitudo ꝓmiſsionis
p̄fatæ. Quarta, vt pater commendaret charitatem
ſuam ad nos. Pater etenim ſummè diligit filium
ſuum,ideo illum nobis mittendo, atque pro nobis
dando, oſtendit quantum nos amat,& quòd nihil
ſit,quod non paratus ſit nobis conferre.Vnde in Io
hanne:Sic Deus dilexit mundum,ait,vt vnigenitum Iohan. 3.
filium ſuum daret.Quinta,quia ad hoc filius Dei fa
ctus eſt homo, vt homo fieret filius Dei:& hoc per
filium conuenientius eſt factum. Hæc Gulielmus
Antiſiod. epiſcopus.

¶ Hinc Alexãder.Quemadmodũ ait Anſelmus li
bro,cur Deus homo.11.ca.ſi alia perſona diuina à
filio incarnareť, eſſent duo filij in diuinis, vnus per Alexãder. Anſelmus.
æternam generationem, alius ꝑ incarnationẽ:& eſ
ſet in illis inæqualitas, quantũ ad dignitatẽ natiui-
tatis.Iterum ait Anſelmus: Homo ꝓ quo filius Dei
erat oraturus,& diabolus,quem fuit expugnaturus
ſimilitudinem Dei inordinatè per propriã volũta-
tatẽ vſurparũt. ſicq; ſpecialiùs contra Dei filium, q
eſt vera patris imago,& ſimilitudo,peccarũt.Ei aũt
cui ſpecialiter ſit iniuria, cõuenientiùs attribuitur
culpæ indulgentia,aut uindicta.Rurſus idem ibidẽ:
Conuenientius ſonat,filium ſupplicare patri,quàm
aliã perſonã alij.Inſuper Hugo libro de Sacramen-
tis,quia diabolus per aſtutiam vicerat iuſtum, fuit Hugo d. S.
ut non fortitudine, ſed prudentia uinceretur, ut Victo.
in eodem,in quo ſe uictor erexerat,victus proſter-
neretur, ut in eodem, in quo ſe victor erexerat,vi-
ctus proſteneretur,iuxta illud Iob: Prudentia eius
percuſsit ſuperbũ. Cumq; prudentia ſicut & ſapiẽ Iob. 26.
tia approprietur filio, potius congruit filio incar-
natio.Auguſtinus quoq; lib. de Trini. diſſeruit:Con
ueniens non fuit ut pater ab aliquo mitteretur, q 1.Cor 1. Auguſtin.
ab alio non erat:ueniens verò fuit, ut primò mit-
tereť filius,qui à ſolo eſt patre:deinde ſpiritus ſan-
ctus,qui eſt ab vtroque,Primum filius uenit, vt ho
mines liberentur; deinde ſpiritus, vt ſanctificẽtur.
Item in libro eodem teſtatur: Vt homines ex Deo
naſcerentur, primò eſt ipſis natus eſt Deus. non q̃-
ſiuit niſi matrem in terra,quia iam habuit in cælo
patrem, oportuitque nos fieri filios adoptio-
nis per illum qui filius eſt naturæ,id eſt,naturalis fi
lius patris.Cumque ad hoc facta ſit incarnatio, vt
de filijs iræ efficiamur filij gratiȩ, potius conuenit
filio incarnari.Hȩc Alexander.

¶ Cõcordat Bonauẽtura, hæc planiùs,atq; ſubti
lius exprimẽs:Filio,dicẽs,magis quàm patri,aut ſpi Bonauen.
ritui ſancto cõpetebat incarnari, ſiue loquamur de in 3 d.q.
incarnatione in ſe,ſiue ut ordinať ad hoĩm redem- 2 arti.3.
ptionem, ſiue quo ad modum redimẽdi. Nẽpe lo-
quẽdo de incarnatione ſecũdũ ſe,potiſsimè ꝯgruit
filio, & inquantum imago, & inquantũ verbũ, &
inquantũ filius.Inquãtũ imago:qm̃ hõ aſſumptibi-
lis erat rõne dignitatis imagnis. Inquantũ verbũ,
quia ſic eius eſt patrem manifeſtare. hinc ſicut ad
intentionis ſeu ꝯceptus interioris manifeſtationẽ,
verbum mentale copulatur uoci ſenſibili, ita ad
Deitatis reuelationem verbum patris coniũctũ eſt
carni.inquantum filius; qm̃ ſicut ex patre ſine ma-
tre

tre natus est semel & æternaliter, sic præcipue competebat ei nasci semel in tempore ex matre virgine sine patre. Idem pater loquendo de incarnatione quo ad generis redemptionē humani, quod liquet pensando hōis lapsum & reparandi modum, reparationisq; fructum. Homo namque peccauit appetendo immoderatè Dei similitudinem, & inde habuit lapsus occasionem. Vnde condecuit ut ex eodem sumeret liberationem. Item quantum ad modum. Reparari etenim sumus per mediatoris obedientiam & supplicationem, obedire autem & supplicare potissimè conuenit filio. Idē claret considerando in carnationis fructū siue effectū, qui est nos fieri Dei filios adoptiuos, quod per filium naturalē, ac vnicum fieri condecebat, quod enim posterius est, fieri habet per id, quod priùs est in genere illo. Hæc Bon.

Richardus de mr. inc. ¶ Idem Richardus, & addit, qđ cum filius Dei sit media in trinitate persona, ei potissimè cōpetebat esse Dei, & hominū mediatorem. Itē sicut in creatione apparet per appropriationem quandā Dei potentia, ita in reparatione humani gñis sapientia, quę & filio appropriatur. Hinc sicut diabolus per miul ierē & lignum deiecit in seruitutē uirum & genus humanum, sic Deus per uirginem prælectam, ac gloriosam, atque per uirum, vtpotè Christum, & crucis lignum, ad libertatem reduxit humanum genus. Hæc Richardus.

Gene. 3.

Tho. in 3. dist. 1 q. 2. arti. 2. ¶ Deniq; Thomas sinducta exprimit gratiosè, dicendo. Decentia incarnationis filij pōt attendi ex ꝓprijs eius, & ex appropriatis ipsius. In prorijs filij quatuor considerantur, vt ꝙ filius, ꝙ verbū, ꝙ imago, ꝙ media in trinitate persona. Inquantū imago conuenientiā habet cum homine reparando, qui ad Dei imaginem creatus est. Vñ decuit vt imago

Gene 1. imaginē, increata creatam assumeret. Inquantū filius, aptitudinē habuit ad modum reparationis, q̄ expleta est per incarnationis ac passionis mysteria Secundū enim quod ex alio est, quod & cōe est spiritui sancto, notat auctoritas patris respectu ipsius vñ cōuenit sibi in natura assumpta ad patrē oro ac satisfactio, alia quoq; huiusmodi quæ auctoritatē i patre designant. Porrò, inquantū in filio intelligitur determinatus modus originis, cōuenit ei nasci, vt qui in diuinitate est filius Dei, in humanitate sit filius uirginis, ne plures sint filij in diuinis. Conuenit quoq; ei, inquātum est filius naturalis, ut ꝑ eum cuius naturaliter extat hæreditas, alij adoptentur in filios, cohæredesq; fiant. Inquantum aũ est verbū cōuenit sibi prædicationis officiū: qm̄ uerbum manifestat dicentē. Sed vt est media in Trinitate persona, congruit ad vltimum effectum, qui est reconcilia tio hoīs ad Deum. Decet n.ut qui medius est, sit et mediator Inueniuntur item quatuor filio appropriata, vc3 sapientia & uirtus, secundum illud Apostoli. Prædicamus Christum Dei uirtutem, & Dei

1. Tho 1. Aug. 1. de doc. Christi ca. 5. Hilarius. sapientiam: æqualitas, ab Augustino: pulchritudo seu species, ab Hilario. Inquantum sapientia, congruit restaurationi, vt quæ per sapientiā facta sunt, per sapientiam restaurentur, & qm̄ homo per seductionem corruit in seruitutem, decuit eum per sa-

Aug 6. de 1. i. ca. 10 a Gene. 3. pientiam à seruitute illa saluari. Rursus homo, qui per scientię appetitum peccauit, rectè per sapientiā liberatur. Iterum, inquantum est virtus, & brachiū

Lucæ. 1. patris, congruit ad triumphum de hoste sumendū, iuxta illud: Fecit potentiam in brachio suo. Inquā

Isaię. 4. tum æqualitas, congruit morbo sanando, quia tam homo, q̄ diabolus peccauerunt appetendo quandā Dei æqualitatem: homo scientiæ, diabolus potentiæ. Inquantum species, & pulchritudo, congruit reparationi, quatenus deturpatio imaginis per peccatum inducta, remoueatur per ipsum. Patri demū non conuenit incarnatio: præsertim propter proprietatē innascibilitatis. nō eñ decet vt qui in deitate est pater, in humanitate sit filius. sic.n. filius Dei patris esset virginis nepos, si ipsa virgo mater consisteret Dei patris. Similiter neq; spiritui sancto conuenit, ne nomen filij in plures transferatur personas. Hæc Thomas in scripto. In quibus continen

Arti. 2. tur, quæ super hac qōne conscribit in tertia parte, tertia qōne: vbi tamen adiungit, ꝙ conuenientissimū fuit filium incarnari ex hoc, quia in filio Dei attenditur vno modo cōis conuenientia ad totā creaturā: qm̄ verbum artificis. i. conceptus eius, est exēplaris similitudo eorum, quæ ab artifice fiunt. iō sicut per participationē huius similitudinis, creaturę sunt in speciebus proprijs constitutæ, ita per vnionē verbi ad creaturam participatiuā, sed personalem, conueniens fuit reparari creaturam in ordine ad æternam, atq; immobilem perfectionē. Nā & artifex per formam artis conceptā, qua artificium cō

Cap. 4. didit collapsum restaurat. Hæc in Summa. In quarto quoque libro Summæ contra gentiles, adiecit, ꝙ verbum æternum est emanatio intellectus: ideo specialiter conuenit cum rationali creatura, quæ à perfectione intellectus speciem est sortita; quæ aũt magis conueniunt, conuenientiùs vniuntur. ficq; cum affinitas quædam sit, maximè verbi ad naturam humanā, decentius fuit verbum incarnari. Deniq;, incarnatio verbi ad hoīm ordinatur salutem. vltima verò hominis salus est, vt secundum intellectiuam partem perficiatur primæ ueritatis contemplatione. hinc decuit, per verbum (quod intellectuali emanatione à patre procedit) humanam naturam assumi, ac hominem liberari. Hæc ibi.

Petrus. ¶ Concordat Petrus, & addit: Homo per peccata tria perdiderat, vtpotè cognitionem sapientiæ, similitudinem gratiæ, hæreditatemq; gloriæ: ideo missum est verbum, imago & filius, vt per verbum ad cognitionem sapientiæ homo reducatur: per imaginem, ad similitudinem gratiæ: per filium, ad

Albertus. hæreditatem gloriæ sempiternæ. Hæc Petrus. In præhabitis continentur, quæ scribit Albertus.

Vdalricus ¶ Vdalricus quoq; quinto Summæ suæ capitulo: Finis, inquit, incarnationis fuit redemptio hominū & reconciliatio eorundem per oblationem, ac preces, quę non sunt eiusdem ad se, sed alterius ad alterum. hinc decuit, vt vna persona per merita sua redimeret, & reconciliaret nos Deo, & alia esset, cui precium redemptionis, & hostia reconciliationis offerretur, videlicet pater. Conuenientissimum verò extitit, filium incarnari. quamuis etenim in diuinis persona, & personalis proprietas idem sint: diuersarum tamen sunt rationum. In incarnato aũt Dei filio natura humana non solum assumpta est in eius personam, vt eadē sit vtriusq; naturæ persona, sed & assumpta est in proprietatem eius personalē, qm̄ verbum incarnatum eadem filiatione æterna est filius Dei patris, ac matris, & ad vtrunque refertur, ficque ex omni parte est vnio ista rationis perfectæ: quod non esset, si alia persona incarnata fuisset: quia sic ex tempore causata fuisset secundū rationē noua proprietas filiationis, quæ non esset personalis proprietas illius personæ: imò aliā proprietatē habuisset secundum naturā diuinā, & aliā

In Dam. scd̄m naturā humanā, nec esset vnio ꝑfectæ rōnis. Hinc tertio libro asserit Damascenus: Filius Dei filius hoīs, sic vt maneat proprietas immobilis, nec à propria proprietate discedat. Quod etiam in libro eccle-



Augusti. ecclesiasticorum dogmatum loquitur Augustinus. Hæc Vdalricus, cuius verba inferiùs clariùs innotescent.

Guliel. Parrhisi. At vero Guliel. Parrhisi. tractatu suo, Cur Deus homo, Dicendum est, inquit, cur potissimè filius venit. Dicimus quia indubitanter pro patre sufficiebat verbū ipsius. Et quia de hæreditate filij agebatur, ad quā uocabamur, vocatione facta per filium ipso iure effecta est magis rata. Insuper verbū tam ipsum loquentem, eiusq; sensum, vc3 patrem: tam loquētis affectum & gratiā seu amorem, qui est spiritus sanctus, clarissimè repręsentat. ficq; seipsum sua pśentia, & patrem sua significatione, & spiritū sanctū sua ostēsione insinuat. Meritò igitur filius venit pro tribus. De his plura ibi subiungit, q̄ ex dictis

Ad obiecta. pateſcere queūt, ꝙb Hēricus quoq; ī Sūma ꝓcordat

Ad 1. & 2. ¶ Ad uerò dicēdū, ꝙ in incarnationis mysterio etiam Spiritus sanctus suam charitatē, & pietatē nobis monstrauit, cooperando, & virginē ſęcūdādo, ita ꝙ Christus de Spiritu Sancto conceptus ſpāliter

Ad 3. affirmatur, ꝓut hoc infra clariùs exponetur. ¶ Ad tertiū rndetur, ꝙ potius decuit vinci diabolum per sapientiam, quàm per solam potentiā, ne videatur

Ad 4. Deus ui: nō iure, prævaluisse. ¶ Ad quartū, ꝙ quis ꝑ adoptet efficienter, actū ꝑ filiū incarnatum hoc fieri decuit ꝑ modū mediatoris, ac meritorę causæ.

## QVAESTIO IIII.

Ingre negatiuā arguitur. 1. QVarto quæritur: *An vna persona diuina sine alia potuit incarnari.* ¶ Videt, ꝙ nō, quia per incarnationem natura humana ad increatum esse assumpta est, & suppositata, ac substantificata in illo: sed trium superdignissimarum personarum est unum esse, sicut & vna essentia. Nā pater idē numero esse cōmunicauit filio, quod ipse habet, ut potuit supra primū. Non ergo magis assumpto est humana natura ad esse uerbi, q̄ patris aut Spiritus sancti. ficq; verbū non magis est incarnatum, quàm alia increata persona, nec vna sine alio potuit incarnari.

2 ¶ Secundò, Damascenus primo libro testatur. In diuinis omnia unum sunt seu indistincta, prꝛter ingenerationem, & generationem, ac processionem quorum nullum est incarnatio: ergo illa communis est tribus superbenedictis personis.

3 ¶ Tertiò, actiones Trinitatis ad extra sunt indiuisæ: incarnatio aũt non est actio immanens: ergo tribus personis conuenit indistinctè.

4 ¶ Quartò tres personæ sunt vnum subsistens & maximè simplex, utpotè vnus Deus: ergo quod conuenit uni ad extra, conuenit alijs.

5 ¶ Quinta maior est vnio per gratiam vnionis, q̄ per gratiam adoptionis: sed persona una diuina sine alia non unitur menti creatæ per gratiam adoptionis, ergo nec per gratiam hypostaticæ vnionis.

¶ In oppositū est auctoritatis fidei & scripturæ.

In oppositum. Vbi supra ꝙst. 1. Ar. 2. ¶ Ad hoc Bonauentura rndet. Creatura dupliciter comparatur ad creatorem. Primò, secundum susceptionem alicuius cōpletionis, seu perfectionis ab illo. Secundò, pęnes habitudinem alicuius relationis ad illū. Prima comparatio necessariò respicit tres personas indistinctè ad indiuisim, qa ī ipsis est vna perfectio essentialis. Secunda autem comparatio respicere potest determinatam personam, quia diuinæ personæ relationibus distinguuntur. Deus quoque dupliciter comparatur ad creaturam. Primò, in ratione creantis principij, Secundò, in ratione subſtantificantis, & in prima comparatione cōmunicant tres personæ, eo quòd in ipsis sit una essentia, unaq; uirtus operatiua, qua Deus oīum creaturarum est causa. Secūda uerò comparatio pōt unā personam de terminate respicere, qa ꝓsona distinguitur ab alia ꝓsonali proprietate. Cumq; incarnatione diuina ꝓsona facta sit hypostasis siue suppositū naturæ assūptæ, ita ꝙ incarnatio dicit habitudinē Dei ad creaturam, non solū ꝑ modū causæ, sed & ꝑ modū suppositi, cōfirmiter ex ꝑte creaturæ nō solū importat habitudinem, quo ad susceptionem cōpletionis, sed itē quo ad habitudinem relationis. Hæc Bonau. Concordant Alex. & Antisi.

Alexāder. Gulielmus Antisio. In 3. dist. 1 qđ. 2. ar. 1. ¶ At uerò Tho. Quāuis, inqt, tres ꝓsonæ sint vnū in essentia, non tñ oportet, ut si una unię carni, uniātur & aliæ. Nempe dum aliqua in aliquo cōiungitur & in aliquo distinguunt, tunc solum necesse est ut pariter uniantur, qñ ꝓiunctio fit secundū id, in quo cōicant, siue illud sit unū numero, siue non: sicut cū homo, & leo cōicēt in aīali, quicquid cōicat cū leone, in gñe cōicat cum hoīe. Verum cum homo & leo differentijs distinguant specificis, id qđ cōuenit cū leone, in differētia tali nō oportet cum hoīe conuenire. Cūq; ꝓsonæ diuinæ cōicent in essentia, & ꝓprietatib. relatiuis & personalib. distinguant, id qđ conuenit uni earum ratione essentiæ, cōuenit alijs. non autem quod conuenit uni rōne ꝓsonalis proprietatis, ꝙuenit alijs. Incarnatio verò facta est in ꝓsona non ꝓprie in natura diuina: iō incarnatio pōt cōpetere uni ꝓsonæ, non alteri. Hæc Thomas in Scri

Arti 4. pto. Porrò in tertia parte, q̄stione tertia scisciturat: Vtrum una persona possit humanitatem assumere sine alia. Et rndet. Assumptio duo importat, actum uc3 assumentis, & terminum assumptionis. Actus assumentis ex diuina procedit uirtute, quæ cōis est tribus per sonis. Terminus verò assumptionis, est ꝓsona incarnata: idcirco quod actionis est in assumptione, est tribus personis commune: sed quod ad rationem termini pertinet, est proprium uni personæ, scilicet uerbo. unde diuina natura dicitur incarnata seu ex urigine nata non vt est in tribus personis uel secundum se, sed ratione personæ, in qua est. ficque intelligendum est, quod asserit Damascenus

Io. Dam. tertio libro. Tota natura diuina in una suarum hypostasium est incarnata nō quòd incarnata sit in personis, sed: quoniam de perfectione diuinę naturæ nil deest incarnatæ personæ. Hæc Thomas in Summa.

Petrus. Richardus ¶ Idem Petrus. In idem quoque redit quod scribit Richardus. Si, inquiens, persona filij taliter esset incarnata, quòd natura humana, sibi immediatiùs coniungeretur rōne suæ naturæ, quàm per sonalis proprietatis, non potuisset incarnari. Cum ergo natura humana vnita sit filio Dei immediatiùs atque per priùs ratione suæ personalis proprietatis quàm essentiæ, patet propositum: & loquitur de prioritate secundum rationem, prout esse potest in diuinis. Denique, quamuis trium personarum sit unum esse, atque existere absolutum tamen existere absolutum patris, non est existere personam filij, aut spiritus sancti. Dicunt igitur aliqui, quòd existere personam filij, immediatè communicatum est naturæ humanæ, non sic, quòd natura humana fit persona filij, sed sit in persona ipsius filij. Existere autem absolutè dictum, cōicatū est naturæ humanæ, mediāte personali proprietate filij Dei vel dici potest, ꝙ quāuis unū sit existere triū personarū, tñ secūdū rationem intelligēdi, priùs cōicatum est naturæ humanę, ut est esse filij, q̄ ut est esse substantiæ, seu naturæ. Hæc Richardus.

Durandus ¶ Circa hęc prolixè scribit Durandus. Ad unionē dicens, humanæ naturæ cū ꝓsona diuina, ꝑexigitur unio ejusdē naturæ cū diuina essentia, & ultra

exigitur

exigitur vnio cũ his, q̃ propria sunt psonę, inquantum persona. Est enim differentia inter suppositum increatum, & creatum. Quamuis namque vtrunq; sit id, quod subsistit: tamen in creaturis suppositũ nõ est solũ id, qđ subsistit sed formalis quoq; suppositi ratio est per se subsistentia, uel p se fundatur in ea. In diuinis autem formalis rõ suppositi, nõ est per se subsistentia: nec in ea fundatur, sed est ad alterum se habere: idcirco per alterum est suppositum, & per alterum subsistit. Est quippe formaliter & completiuè suppositum per relatiuã proprietatem: subsistit autem non p proprietatem relatiuam, sed per essentiã. Subsistentia nanq; dicit esse secundũ perfectissimũ modũ essendi, q est esse in se, uel ad se hoc aũt non conuenit in diuinis nisi ratione essentiæ, quia per omnia alia dicuntur diuina supposita ad alterum. Hæc Durandus, q multa circa hæc scribit, cuius assertio contraria vr̃ Ricardo

Richard⁹.

dicenti, ꝙ incarnatio per priùs, & immediatius concernit proprietatem relatiuã in verbo, q̃ essentiam eius, qđ & efficaciter pbat. in diuinis demũ nihil est

Athanasius in symbolo.

priùs nihil posterius, nil maius, aut minus, nec aliqd alio extat pfectius. Idcirco nec eẽ absolutũ, aut subsistentia per se maior, dignior, aut perfectior est ipso esse ad alterum, proprietates quoq; relatiuæ in diuinis sunt p se subsistẽtes, non accidentales, imperfectæ, aut inhærentes, quæ omnia supra primum pleniùs sunt expressa.

lib. 5. c. a 5

¶ Præinductis itidẽ consonat in Sũma sua Vdalricus. Incarnari, ait, potuit vna psona sine alia: quoniam vnio, quam dicit incarnatio, est ad personã relatio, non ad diuinã naturam, nisi inquantũ ipsa est realiter illa persona. Quod autem conuenit personæ diuinæ inquantũ psona est, nec cõuenit naturæ sub ratione naturæ, ad discretam spectat theologiã ipsius, nec conuenit alijs personis. Hinc secundò c. de diuinis noĩbus, pertinentia ad incarnationẽ Sanctus Dionysius computat inter spectantia ad theologiã discretam. Hic Vdalrico concordat Albertus cuius dicta verbis Thomæ pleniùs continentur.

Dionysius

Ad obiecta.

¶ Ad primũ obiectũ solutio tacta est ex Richardo. ¶ Ad secundum Thomas, & Bonauentura rñdẽt ꝙ in incarnatione verbi, missio & gñatio eius includuntur, ac præsupponuntur: Vñ nec patri congruit incarnatio, quia non ꝯuenit ei mitti, qa à nullo est. ¶ Ad tertiũ quoq; rñsum est, & ponunt Bonauentura, Richardus, alijq; cõiter grossum exemplum, vt si tres puellæ vestiant & ornent vnam earum, tres ornãt, & uestiũt, sed vna sola ornatur atq; uestitur. ¶ Ad quartũ, ꝙ tres personæ sunt unũ quãtũ ad absoluta, sed relatiuis personalibus propritatibus distinguuntur. & rõne vnius earũ cõuenit incarnatio filio. ¶ Ad quintum, ꝙ in unione, q̃ est per gratiam adoptionis, consideratr̃ vnio p operationẽ tantum, qua vcʒ Deus aliquem effectum operatur in nobis. Cumq; operatio cõis sit tribus personis. oportet vnionem illam esse tribus personis cõem, quamuis secundum quod ille effectus appropriatr̃ uni alterive personæ, dicatr̃ filius aut spiritussanctus mitti in mẽtem In hac verò singulari vnione deitatis ad humanitatem, non tantũ notatur ex pãte Dei efficientia, aut operatio, sed etiam terminatio in personam. ideo non est simile.

Vbi supra

## QVAESTIO V.

Obiectio prima.

QVintò quæritur: *An pater, ac spiritussanctus poterant incarnari*. Videtur, ꝙ non. quia (ut tactũ est) incarnatio non congruebat patri neque spirituisancto, propter rationes præhabitas, quod autem Deum non decet nec congruit ei, impossibile est conuenire eidẽ: imò quicquid in Deo est & quicquid agit aut operatur, sic decet. Propter quod libro, cur Deus homo, ait Anselmus: Minimum inconueniens Deo, est impossibile. ¶ Secundò, in incarnatione includit̃ missio, & esse ab alio, quod nequaquam conuenit patri. supra quoque tactæ sunt uariæ rationes, cur nec patrem nec spiritũ sanctum decuit incarnari.

Anselmus

In oppositum.

¶ In oppositum sunt, quæ dicũtur in littera Nec enim minus omnipotens est pater & spiritussanctus q̃ filius. Ad hoc respondet Albertus: Si attẽdamus congruentiam patris, non est eius incarnari: si aũt potentiã absolutè põt utique incarnari. Idẽ dicendum de spiritusancto. Vnde dicendum cum Augustino & Magistro, ꝙ pater & spiritussanctus potuerũt, & possunt incarnari, sed nõ congruit neque necesse fuit. Cumq; Deus nil nisi decens, & congruũ agat, ipse nõ fecit hoc. Si tñ faceret aut fecisset hoc, ipsum congruentissimũ esset. nec præhabitæ congruentiæ ad hoc, quòd nec Patrem nec spiritum sanctum decuit incarnari, quãuis sint maiores secundum inuestigationem humanam, non tñ remouent potestatem diuinam, nec limitant eam in aliquo: quia (vt diuinus Dionysius loquitur) Deus est supra omnem mentem & rationem, nec dignè cogitatur, aut dicit̃.

Albertus.

Augusti.

Dionysius

Obiectio.

¶ Veruntamen obijci potest, qm̃ nil unquam fieri potest, aut potuit, cuius non pcessit cognitio, ac ratio in mente diuina, sed de patris, aut spiritus sancti incarnatione nunquam fuit nec præcessit cognitio, aut ratio in mente diuina: ergo non potuit fieri nec potest. Rursus, pater nunquam sciuit se incarnandum: ergo nec potuit, cum non minor sit eius scientiam, quàm potestas. Et respondendum, ꝙ tanta est Dei potentia, quanta & eius scientia, put utrunque essentialiter consideratur in Deo. si verò vtrunque referaur ad obiecta ad extra, amplior erit potentia, q̃ scientia. quædam enim potest, quę practicè non scit, quia non faciet ea, quorum rationem non habet in se, quæ si faceret, rationẽ eorum apud se præ haberet. Idem dicendum de uoluntate, quæ quamuis sit tanta, quanta potentia, atque scientia, attamen respectu obiectorum est minor. Vñ secundũ Augustinum, quædam subijciuntur potentiæ Dei, quæ non scientiæ: quædam quoque scientiæ, quæ non voluntati, Hæc Albertus.

Dilutio.

Augusti.

Libro. 5.

¶ Concordat Vdalricus, dicendo: Incarnari potuit tota Trininitas potentia absoluta, cum eadem sit potentia totius trinitatis, & vnius personę, sed non congruebat: quia aut assumpsisset diuersas naturas, & hoc fuisset superfluum, cum vna sufficeret: aut eandem numero, & hoc impossibile fuit: quoniam sicut tres diuinæ personæ unũ sunt in natura, sicut unum sunt in eo, quod secundum rõnem substat illi naturę: & esset suppositum diuinum per se existens, etiam si non esset trinitas personarum, & in illo potuit substantificari natura humana assumpta tuncque vnio, & assumptio illa esset toti Trinitati cõis, quod non conueniebat fini incarnationis, qui est redemptio, ac reconciliatio hominũ per preces & obligationes, quę non sunt propriè eiusdem ad se, sed alterius ad alterum. Hæc Vdalricus in Sum. sua lib. 5.

3 sent dist. 1. q. 2. art.

¶ Insup Thomas circa ista diffusius loquens: In agẽtibus, inqt, ex libertate uolũtatis, executio potẽtię sequitur imperiũ uoluntatis, ac ordinẽ. Hinc dũ diuinæ potentiæ ascribitur aliquid, cõsiderandũ an attribuatur potentiæ secundũ se consideratæ, tunc enim Deus dr̃ posse illud de potentia absoluta: an

enim



attribuatur ei in ordine ad sapientiam, ac pręscientiã, voluntatemq; eius, tunc quippè dicit̃ illud posse de potentia ordinata. Potentiæ itaq; absolutè, cũ sit infinita, necesse est attribuere omne illud, qđ in se est aliquid, & quod in defectum non vergit potentię, ut quæ ꝯdictionem non implicant, nec passionẽ, defectuositatem, aut utilitatem includũt. Vñ Deus non põt peccare mori, deficere. Cum autem potentiæ absolutè cõsideratæ attribuitur aliquid, quod uult facere, & sapientia sua habet, ut faciat hoc, tunc dr̃ illud posse potentia ordinata. Cũ aũt potentia se extendit, quantũ in se est, at illud qđ, sibi attribuitur, q̃uis eius sapientia, ac voluntas nõ habeãt, ut sic fiat, tunc dr̃ Deus id posse potẽtia absoluta. Verum in his distinguendũ: quia in his sunt quædã, quæ aliquid diuinæ sapientiæ, ac bonitati repugnans, inseparabiliter coniunctũ habẽt in se, vt peccare, mentiri, q̃ dicimus Deũ nõ posse: quædam verò in se non habẽt ꝯuenientiã ad diuinã sapientiã, sed solũ ex ordine quoddam pscientiæ suæ, quẽ Deus in reb. statuit, aut puidit secundũ propriã uoluntatẽ ut ꝙ caput hominis sit inferiùs, & pedes superiùs, & talia Deus facere põt, qa statuere põt aliũ ordinẽ in rebus, secundũ quẽ conueniens sit, quod secundũ ordinẽ nunc institutum inconueniens extat. Itaq; in his, q̃ diuinæ sapientiæ insunt, seu attribui possunt, est quadruplex ordo siue distinctio. Quædã, nec absolutè potentiæ attribuuntur, q̃ simpliciter dr̃ Deus non posse, ut posse pati, peccare, aut ꝯdictoria esse simul uera. Quædam verò ex se

Quæ Deus nõ potest.

sapientiæ seu bonitati eius repugnant, q̃ dicimus Deũ nõ posse, nisi sub conditione, puta si uellet, iustũ damnare Non. n. inconueniens est, ut in conditionali vera, antecedens sit impossibile. Quædã de se repugnantiã nõ habent, sed solũ ab exteriori, & talia Deũ posse, est absolutè ꝯcedendũ de absoluta potentia: nec neganda sunt nisi sub cõditione, ut dicat̃. Nõ põt hoc, si volũtati eius repugnat. Quædam sit tribuunt̃ potentiæ eius, ꝙ ꝯgruunt sapientiæ, ac uoluntati ipsius, & hæc Deus simpliciter põt, & nullo modo non potest: sicq; patrẽ aut spiritum sanctũ incarnari, non est de his, q̃ potẽtiæ Dei absolutè non subdũtur: quia nec implicat, nec defectũ aliquẽ incarnatio in persona statuit incarnata. Nec est de his, q̃ ex se inconueni ẽtiã habent, sed de his, q̃ inconuenientiam habent pp alium ordinem diuinitus institutum. filiũ uerò incarnari, est de ordine quarto: hinc simpliciter concedendum, ꝙ pater, & Spiritus Sanctus de potentia absoluta poterant incarnari. Hec Thomas in scripto.

q. 3. art 5.

¶ Insuper in tertia parte: Assumptio, ait, duo importat, vcʒ actum assumẽtis, & terminũ assumptionis. Principium autem actus est uirtus diuina, terminus verò persona. uirtus autem cõis est Trinitati, ratio quoq; personalitatis communis est tribus personis quamuis proprietates personales sint differentes. Cum autem virtus aliqua indifferenter se habet ad plura, potest ad quodlibet eorum actionem suam terminare, sicut potentia rationalis potest in vtrunque oppositorum. hinc virtus diuina potuit naturam humanam unire patri, atq; Spiritusancto, quemadmodum filio: idcirco dicẽdũ, ꝙ pater, & Spiritussanctus potuit incarnari sicut & filius. Porrò si obijciat̃, ꝙ sic fuisset diuinarũ ꝯfusio psonarum, ipso patre existẽte filio p incarnationis mysteriũ. Dicendum, ꝙ filiatio temporalis non cõstituit psonam in diuinis, sicut filiatio æternalis, sed consequit̃ temporalem natiuitatem Vnde si per hunc modũ nomẽ filiationis ad patrẽ aut Spiritumsanctum transferretur, nulla sequeretur personarum confusio diuinarum. Hæc Tho. in Summa.

Augusti. Anselmus

¶ Cuius hoc ultimũ verbum vr̃ phabitis dissentire, in qbus ex Augusti. & Anselmo probatum est, non decuisse patrem incarnari, quia ex hoc diuinarum personarum confusio sequeretur. Ad quod uidetur dicendum, quòd non sequeretur inde cõfusio rei, sed noĩm. Nam patri secundum aliam naturã conueniret esse patrem, & secundum aliam filium: sed esse noĩs quædam confusio, dum tã pater in diuinis, q̃ unigenitus, eius pater nominaretur. præinductis consonat Petrus.

Petrus.

Richardus

¶ Richardus quoq; hic scribit: Non solũ de potentia absoluta pater, & Spiritussanctus potuerũt incarnari, imò etiam potuerunt, & possunt hoc de potentia ordinata, uocando potentiam ordinatã non tantum potentiam, qua Deus potest omne illud, quod uult, & disposuit se facturum, sed etiam qua põt uelle, atq; disponere se facturum. Quãuis enim Deus non velit, neq; disposuit incarnare patrẽ vel Spiritũsctm̃, tñ hoc Deus posset disponere, sed nunquam disponeret, neque uolet. Hæc Rich.

Dionysius ꝯ Richardum.

¶ Cui obijci põt, ꝙ in inuariabili Deo nõ põt eẽ recẽs dispositio, nec aliquid prorsus de nouo, nec qppiam contrarium ei, quod ab æterno fuit in eo. Verũ de isto ptranseo. forsan. n. Richardus se fundat in determinatione Stephani parrisiẽsis episcopi, q nõ solũ necessitatẽ coactionis, sed & necessitatẽ ĩmutabilitatis aufert à Deo, Nihilomin⁹ Tho. Albertus, & alij multi testant̃, ꝙ dato, ac psupposito, ꝙ Deus hoc, vel illud ordinauerit, uoluerit siue statuerit, nõ põt oppositũ pp suã inuariabilitatem, quãuis absolutè loquẽdo, oppositũ possit, quemadmodũ absolutè loquẽdo, põt cælũ adnihilare: attñ dato, ꝙ ordinauit, & statuit cælum ppetuò duraturũ sine interpolatione, nõ põt illud destruere, sed de his dictum est super primum diffusiùs.

Stephanus Parrhisieñ. epũs. Thoma. Albertus

Alexãder.

¶ Deniq; Alexander. Duplex est, inqt, posse diuinũ, vcʒ absolutũ, & cõgruentiale, loquendo de primo posse, pr̃, & Spiritussanctus potuerunt incarnari: non autem loquendo de alio posse, & istud redit in idem cum aliorum distinctione.

in 3 dist. 1. q 1. arti. 4.

¶ Bonauentura verò sup his subtiliùs scribens: Aliq, ait, dixerunt, ꝙ nulla persona diuina potuit incarnari, nisi filius: quia non decuit nisi eũ, ob causas præhabitas: qui quamuis videantur in hoc seq beatũ. Anselmum, non tñ uerè sequuntur eũdem. Pater quippè, & Spiritussanctus possent incarnari absq; hoc, ꝙ esset filius hominis, assumendo carnẽ de genere humano, nõ p viam generationis, sicut formauit corpus Euæ de costa Adæ, cuius tñ filia nõ est Eua. Nec inde sequeret̃ ulla ĩ diuinis cõfusio, sicut, nec ex hoc, ꝙ filiũ dicimus æternum, & temporalẽ. Quod verò ex Anselmo allegant, dicente: Quantumcunque paruũ inconueniens in Deo, impossibile esse: dicendũ, ꝙ auctoritas illa est intelligenda de inconueniente, in Deo secundum se. tale autem inconueniens est, quod nullo modo põt esse conueniens, ideo impossibile est. non aũt ueritatem sortitur de inconueniente secundum nostram æstimationem, & ratiocinationem, quod Deus potest conueniens facere, sicut & aliqua mala potest Deus facere bona, vt quæ non sunt mala ex propria ratione hęc bonauentura.

Gene. 2.

Anselmus

Ad obiecta a principio qõt.

¶ Ad obiecta patet ex dictis solutio, tñ ac secundũ dicẽdũ, ꝙ dẽ ratione incarnationis secundum se, nõ est missio. Vnde si pater esset incarnatus, nõ tñ esset missus, sed de incarnatione secundum qđ

facta

facta est,dicitur esse misśio, qm̃ filius,q̃ incarnatus est,est à patre.Denique ad verba illa Anselmi,Thomas rñdet:Imposśibile est,ut aliquid faciat Deus,& illud sit inconueniens.Nihilominus Deus facere potest, vt illud, quod nunc inconueniens est secundum ordinem unum,alio ordine fiat conueniens,sicut potest hoc modo formando assumere,sicut formauit corpus Adæ de limo terræ,sicque patri incarnato nomen filij non conueniret.

Thomas

## QVAESTIO VI.

Gẽ.1.&2.

AMplius circa hæc diuersi diuersa inquirunt. Quidam, *An tota superbenedicta Trinitati posśit naturam humanam,etiam numerò eandẽ assumere.* Quidam, *An ea eadem persona posśit assumere plures naturas*, & consimilia quædam hic quæruntur.

¶ Quòd autem tota Trinitas seu pater & spiritussanctus queant eãdem numero naturam assumere,sic probatur: Tres personæ sunt vnũ subsistens, imò vnus Deus,creator oĩpotẽs,& nõ nisi numero: ergo est absolutum suppositum,ꝓut phĩ & Iudei loquunt̃ de supposito, ꝑsona seu hypostasi in diuinis quũ vnio naturæ humanæ cum diuina, terminatur in ꝑsona diuina,ut patuit.Cũ ergo Trinitati,seu diuinæ essentiæ cõueniat rõ ꝑsonæ mõ ꝓtacto,vr̃ ꝙ tã Trinitas superbeatissima, q̃ diuina essentia ualeat incarnari.

Aduersus veritatẽ arguit. 1.

2 ¶ Secũdò, in Deo ꝑsona nil addit reale sup essentiã, nec Trinitas aliud absolutũ sup vnũ suppositũ:ergo essentia,& Trinitas põt incarnari si cui ꝑsona.

3 ¶ Tertiò,in trib. personis est eadem numero essentia, ergo eadẽ humanitas põt eis vniri. ¶ Quartò eadẽ aĩa est toto, & tota in qualibet eius pte,ita & toti & singulis ptib.eius vnit̃,ergo multo plùs tres infinitæ ꝑsonæ possunt eidẽ naturæ creatæ vniri.

4 ¶ Quintò, triũ supuenerabiliũ & supincõparabiliũ ꝑsonarũ,est vnũ & idẽ numerò esse reale subsistẽs:ergo tres simul possunt illud eidẽ naturæ cõicare, & eã in illo esse suppositare & substantificare.

5

¶ In cõtrariũ sunt auctoritas & argumẽtatio Ansel.q̃ in li de conceptu uirginali affirmat & ꝓbat, ꝙ plures ꝑsonæ assumere nequeũt vnũ,eũdẽq; hoĩem quod & in lib.Cur Deus hõ,sentire videtur. Secũdò, si plures ꝑsonæ assumerent eãdẽ humanitatẽ, tres ꝑsonæ esset vnũ hõ,& qualibet diceret̃,ꝙ sit iste hõ, & sic eẽt vna ꝑsona. Tertiò,eadẽ numero natura nõ valet in pluribus suppositari ꝑsonis,alioquin haberet plura esse.

In contrarium. Anselm9.

¶ Ad hæc Alexãder:Circa sacratissimã istam materiam nihil est temere asserendũ,attñ q̃uis dicat Ansel.li 2. Cur Deus hõ, ꝙ plures ꝑsonæ non unum & eundẽ assumere hoĩem, ita ꝙ oporteat in vna persona hanc fieri vnionẽ : tñ sine ꝑiudicio est dicendum,ꝙ cum dicit̃, vnus,& idẽ homo põt supponi,vna eademq; persona,vel unũ indiuiduũ, differentia quippe est inter indiuiduum & personam, quia persona dicit rẽ summè discretam, seu ꝓprietate digniorem spectante distinctam : hinc vnus & idem homo,qui sit persona,vel assumptus in vnitatem personæ, nullo modo põt tribus uniri, seu à tribus assumi personis : qm̃ personalitas digniori proprietatis,non potest esse ex parte humanæ naturæ,nec etiam ex parte diuinarum personarũ ꝓrsus æqualiũ,cum tres sint personæ oĩno æquales, relinquitur, quòd à tribus personis non queat assumi unus, & idem homo in unitate personę, quemadmodum nec posśibile est tres personas confundi. Si verò vnus & idem homo supponatur indiuiduũ puta compositũ hoc singulare ex aĩa & corpore,sic posset ɔcedi,ꝙ tres personæ possent assumere & cõicare vnũ & eũdẽ hoĩem indiuiduũ. Cuiusmodi verò sit illa cõicatio, non est hoĩs diffinire. Hæc Alex.

Alexãder. Anselmus

¶ Porrò de hac realiter sentire vr̃ Bonauentura, dicendo:Sicut dicit Ansel.plures personæ nõ possunt vnũ,& eundẽ hoĩem assumere, nõ ex defectu potentiæ, sed propter repugnantiam contradictionis implicitæ. Si enim plures personæ assumerent vnum hominem ad vnitatem personæ,quæ faceret cõionem idiomatum,aut assumerent in unitatem, quę se teneret ex parte assumentis,aut assumpti:Si assumẽtis, cũ non sit reperire nisi vnitatẽ personalem,aut assentialẽ, aut ergo plures personę assumerent vnã naturam in vnitatẽ essentiæ,aut in vnitatẽ personæ:sed horũ utrũq; est imposśibile Nã plures diuinæ ꝑsonæ non possunt cõuenire in vna ꝑsona creata,nec possunt trãsire in vnã naturã. Si verò assumerent in unitate se tenente ex parte assumpti, cum illa sit vnitas indiuidualis,assumerent ergo in unitate indiuidui, quod imposśibile est, quia assumens non trahitur ad dignitatẽ assumpti, sed potius trahit assumptum propriam unitatem, quia assumere est ad se sumere. Sicque patet,quòd plures personas vnum, & eundem assumere hominem, omnibus modis implicet contradictionẽ.Si autem quæratur quid istud impediat, dicendũ quòd nec persona diuina per se, nec natura humana per se, sed modus unionis, quia diuina natura vnitur humanæ ĩ vnitate personę:iõ imposśibile est.ꝙ in illa unione sit unitas ex parte extremorũ, & pluralitas ex parte medij, in quo attendit̃ unio illa.Vñ sicut imposśibile est,quòd plures personæ sint vna persona, non propter repugnantiam personarum,sed propter inclusionẽ oppositorum duorum; ita imposśibile est,ꝙ eandem numero humanitatem assumant Deniq; dicta sunt hæc de incarnatione secundũ modũ q̃ facit cõicationem idiomatũ, per quẽ modũ filius Dei factus est homo.In hoc tñ nõ ostẽditur omnis alius modus assumptionis esse imposśibilis, quia cũ multa ualeat Deus efficere, quę intellectus noster nequit concipere, quis audebit asserere,ꝙ plures personæ nõ posśint unum,atq; eundem assumere hominẽ?Nil.n.impedire vr̃ quin plures personæ valeant hoc ꝑ gratiã facere,ꝙ sint personæ vnius singularis naturæ in tpe, cũ illa natura sit posśibilis & oĩno obediens respectu cuiuslibet diuinę personæ.Propter quod quidam non irrationabiliter dicunt, ꝙ tres personæ posśint assumere hoĩem vnum in indiuidui vnitate.non.n.dicere volunt, ꝙ assumptio illa terminaretur ad unitatem indiuidualem ex parte assumentis, sed quod tres personæ si vnum assumerent hominem,essent vnus homo, ita quod in illis tribus personis esset cõis unitas singularis naturę assumptæ,nõ unitas personæ. Verum quicquid sit de hoc, istud pro certo habendũ est, quòd modo assumẽdi pręctacto,q̃ facit idiomatũ cõicationẽ,imposśibile sit plures ꝑsonas eũdẽ assumere hoĩem,ꝑꝑ implicationẽ ɔdictionis: qm̃ sequeret̃,quòd esset vnushomo.Hæc Bonauen.

3 se.dist. qst.1.Ar.3.

¶ In cuius verbis vr̃ obscuritas.Si.n. (ut ait)oĩno imposśibile istud sit & implicet,nullatenus fieri põt. Rursus,uera ĩcarnatio diuinæ ꝑsonæ reqrit,ꝙ ex diuina ꝑsona assumẽte, & natura assũpta constet,& consistat vna ꝑsona,ĩ duab.& ex duab.naturis ɔstãs: ad qđ necessariò seq̃t cõicatio idiomatũ ut infra patebit.Iterũ,hũana natura nõ ẽ sic ĩ vnitate ꝑsonæ à diuina ꝑsona assumpta,vt ipsa sit ꝑsona quia sic essent duæ personæ:sed id,qđ esse ꝑsonale diuinę personæ cõicatum sit ei, vt in eodem esse personali ipsa consistat, substat & actualiter sit, in quo persona diuina ęternaliter est subsistẽs:idcirco non sequeret̃,qđ plures personæ diuinæ essent una persona



persona,si eandem naturam assumeret in vnitatem personæ, Hæc breuiter,& inquisitorie tacta sint.

¶ Præterea,dictis Bonauenturæ vr̃ consonare Albertus:Sine ꝑiudicio,dicens,respondeo,ꝙ non poterat fieri vt pr̃,& spũssanctus eãdẽ naturã assumerẽt,ꝑꝑ confusionẽ in personis:q̃a cũ vnio sit in ꝑsona,videret̃ sequi,ꝙ essent vna ꝑsona. Dico aũt hoc non posse fieri,qm̃ licet Deus hoc facere potuit, tñ ex parte naturæ assumptæ fieri non valebat,ꝑꝑ incõueniens,quod inde sequi vr̃,puta cõfusio ꝑsonarũ. Pręterea si q̃rat̃,Vtrũ oẽm hoĩem assumere potuerunt:dico,ꝙ hoc ex parte indiuiduorũ nõ esset cõueniens,qm̃ oẽs hoĩes vnirent̃ in hoĩes tres, sicq; decor vniuersi piret,potẽtia quoq; multiplicatiõis gñis hũani,ac numerus electorũ,nec fieret restauratio ruinę Angelorũ ꝑ hoĩes.Nã q̃libet hõ eẽt vel hõ asśũtus à patre,aut hõ assumpt9 à filio,seu hõ assumptus à spũ sancto,qm̃ assumptio facit idiomatũ cõicationẽ,& q̃cunq; vni, & eidẽ sunt eadẽ, ipsa sunt eadem.Si aũt trium hoĩm assumeretur natura, esset superfluũ,cùm redemptio hoĩm finis sit assumptionis naturæ humanę,& per vnius assumptionem fieri posset infinitorum mundorũ redemptio. Nõ aũt ita dico hoc esse supfluum,quasi superfluum esset, aut indecorũ si fieret:imò quicquid Deus facit, decentissimum est: sed asśigno conuenientiæ rõnem ex parte creaturæ.Decentissimè nãq; Deus disposuit,& locauit nasum sub fronte, quem si ɔstituisset sub dorso,nihilominus decentissimum esset,quã uis non videamus rationem decoris hmõi ex parte creaturæ,seu dispositionis corporis hũani. Hęc Albertus.

Albertus

¶ At verò circa hæc aliter sensisse videtur Vdalricus:Diuinæ,inquiens, personæ non solũ potuerunt potentia absoluta assumere naturam humanam eandem,inquantum sunt vnum in diuina natura,sed etiam inquantũ distinctæ,eo, ꝙ in relatione creaturę ad Deum,vna persona aliam nõ excludit. Vñ eadem numero natura,relatione vnionis referri põt ad oẽs personas diuinas, ita vt essent vnũ in natura humana,quemadmodũ in diuina : sicq; tres personæ dicerent̃ vnus hõ, qm̃ termini substantiui consignificant singulariter,siue pluraliter, ex vnitate,aut pluralitate formæ significatæ.Sic,& econtrario dici posset,Iste vnus homo,seu iste solus homo, est pater,& filius,& spiritussanctus,ita, quòd hæc vox homo,supponeret rem naturę humanę sine triũ personarum distinctione.Veruntñ quãuis illa natura sic assumpta,esset vna vnitate singularis naturę, qm̃ esset vnum corpus vnaq; aĩa ei vnita, ex quorũ vnione resultaret vna humanitas;imposśibile tñ esset,ipsam esse vnam vnitate personæ,seu hypostasis siue suppositi:qm̃ implicat contradictionem, quòd cum hæc vnio non sit in natura, sed in persona,vt sc3 sit eadẽ personalitas assumentis,atq; assumpti,q̃ dicit tres esse ꝑsonas assumẽtis,vnã eẽ ꝑsonã assumpti,esse ponit plures ꝑsonas nõ esse ꝑsonas plures sed vnam: & econtrario vnã personam esse plures, & non vnam, sicq; verè dicit Anselmus, ꝙ plures personæ non possunt eundem assumere.

Vdalric9.

Anselm9.

¶ Postremò,occasione istius quærunt multi. *An vna persona queat assumere plures naturas humanas.* Ad quod respondemus,quòd imò, quia assumptio huius naturæ existẽtis in Christo filio Dei,nihil mutauit in ipso de potentia assumendi, ideo potest adhuc aliam naturam assumere, sicut potuit assumere eam, quam habet. sed tunc illæ naturæ non solum essent diuisæ per diuersas hypostases seu personas,sed solum per diuisionem materiæ:quoniam corpora essent duo,ideoq; duæ animæ ipsa perficientes,cõstituerẽt diuersas numero humanitates. Hęc Vdalricus in quarto Summæ suæ volumine.

Altera pars quæstionis.

¶ Thomas demũ:Tres, ait. diuinas ꝑsonas assumere humanam naturã vnã, vnitate vnius personæ,est imposśibile,qm̃ implicat.Cum enim vnio dei,& hoĩs non fiat in natura,sed persona,ita ut sit eadẽ personalitas assumentis,atq; assumpti,hinc ponere vnam personam ex parte assumpti,& tres ex parte assumẽtis,est imposśibile.Similiter,non potest esse in vnitate vnius hypostasis siue suppositi, ad minus quantum ad opinionem.quæ dicit vnionem factam non tñ in persona,sed etiam in supposito vel hypostasi. Porrò,ꝙ natura assumpta à tribus personis, sit vna vnitate singularis naturæ,non est imposśibile,loquẽdo de potentia absoluta,quãuis nõ congruat, sicut expressum est.Quidam tñ tenent contrarium. Hoc verò ferè ab omnibus cõceditur, ꝙ vna persona diuina põt plures naturas assumere humanas,& rationabiliter,cum non repugnet personæ diuinæ in pluribus personis subsistere. aliàs in persona verbi nõ potuisset fieri vnio diuinę,ac humanæ naturæ. Nec facultas personæ diuinæ ad subsistendum in plurib. naturis,terminatur,minuit̃,aut arctatur per assumptionem vnius naturæ,cum illa sit incommensurabilis personæ diuinæ,à qua distat in perfectione in infinitum. Si aũt obijciatur,quia si filius Dei duas assumpsisset naturas humanas, secundum quarũ vnã diceretur Iesus,& secundum aliam Petrus:oporteret,ꝙ de Iesu, & Petro hoc verbum,sum,es,est, singulariter pręedicaretur,quia vtrũq; eẽt unum suppositũ, sed de patre,& filio pręedicatur pluraliter apud Iohannem,Ego, & pater unũ sumus:ergo maior est unitas aliqua,q̃ triũ personarum,quod imposśibile est.Dicendum,ꝙ stante huiusmodi positione,Iesus, & Petrus non sunt duo supposita, sed unum, estq; hæc uera,Iesus est Petrus,& tñ Iesus,& Petrus non sunt duo hoĩes,sed unus homo. Sigularitas namq;, & pluralitas termini substantiui, attenditur secundum unitatem, & pluralitatem naturæ significatæ per terminum,& non secundum unitatẽ uel pluralitatẽ suppositorũ.Nẽpe quãuis pater, & filius,& spiritussanctus sunt tria supposita,tñ ꝑꝑ unitatem diuinæ naturæ significatæ hoc noĩe Deus,dicuntur un9 Deus.Sic econtrario, q̃uis Iesus, & Petrus essent unũ suppositum, attñ ꝑꝑ assumptarũ pluralitatem naturarũ,dicerentur hoĩes duo:diuersitas uerò naturarum,manente suppositi unitate, non impediret quin de inuicẽ pręedicarẽtur,qm̃ suppositorũ identitas ad prædicationis sufficeret ueritatem.Deniq; natura hũana assumpta, habet quãtum ad aliquid,modum accidentis,q̃uis loquendo simpliciter unio nõ sit accidẽtalis.hinc ꝑꝑ assumptionem naturę illius, filius Dei dici non põt duo, sicut,nec Socrates ꝓpter humanitatẽ atq; albedinẽ.Verũ si filius Dei duas assumeret humanitates,quamuis utraq; illarũ haberet rationem seu modũ accidentis,quo ad naturam diuinã,natura tñ earũ in cõparatione ad alteram,ꝓpter quod dicerentur hoĩes duo,non unus,queãd modũ albus,& musicus potius dici possunt duo,q̃ unus.Hęc Thomas in Scripto.Porrò in Summa. 3. parte.3.quæstiõne:Ex unione,asserit,animæ, & corporis in Chr̃o,non sit noua persona,nec noua hypostasis:sed fit una ĩ natura assumpta in naturã hypostasim ve diuinã,nõ ꝑ potẽtiã naturæ humanę,sed diuinæ personæ.Est aũt talis conditio diuinæ personę,ꝙ una non excludit aliam cõione eiusdem naturæ,sed solum à cõine eiusdem personæ. Cumq; in incarnationis mysterio tota ratio facti sit potentia facientis secundum Aug.ad Volusianũ, iudicandũ

Thomas vbi supra q.2. art. 4.

Obiectio ridicula.

Iohã. 10.

Dilutio eiusdem Iesus est Petrus.

Artic 7.

Augusti.

est de hoc magis secundum conditionẽ diuinæ p-
sonæ assumentis,q̃ humanitatis assumptæ.Hinc nõ
est impossibile diuinis psonis,vt duæ, aut tres ean
dem humanitatem assumant,sicq; tres psonæ essent
vnus homo propter assumptæ vnitatem naturæ,si
cut ostensum est. Sic,& vna persona diuina, duas
posset humanitates assumere: qđ enim põt in unũ,
& non in amplius,habet limitatam potentiam,&c.
vt supra.In his continentur, & consonant,quæ de
his Petrus conscribit.¶ Richardus verò circa hęc
Petrus.
aliqua specialia tangit:De ratione,inquiens,diuinę
Richard.
personæ est essentia,& proprietas personæ consti-
tutiua.Itaq; plures personas simul posse assumere
eandẽ numero naturam,intelligi potest dupliciter.
Primò,ꝙ quælibet personæ fieret suppositum illius
humanitatis, immediatiùs ratione essentiæ,q̃ pro-
prietatis personalis. Scđò, ꝙ econtrario,& primo
modo possibile est, sic.n. humanitas sustentaretur
in tribus personis immediatè,per id,quod tribus il
lis cõe est,quod est diuina essentia: nec absurdum,
quod essentia sustentata in persona,sustentat natu-
ram humanam,cum & superficiens sustẽtata in sub
stantia,sustentet colorem: sed secundo mõ istud im
possibilè est,propter limitationem naturæ creatæ,
cuius limitatio non patiẽ esse in tribus psonis, non
mediante quodam cõi absq; sui distinctione.Porrò
persona incarnata cum assumpta natura, posset ad
huc aliã assumere de potentia absoluta,ob suã sim
plicitatem,& immensitatẽ,quæ ita est tota supposi
tum naturæ assumptæ, ꝙ tota posset eẽ suppositum
alterius naturæ humanæ,nec tñ hoc filius Dei pos
set dici plures hoĩes, pp suppositi unitatẽ, nec tñ
vnus hõ propter pluralitatem naturæ assumptæ: at
tñ uerè esset hõ,inquantũ esse suppositũ huius natu
ræ signatæ, & ẽt inquantũ esset suppositum alteri-
us naturæ assumptæ.Veruntñ aliqui dicũt,ꝙ essent
hoĩes plures, eo, ꝙ terminus cõis in p̃dicato posi-
tus, se habet ad modum formæ: ideoque numerus
pluralis termini cõis in p̃dicato positi,nõ numerat
nisi naturã,q̃ se habet ad modũ formæ. Hæc Rich.
Henricus de Gãda. quodli.6. quest. 7 a
¶ Scripta quoq; Durandi, his dictis Thomæ, &
Richardi satis concordare uidentur. ¶ Præterea,
Henricus,quodlibeto. 6.Vt puto,inquit,aliqñ mi-
hi uisum est,unã naturam à pluribus personis diui-
nis assumi nõ posse,ꝑpter limitationẽ naturæ crea
turæ,q̃(ut apparuit) non põt inpluribus personis si
mul subsistere. Sed exquisitiùs inspiciẽdo ad natu
rã rei assumptæ, atq; ad modum personalitatis ad,
quã assumitur, planè apparet, ꝙ rõ illa non cogit,
imò ex utroq; latere deficit. Duplex quippè est mo
dus limitationis in rebus, duobusq; modis habet
res esse in aliqua personalitate,& ₤m utranq; distin
ctionẽ,limitatũ non posse simul in diuersis esse per
sonis,ueritatẽ habet in uno membrorum,non in a-
lio. Quædã namq; est limitatio, qua res limitaẽ ad
idẽ numero formaliter ĩ se, quod ptinet ad naturã,
& essentiã suã,nullo alio ₤m rem addito.Alia est li
mitatio, qua res limitaẽ in alio in quo est,qđ est ex
tra suã essentiã, ac naturã. Primo mõ limitatæ sunt
naturæ substantiarũ creatarum, quæ natæ sunt exi-
stere in se:secũdo mõ limitantur accidẽtia in subie-
ctis.& de taliter limitato uerum est,ꝙ esse nõ ualeat
nisi in eo,in quo est,ut hæc albedo esse nequit nisi
in hoc corpore,à quo limitationẽ sortitur ĩ sua sin-
gularitate.Sic aũt non limitatur natura humana ab
assumẽte persona,sed ex sua essentia,& natura,ita,
quòd ex se taliter limitatur,qa est ens,& hoc aliqd:
rationem uerò suppositi,& personalitatis habet ab
alio,quemadmodum si lapis vnus numero existens
assumeretur,suam numerationem retineret,& no-
uam personalitatem acciperet.Differunt.n. in una,
& eadem re,esse hoc aliquid,& esset suppositũ,seu
personam. Nam aĩa perfectè est hoc aliquid ex se,
siue sit incorpore,siue extra.Perfectã uerò persona
litatẽ non habet nisi in corpore:hinc natura assum-
pta ex ratione,suæ limitationis non determinaẽ illi
personæ,sicut hæc albedo huic corpori:hinc limita
tio sua,q̃ est hoc aliqd, nõ impedit,qn simul posit
inpluribus eẽ personis.Veruntñ de supposito distin
guendũ:est.n.quoddã suppositum absolutum à for
ma absoluta,& quoddã relatiuũ respectiuũ à for-
ma relatiua. & uerum est, ꝙ in pluribus suppositis
absolutis,natura limitata simul esse non valet: qm̃
talia ita diuersa sunt,ꝙ quodlibet eorũ est id,quod
est unum in se,& non aliud,nec aliqd eorum, quæ
sunt in se,iest aliquid eorum, q̃ sunt in alio. Si ergo
in talibus personis eadẽ esset natura,ipsa esset ipsa,
& non eẽt ipsa,sicq; simul essent contradictoria in
eodem.De pluribus uerò suppositis respectiuis rur
sus subdistinguendũ,qa proprietas relatiua distin-
ctiua personæ,aut per se fundaẽ in essentia, q̃ poni
tur in pluribus esse suppositis, & quasi oriẽ ex illa,
sicq; p se subsistit in supposito per illã ꝓprietatẽ re-
latiuam cõstituto: aut nullo mõ fundaẽ in illa essen
tia,nec oriẽ ex ea:qm̃ non per se,sed per accidẽs cõ
uenit ei subsistere sub illa ꝓprietate in illa persona.
Primo mõ non põt natura eẽ in pluribus, nisi sit il
limitata,ut est diuina essentia, q̃ per se, & ex se sin-
gularitas,q̃dã est,non suppositi,sed naturæ,& pro-
pter fœcunditatẽ suã,ut existit in una persona,ne-
cessariò ꝓcedit per cõicationẽ sub ꝓprietatibus re-
latiuis in plura supposita, q̃ fęcũditas nequit eẽ nisi
in natura illimitata:ꝑpter quod natura limitata nõ
ualeat cõicari plurib⁹ suppositis relatiuè distinctis,
relatione originis,q̃ ex illa oriaẽ natura, quia, nec
sup eandẽ numero formã limitatã, possunt plures
numero respectus fundari,ut super unã albedinem
non nisi vna similitudo, q̃uis per illã posset pluri-
bus similis dici: quemadmodũ unus pater refertur
eadem paternitate ad filios plures, in quibus sunt
multæ filiationes,Porrò secundo modo(ut uẽ)nil
impedit unã limitatã naturã esse in suppositis pluri
mis relatiuis, quemadmodũ unum subiectum exi
stens sub pluribus accidẽtibus,super quæ fundanẽ
singuli respectus specie differentes,põt esse sub plu
ribus illis respectibus:ut dũ idem est album, & cu-
bitum,idem potest esse simile,& æquale.Vnde,& si
istæ diuersæ relationes specie, possent fundari sup
idẽ numero in re,sicut paternitas,& filiatio funda
tur super essentiã eandem in Deo: eadẽ res ₤m illa
duo posset dici simile,& æquale: qm̃ ei accidit fieri
vnum cum illo super quod fundatur. Cumq; natu
ra humana assumpta ab una persona, nõ habeat ab
illa limitationem, suæ singularitatis in sua natura,
ut super ipsam fundetur relatio personæ illius con
stitutiua,sed super naturã aliã,cui accidit ei uniri:
neq; ex hoc,quod assumitur ad personalitatem u-
nius,limitaẽ,quin posit assumi ad personalitatem
alterius suppositi:qm̃ personalitatẽ illã habet ab a-
lio, nõ à se,repugnãtia nulla apparet in natura as-
sumpta ab una persona,quin assumi posset ab alia,
aut simul,aut successiuè. Quare cum impossibilè
nõ attribuatur Deo respectu creaturæ, nisi ratione
ĩpossibilitatis creaturæ ipsius,ostẽso, ꝙ nõ sit repu
gnãtia ex pte creatæ naturæ, qn posit(quãtũ est ex
se,& ₤m se) assumi à pluribus suppositis, non est
impossibilè ex parte diuinarũ personarũ, qn plures
eãdem possint naturam assumere. Hæc Hænricus.
¶ Circa



Iohannes Scotus.
¶ Circa hæc quoq; Scotus prætactas narrat opi
niones,& obiectiones,atq; solutiones,quas ponit,
formaliter,virtualiterve præhabitæ sunt:ac tandem
magis diuertit ad ea,q̃ ex Richardo inducta sũt,&
eius solutionem plùs sequitur,q̃ etiã(quantũ cape
re queo) rationabilior,intelligentiorque vẽ.Tñ, ut
Bonau. 3. sẽt.dist 3. questio. 3. ad 4. arg.
ait Bonauentura,in his nil temere asserendũ:nec sic
vna opinio est sequenda,vt dicere audeamus Deũ
alter facere, aut fecisse nõ posse.Insuper quærit,qd
sit formalis rõ terminandi unionẽ naturę humanæ
cũ verbo:an.s.sit essentia uerbi,vel proprietas eius
relatiua,& cõstitutiua.Rñdet,Essentia non est for-
malis rõ terminãdi hanc vnionẽ, sed suppositũ in
quo est essentia.suppositum nãq; non terminat nisi,
quia habet formalẽ rõnẽ terminãdi,idcirco in quo-
cunq; est rõ formalis proxima terminandi, termi-
nat, vñ necesse est tres psonas similiter terminare
¶ Cui rñsioni obijcitur,ꝙ illa persona duntaxat
vnionẽ hanc terminat propriè, cui natura assum-
pta hypostatice,& directè unitur,quod non cõue-
nit nisi uerbo.Postea Scotus addit: Aliter põt rñde
Scotus. 3. di.1.qst. 5.
ri,ꝙ.s.tres psonæ alio mõ essentiã habent,iõ una po
test terminare,ita, ꝙ essentia sit rõ terminandi uni
personæ,non alteri. ¶ Sed contra hoc quoq; obij-
ciẽ:qm̃ cũ essentia sit trib.singulis personis cõis: si
ipsa est principalis,immediata,& propria rõ termi
nandi unionẽ p̃fatã,non videreẽ sufficiens rõ cur so
la uerbi persona dicereẽ incarnata.Hinc ueriùs re-
putaẽ,qđ de hoc supra ex Richardo inductũ est,ut
pote,ꝙ incarnatio psonæ diuinæ ĩmediati⁹,atq; for
malius respicit in ea id,quod cõstituit eã in eẽ per-
sonali ꝓprio,ac distincto,qđ est subsistẽs eius rela-
tio,q̃ ipsius essentiam.Conformiter eadem persona
per hoc suum respectiuum, ac distinctiuum pro-
priè, ac formaliter terminat vniõe naturæ asũptæ
ad eã,ñ tñ sine,sua essẽtia,sed ₤m qđ ĩ ipsa subsistit.

## QVAESTIO. VII.

Consequenter q̃ritur: *Vtrum diuina natura pos-*
*sit assumere naturam creatam, abstractis perso-*
In partem negatiuã arguitur. 1.
*nalib. proprietatibus à natura diuina.* ¶ Vẽ,ꝙ non:qa
iã dictũ ẽ,ꝙ nec diuinæ psonæ cõuenit incarnari,
& unionẽ naturæ assumptibilis terminare, nisi rõ-
ne psonalis ꝓprietatis potissimè. Iterũ dictũ est, ꝙ
diuinæ naturæ nõ cõpetit incarnari,nisi ꝓut ẽ in p-
2 sona.¶ Scđò,cũ De⁹ sit simplicissimus, nec relatiua
ꝓprietas reale,qd addat essentiæ, sequiẽ, ꝙ ꝓprie-
tate abstracta à psona,nihil remaneat:ergo, nec na
tura,cui posit incarnatio, seu assũptio hũanæ ꝓue-
3 nire aturæ.¶ Tertiò,assũptio designat terminũ uni
onis,unio aũt fieri neqt ĩ natura,sed solũ in psona,
In oppositum.
ut patuit.¶ In oppositũ est,ꝙ oĩ proprietate relati
ua per intellectum abstracta,manent in diuinis qc-
quid dẽ absolute,vc3 oĩpotentia.bonitas,charitas,
imò,& subsistens natura,ac Deus persona, ꝓut phĩ.
& Iudæi, ac Sarraceni dicunt Deum eẽ suppositũ,
3.pte quęstio. 3. arti 3.
ac psonã,vt dictũ est supra primũ. ¶ Ad hoc sctũs.
Thomas respõdet: Intellectus noster dupliciter ha
bet se ad diuina.Primò, ꝓut cognoscit Deũ pspeciẽ
sicuti est in seipso,sicq; impossibilè est,ꝙ per intel-
lectum aliqd circũscribaẽ à Deo,aliudq; remaneat:
qm̃ totũ,qđ est in Deo,est unũ,& maximè simplex,
salua psonarũ distictione,quarũ tñ vna tollit,subla-
ta alia,qa solis relationibus distinguunẽ,quas simul
esse oportet.Secundò, ꝓut cognoscit Deũ ex crea-
turis per speculũ,utpote multipliciter, ac diuisim,
in Deo ẽ unũ,sicq; intelligere põt attributa Dei, &
quę ei absolute cõueniũt, ꝓprietatib⁹ nõ intellectis,
atq; sic abstracta psonalitate respectiua,adhuc intel
ligere possumus naturã assumẽtẽ. Etenim ĩ Deo idẽ
sũt, qđ, & quo est,& qcquid in abstracto,seu abso
lutè attribuiẽ Deo,sic considereẽ scđm se, alijs ab-
stractis,adhuc remanet,qd subsistẽs,atq; psona,cũ
sit intellectualis naturæ indiuidua subsistentia, seu
res in natura intellectuali p se subsistẽs:& ita intell
gi põt,qđ rõne,suæ subsistentiæ psonalis,naturã as
sumat humanã.Et per hæc patet ad obiecta solutio.
Adhuc.n.remanet res subsistẽs, ad quã terminetur
Ad obiecta in contrarium.
assumptio. Quę aũt in cõtrariũ dicta sunt,intelligũ
tur de incarnatiõe ₤m qđ facta est,& p̃supposita re
latiua distinctione in diuinis:q̃uis ẽt facta abstracti
one p̃dicta,nil ₤m rẽ maneat,& ₤m uiã resolutiõis,
attñ manet,qđ absolute dẽ ₤m rõnis cõsiderationẽ,
& de illo loq valeamus ₤m id, qđ ei taliter conside
rato conuenit.Hæc Thomas.¶ Porrò Alexander de
hoc aliter sentiens: Scđm Anselmũ,inquit,libro de
3.par q̃.2. mẽbro. 3.
incarnatione uerbi,natura diuina, & humana non
põt inuicẽ mutari,nec ita misceri, ut ex duabus fiat
tertia quędã,quę nec sic diuina neq; humana,ergo
Anselm⁹.
in persona,necesse est fieri unionẽ. Dico ergo,ꝙ ab
stractis personis nõ intelligo diuinã,naturã posse
vniri naturæ creatæ,& si, qs posit hoc intelligere,
ego non intelligo. Nunq̃.n.intellectus noster intel
ligit naturã esse actu nisi in re naturæ,sicut humani
tatem in habente ipsam: sic, nec diuinitatẽ intelli-
go,nisi in hñte eãdẽ.Hæc Alexan.¶ Cui obiici põt,
Dionysi⁹. cõtra Alexandrum.
ꝙ in simplicissimo ente naturæ,& habens naturã,
sunt prorsus idem in re,& ipsa natura est per se sub
sistens,ac persona,scđm absolutã rationẽ personæ,
vt dictũ est.Propter quod in libro de Causis asseriẽ,
ꝙ cã prima nõ est habẽs hyliathim, sed p se maxi-
mè hæc,& p suã purã bonitatẽ subsistens.¶ Postre-
Henricus de Gãdauo.
mo,Henricus,& alij,qdã ꝓfundi docto res,frequẽ-
ter affirmant,ꝙ Deus in seipso est singularitas sum-
ma,& ita in se,& per se perfectè subsistens,sicq; põt
assumere naturã creatam, prout Thomas declarat.

## QVAESTIO. VIII.

Qværitur quoq;: *An decuit filium Dei in fine*
Obiectiones cõtra veritatẽ.
*seculi, & ultima mundi ætate incarnari.* ¶ Vẽ,ꝙ
non:quia ad sapientissimũ medicum spectat, infli- 1
cto uulneri mox adhibere medelam,ne putrescat,
& diffundatur,ergo ab exordio seculi, statim quan
do transgressi sunt primi parentes, decuit dei filiũ
incarnari,qui ad satisfaciendũ pro originali pctõ,
& ad illud curandũ vẽ potissimè incarnatus.¶ Se-
cundò,tempus incarnationis est tempus gratiæ, & 2
dies salutis: si ergo à principio mundi filius Dei ve-
nisset in carne,multo plures essent saluati.¶ Tertiò, 3
charitas dei ad genus humanum fuit in carnatiõis
causa originalis, & maxima, iuxta illud Apostoli:
Propter nimiã charitatẽ suam,qua dilexit nos De⁹,
Ephe. 2.
filium suum misit.Cum ergo charitas Dei oẽm uin
cat,atq; transcendat dilectionem,apparet,ꝙ à pri-
mordio mundi mouerit dei filiũ ad assumendũ na-
turã humanã.Quartò, incarnatio est præclarissimũ 4
opus Dei,ergo p̃cipuè pertinet ad opera sex dierũ,
de qb.in Genesi habeẽ: Compleuit Deus Die septi-
Gene. 2.
mo opus suum. ¶ In oppositum est illud Apostoli:
In oppositum.
Vbi venit plenitudo tẽporis. Deniq; tñ mysterium
Gala 4.
decuit diu p̃nunciari,multipliciter pręfigurari,cũ
maxima præparatione,ac reuerẽtia suscipi,& tanq̃
præcipuum ultimo exhiberi.¶ Ad hoc rñdet Alber
tus: Multiplex est plenitudo. Vna naturæ, quantum
in 3 sent. di 1.ar. 3.
ad sufficientiam principiorum:& hæc fuit, quando
Gene. 2.
perfectis Dei operibus, qeuit Deus septimo Die.Se
cunda est plenitudo naturæ iam propagatæ,iuxta il
lud ĩ psalmo:Dñi est terra,& plenitudo eius.Tertia
Psal. 23.
est plenitudo gratiæ,& ista est duplex: puta in capi
te,& ĩ mẽbris.In capite aũt duob.modis, vc3 in cã

&, in executione. In causa, & sic incipit in incarnatione: quoniam illa plenitudo est causa, atq; initiũ plenitudinum aliarum, propter: primum, quia tunc fuit plenitudo præfinitionis temporis, vt incarnare tur: secundò, quia tunc fuit plenitudo generationis in ordine modorum ipsius. Nam primus modus fuit formatio viri de terra, secunda mulieris de virgine uiro, tertia filiorum de parentum commixtione, quarta viri virginis de virgine fœmina, q̃ compleuit ordinem generationis. Tertiò, qa tunc gra exuberauit ad legem implendam, ac promissa soluenda. Hinc Iohannes inquit: Vidimus gloriã eius, gloriam quasi vnigeniti à patre, plenũ gratia, quo ad mandatorum impletionem: & ueritatis, quo ad promissionum executionem. Porrò in membris fuit plenitudo gratiæ in die pentecostes, quando repleti sunt oẽs spiritu sancto. Quarta est plenitudo gloriæ in capite, & in membris. In capite, quãdo surrexit, ascendit, & sedit à dextris Dei. In mẽbris verò, quo ad completionem numeri electorum, & quo ad sanctitatem, ac perfectionem in perceptione duplicis stolæ, & quo ad instaurationem ruinæ angelicæ ex prædestinatis hominibus. hæc Albert.

Iohan. 1.
Actu. 2.
Marci. 16.

¶ Circa hoc scribit Vdalri. Dicitur ad Galatas: Vbi venit plenitudo temporis, &c. Dupliciter autẽ potest intelligi temporis plenitudo. Primò intransitiuè, idest tempus complens spatium dilationis in Dei sapientia præfinitum, propter quam determinationem Christus tempus suæ passioni deputatũ nominat tempus suum, dicens: Tempus meum nõdum aduenit, cuius temporis determinatio prænũciata est à Daniele dicente. Septuaginta hebdomades abbreuiatę sunt. Secundò temporis plenitudo intelligitur transitiuè, videlicet tempus plenæ, & ultimæ ætatis naturæ humanæ, qñ plenitudo gratiæ, ac spiritualium sensuum ei, collata est. Exprimitur quoque hoc tẽpus in scripturis multis nominibus, utpote corona anni idest annus, qui ẽ decor, & corona omnium temporum, propter præclarissima gesta ipsius. Item annus benignitatis, tempus miserendi, Dies salutis, tempus acceptabile, tempus nouissimum, finis seculorum, nouissima hora. Hæc Vdalricus. lib. 5.

lib. 5. ca. 4. Gala. 4.
Iohan. 7. Daniel. 9.
Psalm. 64. Ibidem. Psal. 101. 2. Cor. 6. 1. Timo. 4. 2. Cor. 10. 1. Iohan. 2.

Atuerò Bonauentura: Propter quatuor, inquit, distulit Christus suam incarnationem usque ad ultimam mundi ætatem. primo, propter peccatũ hominis puniendum. In hoc quippè ostenditur diuinæ ultionis se ueritas, quæ tãtos hominum luctus, & clamores tam diuturnè sustinuit antequam venit, & Adam cum suis tam Diu exulauit in limbo, & hoc propter manifestationem diuinæ iustitiæ, quæ nil mali relinquit inultum. Secunda ratio fuit propter morbum meliùs aptiùsq; curandum. morbus namq; spiritualis debite non curatur, nisi infirmus eum priùs agnoscat, & pro eius curatione sit gratus. Plus etenim hõ delinquit, p ingratitudinẽ procurationem, quàm per culpæ commissionem: ideo decuit Deum beneficium incarnationis differre, quatenus homo ante incarnationem de impotentia, & ignorantia conuinceretur, tam in lege indita, q̃ in scripta, sicque cõuictus ad diuinam cõfugeret gratiam, & confugiens efficaciter curaretur. Tertia ratio est propter ordinem uniuersi seruandum, quia enim hoc erat plenum, & maximum beneficiũ, differri debuit usque ad plenitudinẽ dierum. Quarta ratio, quia quod amplius differtur, & diutiùs desideratur, ac laboriosiùs obtinetur, preciosius reputatur. Hinc incarnationis beneficiũ, qđ inter cũcta Dei beneficia est præciosissimum. priùs debuit diu

sup. 3. dist. 1. quæst. 2. ar. 4.
Quare tan diu filius dei incarnationẽ differrit.

esse desideratum, & expectatum, q̃ exhibitum. Dẽ quoq; temporis plenitudo, in quo Christus aduenit. Primò, quia tunc adimpleuit, qđ ab æterno prę finiuit. Secdò, pp propheti carũ promissionũ adimpletionem tunc factam. Tertiò, propter figurarum declarationem, & verificationem. Quartò, propter gratiæ tunc collatæ eminentiam. hæc Bonauẽtura.

Gala. 4. Tẽpl⁹ plenitudinis. dicitur corpus incarnationis Christo.
i hac. dis. q. 1. ar. 4. Eccle. 3.

¶ Hinc Thomas: Temporum, ait, dispensator, tẽpus incarnationi congruissimum elegit, ac dispensauit. Omnia enim tempus habent, ut Ecclesiastes dicit. Veruntamen huius congruitatis ratio à nobis plenè comprehendi non ualet, qui non omnium tẽporum proportiones agnoscimus, attamen plures rationes huius congruitatis traduntur. Primò: qñ homo per superbiam corruit, ipsum per humilitatem reparari oportuit, ad quod exigebatur, ut defectum suum, tam in uirtute, quàm in cognitione, agnosceret, ac fateretur. Defectus autem cognitiõis innotuit tempore legis naturæ, in quo multi offuscato lumine naturalis, ad idololatriam, & alia irrationabilissima uitia sunt prolapsi. Defectus quoque uirtutis patuit tempore legis Mosaicæ, in quo homo per legem instructis, iugum iniquitatum nõdum abiecit. hinc congruebat, ut post hæc duo tẽpora quasi præparatoria, Deus fieret homo, quatenus in solo Deo spes salutis ponatur. Secunda ratio est, quoniam naturalis exigit ordo, ut ab imperfecto ad perfectum deueniatur: perfectissimum verò in operibus Dei est incarnatio, per quam creatura Deo vnitur in unitate personæ. Hinc non in principio, sed in fine seculorum completũ est hoc vt sic priùs esset, quod animale, deinde, quod spirituale. Hinc libro. 83. quæstionum loquitur Augustinus: Sicut absurdus est, qui iuuenilem tantum ætatem uellet esse in homine, euacuaret enim pulchritudines, quæ ceteris ætatibus suas uices, ac ordines gerunt: ita absurdus est, qui uniuerso generi humano unam ætatem desiderat. Nam, & ipsum genus humanũ tanquã unus hõ suas agit ætates. Nec oportebat diuinitus uenire magistrum, cuius imitatione in optimos mores formaretur hoc genus humanum, nisi tempore iuuentutis. Tertia ratio est, quia distantia à principio, facit debilitatem in effectu, propter quod quædam habent corruptibile esse: quoniam longè distant à primo iuuariabili ente, idcirco si a principio mundi incarnationis remedium fuisset hominibus condonatum, effectus eius fuisset eis tempore procedente minus charus. Ob id lege naturali, legeque scripta deficientibus, data est lex euangelica, & perfecta cum incarnationis remedio, duratura usq; in finem mund, ut ei succedat tũc beatifica uisio. Hęc Thomas in Scrip. In his scripta aliorum sententialiter, aut uirtualiter continetur.

1. Cor. 15.
Auguſt.

¶ Ad primum ergo dicundum, quòd ad curationem spiritalis læsionis, seu culpæ, requiritur (saltem in adultis) cooperatio peccatoris, puta contritio, humiliatio, & recognitio proprię culpæ nihilo minus Deus ab exordio mundi aliqua prouidit remedia contra quæcunque peccata, puta contritionem, satisfactionem, & coram Deo confusionẽ, secundũ illud: Dixi, confitebor aduersum me iniustitiam meam domino. sed & specialia erant desup concessa contra originale peccatum remedia tam in lege naturali, quàm scripta, ut super quartum dicetur. Illa tamẽ medicina non fuit in toto sufficiẽs, sed quo dammodo præparatoria fuit ad medicinã per fectam à Christo exhibitam.

Ad obiecta contra veritatem
Ad primũ
Psal. 31.

¶ Ad secundum, p nullus prædestinatorũ ante incar na-
Ad secundum.



incarnationem Christi perijt, nec aliquis non prædestinatus saluaretur, quandocunq; incarnatio ad uenisset: si tamen quoddam remedium præberetur non prędestinato, quod prædestinato confertur, videlicet gratia finalis conuersionis, & ipse utiq; saluaretur. verum hoc antecedens est impossibile ei, quod est, non esse prędestinatum: hinc sicut ista est vera, si Christus prædicasset etiam intus agendo alicui præscito, ille pœnitentiam egisset: sic ista, si gratia illi daretur, pœnitentiam ageret: sed vtriusque antecedens est impossibile præscientię dãnationis. Ideo quęrere, quare Christus illi non prædicauit, seu cur gratia illi nõ est apposita, idem est, qđ prædestinationis q̃rere causã, quæ nulla est nisi Dei voluntas. ¶ Ad tertium, p charitas Dei est sapiẽtia eius, idcirco nõ fertur impetu, sed discretione moderaminis operat tempore opportuno. ¶ Ad quartum, p ordine naturæ, seu dignitatis perfectiora sũt vltima, & ad ea disponunt imperfectiora, quæ secũdm generationis viam præcedunt. Porrò illud Geneseos, Compleuit Deus Die septimo opus suum, exponitur de perfectione vniuersi, quantum ad species rerum in esse naturæ. Est demum triplex perfectio. s. naturæ, gratiæ, ac gloriæ, & de prima intelligit̃ prætacta auctoritas, tertia erit post resurrectionem finalem. Secunda, quæ media est, in medio tempore cursum habet, & in eo incarnatus est dominus. hæc Thomas.

3
4
Gene. 2.
Triplex p fectio.

## QVAESTIO. IX.

Quęritur

PRæterea circa hæc quęunt multa inquiri, quæ vt uiteretur ꝓlixitas, sunt sine argumentis breuiter expediẽda. Ita inter hæc q̃rit. ¶ Primò, *An Christus specialiter, ac principaliter uenit ad tollendum peccatum originale, an actuale.* ¶ Respondet Thomas in tertia parte prima quæstione: Christus uenit in carne non solum ad delẽdum originale peccatum, sed ẽt ad deletionem omnium peccatorum, quia pro omnibus (quantum in ipso est) satisfecit, quãuis omnes effectum suæ liberationis non consequãtur, eo p ei per fidem, aut sacramenta non vniantur. Et quoniam ad tollendum mundi peccata venit, idcirco, quo peccatum est maius, eo propter ipsius deletionem principaliùs venit. Peccatum verò dicitur maius dupliciter. Primò intensiuè, quia enormius, sicque actuale peccatum est grauius originali, quia plùs voluntarium: & quantum ad hoc, principaliùs venit ad delendum actualia uitia. Secundò extensiuè, quia in plures diffunditur, sicque originale est grauios: & quo ad hoc, principaliùs venit ad illud tollendum. Hæc Thomas. Concordat Richardus, Petrus, & alij plures. Verum tamen; quoniam vnusquisque posterorum priorũ parentum satisfacere potuit pro proprijs, & actualibus suis peccatis, nullus verò pro reatu originalis peccati nisi Christus (vnde sancti legis naturalis, ac scriptæ, propter originalis reatum tenebantur in limbo) apparet, p specialiùs, & iuxta hanc necessitatem principaliùs, incarnatus, & missus filius Dei sit ad satisfaciendum pro originali peccato. Vnde, & hanc causam incarnationis Apostolus in suis epistolis specialiter, ac frequenter assignare uidetur.

artic. 4.
Iohan. 1. 1. Iohã. 3.
Vnũ peccatũ est maius
ius altero duplicitier
Richardus Petrus.
2. q̃ritur. 3 par q. 2. ar. 7. & 8.

¶ Insuper quærit Thomas: Vtrum unio inter naturam diuinam, & humanam sit quid creatum, atque an sit idem, quod assumptio. Ad quorum primum respondet iuxta præhabita, p sit relatio quædam ex parte assumptæ naturæ realis, sed ex parte diuinæ naturæ solum modo rationis. Assumptio verò est actio, secundum quam aliquis vocatur assumens, aut passio secundum quam dicitur, quid assumptum. Ex qua differentia sequitur alia. Assumptio enim dicitur quasi in fieri, vnio autem sicut in facto esse. Ideo vniens dicitur esse vnitum, assumẽs verò non appellatur assumptum: quælibet quoque diuina persona dicitur vniens, sed solus filius assumens. Differunt quoque assumptio, & incarnatio, seu humanatio, quia assumptio determinat id, cui facta est copulatio ex parte assumentis. Incarnatio autẽ, & humanatio ex parte assumpti, quod est caro, seu natura humana. Hęc Tho. ¶ Porrò Bonauentura hic scisscitatur, quæ fuit præcipua ratio incarnationis. Et respondet, p secundum eos, qui dicũt, Dei filiũ non fuisse incarnandum nisi homo peccasset, dicendum est, p præcipua ratio incarnationis est liberatio generis humani à seruitute pcti, à iugo diaboli, à pœna inferni. Qui verò affirmant verbũ æternum fuisse incarnandum, quamuis hõ transgressum non esset, dicunt præcipuam causam incarnationis fuisse, aut eẽ debuisse, ostensionem charitatis Dei ad hoĩs, completiuum ordinis vniuersi, ac alias congruentias incarnationis prætactas.

assumptio & incarnatio differunt.
i. 3 q. 1. q 2. arti. 2.

## *Quare totam humanam naturã accepit, & quod nomine humanitatis, vel humanæ naturæ intelligendum sit. Distinctio. II.*

De vnione naturarum in Christo ex parte naturæ assumptæ Hieron.

IT quia ī homine tota humana natura vitio corrupta erat, totã assumpsit, id est, animam, & carnem, ut totam curaret, & sanctificaret. Quod autem humanæ naturæ siue humanitatis vocabulo, anima, & caro intelligi debeant, apertè docet Hieronymus, in expositione catholicæ fidei dicens: Sic confitemur in Christo vnam filij esse personam, ut dicamus duas perfectas, & integras esse substantias, id est, deitatis, & humanitatis, quæ ex anima continent, & corpore. Ecce apertè ostendit hic hũanitatis noĩe animã, & corpus intelligi, q̃ duo assũpsisse Dei filius intelligit, ubi hoĩem siue hũanitatẽ, uel hũanã naturã accepisse legit. Errãt ergo, q noĩe hũanitatis nõ substãtiã, sed ꝓprietatẽ quãdã, à qua hõ noĩat, significari ꝓtẽdũt, vbicũq; hũanitatis Christi memorat. Ait. n. Iohãnes Damascenus: Sendũ qdẽ ẽ, p deitatis, & hũanitatis nomẽ, substãtiarũ, .s. naturarũ, est repsentãtium. Natura. n. nõ sic accipitur in Christo, ut cũ dr̃ una natura esse oĩum: quod euidenter idem Iohannes ostendit, differenter rõnem dicti assignans, cũ natura hũana in Christo noĩatur, cũ vna dr̃ natura oĩum hominum. Ait. n.: Cum unã hominum naturam dicimus, sciendum est, p non cõsiderantes ad animæ, & corporis rationem hoc dicimus. Impossibile. n. est, unius naturæ dicere dñi corpus, & animã adinuicẽ cõparata. sed qa plurimę personæ hominum sunt, omnes aũt eandem suscipiunt rõnẽ naturæ, omnes enim ex

Error quorundam.
Ioh Damascenus
Idem.

anima,& corpore compositi sunt,& omnes naturas animæ participant,& substantiam corporis possident,communem speciem plurimarum , & differentium personarũ vnã naturam dicimus ,vniuscuiusq;.s.personæ duas naturas habentis, & in duabus perfectè naturis,animæ.s.& corporis,existentis.In dño autem Iesu Christo non est communem speciem accipere.neq;.n.factus est,nec est,nec aliqñ fiet alius.sed Christus ex deitate, & humanitate est,deitateq; , & humanitate Deus factus est idem homo perfectus. Totam ergo hominis naturam,ideſt,animam,& carnem,& horum proprietates siue accidentia , assumpsit Deus , non carnem sine anima , nec animam sine *ratione, ut hæretici uoluerunt , sed, & carnem,& animam cum sensibus suis . Vnde Ioh. Damascenus ait: Omnia,quæ in natura nostra plantauit Deus,verbum assumpsit,scilicet corpus,& animam intellectualem,& horum idiomata. Totus enim totum assumpsit me,ut toti mihi salutem gratificet . Quod enim inassumptibile est , in curabile est.

* carne. Ioh Damascenus.

D

## De vnione verbi , & carnis , mediante anima.

Assumpsit ergo Dei filius carnem,& animam,sed carnem mediante anima.vnitum est carni per medium intellectum uerbum Dei.Tantæ enim subtilitatis,atq; simplicitatis est diuina essentia ,ut corpori de limo terræ formato vniri non congruerit , nisi mediante rationali essentia.Illa autem vnio inexplicabilis est adeo,vt etiam Iohannes ab utero sanctificatus,se non esse dignum fateatur soluere corrigiam calceamẽti Iesu: quia illius vnionis modum inuestigare,alijsque explicare non erat sufficiens.Non sunt ergo audiendi,qui non verum hominem filium Dei susceptisse dicunt , neq; natum de fœmina,sed falsam carnem,& imaginem corporis simulatam ostendisse uidentibus.In quem errorem prorumpunt,quia timent,quod fieri non possit,scilicet ne humana caro ne veritas,& substantia Dei inquinetur:& tamen prædicant istum visibilem solem radios suos per omnes feces spargere,& eos mundos,& synceros seruare.Si ergo uisibilia munda visibilibus immundis contingi possunt,& non coinquinari , quanto magis incõmutabilis,& inuisibilis ueritas p̃ spũm animã,& p̃ animã corpus suscipiẽs,totũ hominem sine sui contaminatione assumpsit,& ab omnibus infirmitatibus liberauit ? Ecce hic dicit Dei sapientiam per spiritum assumpsisse animam,& per animã corpus . Spũs enim , scilicet pars animæ superior , maiori similitudine Deo propinquat , q̃ anima.s. E ipsa eadem secundum inferiorem partem,& anima magis,quàm corpus , & ideo non incongruè anima dicitur assumpta per spiritum, & corpus per animam.

Gene. 1.

Marc.1. Iohan 1. Augusti. de agone. Christiano

## Quòd verbum simul assumpsit carnem , & animam : neque caro priùs est concepta , quàm assumpta.

Augu. de

Si autem quæritur,utrum verbum carnem simul , & animam assumpserit , an priùs animam,quàm carnem,uel carnem,q̃ animam:& utrum caro illa priùs fuerit in utero uirginis cõcepta,& postea,assumpta:uerissimè , & absq; ulla ambiguitate dicitur, quia ex quo Deus hominem assumpsit,totum assumpsit,simulq; sibi uniuit animam,& carnem:nec caro priùs fuit concepta,& postmodum assumpta,sed in conceptione assumpta,& in assumptione concepta.Vnde Augustinus in lib.de fide ad Petrum:Firmissimè tene,& nullatenus dubites, nõ carnem Christi sine diuinitate conceptam in vtero virginis,priùs,q̃ susciperetur a uerbo:sed ipsum uerbum Deum suæ carnis acceptione conceptum , ipsamque carnem verbi incarnatione conceptam . Idem in lib.de Trinita. Non esset Dei, hominumque mediator,nisi esset idem Deus, idem homo , in utroque unus,& uerus,quam uilem formam a solo filio susceptam,tota trinitas ( cuius una voluntas,& operatio) fecit.Non autem in utero uirginis priùs caro susceptа est , & postmodũ diuinitas uenit in carnẽ:sed mox , ut verbũ uenit in uterũ, seruata ueritate propriæ naturæ,factum est caro,& perfectus homo , & in ueritate carnis , & animæ natus est.De hoc etiam Gregorius in Moralib.ait:Angelo nunciante , & spiritu aduenient, mox verbum in vtero,mox intra vterum verbum caro.

Augu. de fide ad Petrũ.ca.18.

Idem.

1.Timo. 2.

Iohan. 1.

Gregorius Lucę.

Sũma distinctionis.II.

IN distinctione p̃habita tractauit Magister de incarnatione ex parte naturæ diuinę, seu assumentis personæ:hic loquit̃ de eadẽ ex parte naturæ assumptæ, ostẽdẽs primò,q̃ integram assumpsit humanitatẽ:& circa hoc reprobat quorundã errorẽ, dicentiũ, q̃ p̃sona uerbi assumpsit non uerã humanitatem , sed quandam eius proprietatẽ. Deinde explanat fidei veritatẽ circa incarnationis mysterium , & quorundã hæreticas improbat falsitates:atq; deinceps declarat,quomodo,seu ordine humanã naturam assumpserit,ut pote carnẽ anima mediante,non prioritate, aut ordine tp̃is,sed dignitatis: quocirca redarguit quorũdam crassam,& falsam,imò & hæreticam imaginationẽ,dicentium,q̃ Deus non ueram,sed phãtasticã assumpserit carnem.Postremò ostendit,q̃ verbũ æternum simul tempore assumpsit carnẽ, & animã rationalem,quòd item eodem momento formata, ac organizata sit caro illa, & à verbo assumpta.

### QVAESTIO. I.

HIc quæritur primò , *An natura angelica assumptibilis fuit à persona diuina , an etiam Angelus*



*Angelus constitutus in esse personali,seu persona angelica.* ¶ Videtur , q̃ sic:quia natura angelica excellentior fuit, & est , quàm humana,ergo ad tantam, talemq; vnionem magis apta,ac digna.¶ Secundò, quia natura angelica est deiformior,ideſt, Deo similior,ergo,& charior ei, cum similitudo sit ratio charitatis,ergo plus decuit illam suo creatori tam proximè copulari,ac Deum suam dilectionem ad illam ita ostendere .¶ Tertiò, quæ propinquiora sunt, conuenientiùs vniuntur,sed natura angelica est Deo propinquior,vnde decentiùs videretur,superpulcherrimam , & supersimplicissimam deitatẽ hypostaticè vniri incorporali , ac purę , & simplici naturæ angelicæ, q̃ humanæ, quæ corpus habet vile,ac sordidum.¶ In oppositum sunt uariæ rationes, quæ tangentur.

Obiectio prima contra veritatem.

2

3

In oppositum.

Albertus in p̃senti dist. 2.

¶ Ad hoc respondet Albertus : Angelus non est hypostaticè Deo unibilis.Primò,quia ab angelo in separabilis est discretio personalis , iuxta quod dictum est secundo libro,4.distinctione,vbi Magister ex uerbis asserit Augustini, q̃ personalis discretio , seu personalitas ipa,est vnum de quatuor attributis naturæ angelicæ,quæ ipam naturam non derelinquunt Si ergo angelus assumeretur, aut personalitas in ipso maneret,& ita non fieret unio in persona,sed essent ibi duo personalia esse: aut non maneret,& ita corrumperetur, q̃ absurdum est : quia assumptio nihil destruit in assumpto, imò cũ res corrumpi dicatur, dum esse suum personale corrumpitur,sequeretur,q̃ ipse angelus in tali casu corrũperetur.Item assumptio est ad redemptionem,quæ per alium fit,q̃ per illum , qui peccauit.sed,qui per seipsum peccauit , non habet congruitatem, ut per alterum satisfaciat.Cum igitur angelus per seipsũ peccauit,per alium satisfacere nequit,ergo uana esset eius assumptio . Amplius , unio non fit adoẽs hypostases naturæ unibilis,sed magis ad vnã,atque ob hoc,q̃ oẽs in uno peccauerunt,à quo descenderunt,etiam per unum satisfacere valẽt, sed non oẽs angeli ab uno angelo orti sunt:ergo assumpto uno, non posset per illum satisfieri pro omnibus eis.Hic ad Hebræos ait Apostolus , q̃ Christus nusquã angelos appræhendit,sed semen Abraæ appræhendit. Hinc dico,quòd similitudo non est sufficiens rõ assumptibilitatis naturæ rõnalis,sed exigitur aliquid ex parte naturæ , aliquid quoq; ex parte status. Ex parte naturæ, q̃ tempore,& actu distinguibilis,seu separabilis sit à perfectione personali, q̃ item originem ducat ex vno suæ speciei suppositо; quoniã aliter una hominis natura assumpta, non esset Deo vnita in natura , quia natura alia , & alia est , sc̃dm quod est ex alio originis principio . Ex parte verò status requirit̃, q̃ per alium peccauerit , & ob hoc resurgere possit,q̃ non reperiuntur in angelo. hinc assumptibilis nõ est à persona diuina.Hæc Albertus.

Roma. 5.

Hebrę. 2.

lib.5.c.5. & 6.

¶ Concordat Vdalricus in Summa:Diuina,inquiens prouidentia cum nõ sit naturarum corruptiua, operat̃ in unaquaq; natura sc̃dm modũ, & capacitatem illiùs, non aũt potuit assumi natura angelica in unitatem p̃sonæ sine sua corruptione.Cum enim in perpetuis non differant esse , & posse , principia personæ in angelis nõ excedunt ipsam personã, sed sunt simul in ipsa, vel potiùs sunt ipa persona. Hæc Vdalricus, qui hic eadẽ scribit, quæ Albertus, & addit:Cum in angelis tot sint species,quot individua, hinc una specie angeli assumpta, nõ ex hoc sortiret̃ remediũ species angelica alia:q̃ & consonat Thomæ , non tñ scriptis Alberti super. 2. ut patuit ibi.

uica.

¶ Insup Thomas in tertia parte, quarta q̃stione, interrogat:utrum humana natura fuit magis assumptibilis à filio Dei . Rñdet: Assumptibile dr̃ quasi aptuũ assumi à diuina persona,q̃ aptitudo non valet intelligi sc̃dm passiuam potentiam naturalem,quæ non extendit se ad id,qd̃ transcendit ordinem naturalem,quem transcendit personalis vnio creaturæ ad Deum.hinc assumptibile aliquod noſatur s̃m congruentiam ad unionem p̃fatam . Hæc aũt congruentia in natura humana sc̃dm duo attenditur, utpote penes eius dignitatem,& penes eius necessitatem. Penes eius dignitatẽ, q̃a inquantum rõnalis,& intellectualis,nata est Deo coniungi per operationẽ,ipsum cognoscẽdo,ac diligendo:penes necessitatem quoq;:qm̃ originali pct̃o subiecta, indiguit reparatione,quæ duo soli conueniunt naturæ humanæ.Naturæ quippè irrationali deest congruitas dignitatis,naturæ uerò angelicæ congruitas necessitat is:uñ relinquitur, q̃ sola natura humana,assumptibilis fuit à Deo.Aliqui aũt dicunt,angelũ nõ esse assumptibilem : qm̃ à principio suæ creationis est in sua personalitatẽ perfectus, cũ nec gñationi , nec corruptioni subiaceat : sed hõ non ur̃ totaliter excludere congruitatẽ assumptionis naturæ angelicæ.Potest nãq; Deus creando nouã angelicã creaturam, seu naturã,sibi copulare eandem in unitate personæ , sicq; nil præexistens ibi corrumperetur. Verum(ut dictum est) deest ibi congruitas necessitatis,q̃a etsi natura angelica in q̃busdã p̃sonis peccato subiaceat,tñ pct̃m angeli irremediabile extat. Hæc Thomas in Summa. ¶ Alexander demum hic scribit, q̃ humana natura unibilior sit Deo, q̃ natura angelica, quia in pluribus est imago Dei in hoie, q̃ in angelo. ¶ Istud non prosequor:qm̃ sicut ostẽsum est ſuper primũ,quemadmodum (absolutè loquendo)angelus est multo nobilior,atq; perfectior hoie,ita in angelo (absolutè loquẽdo ) eminentiùs splendet summæ trinitatis similitudo, & imago, q̃ in hoie ipso:q̃uis in q̃busdã accidentalibus in hoie magis reluceat , ut quòd oẽs hoies descendunt ab uno primo parente , sicut uniuersa ab uno primo principio : & qd̃ sicut Deus est totus in toto uniuerso,& in qualibet eius parte,sic anima est tota in corpore toto,& tota in qualibet eius parte.¶ Denique Bonauentura:Maior , inquit, sine dubio fuit congruentia in natura humana ad unionem præfatam,q̃ in natura angelica: quod satis patet ex hoc, q̃ Deus sic fecit , qui quod congruentissimum est facit.& huius est ratio triplex:Prima,quia in humana natura ẽ discretio personalis s̃m originem , qua unus homo generatur ab alio:hinc filium Dei, qui distinguitur à patre s̃m originem , magis decuit assumere naturam humanam,quàm angelicam, in qua unus angelus non propagatur ab alio. Secunda,propter maiorem diuini exemplaris repr̃sentationem :quoniam homo dicitur minor mundus. Tertia : quoniam homo in aliquo cum omni communicat creatura : idcirco in eius unione cũ verbo,omnis creatura quodammodo exaltatur.Insuper homo magis indiguit, & minus indignus fuit, inquantum eius peccatum excusabilius,& remediabilius fuit peccato angeli , uñ & misericordia Dei in hominis assumptione magis ostensa est per hoc, q̃ homo miserabilior,infirmior, atque inferior extitit.Deus quoq; per Salomonem testatus est:Deliciæ meæ esse cum filijs hominum , per quod insinuatur specialis quædam aptitudo ad huiusmodi vnionem.Hæc Bonauentura.Verum de hoc,an natura angelica assumptibilis sit, non scribit, similiter nec Richardus, qui in his Bonauenturæ cõcordat.

Alexãder. de Hales 3.par. q.2. mem 6. Dionysius cõtra Alexandrum.

Bonauen. p̃sen. dist. qu. 1.ar.2.

Prou.8.

Petrus de Tharāt in ꝓsenti di q.1.ar.1.

¶ At verò Petrus:Assumptibilis,ait,atq; vnibilis dicitur creatura solum a potentia susceptiua respectu creatoris,quæ susceptibilitas dupliciter pōt intelligi:Primò,secundum rationem nudæ possibilitatis per comparationem ad potentiam Dei absolutam.Secundò,penes rationem alicuius congruitatis ad potentiam ordinatam. Primo modo, oīs creatura assumptibilis fuit,secundò modo sola natura humana:cuius una ratio est pp comparationem ad naturam diuinam, tanq̄ ad extremum cui vnita est:ad quam cōuenientiā habet similitudinis maiorem,ſm modum prædictū. Scđa ratio est,pp comparationem ad terminū in quo facta est vnio: quia nec creatura purè corporalis,nec purè spiritualis est vnibilis iō in personalitate aliena: qm̄ creatura purè corporalis,non est capax personalitatis; nec creatura purè spiritualis,pōt amittere ꝓpriam. Tertia rō est pp comparationē ad finē vnionis, qui est curatio à pctīs, cuius curationis creatura irrationalis incapax est, qa non peccat; creatura uerò angelica irremediabilem habet culpā. Hæc Petrus.

Dionysius Thomę sētētiam approbat.

¶ Postremo,positio illa Thomæ de assumptibilitate angeli,rationabilior esse vr̄,imò considerando diuinam hypostasin, seu naturam ſm se,& item naturam quamcunq; creatam ſm se,& apparet,ꝙ natura angelica tanto præ omni natura creata etiam humana assumptibilior fuit, quāto præ cæteris Dei formior,præstantior,& increatæ perfectioni propinquior extitit,ꝙ tam plenè, & planè cognoscere mus uniuersas angelicæ naturæ proprietates,actiones,perfectiones,& habitudines,sicut animæ rationalis,haud dubium quin conspiceremus in angelica natura præcipuas habilitates, & congruentias ad assumptibilitatem: præsertim ſm considerationes opinionis dicentium Deum fuisse incarnandū, quamuis homo non peccasset. Insuper per omnipotentiam suam posset angelo iam cōstituto in esse personali,Deus ipsum proprium esse personale auferre,natura manente,& sic illam assumere. Vnde ſm Bernardum,Lucifer ꝑnoscens creaturam quādam taliter à diuina assumendā persona,inordinate aspirauit ad huiusmodi vnionem, ꝑut ēt Alexander,& Gulielmus enarrant.Veruntamen in Scripto Thomas respondet de vnibilitate.

Bernardus

## QVAESTIO. II.

In patrem negatiuā arguitur.

SEcundò quæritur, *An irrationalis creatura assumptibilis fuit.* ¶ Videtur, ꝙ non,quia hoc pe-
1 nitus īdecedēs esset, Deum uidelicet esse Deum, &
2 brutum,seu plantam,uel saxum.

¶ Secundò, creatura irrationalis non est capax cognitionis,& dilectionis Dei,ergo nec hypostaticæ unionis cum Deo, cum vnio ista multo maior sit illa,nec decet creaturam taliter Deo uniri, nisi super hoc grata sit ei, quod irrationali non conuenit. ¶ In oppositum est omnipotentia Dei, & rursus, quòd in triduo mortis Christi,corpus eius mā sit verbo unitum ab anima separatum.

In opposi-tum.

Bonauen. hac distin. q.1.arti.1. ad vlti.

¶ Ad hoc Bonauentura breuiter dicit,ꝙ Deum assumere irrationalem creaturam, dedecet eius sapientiā,atq; potentiam magis,q̄ deceat. An tamen Deus de potentia sua absoluta hoc possit, non exprimit.Porrò,ut præcedenti patuit quæstione, Petrus effatur, ꝙ Deus de potentia sua absoluta hoc ualeat.¶ Atuerò Thomas clariùs loquens, conformiter hoc fatetur,adiicens:Loquendo de potentia ordinata, Deus illam potest assumere creaturam, quam eum decet,& congruit assumere, sicque potissimè assumere potuit humanitatem. Irrationalē autem de absoluta potentia assumere potuit, nec impedit,ꝙ creatura irrationalis personalitatem nō habet: quia personalitas non debetur humanitati assumptæ ratione sui,sed ratione naturæ,seu personæ assumentis:unde non est ibi personalitas nisi increata.Præterea, quamuis in natura irrationali nō inuenitur personalitas:est tamen in ea hypostasis siue suppositum,unio aūt facta est,non tm̄ in persona,sed ēt in supposito,atq; hypostasi.Congruū uerò non fuit, ut creatura irrationalis assumeretur; præsertim,quia assumpta natura,in assumente maximè beatificatur,iuxta illud psalmi: Beatus quem elegisti,& assumpsisti,quæ beatitudo in actu mentis consistit, cuius irrationalis creatura susceptiua non est. Hinc ad congruitatem assumptibilitatis,requiritur similitudo imaginis.Porrò duplex est similitudo creaturæ ad Deum. Vna ſm participationem alicuius bonitatis, sicut à Deo uiuente cuncta dicuntur uiuere,& vitam participant: sicq; creatura rōnalis Deo maximè assimilatur, & hæc similitudo ad assumptibilitatē requiritur. Alia similitudo est ſm proportionalitatem,ut si dicatur similitudo inter Deum, & ignem: quoniam sicut ignis consumit stipulam,sic Deum malitiam:& hæc similitudo exigitur in locutionibus figuratiuis,& apparitionibus:quam similitudinem diuinus Dionysius scđò cælestis hierarchiæ capitulo uocat dissimilē similitudinem:. sicq; vigesimo quinto cælestis hierarchiæ capitulo,sanctus Dionysius protestatur:In igne inter oīa corporalia,diuinæ similitudines magis repræsentant.Idē quoq; affirmat de radio solis, quarto cap.de diuinis nominibus.Hæc Thomas in Scripto.Atuerò in tertia parte, quæstione quarta, differuit naturam irrationalem non habere cōgruitatem ad unionem cum Deo in unitate suppositi, quia non pōt pertingere ad ipm per unionem, quæ est ſm operationem intellectualem,in qua beatitudo consistit, cum tamen ista sit minor, quàm prima

Petrus. Thomas ī 3.dist. 2. q.1.arti. 1. Psalm. 64. Similitudo creaturę ad deū est duplex. Dionysius areopagi. ar.1.ad secūdū arg. Richard.

¶ Circa hęc scribit Richardus: Aliqui dicunt, ꝙ creatura irrationalis nequaquàm assumptibilis fuit;quoniam nihil potest facere Deus, etiam de potentia absoluta,nisi quod potest uelle, atque disponere;non autem potest uelle,aut disponere aliquid repugnans sapientiæ suæ,quale est, Deum fieri saxum, aut asinum. Alii dicunt istud de potentia absoluta fieri posse: quoniam contradictionem non implicat,& qm̄ corpus Christi separatum ab anima, mansit deitati unitum. Si dicas hoc ideo factum: quoniam ordinatum fuit ut denuo perficeretur ab anima Christi resurgente, uidetur hoc non sufficere.quamuis enim supernaturaliter resurrexit, non præcedete sui resolutione usque ad primam materiam;naturaliter tamen nequiuit rursus disponi ad animæ susceptionem, nisi priùs facta resolutionę usque materiam primam. Vnde secundū philosophum 8. Metaphysicæ, si ex mortuo naturaliter fiat uiuum,oportet primò ad materiam primam redire. Cum ergo materia creaturæ irrationalis, facta tali resolutione, queat disponi ad rationalis animæ infusionem,apparet,quòd de potentia absoluta potuerit diuina persona irrationalem assumere creatutam.Denique,sicut per triduum mansit persona filij vnita corpori incarnato. ita eidem seu alteri posset perpetuo unita manere. Hæc Richardus, qui ad nullam harum opinionum diuertit, sed qualiter utraque ualeat sustineri prosequitur, utriusque soluens instantias. ¶ Insuper Durandus circa hęc scribit prolixè, tenens fideliter, qđ Deus de potentia absoluta potuit assumere irrationalem naturā: qa nō fuit nec est impossibilē omni-

in 3. quęst.



omnipotentiæ suæ,terminare, & substantificare seu sustentare in se dependentiā irrationalis creaturæ, sicut terminauit,& sustentat dependentiā humanę naturæ assumptæ.actualis quoq; subsistentia,& existentia rei,posterior est natura. sicq; potest separari ab ea,ita ꝙ natura sustētet, ac fulciat subsistētia aliena,præsertim increatæ personæ,q̄ oīm subsistentiarum rationes, ac perfectiones in se supereminenter includit.Hæc Durandus. ¶ Circa hæc apparet, ꝙ sicut Deus omnipotens dicitur quædam non posse non ex impotentia sua, sed qm̄ excellentiæ suæ naturæ nequaq̄ conueniunt,vt ambulare, manducare,bibere,& dormire,loquendo de Deo scđm propriæ deitatis naturā, qui tn̄ actus, seu effectus in se indecentiā non includunt ita,irrationalem naturam assumerè,supergloriosissimo creatori nullatenus cōuenit,nec vlla potentia potest competere,nō ex impotētia sua,sed qm̄ excellētiæ suæ nullatenus cōpetit imò discōuenit,& sapientiæ, atq; iustitiæ suæ derogat, vt brutum appelletur,ac sit,ac tanta dona cōicet rei, quæ grata nequit consistere. In huius verò quæstionis solutione scribit Durandus nonnulla, q̄ uidentur non vera,dicendo:Cum dr̄, ꝙ natura assūpta assumptionē hēt,eē diuinū,& supernaturale, dicendum,ꝙ falsum est.Natura enim assumpta, nullum esse sibi,intrinsecum habet,quod non habuisset si sibi fuisset relicta, & qđ non haberet, si sibijpsi relinqueretur;sed per assumptionē fit, ꝙ suū esse naturale, & intrinsecum habet in diuino supposito. Hæc Durandus, quæ contrariari vidētur dicto theologorum, dicentium, ꝙ in Christo natura assumpta in eodem esse personali increato subsistit, in quo verbum ęternū,nec habet esse personale, & actuale seu subsistentiam proprij ordinis, prout istud infra clariùs elucescet.

Dionys. Durandū.

Ad obiectionē in oppositū. hic respōdet.

¶Postremò,quòd de corpore Christi arguitur, nil concludit.Illud namq; non nisi anima rationali informatum,assumptum est:nec verò post separationem ab anima, mansit tempore breui coniunctū,nisi vt paulopost eidē animæ reunitum, vna cum ipsa maneret personę verbi æternaliter coniūctum.Nec hoc derogat excellentiæ Deij, quia iudicandum est de re ſm ipsiuscausam finalem. De hac re in quæstione post proximam quæstionem immediate sequente quædam addentur.

## QVAESTIO III.

An totum oppositū. vniuersū. assumi potuisset.

AMplius circa hæc adhuc quęruntur, quæ ad curiositatem potius,q̄ ad vtilitatem pertinere videntur, nisi forsam propter exercitationem, aut ad infidelium repressionem quærantur.Itaq; quæritur: Vtrum vniuersum fuit assumptibile.

Alexāder. & Bonauētura.

¶ Ad quod Alexander respondet, ꝙ non, qm̄ nō est vnum simpliciter, sed aggregatiuę. Concordat Bonauentura.

In.3.d.2.b 1.ar.1.q.2.

¶Thomas verò rn̄det,ꝙ aliquid conuenit toti dupliciter.Primò ratione partis,sicut homo dr̄ simus propter nasum,sicq; vniuersum assumptū est hoīe assumpto.Alio modo ratione sui, qua conuenit vnicuiq; parti ipsius,& sic vniuersum non est assumptibile,qm̄ multæ partes eius inassumptibiles sunt.

An natura hūana. in oībꝰ indiuiduis. debuerat. assumi. a verbo.

¶Quæritur quoq;, an conueniens fuit, ꝙ persona verbi assumeret naturā humanam in omnibus eius suppositis. Respondetur,ꝙ non,quia non māsissent residuæ personæ speciei humanæ ad plus vltra numerum pesonarum diuinarum, seu hypostasis assumentis, vt patuit supra.

Articu 4

¶Quęritur item, an decuit filiū Dei assumere naturam abstractam in eius cōitatem. Ad quod Thomas tertia parte, quarta q̄stione, respondet: Natura hominis seu cuiuscunq; rei sensibilis, præter esse quod in singularibus habet,dupliciter potest intelligi.primò,quasi ī se,& ꝑ se subsistens,sicut Platonici posuerunt. Secundò, vt in intellectu consistens. sed (vt septimo metaphysicę probat philosohpus) natura talis per se non ualet subsistere,quia de eius ratione est materia sensibilis,& quamuis ita fuisset subsistens: non tamē assumptibilis extitisset. Primò, quia assumptio ista terminatur ad ꝑsonam, & hoc est contra rationem naturæ communis, ꝙ sit in persona,quoniam in persona indiuiduatur. Secundò, quia naturę communi attribui nequeunt nisi operationes communes,ac naturales, secundum quas homo non meretur,nec demeretur.illa verò assumptio facta est,vt filius Dei in assumpta natura pro nobis satisfaceret,nobisq; mereretur. Tèrtiò, quia natura sic existens,non est sensibilis, sed intelligibilis tantū. Filius verò Dei ideo incarnari dignatus est,vt inter homines conuersando,ipsos instrueret, ac saluaret.Hæc Thomas.

## QVAESTIO IIII.

An assūptibilis sit natura humana,quæ nō fruatr verbo &c. Obiectio. prima contra veritatem.

ADhuc quæritur; *An implicet contradicionem, filium Dei assumere naturam creatam,quæ ipso non fruatur.* ¶ Videtur,sic,quoniā vnio hypostatica cum verbo,est maior, q̄ illa, quæ est per habitū gloriæ seu per beatificam fruitionem,sicq; præsupponere,&includere eam videtur;sed creatur ā Deo vnitam ꝑ habitum glorię,seu beatā fruitionē, Deo non frui, cōtradictionē includit;ergo,& hoc, quod est Deo hypostaticè vniri,& ipso non frui,¶ Secūdò,creatura Deo non fruens, vr̄ posse peccare, & sic Deū posse peccare,ac dānari consequere t.¶ In oppositū sunt præallegati doctores,dicentes, ꝙ de potentia absoluta Deus potest irrationalem creaturā assumere, quæ nequaq̄ capax est fruitionis diuinæ:non ergo implicat,personam increatā assumere naturam creatam, quæ non fruatur persona diuina assumente.Itaq; intuendū,ꝙ hæ duę q̄stiones sūt connexæ,multūq; condependent:videlicet,an Deᵘˢ possit irrationalem assumere creaturam, & an implicet, quòd assumat creaturam,quæ ipso non fruatur.¶ Præterea de prima illa quæstione scribit Henricus 13,quodlibeto:Circa istud sunt duæ opiniones·Vna communior,atq; solennior, cui aliquantulum consentire consueui, quod,s. quælibet natura in creatis consistens possit assumi,principaliter propter duo Primum,quia corpus. Christi mansit vnitum verbo in triduo mortis Christi.Secundum, in Deo est ratio oīs esse,ac subsistentiæ,quæ est in creatura,& huius opinionis sequaces,affirmant aliquā naturā possę eleuari ad istam vnionem cum verbo: cuius tamē naturæ potentia eleuari non potest ad operationem, quæ est cognitio, atq; fruitio verbi æterni, Quo circa pensandum. ꝙ Deus dupliciter est in rebus,Primò,naturaliter, & modo congruenti naturæ:Secundò, voluntariè,& modo supergredienti limites naturæ creatæ. Primo modo est in omni creatura per illapsum,secundo modo habet esse solum in natura assumpta per circuminsessionem,& quamuis per illapsum Deus sit intimus omni creaturæ,atq; ītimior,quàm ipsemet sibi,aut forma materię,per circuminssessionem:tn̄ fit intimissimus naturæ assumptæ.Nempe ꝑ intimationem circumīcesionis, natura assumpta tam intimè, ineffabiliter,& incompræhensibiliter vnitur naturę assumentis, ꝙ necesse est naturam assumptā amittere ꝓprium esse subsistentiæ, si qd ante assumptionem in ea fuit:vel eo carere,si nunq̄ ipsū habuit:& subintrare esse subsistentiæ naturæ, ad quàm assumit, vt sit

In opposi-tum. Henricus. de Gandauo q̄dlibet to.13.q.5. Deus dupliciter est in rebus.

sit idē suppositū subsistētiæ in duplici natura. Vtraq; n.naturarū illarū,in vnione ipsarū retinet ꝓpriū esse essentiæ,& nō existētiæ.Deniq; per illapsum De⁹ vnit oī creaturæ ad duo,vz ad actū primæ naturæ hoc est,ad stabiliēdū ei eē vt ꝑsistat,& ad actū naturæ scdm eliciendū, qui est operatio eius, quorū nullū pōt creatura sine isto illapsu habere.Per circūinsessioné quoq; intimat Deus naturæ assumptæ ad duo,puta ad sublimandū naturā ad actū primū, q̃ est esse subsistentiæ diuini suppositi, & ad sublimandum potentiā naturæ assumptæ ad actū supernaturalé secundū, qui est actus beatificus contemplādi, ac perfruendi.Ex his arguo ita: Sicut se habet De⁹ ad oēm creaturā ꝑ illapsum ad duos actus ꝓtactos, ita se habet ad naturā assumptā per circūinsessionē ad duos ꝓdictos actus limites naturæ supergredientes:sed nulla creatura susceptibilis est diuini illapsus,quo ad actum illum primum,nisi susceptibilis sit eiusdē quo ad actū illū scdm:ergo,nec natura aliqua susceptibilis est per circūinsessionē primi illius supernaturalis actus,seu hypostaticæ subsistētiæ,nisi sit capax actus secūdi,q̃ est beatifica fruitio, in dilectione,& cognitione ꝯsistens.Hæc.Henricus, q̃ huic opinioni ꝯsensit,cui,& paulò ante consensi, veruntū non ꝓꝑ rationē eandē.Ipse etenim ei consentit ꝓꝑ rationē quā posuit : ego verò quia indignū,& indecens est,Deo asscribere,ꝙ sit brutū,aut lapis:quā rōnē dicit ipse non mouere nisi quosdā rudes,qui ꝓpter deuotionē,quā habent ad Deū,& dignitatē ipsius,arbitrantur indignū talia Deo asscribi,& conuenire. Veruntū rō illa mouet ēt Bonauēturā,& alios quosdam subtiliū.Dictū est quoq; super primū ex cōcordi doctrina doctorū, ꝙ q̃uis(loquendo in generali) Deus dicat eē in oībus per essentiā,ꝓsentiā,& potentiā,attamen ī speciali sunt multa,in quibus Deū eē non dicimus,Vel q̃a in sua ratione vel significatione includunt deformitatem pcti,vel fœditatem,aut vilitatē. Vnde nō dicimus Deū esse in diabolo,nec in cloaca,aut luto,stercore, aut cadauere: multo ergo plus indignū,indecens, abhorendūest,super præstantissimū Deū tale,q̃d esse,vt bufonē,basiliscū,seu talpā,&si nō est īdignū eū assumere talia, sequæretur,ꝙ & actus taliū sibi cōuenirent.Absit igit, vt ex lege Christianorū sequat, tā fœda,& vilia superaltissimo Deo posse asscribi: imò sicut Deo nequaq̃ quædā cōueniunt rōne suæ sanctitatis,vt eē pctōrē, quædā rōne suæ fęlicitatis, vt esse damnatum,q̃dā rōne sapientiæ suæ, vt aliq̃d in ordinatū relinquere: sic,& quædā nullatenus ei ꝯueniunt rōne dignitatis, & excellentiæ suæ,sicut ꝓtacta.¶ Insuper,quòd ait Henricus de mō existendi Deū in natura assumpta ꝑ circuminsessionē. nō vr̄ idoneè dictum.Damascenus namq;,quem allegat, & à quo modus istè loquendi,aut primam,aut magnam sumpsit occasionem siue origenem, asserit diuinas,& increatas personas esse in inuicē per circūinsessionem, & tū circuminsessio illa nō aufert eis propriam personalitatem,quomodo ergo circuminsessio illa aufert naturæ assumptæ propriæ speciei personalitatem?Imò si vim nominis attendamus,videtur Deus omnipotens, & immensus esse in omni re creata per circuminsessionem, quia ex omni parte seu circumquaq; incendit,pertransit, attingit,penetrat eam.Non ergo circuminsessio illa est causa assumptionis, seu vnionis hypostaticæ naturę assumptæ cum verbo æterno,sed communicatio personalis subsistentiæ, quia increata persona communicat naturæ assumptæ suam æternam,& increatam personalitatem ad subsistendum in ea;

Dionysi⁹. alia ratione quā Hēricus huic opinioni. assentit.

Multa sūt inq̃bus. Deum esse non dicimus.

Dionysius aduersus. Hænricū de Gandauo Damascenus.

non ꝙ natura assumpta sit persona,sed quia ex natura,& persona increata,atq; natura assumpta nō constat,nec constituitur, neq; relinquit nisi vna ꝑsona.¶ Postremò ratio illa Hentici,quam magnipēdit,& putat concludere,à defensoribus alterius opinionis satis faciliter soluitur, dicentibus: Esse, & posse sibi inuicem correspondentia , ita se habent, ꝙ potentia nunq̃ potest in actum suæ operationis, nisi natura habeat actu esse,sicut videmus in naturalibus,ex quibus ipsi similitudinem sumunt. Nulla quippè res potest habere operationem naturalē, nisi habeat esse naturale.Si igitur posse in uisionem diuinæ essentiæ correspondet assumpto,impossibile esset creaturam videre Deum per essentiam, nisi esset assumpta.Præterea,si eleuata essentia ad esse diuinum per assumptionem,necesse fit potentiam eleuari ad posse in diuinam operationem, non solum oporteret vnam potentiā taliter eleuari,sed & oēs vires illius naturæ,quia non ponitur essentiæ ad tale esse:omnes autem potentiæ supponunt essentiā, & in ea fundantur,ea igitur eleuata,omnia eleuantur,quod falsum est.Sic enim natura humana assumptibilis non fuisset,quia non omnes eius potētiæ eleuabiles sunt ad uisionē, & fruitionē diuinā. Hinc dico,ꝙ eleuata essentia,eleuat proportionabiliter eius potentia,quia sicut non eleuatur essentia, vt habeat aliquod esse intrinsecè,ac inhærenter quod non habuit ante, sed vt sit altioris suppositi, sic suo modo eleuatur potentia . ¶ Clariùs autem loquendo,respondeo,ꝙ potentiam assumptæ naturæ eleuari oporteat iuxta modum eleuationis naturæ.Ideo si natura inanimata assumeretur,constat non opportere eleuari aliquā potentiā eius ad actū aliquē beatificæ visionis,cum non habeat vim intellectualem.Et idem dicendum de natura viua irrationali,sed operatio lapidis,ratione assumptionis, altiori modo conueniret eidem, similiter operatio irrationalis naturæ.Nam,& subsistentia personalis diuinæ ꝑsonæ non communicaretur lapidi, nisi ad subsistendum in ea,nō ad veniendum, aut intelligēdum in ea,ēt prout viuere,& intelligere nominant actū primum. Ex his breuiter tactis apparet, ꝙ Henricus in hac re non fuerit subtiliter cōtēplatus,sed quod alijs imputat,passus,debiliq; ꝑsuasione inductus, veræ tamen conclusioni assensus.

Idē Dio. contra eūdem Ratio Henrici inualida.

¶ Nunc scrutandū q̃d de q̃stione mō ꝓposita sit cēsendū,An f.implicet naturā assumptā rōnalē diuinæ ꝑsonæ hypostaticè vniri,nec ea frui.¶ Et de hoc præfatus doctor .6.loquit quodlibeto:In hoc actus fruitionis perficitur,ꝙ obiectum fruibile voluntariè sese repræsentat,atq; illabit ītellectiuæ potētiæ, eamq; immutat ad actum uidendi per speciē apertā;per hoc quoq; alliciendo mouet voluntatē ad transferendū se in ipsum fruibile,habitu nihil operāte ad actus hos,nisi,ꝙ eleuat,ac disponit potētiā, vt idonea sit,cui obiectū repræsentet ꝑ hoc, q̃d ex habitu prōpta sit,& expedita, vt in illud inclinetur. Nūc aūt tenendū firmiter putamus, ꝙ oēm eleuationē, & habilitatem, quam facere potest habitus in potentia, vt inclinet in obiectum fruibile ꝓsentatū,multo eminentius operatur vnio ipsa cum obiecto fruibili in vnitate personæ : ideo vno ista necessariò repræsentat obiectum sub ratione fruibilis, virtuti seu potentiæ fruentis, ita, ꝙ vnio hęc non possit esse in essentia,& natura ad perfectionem naturæ assumptæ, inquātū est essentia seu natura qua dr̄ hō, quin simul,& per quandā ꝯcomitantiā sit in eius potentijs, ꝓut essentia habet rationē cognitiui & uolitiui:& diuina natura,ad quā facta est vnio, ha-

Hic rn̄det ad qōnem prīcipalē. Henricus. de Gandauo quodl. 6.q.6.



habet rationē cogniti,& volitiui : quemadmodum si oculus corporalis natus eēt videre visibile sibi impræssum substantialiter,sicut si lux substātialiter,& vt forma quædam infunderetur oculo ad perficiēdum ipsum secundum eius substantiam , inquantū habet rationem perspicui,non posset ei non infundi sub ratione visibilis, ad perficiendum ipsum vt est visibile quoddam,inquantum oculus habet rationem visiuæ potentiæ.Quamuis enim isti sint diuersi modi essendi in & perficiendi,vnus tū necessariò alteri est connexus. Vū in beatis , qui finem , vt est beatificans primò,& principaliter,non attingūt nisi per intellectum,& voluntatem,habetq; ipse finis esse in essentia,quā facit beatam , quia illabitur primò potentijs,cōcomitatiuè tū necessariò simul illabitur substantiæ,beatificando beatum non solū in eius potentijs,sed item in essentia suæ naturę intellectualis. Propterea à beatitudine animæ, quā in sua habet essentia,& natura,eo,ꝙ est actus,formaq; corporis,procedit actus beatificationis , quod ad corporis dotes,in corpus secundū deriuationem. Cumq; essentialior origo,& processus sint ab essentia ad potentias,q̃ econtra,quoniā potentiæ ab essentia oriūtur,si obiectum fruibile non potest obiectiuè illabi in potencias beatorū vt beatificans eas, quin simul illabatur essentię vt beatificās eam,multo fortiùs illabi non pōt essentiæ naturæ hūanæ substantialiter per hypostaticam vnionem, in hoc beatificando essentiam,quantum potest beatificari vt est essentia, quin simul illabatur potentijs intellectus , & voluntatis , ipsas beatificando quantum beatificari possunt,quod non fit nisi per actum fruitionis.hinc (vt opinor ) Deus non potest assumere humanam naturam absq; hoc,quòd ipsa fruatur Deo,estq; impossibile aliter eam assumi,non impossibilitate alicuius defectus , sed ex immutabilitate perfectionis ex vnione præfata.aliàs natura assumpta per vsum bonum liberi arbitrij posset mereri per gratiam ipsam fruitionem, & malo vsu liberi arbitrij sine gratia posset peccare , ac damnationē mereri,& verè dici posset,ꝙ Deus esset damnatus atq; in malo obstinat⁹,q̃ vident absurda.Hæc Hēri.

¶ At verò Scotus tenet horū contrariū,dicēs nō implicare, creaturam rationalem hypostaticæ Deo vniri,nec eo frui , irrationalem quoq; creaturam posse assumi. Ponit item alterius opinionis motiua,& (ut patet)reprobat ea.Nempe contra id,quod dicit opinio illa,ꝙ superiores vires naturæ assumptæ,necessariò immutantur ab obiecto illo fruibili,cui essentia, à qua profluunt illæ vires,hypostaticè est vnita, sic arguit, ꝙ Deus adextra nil necessariò operatur,ergo,nec vires necessariò mouet ad sui fruitionem.Verum hoc non est contra mentē Henrici,cum & ipse testetur,voluntariè agere Deum in illas potentias:idcirco,ꝙ dicit ea necessariò immutari à summo bono vnito,sic accipit,quomodo beati dicuntur Deo necessariò frui,quia inauertibiliter sunt ei coniuncti. Impeccabilitatem verò dicit Scotus conuenire naturæ assumptæ, ex congruentia quadam. Naturam verò irrationalem dicit assumptibilem,ex persuasionibus tactis ab alijs. Verum(vt patuit)irrationalis creatura, ex sua irrationabilitate repugnantiam habet,indecentiam, & ineptitudinem ad assumptibilitatem:nec communicatio idiomatū diuinorum cōuenit ei , nec decet eam communicari eidem:sicut ostensum est.Cumq; præhabita sint hæc , non est amplius immorandum.Materia tamen ī opinabilis est:sed pietati fidei amplius cōgruit ea remoueri à Deo, quę, eius excel-

in 3 dist.2. quæst.i.

lentiæ,ꝑfectioni,sanctitati, ac beatitudini derogare vident,& ꝑ q̃ increduli magis auerterent à fide.

QVAETIO. V.

INsuper quæritur: *An persona verbi assumsit totam naturam humanam, videlicet corpus & animam formaliter counita ad suū hypostaticū esse immediate*

Contra veritatem arguitur.i.

¶ Vr̄,ꝙ non,quia(ut fertur in texu) assumpsi carnē mediante aīa,aīam quoq; mediante mente seu spiritu,vt aliqui dicunt.¶ Item.Totum non assumitur 2
nisi per partes suas,nec decuit humanā naturā assumi à suo creatore,nisi omni gratia,veritate, dono, gloria excellentissimè decoratam,ergo supernaturalia ista charismata fuerunt media quędam habilitantia, per quæ facta est vnio illa. ¶ Adhuc autem, cum Deus non sit personarum acceptor,non appa 3
ret,ꝙ Christi humanitatem tam summè,immediatè,ac in cōparabiliter vniuerit sibi absq; omni eius merito præcedente:ergo per merita facta est. ¶ In hac quæstione comprehenduntur dubia multa, imò,& aliqua præsupponuutur in ea,puta,ꝙ Christus carnem assumsit,& rursus,ꝙ animam.¶ Primò ita respondendum ad quęstionem , qua quæritur, an carnē assumpsit. Ad quam Antis. respondet:Dicimus,ꝙ filium Dei assumere carnem , & animam, non fuit illas sibi facere partes, aut vnire eas sibi vt partes:quia si hoc esset,naturaliter priùs essent partes filij Dei, q̃ filius Dei esset homo:sed ex illa susceptione seu vnione est subsecutū,vt illa duo sint partes filij Dei.Si quęratur, qualis fuit vnio,seu susceptio illa.Dicimus,ꝙ talis,quę fecit Deum hominē, & hoīem Deum , nec pōt amplius determinari , q̃ beatus Aug.determinauit. Fuerunt quippè ibi tres vniones:Vna filij Dei ad carnem,& econtrario: alia filij Dei ad animam,& econtrario: tertia animæ ad carnem, & econtra. Dicimus ergo, ꝙ duæ primæ vniones fuerunt talis naturæ,ꝙ fecerunt Dei filiū, hominem,& hominem,filium Dei:ita vt oīs ꝓprietas illius hoīs, eēt filij Dei,& econtrario, & ꝙ nihil eēt verum de homine illo , quod non esset verū de filio Dei,& econtrario.Hæc Antis.In quib.sanè intelligendū relinquitur, quod ait de duabus vnionibus illis primis, quia non sic accipi pōt, ꝙ vna fuerit prior alia tempore, imò (ut infra dicetur)simul. Christus accepit totam naturā, corpus,& animam, non separatim vnum ab alio.

Actu io. Gala.2.

Chrs verā carnem habuit. Gul.anti.

Augusti. Tres vniones fuerūt in verbi incarnatione.

Dionysius Carthu.

¶ Hinc Alexander pleniùs loquitur: Duplex est medium, vt pote mediū necessitatis , & congruitatis. Mediū necessitatis sic ligat extrema,ꝙ ipso amoto, extrema abinuicem separantur, quemadmodū harmonia seu cōtemperātia corporis colligat corpus, & animam,ꝓꝑ ipsa discreta,illa separantur abinuicē.Mediū uerò congruitatis non ligat extrema adicem, sed dicit ordinę in extremis, vt est in elementato. Quāuis etenim simul sint quatuor elementa, tū cū ordine, in quo media sunt aer, & aqua inter subtilissimū ignē,& aquā grossissimā Itaq; loquendo de medio necessitatis,nullū ī Christo extitit mediū inter spiritualem substantiā increatā , quæ est deitas seu verbi persona,& inter substantiā corporalem creatam,uidelicet carnē. Si ergo loquamur de medio ſm ordinis congruentiam,duplex est medium inter ea, vtpote spiritus, & anima ; qm̄ inter spiritualem naturam corpori non conformem , & corpoream substantiam non conformē diuino spiritui,sunt duo media ordinatę naturæ,uidelicet natura spiritualis,spiritui diuino conformis,& spiritualis natura spiritui conformis humano, hæcq; dicūtur spiritus, & aīa : spiritus, inquantum à corpore separabilis , quantum ad superiorem aīę partem: ani-

Mediū necessitatis. & cōgruitatis.

sit idē suppositū subsistētiæ in duplici natura. Vtraq; n. naturarū illarū, in vnione ipsarū retinet ꝓpriū esse essentiæ, & nō existētiæ. Deniq; per illapsum De⁹ vnit oī creaturæ ad duo, vz ad actū primæ naturæ hoc est, ad stabiliēdū ei eē vt ꝑsistat, & ad actū naturæ scd'm eliciendū, qui est operatio eius, quorū nullū pōt creatura sine isto illapsu habere. Per circūinsessionē quoq; intimat Deus naturæ assumptæ ad duo, puta ad sublimandū naturā ad actū primū, ꝗ est esse subsistentiæ diuini suppositi, & ad sublimandum potentiā naturæ assumptæ ad actū supernaturalē secundū, qui est actus beatificus contemplādi, ac perfruendi. Ex his arguo ita: Sicut se habet De⁹ ad oēm creaturā ꝑ illapsum ad duos actus ꝑtactos, ita se habet ad naturā assumptā per circūinsessionē ad duos ꝑdictos actus limites naturæ supergredientes: sed nulla creatura susceptibilis est diuini illapsus, quo ad actum illum primum, nisi susceptibilis sit eiusdē quo ad actū illū scd'm: ergo, nec natura aliqua susceptibilis est per circūinsessionē primi illius supernaturalis actus, seu hypostaticæ subsistētiæ, nisi sit capax actus secūdi, ꝗ est beatifica fruitio,

Dionysi⁹. alia ratione quā Hēricus huic opinioni assentit.

in dilectione, & cognitione ꝯsistens. Hæc. Henricus, ꝗ huic opinioni ꝯsensit, cui, & paulò ante consensi, veruntū non ꝑꝑ rationē eandē. Ipse etenim ei consentit ꝑꝑ rationē quā posuit: ego verò quia indignū, & indecens est, Deo asscribere, ꝙ sit brutū, aut lapis: quā rōnē dicit ipse non mouere nisi quosdā rudes, qui ꝓpter deuotionē, quā habent ad Deū, & dignitatē ipsius, arbitrantur indignū talia Deo asscribi, & conuenire. Veruntū rō illa mouet ēt Bonauēturā, & alios quosdam subtiliū. Dictū est quoq; super

Multa sūt inꝗbus. Deum esse non dicimus.

primū ex cōcordi doctrina doctorū, ꝙ ꝗuis (loquendo in generali) Deus dicat eē in oībus per essentiā, ꝑsentiā, & potentiā, attamen ī speciali sunt multa, in quibus Deū eē non dicimus, Vel ꝗa in sua ratione vel significatione includunt deformitatem pcti, vel fœditatem, aut vilitatē. Vnde nō dicimus Deū esse in diabolo, nec in cloaca, aut luto, stercore, aut cadauere: multo ergo plus indignū, indecens, abhorendūest, super præstantissimū Deū tale, ꝗd esse, vt bufonē, basiliscū, seu talpā, & si nō est īdignū eū assumere talia, sequæretur, ꝙ & actus taliū sibi cōuenirent. Absit igit, vt ex lege Christianorū sequat, tā fœda, & vilia superaltissimo Deo posse asscribi: imò sicut Deo nequaꝗ quædā cōueniunt rōne suæ sanctitatis, vt eē pctōrē, quædā rōne suæ fęlicitatis,

Dionysius aduersus Hænricū de Gandauo Damascenus.

vt esse damnatum, ꝗdā rōne sapientiæ suæ, vt aliꝗd in ordinatū relinquere: sic, & quædā nullatenus ei ꝯueniunt rōne dignitatis, & excellentiæ suæ, sicut ꝑ tacta. ¶ Insuper, quòd ait Henricus de mō existendi Deū in natura assumpta ꝑ circuminsessionē. nō vr̄ idoneè dictum. Damascenus namq;, quem allegat, & à quo modus istè loquendi, aut primam, aut magnam sumpsit occasionem siue origenem, asserit diuinas, & increatas personas esse in inuicē per circūinsessionem, & tū circuminsessio illa nō aufert eis propriam personalitatem, quomodo ergo circuminsessio illa aufert naturæ assumptæ propriæ speciei personalitatem? Imò si vim nominis attendamus, videtur Deus omnipotens, & immensus esse in omni re creata per circuminsessionem, quia ex omni parte seu circumquaq; incendit, pertransit, attingit, penetrat eam. Non ergo circuminsessio illa est causa assumptionis, seu vnionis hypostaticæ naturę assumptæ cum verbo æterno, sed communicatio personalis subsistentiæ, quia increata persona communicat naturæ assumptæ suam æternam, & increatam personalitatem ad subsistendum in ea; non ꝙ natura assumpta sit persona, sed quia ex natura, & persona increata, atq; natura assumpta nō constat, nec constituitur, neq; relinquit nisi vna ꝑsona.

Idē Dio. contra eūdem Ratio Henrici inualida.

¶ Postremò ratio illa Hentici, quam magnipēdit, & putat concludere, à defensoribus alterius opinionis satis faciliter soluitur, dicentibus: Esse, & posse sibi inuicem correspondentia, ita se habent, ꝙ potentia nunꝗ potest in actum suæ operationis, nisi natura habeat actu esse, sicut videmus in naturalibus, ex quibus ipsi similitudinem sumunt. Nulla quippè res potest habere operationem naturalē, nisi habeat esse naturale. Si igitur posse in uisionem diuinæ essentiæ correspondet assumpto, impossibile esset creaturam videre Deum per essentiam, nisi esset assumpta. Præterea, si eleuata essentia ad esse diuinum per assumptionem, necelsè sit potentiam eleuari ad posse in diuinam operationem, non solum oporteret vnam potentiā taliter eleuari, sed & oēs vires illius naturæ, quia non ponitur essentiæ ad tale esse: omnes autem potentiæ supponunt essentiā, & in ea fundantur, ea igitur eleuata, omnia eleuantur, quod falsum est. Sic enim natura humana assumptibilis non fuisset, quia non omnes eius potētiæ eleuabiles sunt ad uisionē, & fruitionē diuinā. Hinc dico, ꝙ eleuata essentia, eleuat proportionabiliter eius potentia, quia sicut non eleuatur essentia, vt habeat aliquod esse intrinsecè, ac inhærenter quod non habuit ante, sed vt sit altioris suppositi, sic suo modo eleuatur potentia. ¶ Clariùs autem loquendo, respondeo, ꝙ potentiam assumptæ naturæ eleuari oporteat iuxta modum eleuationis naturæ. Ideo si natura inanimata assumeretur, constat non opportere eleuari aliquā potentiā eius ad actū aliquē beatificæ visionis, cum non habeat vim intellectualem. Et idem dicendum de natura viua irrationali, sed operatio lapidis, ratione assumptionis, altiori modo conueniret eidem, similiter operatio irrationalis naturæ. Nam, & subsistentia personalis diuinæ ꝑsonæ non communicaretur lapidi, nisi ad subsistendum in ea, nō ad veniendum, aut intelligēdum in ea, ēt prout viuere, & intelligere nominant actū primum. Ex his breuiter tactis apparet, ꝙ Henricus in hac re non fuerit subtiliter cōtēplatus, sed quod alijs imputat, passus, debiliq; ꝑsuasione inductus, veræ tamen conclusioni assensus.

Hic rñdet ad qōnem prīcipalē. Henricus de Gandauo quodl. 6. q. 6.

¶ Nunc scrutandū ꝗd de ꝗstione mō ꝓposita sit cēsendū, An simplicet naturā assumptā rōnalē diuinæ ꝑsonæ hypostaticè vniri, nec ea frui. ¶ Et de hoc præfatus doctor. 6. loquit quodlibeto: In hoc actus fruitionis perficitur, ꝙ obiectum fruibile voluntariè sese repræsentat, atq; illabit ītellectiuæ potētiæ, eamq; immutat ad actum uidendi per speciē apertā; per hoc quoq; alliciendo mouet voluntatē ad transferendū se in ipsum fruibile, habitu nihil operāte ad actus hos, nisi, ꝙ eleuat, ac disponit potētiā, vt idonea sit, cui obiectū repræsentet ꝑ hoc, ꝗd ex habitu prōpta sit, & expedita, vt in illud inclinetur. Nūc aūt tenendū firmiter putamus, ꝙ oēm eleuationē, & habilitatem, quam facere potest habitus in potentia, vt inclinet in obiectum fruibile ꝑsentatū, multo eminentius operatur vnio ipsa cum obiecto fruibili in vnitate personæ: ideo vno ista necessariò repræsentat obiectum sub ratione fruibilis, virtuti seu potentiæ fruentis, ita, ꝙ vnio hęc non possit esse in essentia, & natura ad perfectionem naturæ assumptæ, inquātū est essentia seu natura quā dr̄ hō, quin simul, & per quandā ꝯcomitantiā sit in eius potentijs, ꝓut essentia habet rationē cognitiui & uolitiui: & diuina natura, ad quā facta est vnio, ha-



habet rationē cogniti, & volitiui: quemadmodum si oculus corporalis natus eēt videre visibile sibi impræssum substantialiter, sicut si lux substātialiter, & vt forma quædam infunderetur oculo ad perficiēdum ipsum secundum eius substantiam, inquantū habet rationem perspicui, non posset ei non infundi sub ratione visibilis, ad perficiendum ipsum vt est visibile quoddam, inquantum oculus habet rationem visiuæ potentiæ. Quamuis enim isti sint diuersi modi essendi in & perficiendi, vnus tū necessariò alteri est connexus. Vñ in beatis, qui finem, vt est beatificans primò, & principaliter, non attingūt nisi per intellectum, & voluntatem, habetq; ipse finis esse in essentia, quā facit beatam, quia illabitur primò potentijs, cōcomitatiuè tū necessariò simul illabitur substantiæ, beatificando beatum non solū in eius potentijs, sed item in essentia suæ naturę intellectualis. Propterea à beatitudine animæ, quā in sua habet essentia, & natura, eo, ꝙ est actus, formaq; corporis, procedit actus beatificationis, quod ad corporis dotes, in corpus secundū deriuationem. Cumq; essentialior origo, & processus sint ab essentia ad potentias, ꝗ econtra, quoniā potentiæ ab essentia oriūtur, si obiectum fruibile non potest obiectiuè illabi in potentias beatorū vt beatificans eas, quin simul illabatur essentię vt beatificās eam, multo fortiùs illabi non pōt essentiæ naturæ hūanæ substantialiter per hypostaticam vnionem, in hoc beatificando essentiam, quantum potest beatificari vt est essentia, quin simul illabatur potentijs intellectus, & voluntatis, ipsas beatificando quantum beatificari possunt, quod non fit nisi per actum fruitionis. hinc (vt opinor) Deus non potest assumere humanam naturam absq; hoc, quòd ipsa fruatur Deo, estq; impossibile aliter eam assumi, non impossibilitate alicuius defectus, sed ex immutabilitate perfectionis ex vnione præfata. aliàs natura assumpta per vsum bonum liberi arbitrij posset mereri per gratiam ipsam fruitionem, & malo vsu liberi arbitrij sine gratia posset peccare, ac damnationē mereri, & verè dici posset, ꝙ Deus esset damnatus atq; in malo obstinat⁹, ꝗ vident absurda. Hæc Hēri.

in 3 dist. 2. quæst. 1.

¶ At verò Scotus tenet horū contrariū, dicēs nō implicare, creaturam rationalem hypostaticæ Deo vniri, nec eo frui, irrationalem quoq; creaturam posse assumi. Ponit item alterius opinionis motiua, & (ut patet) reprobat ea. Nempe contra id, quod dicit opinio illa, ꝙ superiores vires naturæ assumptæ, necessariò immutantur ab obiecto illo fruibili, cui essentia, à qua profluunt illæ vires, hypostaticè est vnita, sic arguit, ꝙ Deus ad extra nil necessariò operatur, ergo, nec vires necessariò mouet ad sui fruitionem. Verum hoc non est contra mēntē. Henrici, cum & ipse testetur, voluntariè agere Deum in illas potentias: idcirco, ꝙ dicit ea necessariò immutari à summo bono vnito, sic accipit, quomodo beati dicuntur Deo necessariò frui, quia inauertibiliter sunt ei coniuncti. Impeccabilitatem verò dicit Scotus conuenire naturæ assumptæ, ex congruentia quadam. Naturam verò irrationalem dicit assumptibilem, ex persuasionibus tactis ab alijs. Verum (vt patuit) irrationalis creatura, ex sua irrationabilitate repugnantiam habet, indecentiam, & ineptitudinem ad assumptibilitatem: nec communicatio idiomatū diuinorum cōuenit ei, nec decet eam communicari eidem: sicut ostensum est. Cumq; præhabita sint hæc, non est amplius immorandum. Materia tamen ī opinabilis est: sed pietati fidei amplius cōgruit ea remoueri à Deo, quę, eius excellentiæ, ꝑfectioni, sanctitati, ac beatitudini derogare vident, & ꝑ ꝗ increduli magis auerterent à fide.

## QVAETIO. V.

Contra veritatem arguitur. 1.

INsuper quæritur: *An persona verbi assumsit totam naturam humanam, videlicet corpus & animam formaliter counita ad suū hypostaticū esse immediate* ¶ Vr̄, ꝙ non, quia (ut fertur in texu) assumpsi carnē mediante aīa, aīam quoq; mediante mente seu spiritu, vt aliqui dicunt. ¶ Item. Totum non assumitur 2 nisi per partes suas, nec decuit humanā naturā assumi à suo creatore, nisi omni gratia, veritate, dono, gloria excellentissimè decoratam, ergo supernaturalia ista charismata fuerunt media quędam habilitantia, per quæ facta est vnio illa.

Actu io. Gala. 2.

¶ Adhuc autem, 3 cum Deus non sit personarum acceptor, non apparet, ꝙ Christi humanitatem tam summè, immediatè, ac in cōparabiliter vniuerit sibi absq; omni eius merito præcedente: ergo per merita facta est. ¶ In hac quæstione compręhenduntur dubia multa, imò, & aliqua præsupponuutur in ea, puta, ꝙ Christus carnem assumsit, & rursus, ꝙ animam.

Chr̄s verā carnem habuit. Gul. anti.

¶ Primò ita respondendum ad quęstionem, qua quæritur, an carnē assumpsit. Ad quam Antis. respondet: Dicimus, ꝙ filium Dei assumere carnem, & animam, non fuit illas sibi facere partes, aut vnire eas sibi vt partes: quia si hoc esset, naturaliter priùs essent partes filij Dei, ꝗ filius Dei esset homo: sed ex illa susceptione seu vnione est subsecutū, vt illa duo sint partes filij Dei. Si quęratur, qualis fuit vnio, seu susceptio illa. Dicimus, ꝙ talis, quę fecit Deum hominē,

Augusti. Tres vniones fuerūt in verbi incarnatione.

& hoīem Deum, nec pōt amplius determinari, ꝗ beatus Aug. determinauit. Fuerunt quippè ibi tres vniones: Vna filij Dei ad carnem, & econtrario: alia filij Dei ad animam, & econtrario: tertia animæ ad carnem, & econtra. Dicimus ergo, ꝙ duæ primæ vniones fuerunt talis naturæ, ꝙ fecerunt Dei filiū, hominem, & hominem, filium Dei: ita vt oīs ꝓprietas illius hoīs, eēt filij Dei, & econtrario, & ꝙ nihil eēt verum de homine illo, quod non esset verū de filio Dei, & econtrario. Hæc Antis.

Dionysius Carthu.

In quib. sanè intelligendū relinquitur, quod ait de duabus vnionibus illis primis, quia non sic accipi pōt, ꝙ vna fuerit prior alia tempore, imò (ut infra dicetur) simul. Christus accepit totam naturā, corpus, & animam, non separatim vnum ab alio.

Mediū necessitatis. & cōgruitatis.

¶ Hinc Alexander pleniùs loquitur: Duplex est medium, vt pote mediū necessitatis, & congruitatis. Mediū necessitatis sic ligat extrema, ꝙ ipso amoto, extrema abinuicem separantur, quemadmodū harmonia seu cōtemperātia corporis colligat corpus, & animam, ꝑꝑ ipsa discreta, illa separantur abinuicē. Mediū uerò congruitatis non ligat extrema adicem, sed dicit ordinę in extremis, vt est in elementato. Quāuis etenim simul sint quatuor elementa, tū cū ordine, in quo media sunt aer, & aqua inter subtilissimū ignē, & aquā grossissimā Itaq; loquendo de medio necessitatis, nullū ī Christo extitit medium inter spiritualem substantiā increatā, quæ est deitas seu verbi persona, & inter substantiā corporalem creatam, uidelicet carnē. Si ergo loquamur de medio ꝰm ordinis congruentiam, duplex est medium inter ea, vtpote spiritus, & anima; qm̄ inter spiritualem naturam corpori non conformem, & corpoream substantiam non conformē diuino spiritui, sunt duo media ordinatę naturæ, uidelicet natura spiritualis, spiritui diuino conformis, & spiritualis natura spiritui conformis humano, hæcq; dicūtur spiritus, & aīa: spiritus, inquantum à corpore separabilis, quantum ad superiorem aīę partem: ani-

ia verò, ſm partẽ inferiorẽ, vt eſt animans ipſum corpus. ſicq; intelligiť, quod docti dicunt, ꝙ verbũ aptauit ſibi corpus per animã, aĩam verò ꝑ ſpiritũ. Hæc Alexander. Ad id verò, quod quæriť, an vnio naturæ humanæ cũ verbo, ſit facta ꝑ gratiã, ait: Poſſet ſcd̃m Damaſcenũ rñderi, ꝙ deitas vniť carni mediãte intellectu. i. aĩal intellectiua, & aĩa mediante gr̃a: ſicq; cũ aĩa ſit gratiæ ſuſceptiua, vinculũ huius vnionis eſt gr̃a, cũ corpus ꝑ aĩam deitati vniť. Concedendũ eſt ergo, quòd in Chriſto ſit gratia vnionis, ad vniendũ humanitatẽ cũ deitate. Non enim poſſibile eſt naturæ humanæ, vt per donũ conditionis naturæ, eleuetur, ac diſponatur ad hanc diuinã hypoſtaticam vnionem: ideo indiget gratia, ad hoc diſponente, quam dicimus gratiam vnionis. Hæc verba Alexãdri ex ſequentibus pleniùs intelligenť.

Damaſcenus.

¶ At verò ſanctus Thomas adhuc pleniùs atq; diffuſiùs ſuꝑ his ſcribit: Diffinitio, inqens, ſm phm̃ 8. Metaphyſices, in hoc cũ numero conuenit, ꝙ ſicut ſubtracta, aut addita vnitate, ſit alia numeri ſpecies ita in diffinitionibus ſi addať, aut ſubtrahať differẽtia aliqua, mox ſit ſpecies alia. Cumq; differẽtiæ oẽs ex eſſentialibus ſumanť principijs, hinç ſi rei aliqd ſubtrahatur de eſſentialibus eius, non remanet eadẽ ſpecies. Chriſtus autẽ eiuſdẽ eſt ſpeciei cum hoĩbus cæteris, aliàs non eſſet verus homo, imò æquiuocè homo diceretur, nec pro hoĩbus ſatisfaceret. Oportet ergo, ꝙ omnia eſſentialia hõi ſint in Chriſto, vt pote corpus, & anima uegetatiua, ſenſitiua, ac rationalis, vlteriùs quoq; forma totius reſultans ex ꝯiunctione animæ, & corporis, quæ humanitas appellatur. Et quoniam naturales proprietates ex eſſentialibus cauſantur principijs, neceſſe eſt, quòd in Chriſto fuerint oẽs naturales proprietates humanam ſpeciem conſequentes. De alijs verò, quæ per accidens ſpeciem conſequuntur humanam, ſiue ſint defectus, ſiue perfectiones, infra ſuo loco dicetur.

3. d. 2. q. 1. articu. 3

Error manichæi.

Ex his patet error, & hęreſis Manichæorum, qui Chriſtum habuiſſe dixerunt corpus phantaſticum. Si quidem oĩm viſibilium creatorem dixerunt eſſe diabolũ. Hæreſis quoq; Marcianorũ dicentiũ, Chriſtũ non aſſumpſiſſe corpus ex virgine, ſed attuliſſe de cælo, quod forſitan habuit ortũ ex dictis quorundam Platonicorũ, qui aſſerebant animæ oẽ corpus terreſtre eſſe fugiendum, vt beatitudinem conſequatur. Non enim credebant fieri poſſe, vt anima corpori terreſtri vnita, eſſet beata. Ponebant tñ animas corporibus cęleſtibus (vt ſoli, lunæ, & ſtellis) vnitas, eẽ beatas, vt 10. de ciuitate Dei recitat Auguſtinus. Hinc aĩam Chr̃i ſummè beatã, non terreſtri, ſed cæleſti corpori vnitam putabant. Hæc Thomas in Scripto.

Hæreſis. Marciani.

error Platonicorũ

Auguſt.

¶ Qui cõſequenter rñdet ibidẽ ad iſtud, An Chriſtus animam rationalẽ verè aſſumpſit. Circa hoc, inquiẽs, duo fuerunt errores hęretici. Vnus error Arrij, atq; Eunomij, dicentiũ filiũ Dei carnem ſine aĩa aſſumpſiſſe, putantes loco aĩæ deitatẽ eſſe carni vnitã, cũ tñ deitati deroget, corpus informare, aut viuificare. Nec ſcd̃m hanc hæreſim Chriſtus conſiſteret homo, cum de ratione hoĩs ſit anima rõnalis. Alius fuit error Apollinaris, qui dixit in Chriſto fuiſſe animam intellectiuam, & mẽte carentem, quia officium intellectus deitas compleuiſſet: ſicq; Chr̃s fuiſſet non homo, ſed potius brutũ. Hæc Thomas in Scripto.

Chriſtus animam rationalẽ verè aſſumpſit. Hęreſis Arrij & eunomij.

Error Apollinar.

¶ Quo circa ſciendum, ꝙ impijſsimi illi hoſtes altiſsimi, dixerunt filium Dei eſſe puram creaturam, & primam, ac ſummã mentẽ creatam, hancq; carni loco aĩæ fuiſſe vnitam. Amplius, vt in Scripto Thomas enarrat, opinati ſunt quidam Chriſtum non aſſumpſiſſe formam totius. i. humanitatem ex vnione carnis, & aĩæ reſultãtẽ: ſed tam corpus, q̃ aĩam fuiſſe verbo vnitam, non autem adinuicem: quo conceſſo, non conſiſteret verus hõ, cum corpus eius nõ eẽt rõnali aĩa informatũ. Si aũt obijciatur, ꝙ ſcd̃m Damaſcenũ libro. 4. In Dño Ieſu Chriſto nõ eſt ſpeciẽ cõem, accipere: ergo in ipſo non fuit natura cõis, & forma totius: Dicendum, ꝙ Damaſcenus vult dicere, in Chriſto nõ eſſe factam unionem in una natura, ſcd̃m qđ Eutices dixit hęreticus, quaſi ex diuina natura, & humana ĩ Chriſto, reſultet una natura cõis tertia, q̃ nõ ſit ulla duarũ, ſicut humanitas non eſt aĩa tñ, nec corpus. Sic nãq; Chriſtus non eſſet Deus, nec homo, ſed ſolũ diceret Chriſtus. Hæc ibidẽ.

Thomas. vbi ſupra.

Ioh. Da.

Eutices hæreticus

¶ Præterea ad iſtud, Vtrũ Chriſtus aſſumſit carnẽ aĩa mediante, rñdet in Scripto: Duplex eſt mediũ, vtpote cõgruẽtiæ, & neceſsitatis. Medium congruentiæ eſt, quòd cõfert ad decentẽ extremorũ coniunctionẽ, quæ tñ ſine illo eſſe põt, queãdmodũ pulchritudo ad matrimonij vnionẽ. Medium uerò neceſſitatis eſt, ſine quo coniunctio extremorum eſſe non ualet, ut lumen iungitur aeri mediante diaphano Hoc tñ contingit dupliciter, qa uel eſt cauſa coniunctionis, uel ad Cõiunctionẽ ꝯñs cõiũctionis cã eſt mediũ, ſicut aqua, & aer in viſu, quia per aerẽ reddiť ſpecies uiſibilis uiſui. Conſequens aũt coniunctionẽ eſt, qđ ex diſpoſitione cõiũctorũ cauſať, ſicut aqua, uel aer mediũ eſt in tactu: qm̃ medietates corporũ ſeſe tangentium, oportet eſſe humectas, & ita humiditatẽ intermediã eẽ. Medium autẽ, quod eſt cauſa cõiunctionis, eſt duplex: quia uel coniungit effectiuè, ſicut homo reconcilians inimicos, dr̃ medius inter eos: uel coniungit formaliter, ſicut amor cõiungit amicos. Verum horum utrumq; adhuc contingit dupliciter, quoniam medium neceſsitatis, aut eſt cauſa coniunctionis in actu, ut uinculum quo aliqua colligantur: aut eſt cauſa coniungibilitatis, ut ſiccitas in lignis cauſat coniungibilitatem ad ignem.

Chriſtus aſſumſit carnem aĩa mediante. Thomas vbi ſupra q. 2. arti. 2.

¶ Itaq; anima eſt quodammodo medium, quo corpus diuinitati coniungitur, ita, ꝙ ſi ãnimã comparetur ad unionem in actu, eſt medium congruentiæ tantum. Nõ enim decet ut deitas corpori uniatur niſi animato, tum, quia anima eſt Deo propinquior, tum quia anima pluribus modis eſt Deo unibilis, puta per gratiã, & gloriam, tum, quia diuinitas corpori iungitur ꝑꝑ animæ reparationem. Si uerò comparetur ad unibilitatem, ſic eſt medium neceſſitatis, ſicut cauſans formaliter in corpore unibilitatem. Non enim eſt corpus unibile, ſeruato ordine ad finem unionis, ſcd̃m qđ creatura rationalis præ alijs unibilis dicitur, niſi per hoc, qđ particeps eſt imaginis Dei anima mediante.

Aĩa quõ ſit mediũ carnis aſſumptę.

¶ Præterea ſi quæratur, quid magis, aut fortiùs coniungitur carni Chriſti, anima an deitas: Dicendum, ꝙ aliqua duo eſſe magis coniuncta alicui, quàm alia, cõiungit dupliciter. Primo, qa pluribus modis iungitur: ſicq; anima magis coniungitur carni, q̃ deitas, cum anima ſit corporis forma, ac per hoc unibilitatẽ formaliter cauſans in eo. Secundò, qm̃ fortiori uniculo uniuntur, & ita diuinitas magis uniť carni q̃ anima, quæ uniť corpori naturali unione, propterquod ſeparabilis eſt ab eo: deitas uerò unitur carni per gratiam vnionis increatam, quæ immutabilis eſt, ideo unio illa nunq̃ diſſoluitur.

An diuinitas carni Chriſti magis iungatur quam anima.

¶ Deniq; ad iſtud, Vtrũ anima coniungať deitati ſeu uerbo æterno, mediante ſpiritu, reſpõdens: Spiritus, inqt, ſcd̃m Aug. 12. ſuper Geneſim, multipliciter dicitur. Primò, corpus ſubtile, vt aer. Secundò, corpus omnino ſubditum animæ, ut corpora ſanctorum in reſurectione cõmuni. Tertiò

Thomas vbi ſupra articu. Augu. Spiritus multipliciter dicit.

quęlibet



quęlibet anima brutorum. Eccleſiaſtes: Quis nouit, ſi ſpiritus iumentorũ, &c. Quartò, virtus imaginaria. hinc Apoſtolus: Pſallam, ſpiritu, ait, Pſallam, & mente. Qnintò, mens Angeli, aut hoĩs. Ad Epheſios: Renouamini ſpiritu mẽtis veſtræ. Sexto, Dei ſubſtantia Iohannes: Spiritus eſt Deus. Nunc autẽ ſumimus ſpiritũ pro mente: ſicq; verbum aſſumpſit animam mediante ſpiritu, quemadmodum carnem mediante anima. Nempe ut corpus nõ eſt aſſumptibile, niſi inquantum animatum: ita, nec anima. niſi vt intellectualis, & Dei imago.

1. Cor. 14. Ephe. 4.

Iohan 4.

¶ Amplius ad hoc, Vtrum verbum aſſumſit ſimul totam humanitatẽ, vel totam mediantibus partibus eius, reſpondet: Partes originaliter priores ſunt toto, qa ipſum conſtituunt. Totũ verò cõpletiuè priùs eſt partibus, qm̃ ratio naturæ cõpletæ priùs inuenitur in toto, & per illud in partibus, inquantum ſunt partes totius. Nã, & partes in generę ſunt reductiuè. Hinc dicẽdũ, ꝙ filius Dei quodãmodo mediãtibus partibus aſſumpſit totũ, inquantũ partes originaliter humanã naturã ꝯſtituebant, cui ꝑ ſe aſſumptio cõpętębat, quodãmodo quoq; aſſumpſit partes mediante toto, inquãtũ rõ humanæ naturæ, q̃ ꝑ ſe aſſumptibilis fuit, ꝑ priùs inueniť in toto, & ꝑ, hoc in partibus eius. Sciendũ quoq;, ꝙ ſingularitas duplex eſt, vtpote ſingularitas naturæ, vt hæc humanitas, & ſingularitas ſubſiſtẽtis in natura, vt hic homo. Vnio aũt in verbo, non eſt facta in ſingularitate naturæ, qa naturæ inalterabiliter, & incõmiſcibiliter ſũt vnitæ, ſed facta eſt in ſingularitate ſubſiſtẽtis in natura, qm̃ in vtraq; natura idẽ ſubſiſtit Chr̃s. Singularitas verò partiũ, inquãtũ partes ſunt, ꝑtinet ad naturã. hinc non eſt eadẽ ſingularitas partiũ hoĩs, & Dei, ſed eſt eadem ſingularitas Dei, & hoĩs.

Thomas. 3 ſñenti d. q. 2. ar. 1. q. 3.

Verbũ totum hũanitatẽ, ꝑtib. mediantibus aſſumpſit.

¶ At verò ad iſtud. Vtrum hũana natura aſſumpta ſit. gratia mediante, rñdens: In unione, ait, humanæ naturæ ad diuinã, nullũ potuit eſſe mediũ vnionẽ formaliter cauſans, cui per priùs vniret natura humana quã diuinæ perſonæ. Quemadmodũ eñ inter formam, & materiã nil cadit mediũ ineſſe, quod per prius ſit ĩ materia, q̃ forma ſubſtantialis, aliàs accidentale eſſet priùs ſubſtãtiali, quod eſt impoſsibile: ſic inter naturã, & ſuppoſitum non põt aliquod præfato mõ cadere mediũ, cũ vtraq; coniunctio ſit ad eſſe ſubſtantiale: ſed ſicut aduentũ formæ in materiã præcedunt ordine fiendi, quædã formaliter, materialiterq; diſponẽtiã, quibus materia ſit ad ſuſceptionẽ formæ idonea, ſic in natura humana ſunt ſuperadita quædã, quibꝰ decens effecta eſt vt aſſumereť à diuina ꝑſona, vt ſcientiæ, & virtutes, vnde hæc quodãmodo dici queunt congruentiæ medium. Quẽadmodũ verò ſecundo Sententiarũ præhabitum eſt, Gr̃a Dei dupliciter dr̃. Primò. ipſe Deus gratis dans, ſeu gratuita eius volũtas: Secundò, donũ gratis datũ. Itaq; gratia primo mõ ſumpta, eſt mediũ vnionis effectuũ: qa gratuita voluntate verbum ſine præcedentibus meritis carnem aſſumpſit. Sumẽdo aũt gratia ſecundo mõ, nõ fuit ibi aliquod medium tanq̃ habituale donum, vnionem, aut vnibilitatem formaliter cauſans, ſed ſolum eſt medium congruitatis, ſicut ſciẽtia, corporiſq; perfectio, atque huiuſmodi, q̃ decuit naturæ aſſumptæ non deeſſe, niſi forſan gratia appelletur vnio ipſa, q̃ eſt quoddã donum gratis datũ; quę qualiter ſit mediũ, infra dicetur. Itaq; dñ Auguſtinus. 14. de Trinitate affirmat. In rebus per tempus exortis, ſumma gratia eſt, ꝙ Deus in vnitate ꝑſonæ ſine ꝑcedentibus meritis hoĩ eſt vnitus, accipit gratiam pro gratioſa, & pia Dei volũtate, q̃ fecit huiuſmodi vnionem, non pro habitu aliquo mediante.

Thomas. vbi ſupra. articu. 2.

Gratia dupliciter dicitur.

Auguſt.

¶ Præterea, ſi q̃rať, An ipſa vnio extitit mediũ inter diuinã, & humanã naturas. Dicendũ, ꝙ inter naturã diuinã, & hũanã oportuit cadere mediã vnionem, non ſicut cãm, ſed vt effectũ ꝯñtem naturarũ cõiunctionẽ. Eſt quippè natura relationis, vt in alijs rerum generibus habeat cãm, quia minimũ habet de entitate, prout 11. Methaphyſicæ aſſerit Commẽtator. Vñ q̃uis relatio per ſe non terminet motum, qm̃ in ad aliquid non eſt motus, vt quinto Phyſicorũ probatur, tñ ex hoc, quod motus ad aliquod ens terminatur, ex neceſsitate conſequitur relatio aliqua: ſicut ex hoc, quòd motus alterationis terminatur ad albedinẽ, conſequitur relatio ſimilitudinis ad oĩa alba; ſic ex hoc, qđ motus generationis terminať ad formam, conſequitur relatio ſecundũ quam materia dr̃ eſſe ſub forma. Ita ex hoc, quòd motus aſſumptionis naturæ humanæ terminatur ad perſonam diuinam, conſequitur relatio iſta, quę dicitur vnio, ſicq; vnio eſt mediũ, non quaſi aſſumptionẽ cauſans, ſed conſequens, ſicut, & aqua dr̃ mediã eſſe in tactu ex hoc, ꝙ tangentia ſunt humecta. Quod ſi quæratur, an hæc vnio in operibus ſex dierũ ꝑceſſit, dicendũ, ꝙ non ꝑceſſit in ratione ſeminali, ſed ſolũ in potẽtia obediẽtiali, ſicut in coſta Adæ fuit vt ex ea poſſet Eua formari. Hęc Thomas in Scripto.

Vnio ẽ medium inter diuinam & hũanã natura.

Cõmentator Auerrois.

Gene 2.

¶ Qui etiam de his ſcribit in tertia parte concorditer ad hæc. De hoc demũ, qualiter uerbum aſſumſit carnẽ mediante aĩa, & aĩam mediãte intellectu ſeu ſpũ, ſcribit ibidem quæſtione. 6. Mediũ dr̃ reſpectu principij, & finis. Hinc ſicut principiũ, & finis important ordinẽ, ita, & mediũ. Eſt aũt duplex ordo. Vnus temporis, alius naturæ Secundum ordinẽ tpis in myſterio incarnationis non eſt aliqđ mediũ, quia totam naturam humanã ſimul ſibi vniuit filius Dei. Ordo uerò naturæ inter aliqua, põt attendi dupliciter. Primò ſecundũ gradũ dignitatis, quẽmadmodum Angeli medij ſunt inter Deum, & hoĩes. Alio modo ſm rationẽ cauſalitatis, ꝑut cauſa aliqua dicitur media inter primam cauſam effęctus, & ipſum effectũ: hicq; ſecundus ordo aliquo mõ conſequiť primũ Nẽpe ut. 13. capitulo de diuinis noĩbus ſanctus Dionyſius loquitur, Deus per ſubſtãtias ſibi propinquiores, agit in remotiora. Itaq; ſm gradũ, & ordinem dignitatis, aĩa media eſt inter Deũ, & carnẽ, ſicq; poteſt concedi, ꝙ coniunxit ſibi corpus aĩa mediante. Secundum ordinẽ quoq; cauſalitatis vniendæ filio Dei. Non enim eſſet aſſumptibilis caro, niſi per ordinem, quem habet ad animam rationalem, ſm quem habet, ꝙ ſit caro humana.

q 6. ar 1. Ordo tẽporis & naturæ.

Dionyſi. areopag.

Veruntñ duplex ordo conſiderari põt inter Deum, & creaturas. Vnus, ſm, quod creaturæ cauſantur, & dependent à Deo tanq̃ à principio ſui eſſe, ſic ꝑpter infirmitatem creatæ uirtutis Deus immediatè attingit quamlibet rẽ cauſando, & ꝯſeruando: atq; ad hoc pertinet, ꝙ Deus diciť eſſe in omnibus per eſſentiam, præſentiam, & potentiam. Alius eſt ordo ſm quod res reducuntur in Deum ſicut in finẽ, & quo ad hoc, eſt medium inter Deũ, & creaturas, qm̃ inferiores creaturæ reducuntur in Deum ꝑ ſuperiores, & ad hũc ordinem ſpectat aſſumptio hũmanæ naturæ à uerbo, ꝙ terminus aſſumptionis iſtius idcirco ꝑ aĩam carni uniť.

Ordo duplex inter deũ & creaturas.

¶ Poſtremò de hoc, An unio iſta ſit per gratiam facta, ibi ſubiungit: In Chriſto eſt gratia unionis, & gratia habitualis, quoniã nulla poteſt poni medium in unione prædicta. nam gratia unionis eſt ipſum eſſe perſonale diuinum, gratis cõmunicatum naturæ humanæ in perſona uerbi. Gratia uerò habitualis, pertinens ad ſpecialem illius hominis ſanctitatem, eſt effectus con-

Thomas 3 ꝑte q. 6. articulo 6

ſequens

Iohan. 1.

Consequens vnionem, secundum illud Iohannis: Vidimus gloriam eius, gloriã quasi vnigeniti à parte, plenũ gratiæ, & veritatis, per quod datur intelligi, ꝙ ex hoc ipso, ꝙ ille homo vnigenitus est à parte, quod sibi conuenit per vnionẽ, habet plenitudinẽ gratiæ, & veritatis. Si autem gratia dicatur ipsa voluntas Dei, aliquid gratis donãs, aut faciẽs, sic vnio facta est ꝑ gratiam non sicut per medium, sed sicut per causam efficientem. Hæc in tertia parte. ¶ In Summa quoq; cõtra gentiles, plenissimè, & diffusè reprobat ex scripturis, & rationibus multis hæreticas falsitates. Arij, & Eunomij, ac Apollinaris, dicentium in Christo nõ fuisse animã rationalẽ. Insanias etiam Manichęi, & Valentini, negantium in Christo carnem verè humanam, de quibus pertranseo, quia communia sunt, nec ulla apparentia in hæreticorum illorum figmentis consistit.

lib. 4.

Bonauen. Petrus de Tharanta.

¶ His scripta Bonauenturę omnino concordãt & satis continentur in istis similiter scripta Petri, qui aliqua addit: Duplex est, inquiens, mediũ. Vnũ scd'm intentionẽ, sicq; aĩa fuit medium, & etiã spiritus, qm̃ propter animam assumpsit carnẽ, & ipsam animam ꝑꝑ spiritum seu mentem. Aliud est mediũ scd'm executionem, & illud est duplex, vz mediũ congruentiæ, & medium necessitatis, &c. ut supra. Et rursus: Quadruplex est, ait, gratia. Vna, unionẽ efficiens, vtpote gratia increata. Altera, ad vnionẽ disponens, puta diuina assimilatio. Tertia, vnionẽ constituẽs. s. vnio ipsa, seu associatio gratuita. Quarta, vnionem consequens, vtpote communicatio attributorum. Hæc Petrus, qui in his breuitati studens, obscuritatem reliquit.

Richardꝰ.

Opinio. Durandi aliorumque Scotistarum. Probatio prima.

¶ Richardus demũ narrat, & sequit distinctionẽ medij à Petro ĩductã, & amborũ scripta dictis Thomę, ac Bonauenturæ cõcordant. Recitat quoq; opinionem dicentiũ, ꝙ gratia sumpta pro habitu gratuito animã ꝑficiente: non fuit medium congruentiæ in assumptione naturæ humanæ à verbo: quam opinionẽ Durandus sequitur, & sic probat, qa natura humana personat in verbo, sicut ꝑsonata fuisset in proprio supposito. Vna nãq; personatio supplet vicem alterius: sed natura Christi humana si sibijpsi fuisset relicta, personata fuisset in supposito proprio non mediante gratia, ergo sine ea personatur in verbo. Secũdò, qm̃ illud, quod sequitur vnionem, non est medium in eadẽ: sed gratia habitualis secuta fuit in Christo (ordine naturæ, nõ tpis) vnionem naturarum in persona verbi, ergo gratia habitualis non fuit medium vnionis. Probatio minoris. Nam sicut se habet esse ad operari, sic gratia vnionis ad gratiã habitualem. Cuius ratio est, qm̃ vnio facta est vt natura humana habeat suum esse in diuino supposito, gratia autem datur propter bene operari: sed esse pręcedit operationẽ, ergo gr̃a vnionis seu vnio ipsa, gratiam habitualem.

Secunda

Reprobatur Durãdi opinio.

¶ Verũ ista opinio positioni ꝑcipuorum dissentit doctorũ. Alexandri, Thomæ, Bonauenturæ, Alberti, & aliorum, quos allegaui, estq; erronea, & leuibus persuasionibus innitens. Prima quoq; ꝑsuasio magis concludit contrarium. Cum enim personatio humanæ naturæ in proprio supposito. i. in persona humana creata, sit naturalis, non mirum, ꝙ ad eam non requiritur per modum congruentiæ, & ut medium cõgruitatis, aliqua gratia habitualis. Verum cũ personatio naturę humanæ in persona increata sit supernaturalis, imò super naturalissima excellentissima, & superinuariabilis, & incomprehensibilis prorsus: ritè ad eam requirebatur per modum decentissimæ, ac sapientissimæ congruentiæ, gratia habitualis altissima, aptans, ornans, disponens ad huiusmodi vnionem. Sed contra hoc vr̃ esse secunda obiectio, ad quam dicendum, ꝙ quamuis hæc gratia secundum rem se habet concomitanter ad vnionem, tñ secundum præuisionem, præordinationem, atq; propositum Dei, se habuit antecedenter, qm̃ trinitas summa pręordinauit, & voluit naturã hũanã nõ vniri verbo ęterno, nisi splendidissimam, pulcherrimam, gratiosissimam, imò, & beatificè gloriosam, quod planè congruentissimũ fuit. Hinc secundũ Albertũ, Petrũ, & Vdalricũ: Gratia illa, quantum ad intentionem, fuit congruentiæ medium. sic equidem etiam vltimum in executione, frequenter est primum in intentione.

Ad primã ꝓbationẽ

Ad 2.

Albertus

Scotus opinionẽ ꝑdictã imbecillẽ sequitur.

¶ Veruntñ Scotus hanc opinionem sequitur imbecillem, argumenta ponens eadẽ, quæ. Durandus, & addit, ꝙ gratia habitualis non potuit se habere in rõne dispositionis circa naturam assumptã: qm̃ existentia accidentis, præsupponit existentiã realem subiecti, & ità hæc gratia præsupposuit existentiã humanitatis assumptæ ordine naturæ. ¶ Verum instantia hæc nulla est. fuerunt etenim simul tempore gratia ista, & natura assumpta: nihilominus gratia ista in præordinatione, atq; proposito Dei, existentiam pręcessit subiecti, tanquàm aliquid ordinatum ad eius decorem, & habilitationem.

Obiectio Scoti, soluitur.

Ioh. Scotus cõtra Henricũ.

¶ Insuper Scotus ait: Dicitur, ꝙ verbũ assumpsit corpus mediante aĩa, quod ita exponitur, ꝙ primò aĩa est assumpta à verbo, & in secundo instanti corpus, & ꝑ hoc in illo instanti secũdo, verbũ vniuit sibi corpus ꝑsonaliter mediante aĩa, quam sibi primo vniuit. Hæc Scotus: qui) vt ex tenore verborum eius ꝑpenditur) loquitur more solito contra Henricũ, q. primo quodlibeto, & in Summa sua scribit de his. Veruntñ, nec in quodlibetis, nec in Summa asseruit, qđ verbũ priùs tpe assumpsit animã, q̃ corpus, imò vtrũq; simul tpe assumptũ à verbo fatet.

Henricus de Gandauo.

¶ Consequenter Scotus subiungit: In ista assumptione passiua naturæ humanæ à verbo, nullũ fuit mediũ inter verbũ, & totã naturã. Istud ꝓbat, sicut ex Durando ꝓbatur, & probatio eius cassatur sicut cassata est, q̃uis aliquo modo sit uerum, ꝙ nullum fuerit medium ibi, prout ex præallegatis doctoribꝰ solidis est deductum. ¶ In hac quæstione Scotus grandem facit inquisitionem, an totum seu forma totius, sit idem cum parte sua seu partibus, & cum forma partis, cum tamen facillimè constet, ꝙ totũ, non sit nisi suę partes simul acceptæ, ꝙ item totum nec sit totaliter idem cum parte sua, nec totaliter, quid diuersum ab ea: sed partim idem, & partim diuersum, cum pars aliquid sit totius, totũ quoq; partẽ suã includat, & superaddat. Fatet tñ hic Scotus, ꝙ in rebus materialibꝰ forma totius, seu essentia, & quidditas rei, includat materiã. Præhabitis demũ ex Tho. & alijs, consonant scripta Antisiorens.

Dionysius contra Sco.

Scotus.

Dionysius aduersus eundem.

## QVAETIO. VI.

PRæterea, q̃ritur, *An caro Christi prius fuit concepta, quàm assumpta, & assumpta, quàm animata. An ẽt aĩa eius sit prius assumpta, quã corpori coniũcta.* Videtur, ꝙ caro illa priùs fuit concepta: quoniam motus præcedit terminum motus. Cum ergo conceptio carnis terminata sit ad assumptionem à verbo, seu ad vnionẽ cum eo, videtur, ꝙ eã ꝑcesserit ẽt tpe, cum motus nõ nisi in tempore fiat. ¶ Secundò, quod non est, non potest assumi nisi primo sit: sed caro nondum concepta, nondum est: ergo non est assumptibilis, necessè est igitur vt priùs cõcipiatur, quàm vniatur. ¶ Tertiò, non est assumptio nisi carnis iam organizatæ: organizationẽ aũt ꝑcedit formatio, formationẽ ↄsolidatio, cõsolidationẽ ↄceptio, ergo à primo assumptionẽ ꝑcessit ↄceptio.

obiect. aduers. verit.



In oppositum.

¶ In oppositũ est, ꝙ sola vnione cõicatio idiomatũ, ac proprietatum efficitur, vt, quod de hoĩe dr̃, de filio Dei dicatur. Cõcipi autẽ propriè carnis est. Si ergo conceptio carnis, vnionem cum verbo præcessit, filius Dei de virgine natus non esset.

Bonauen.

¶ Ad hoc Bonauentura rñdet: De conceptione contingit loqui, quantũ ad ordinẽ tpis, & quantũ ad ordinem naturæ. Quo ad ordinẽ naturæ, conceptio illa prior fuit assumptione: sed quo ad ordinẽ temporis, simul fuerunt, nec requirebatur ibi successio temporis, quia per infinitam fiebant virtutẽ, nec decuit conceptionẽ præcedere tpe. Non enim mulier virginalis concipere debuit frustum carnis, sed virum in annunciatione angelica, ut Ierenimas prędixit. hæc Bonauentura. Idẽ Antisiodorẽs. & Alexãder. ¶ Deniq; Tho. Nulla, inquit, natura h3 esse nisi in suo supposito. Nõ enim humanitas esse potest nisi in homine hoc, aut illo. hinc quicquid est in genere substantiæ per se existens, rationẽ hypostasis, aut suppositi habet. Cumq; deitatis, humanitatisq; vnio in hypostasi facta sit, non potuit, quod assumptum est, priùs esse q̃ assumeretur:, nisi forsitan poneretur, ꝙ assumptio rationem hypostasis à re assumpta auferret, quod improbatum est supra. ideo nullũ horũ triũ fuit possibile, vtpote, ꝙ caro priùs fuit ↄcepta, & postmodũ assumpta: aut, ꝙ aĩa fuerit priùs creata, assumptaq; postea, vel, quod homo priùs ex suis sit partibus constitutus, & post assumptus. Quemadmodum demũ patet ex dictis, corpus Assumptibilitatẽ habet ab aĩa, similiter partes essentiales ex ratione naturæ, cuius sunt partes. vnde vtrumq; horum impossibile est, vt scilicet anima priùs sit creata, & à verbo assumpta, & postea corpori coniuncta, & etiam, ꝙ caro sit priùs concepta, & assumpta, postmodumq; animæ vnita: imò hæc quatuor oportet simul fuisse, conceptionem carnis, creationem aĩæ, coniunctione vtriusq;, & vnionem cum verbo. Itaq; quamuis, quod non est, assumptibile non sit, possibile tñ est, vt eodem instãti, quo esse cœperit, assumatur. Cumq; conceptio illa in instanti sit facta, non differunt in eadem principium, medium, & finis ipsius. Constat quoq; ex hic, impossibile esse vt caro sit priùs assumpta quàm animata, cum assumptibilitatem sortiatur ab anima, & quoniam partes assumptibilitatem habent ex toto. Nec potuit aĩa Christi priùs assumi, quàm carni vniretur, cum assumptibilis sit per hoc, quod est pars naturæ humanæ. Hinc nõ oportet extremum sempter priùs tempore coniungi medio, quàm alteri extremo, sicut, & aer, & visus simul immutantur à colore, sed aer priùs natura. Hæc Thomas in Scripto.

Iere. 31.

in hac dist. q. 2. art. 3.

artic. 1.

¶ Insuper in tertia parte, quęstione tricesimatertia: In conceptione, asserit, corporis Christi tria cõsiderantur: Primum est motus localis sanguinis ad locum generationis. Secundum. formatio corporis ex illa materia. Tertium, augumentatio vsq; ad quãtitatem perfectam, in quorum medio ratio conceptionis consistit. Primum namq; est conceptioni præambulum, tertium conceptionem assequitur. Primum horum non potuit esse in instanti, cum hoc sit contra rationem motus localis corporis cuiuscunq;, cuius partes successiuè locum subintrant. Tertium quoq; oportuit esse successiuum, cum de ratione augmenti sit motus localis: tum, quia procedit ex virtute in corpore iam formato operantis, quæ nõ operatur nisi in tempore. Ipsa verò formatio corporis, in qua principaliter ratio conceptionis consistit, extitit in instanti. Primò, ꝑꝑ infinitam virtutem agentis, videlicet spiritusancti, à quo corpus Christi formatũ est. Nempe quo agens maioris extat virtutis, eo celeriùs, atq; faciliùs materiã pōt disponere. Secundò, ex parte eius, cuius corpus formabatur, quẽ non decuit assumere corpus nisi formatũ. Si aũt formationem perfectã ad tp̃s præcessisset, non posset tota conceptio filio Dei attribui, q̃ non attribuit ei nisi ratione assumptionis: idcirco in primo instanti, quo materia ministrata ad locum generationis peruenit, corpus Christi ꝑfectè formatum est, & conceptum, ac ꝑ hoc dr̃ ipse filius Dei uerus Deus conceptus, quod aliter dici non posset. Hinc non est assignare vltimũ instans, in quo materia illa fuit sanguinis: sed est assignare vltimũ tp̃s, qđ nullo interueniente medio continuat ad primũ instans, in quo fuit caro Chr̃i formata. Hocq; instãs, fuit terminus temporis motus localis materiæ ad locũ gñationis. ¶ Præterea si quis instet, ꝙ aĩa reqrit debitam quantitatẽ in corpore, cui infundit, quã tã nõ habuit corpus Chr̃i in primo suæ conceptionis instanti, ergo postea fuit animatũ. Dicendũ, ꝙ quãtitas, quã aĩa in corpore suo requirit, latitudinẽ habet, qm̃ in maiori, & minori quantitate saluatur. Quantitas verò corporis, quam habet dũ sibi infundit. aĩa, proportionat quantitati perfectæ, ad quã ꝑ augmentũ pertingit, ita, ꝙ maiorũ hominum maiorem quantitatẽ habent corpore in prima sua aĩatione. Christus aũt in perfecta ætate decentẽ, & mediocrem habuit quãtitatẽ, cui proportionabat quãtitas, quam habuit corpus eius in tpe, quo aliorum hoĩm corpora animantur, minorẽ tñ habuit in principio suæ conceptionis, attamen parua quantitas illa non fuit tã parua, vt in ea conseruari non posset ratio corporis animati, cũ in tali quantitae quorundã paruorũ hominũ corpora animentur. Hoc quoq; pensandum, quòd propriè dicimus Deũ factum hominem: im ꝓpriè verò, quòd homo factus est Deus: quia videlicet Deus assumpsit sibi id, quod extitit hominis, non autem præextitit id, quod hominis est, quasi per se subsistens, anteq̃ susciperetur à verbo. Si aũt caro habuisset aliqñ aliquam hypostasim, quod est præter incarnationis rationem, secundum quã ponimus verbum Dei esse vnitum humanæ naturæ, & oĩbus partibus eius in vnitate hypostasis, nec fuit conueniens, quòd hypostasim præexistentem humanæ naturę, vel alicuius partis eius, verbum Dei sua assumptione destrueret: ideo ꝯ̃ fidem est, ꝙ caro Christi fuit priùs concepta postmodumq; assumpta. vnde in carne illa simul fuit cõcipi, & esse conceptum. Sicq; (vt loquitur Augustinus in libro de fide ad Petrũ) Dicimus ipsum Dei verbum acceptione suæ carnis conceptum, carnem quoq; verbi incarnatione conceptã. Hæc Tho. in Sũma. Idẽ Alber. Petrꝰ, Rich. Vdalri. alijq; cõmuniter.

Christi corpus formatũ est in instanti.

Obiectio.

Dilutio.

Deus hõ factus est hõ aũt nõ est Deus factus.

August.

Ioh. Sco.

¶ Scotus quoq; hic narrat duas opiniones, quarum vna ponit in corpore hominis, etiam Christi, fuisse plures formas substãtiales, quę opinio super secundum est reprobata. Alia tenet opinio, quòd animatio non præcessit tempore assumptionem, quod consonat præinductis. De organizatione verò corporis Christi ait, ꝙ organizatio potest ĩtelligi vltima productio formæ accidentalis, disponentis immediatè ad animam intellectiuam, seu ipsa animæ intellectiuæ inductio, aut transmutatio præcedens hanc ultimam trãsmutationẽ. Præcedunt quippè duæ transmutationes, utpote motus localis, quo materia,

materia, scilicet sanguis, ferẽ ad locũ generationi conuenientem,& alteratio,qua in loco hoc alteraẽ atq; disponitur ad formã organici corporis inducendam.Organizatio autem primo modo accepta, qua corpus dicitur organicum,& immediatè dispositũ ad animam intellectiuam, etiam in nobis non præcedit tempore animationem: aliàs homo non generaret hoiem, qm̃ tota ei⁹ actio priùs durationẽ esset completa,quàm anima infunderetur,& homo in vterò gigneretur. Ille quippè non generat hominem, cuius tota actio priùs tpe est completa, q̃ hõ gignatur.Porrò de transitione materiæ ad locum generationi aptũ,& de alteratione præcedente totius generationẽ, dubiũ est an tpe præcesserint incarnationem,vel in eodem instanti fuerint, quia ponãtur fuisse in tpe,magis vr̃ posse saluari,materiam fuisse corporatam ad illos motus,& de hoc infra in 4.distinctione dicetur.Si aũt ponatur fuisse in instanti,vt nullus fuerit motus localis,aut cũ successione mutatio,magis saluatur, quodin vltimo instanti assensus virginis expræssi, fuerit verbum Dei factum hõ in virginis verò:qm̃ ante illud instãs, nõ vr̃ fuisse aliqua operatio specialis ad incarnationẽ, & in illo instanti tota in carnatio videt esse completa.Hæc Scotus,quin his verbis insinuare videtur, probabiliter posse teneri translationem illam materię ad locum congruum generationi,& de alteratione prætacta,q̃ fuerint in instanti. Ineptum verò, videtur,quòd organizatio capiatur pro inductione animæ intellectiuæ.

Dionysi. contra.

## QVESTIO SEPTIMA.

VLtimò quæritur: *Vtrũ vna creata persona,posset, assumere aliam naturam creatam vnitate personæ.* ¶ Videtur,q̃ sic.personalitas enim absoluta,qualis est in creaturis,non est nisi subsistentia ipsius naturæ per esse suum determinatum. Nisi enim determinetur,habet rationem vniuersalis.Determinatio verò,qua est hæc,ita,q̃ non altera, dat ei rationem personalitatis. Talis autẽm personalitas Angeli non est minus nata determinare naturam hominis, quàm Angeli, quia natura angeli minus determinabilis est,cum sit magis obstracta, & immaterialis, quàm natura hominis.¶ Secundò, quia natura humana maiorem habet proportionem, conuenientiam,& propinquitatem ad angelum,quàm Deum; ergo magis assumptibilis est ab Angelo q̃ a Deo.

Obiectiones contra veritatem.

In oppositum est,q̃ personalitas omnis creaturæ est limitata,& determinata suę singulari naturæ Cũ igitur natura vna singularis Angeli,nulla alteri personalitati queat cõicari, videtur, q̃ nec psonalitas vnius singularis naturæ,valeat cõicari alteri singulari naturæ.¶ Ad hoc respondet Henricus quodlibeto. 11. Personalitas(prout alibi determinauimus) nil aliud est,q̃ distincta ratio subsistẽdi circa singularem naturam, quæ personalitas in diuinis non est nisi respectiua,in creaturis verò est absoluta:habetq̃ quælibet natura singularis in creaturis talem singularitatem propriam sibi, qua non solum distinguitur vna natura creata ab alia:sed, & sic determinatur in se,vt sit separata à qualibet alia, vt sic personalitas in creaturis,non sit nisi modus essendi separatim ab alia creatura. Hinc quæcunque personalitas creata,finita est, & sua finitatione limitata ad suę singularitatem naturę,& illi appropriata,pp̃ quod nullius creaturæ personalitas pluribus potest naturis cõicari,sed soli infinito supposito conuenit hoc ex sua illimitatione,qua continet in se quicqd pfectionis est in creaturis.Illabitur quoq; creatis, quòd vni creaturæ non conuenit respectu alterius. Hinc prima ratio falsum assumit,quoniam personalitas Angeli determinare non habet,nec limitare nisi naturam propriæ personæ.Hæc Henricus.

Henricus de Gãdo.

Ad primã obiectionẽ

¶ Circa hæc aliter sentit Scotus: Sustentare, dicens naturam seu suppositare,sumitur dupliciter. Primo effectiuè,sicq; tota trinitas sustentat naturã humanã in Christo.Secundò terminatiuè siue formaliter, & sic sola verbi persona assumptã sustentat naturã. Supposituũ aũt creatum,non potest primo modo sustentare aliam naturam à sua, quia ad talẽ vnionem alia natura non habet se nisi in potentia obedientiali,quæ in creaturis nõ respicit nisi efficatiam primi efficientis.Porrò secundo modo non potest creatura aliam naturam sustentare in se, seu assumere sibi in vnitate personæ,vt dicitur. Hæc Scotus.

Ioh. Sco.

¶ Qui consequenter positionem,& rationes Henrici refert,& improbat,prout potest,nec efficaciter probat oppositum:imo loquitur multum confuse, & tandem concludit, q̃ non videtur ita ponendũ: sicut prætacta ponit opinio,absq; omni ratione. Verum ex inductis iam constat, q̃ Henricus sine rationibus ita non ponit. Postremò, verum reor, q̃ secundum naturam non sit possibilis sustentatio seu assumptio talis. An verò implicet contradictionem, ita quòd nec de absoluta loquendo potentia fieri valeat,determinare non audeo.

Dionysius aduersus Scotum.

In oppositum.

## *De carne, quam verbum assumpsit, qualis ante fuerit, & qualis assumpta sit. Distin. III.*

VEritur etiam de carne verbi, An priusquam conciperetur, obligata fuerit peccato,an,& talis assumpta fuerit à verbo. Sane dici potest & credi oportet,iuxta sanctorum attestationis conuenientiam,ipsam priùs peccato fuisse obnoxiam, sicut reliqua virginis caro, sed spiritussancti operatione ita mundatam, vt ab omni peccati contagione immunis vniretur verbo pœna tantum non necessitate, sed voluntate assumentis remanente. Mariam quoque totam spiritussanctus in eam prœueniens,à peccato prorsus purgauit, & à formite peccati etiam liberauit,vel fomitem ipsum penitus euancuando, vt quibusdam placet: uel sic debilitando,& extenuando,vt ei postmodum peccandi occasio nullatenus extiterit.Potentiã quoque generandi absque viri semine virgini præparauit.Ita .n. verba euãgelij docent,vbi Angelus virginem alloquens,ait:Spiritussancti superueniet in te,& virtus altissimi obrumbauit tibi.Et,quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei Cui sacra vigore respondit:Ecce ancilla domini,fiat mihi secundum verbum tuum. Quod exponẽs Iohannes Damascenus,ait:Post consensum,aũt sanctę virginis,spiritussanctus præ-

Conditio virginis Marię in Christi cõceptione.

Luc.1.

Ioha. Dã.



prœuenit in ipsam secundum verbum domini,quod dixit angelus,purgans ipsam & potentiam deitatis uerbi receptiuam præparans,simul autem,& generatiuam.& tunc obumbrauit ipsam Dei altissimi per se sapientia, & uirtus existens, id est,filius Dei patris ὁμοούσιος, id est consubstantialis, sicut diuinum semen. Et copulauit sibijpsi ex sanctissimis,& purissimis ipsius virginis sanguinibus,nostræ antiquæ conspersionis carnem animatam anima rationali,& intellectiua,non seminãs,sed per spiritumsanctũ creans.Quare simul caro,simul Dei caro, simul caro animata,rationalique, & intellectu simul Dei uerbi caro animata rationali,& intellectiuo. Ex his perspicuum fit quod ante diximus, carnem scilicet uerbi simul conceptam,& assumtam, eandemque,imo totam uiginem spiritusancto prœueniente,ab omni labe peccati castificatam. Cui collata est potentia nouo more generandi,ut sine coitu viri, sine libidine concipientis,in utero uirginis celebraretur conceptus Dei & hominis,illa enim caro, quam Deus de uirginis sibi unire dignatus est,sine vicio concepta,sine peccato nata est. Hanc tamen carnem, non cęlestis,nõ aereæ,nõ alterius cuiusque putes esse naturæ,sed eius cuius,est oĩum hoĩum caro. cap.36.

## *Auctoritate firmat, ex tunc fuisse virginem Mariam immunem a pcto.*

Quod autem sacra virgo ex tunc ab omni peccato immunis extiterit Augustinus eui dãter ostendit in libro de natura,& gratia,inquiẽs. Excepta sancta virgine Maria,de qua propter honorem domini,nullam prorsus,cum de peccatis agitur,haberi uolo quęstionem. Inde enim scimus,q̃ ei plus gratiæ sit collatum ad uincendum ex omni parte peccatum,q̃ concipere,ac parere meruit,quem constat nullum habuisse peccatum.Hac ergo virgine excepta,si omnes sancti,ac sanctę cõgregari possent, & quęreretur ab eis an peccatum haberent,quid responderetur nisi quod Iohanes ait.Si dixerimus, quia peccatum non habemus,nosipsos seducimus?illa autem singulari gratia prœuẽta est,atque repleta,vt ipsum haberet uentris sui fructum,quem ex initio habit uniuersitas dominũ ut illud,quod nascebatur ex propagine primi hominis,tantumodo generis, non criminis originem duceret. 1. Iohã. 1

## *Quare non fuit Christus decimatus in Abraam sicut Leui, cum caro quam acceperit, in eo fuit peccato obnoxia.*

Cum autem illa caro,cuius excellentia singularis uerbis explicari nõ valet,antequã esset uerbo unita obnoxia fuerit peccato in Maria & in alijs,a quibus ꝓpagatione traducta est non immeritò uideri potest in Abraam peccato subiacuisse, cuius uniuersa caro peccato subiacebat.Vnde quęri solet,quare Leui decimatus dicatur in Abraã, & nõ Christus,cũ in lũbis Abraç uterquę fuerit secũdũ materialẽ rationẽ quando Abraã decimatus est,& decimas dedit Melchisedec. Tunc enim Apostolus Leui decimatum dicit in Abraã tanquam in materiali causa.Quia ea decimatione,sicut Abraam minor Melchisedec ostẽditur,cui pſonaliter decimas soluit,ita & Leuiticus ordo,q̃ in Abraã secũdũ rõnem seminalẽ erat,& ex eo per concupiscentiã carnis descendit.Christus autem nõ est decimatus,quia licet ibi fuerit secundum carnem:non tamen inde descendit secũdũ legẽ cõem,scilicet p̃ carnis libidinem,sicut ẽt in Adã oẽs peccauerũt,sed nõ Christus.Vnde Augustinus super genesim:Scut Adam peccãte,q̃ in lũbis eius erãt, peccauerunt:sic Abraam dante decimas,qui in lumbis eius erãt,decimati sunt.Sed hoc nõ sequitur in Christo,licet in lũbis Adæ,& Abraæ fuerit,quia non secundum concupiscentiam carnis inde descendit.Cum ergo Leui,& Christus secundum carnem essent in lũbis Abraę quando decimatus est,ideo pariter decimati non sunt; quia secũdum aliquẽmodum non erat ibi Christus,quo erat ibi Leui.Secundum rationem quippe illam seminalem ibi fuit Leui,qua ratione per concubitum uenturus erat in matrem, secundũquã rõnem non erat ibi Christi caro,quamuis secũdum ipsam ibi fuerit Marię caro.Ille ergo decimatus est in Abraam,qui sic fuit in lumbis Abraę, sicut ille fuit in lumbis patris sui,id est qui sic natus de patre Abraã, sicut ille de patre suo natus est scilicet per legem carnis & inuincibilem concupiscentiam. Quæstio. Gene.14. Hebræ.7. Resposio. Ratio quã Christus nõ est decimatus. Roma 5. Ii.ro.c.19

## *Qua ratione caro Christi dicta est in scriptura non fuisse peccatrix, sed similis: quo aperitur, quare obligata peccato non fuit in Christo.*

Quo circa primitias nostrę massæ rectè assumpsisse dicitur Christus, quia non carnẽ peccati,sed similitudinẽ carnis peccati accepit.Misit enim deus filiũ suũ ut ait Apostolus in similitudinem carnis peccati.Assumpsit eũ uerbum carnem peccati, similẽ in pœna & nõ in culpa,& iõ non peccatricem. Cætera uero hoĩm omnis caro peccati est. Roma.8.

Sola illius non est caro peccati, quia non eum mr̃ ꝯcupiscentia, sed gratia ꝯcepit: habet tñ similitudinem carnis peccati p passibilitatem, & mortalitatem: quia esurijt, sitijt, & huiusmodi. Licet ergo eadem caro sit eius, q̃ & nr̃a: nō tñ ita facta est in vtero sicut nr̃a. Est enim sanctificata in vtero, & nata sine peccato, & nec ipse in illa vnquam peccauit. In pœna ergo similis est nostræ, non in qualitate peccati: quia pollutionem, quæ ex ꝯcupiscentiæ motu ꝯcepta est, omnino nō habuit, nec ex carnali delectatione nata est. Venit ergo ad corpus immaculatum, quod p̃ter libidinis ꝯcupiscentiam fuit ꝯceptum, nec illud in se habuit vitium, quod in alijs est causa peccati, nec in eo corpore peccauit. Ideoque verè dicitur verbi caro non fuisse in Christo obligata peccato.

Verbi caro quare ī Christo nō fuerit peccato obligata.

## *Quidam videntur aduersari illi sententiæ, qua dictum est, carnem Christi non prius conceptam, quàm assumptam.*

Illi aũt sententię, qua supra diximus carnẽ verbi nō ante fuisse ꝯceptam, q̃ assumptã, vr̃ obuiare, quod Augustinus ait super Iohannem, vbi legit: Soluite templum hoc, & in trib. diebus excitabo illud. Dixerunt ergo Iudæi: Quadraginta & sex annis ædificatum est hoc templum, & in tribus diebus excitabis illud? Hic, inquit, numerus perfectioni dñici corporis ꝯuenit, quia (vt dicunt physici) tot dieb. forma humani corporis perficit. Horum occasione verborum quidam dicere p̃sumpserunt, dñici corporis formam tot dieb. ad modum aliorum corporum perfectam, & membrorum lineamentis distinctã, & mox verbum Dei sibi vnisse carnem, & animã, & hoc modo dicunt illũ numerum perfectioni dñici corporis conuenire. Sed alia ratio illius dicti extitit, ex qua sana orit intelligentia verbi. Non enim ideo illud dixit Augustinus, quin mox vt caro illa opere spiritussancti sanctificata, & à reliqua separata fuit, verbo Dei cũ aĩa vniret, vt perfecta, & verus Deus, esset perfectus, & verus homo: sed quia membrorum illius dñici corporis distinctio, in ipso momento ꝯceptionis, & vnionis Dei, & hominis, adeo tenuis erat, & parua, vt humano visui vix posset subijci. Diebus aũt, quos Augustinus memorat, perfecta est, & notabilis facta. Incarnatũ est ergo verbũ, vt ait Iohannes Damascenus, & à ꝓpria incorporalitate non recessit, & totum incarnatum est, & totum est incircunscriptum. Minoratur corporaliter, & contrahitur, & diuinè est incircunscriptum, non coextensa carne eius cum incircunscripta diuinitate. In omnibus igitur, qui super omnia erat, & in vtero sanctæ genitricis existebat, sed in ipso actu incarnationis.

Augustinus. Iohan. 2. Dilucitur obiectio. Io. Dam.

Summa distinctionis III.

DETERMINATO in ꝓcedenti distinctione, quid filius Dei de nr̃a natura assumpserit, & quo modo, seu ordine, nunc declarat quale sit illud assumptum. Primo ergo inquirit, an caro à verbo assumpta, fuit peccato originali obnoxia ante vnionem cum verbo. Quo circa ostendit, q̃ ante assumptionem, & vnionem purgata sit: nec solùm ipsa, sed & beatissima virgo materno in vtero. Secundò sciscitatur, an Christus fuerit decimatus in Abraam: & dato, quòd non cũ potius Leui dicat̃ in Abraam decimatus, q̃ Christus. Tertiò pandit cur caro Christi dicatur similis carni peccati. Quartò inducit obiectionem contra id, quòd dixit carnem Christi simul fuisse conceptam, organizatam, animatam, atque assumptam, & soluit eandem.

### QVAESTIO I.

De sanctificatione virginis Mariæ.

HIC quæritur primo: *Vtrum gloriosissima virgo fuit sanctificata antequam concepta, ita quòd nunquam imbiacuit culpæ originali.*

Obiectiones ī p̃tē affirmatiuam.

¶Resp. quòd sic, quia id matrem veri Dei decuisse videtur. Secundò: quoniam non videtur, quòd tam prælectissima virgo vnq̃ fuerit filia iræ, seu in odio Dei: quod tñ sequeret̃, si in originali fuisset ꝯcepta.

In oppositum Roma. 5.

¶In oppositum vr̃ doctrina Apostoli, potissimè ad Roma. quo docet propter primi p̃ctm̃ parentis, infectam esse totam eius posteritatem, & Christum esse totius humani generis redemptorem.

Alexãder de Hales.

¶Ad hoc Alexander respondet, & ordinat ꝓcedens, quid sit sanctificatio scisciat̃. Ad quod respondens: Sanctificatio, inquit, nil aliud est, quàm motus ad sanctitatem, sicut albatio ad albedinem. Sanctitas autem quadrupliciter dicitur: Est enim sanctitas per dedicationem ad cultũ Dei, sicut materialis ecclesia dicitur sanctificari, & sancta. Est quoq; sanctitas per emundationẽ à culpa. Tertiò, in scriptura sanctitas dr̃ abstractio ab actu carnali. Quartò, sanctitas dr̃ per confirmationẽ in bono. Sanctitas primo modo sumpta, communissimè dr̃, ꝓuenitq; rationalibus, & irrationalibus creaturis, atque ab ea Nazaræi, & sacerdotes dicti sunt sancti. De sanctitate tertio mõ dicta, dominus in Exodo loquitur Moysi: Sanctifica populum, & sanctifica eos hodie, & cras.

Sanctificatio quid. Sanctus multifariã dicitur. Exod. 19.

¶Secundò q̃rit, vtrum sanctificari ꝓueniat Christo. Respondet, sanctificatio est motus ad sanctitatem, quod contingit dupliciter: quoniam omnis motus est ab aliquo in aliquid, hinc sanctitas est terminus ad quẽ sanctificationis. Motus verò in sanctitatem, aliquando dicitur de sancto in sanctum, quandoq; de non sancto in sanctum: & hoc dupliciter, quia non sanctum dr̃ priuatiuè, & negatiuè: & negatiuè conuenit etiam ei, quod non est, priuatiuè autem ei, quod est, & habet contrariam dispositionem ad sanctitatem, vtpotè culpam. Itaque sanctificatio negatiuè fuit in Christo homine in incarnatione, quia tunc aĩa simul creata est, & oĩ gr̃a, ac virtute, & sanctitate repleta. Sanctificatione demum priuatiuè dicta, sanctificatus fuit Iohannes Baptista in vtero. Sanctificatio quoq; de sancto in sanctũ, est duplex. Vna de sanctitate minore in maiorem, quæ conuenit

An Christo sanctificari conueniat. Luce 1.



uenit ꝓficientibus in hac vita. Alia est continuatio sanctitatis, quę in est beatis, & fuit in Christo in vita præsenti, quæ non est propriè motus, cum sit tota simul: sed est quasi motus, ob suam continuationẽ, & extensionem, sicut lucere dicit continuationem lucendi.

Epistola 173.

¶Tertiò inuestigat de sanctificatione sacratissimę virginis. Primò, an fuit sanctificata ante suam conceptionem. Et arguit, q̃ nõ, dicendo: Bernardus in epistola contra Lugdunenses canonicos, mouet quæstionem de sanctificatione dignissimæ virginis, dicens: Dicitur ne sanctificata, quatenus iam sancta conciperetur, ac per hoc eius conceptus vocetur sanctus? Et objicit contra hoc: Non valuit priùs esse sancta, q̃ esset, sed nõ erat antequam conciperetur: ergo nõ poterat sanctificari antequam ꝓciperetur.

Alexand. ad verba Bernardi.

Ad istud Alexander respondet: Duplex est sanctificatio, puta naturæ, & personæ. Sanctificatio personæ est per gratiam viæ. Sanctificatio naturæ erit per gloriam patriæ. Sanctificatio quippe per baptismum, & gratiam, non est sanctificatio naturæ, sed solum personæ. Nam fomes remanet post baptismũ in natura, & per generationem transfunditur in posteritatem, hinc generatio non est sine peccato, quia natura non est sanctificata, ipsa per generationem transfundit: idcirco necesse est, vt quod generatur, in generatione contrahat peccatum. Ob hoc benedicta virgo Maria non potuit in suis sanctificari parentibus: imò necesse fuit, quòd in sua generatione peccatum contraheret à suis parentibus. Erat quoq; in ipsis ante conceptionem suam quantum ad rationem naturæ, & non personæ, propterea in ipsis sanctificari non potuit. Hæc Alexander.

Epistola 173.

¶Qui insuper quærit: Vtrum prælectissima virgo potuit sanctificari in sua conceptione. Et ostendit Bernardus, quòd non, dicens: Fortè inter maritales amplexus sanctitas ipsi se conceptioni immiscuit, vt simul sanctificata fuerit, & ꝓcepta, sed hoc, inquit, ratio non admittit. Quomodo namque, aut sanctitas sine spiritu sanctificante, aut spiritussancto cum peccato societas fuit? aut quomodo peccatum non fuit, vbi libido non defuit? Rursus Bernardus:

Obiectio. Ibidem.

Ante conceptionem sanctificari non potuit, quia non erat. Nec in conceptu, propter peccatum, quod inerat. Restat ergo, vt post conceptionem in matris vtero iam existens, sanctificationẽ accepisse credatur, quæ excluso peccato sanctam fecit nativitatem, non conceptionem. Item Bernardus per comparationem ad Christum: Paucis filiorum hominum est cum sanctitate nasci: non tamen concipi, vt vni sanè, videlicet Christo seruaretur prærogatiua sancti conceptus, vel sanctificationis in conceptu. Iterum dicit Bernardus: Solus Dominus Iesus Christus conceptus de Spiritussancto: quoniam solus, & ante conceptum sanctus, quo excepto, respicit vniuersos, quod vnus humiliter confitetur: Ecce enim in iniquitatibus conceptus, sicque solus Christus conceptus est sine peccato. Amplius, si excellentissima virgo non fuit in peccato ꝓcepta, non fuisset peccato obnoxia: ergo nõ eguit redemptore, nec redemptione, quia redemptio est ꝓpter obligationem ad culpam, ac eius reatum, seu pœnã: non ergo indiguisset redemptione per Christum, quod non est secundum catholicam fidem tenendum. Vnde Leo Papa: Saluator noster sicut pro liberandis hominibus venit, ita nullum à reatu liberum reperit.

Ibidem. Ibidem. Ibidem. Psal. 50. Leo Papa.

¶In oppositum est, q̃ coitus ꝯiugalis potest esse sine peccato: imò & meritorius ſm Augustinum, vt

In oppositum August.

fuit in Abraam, q̃n Sara ꝓcepit, quia ex obedientia fecit hoc, & vbi est meritum, est gratia mouens, ac Spiritussancti præsentia: & vbicunque est præsentia Spiritussancti, potest esse sanctificatio: ergo in coitu coniugali potest sanctificatio esse. Præterea ſm Theologos, coitus ꝯiugalis, quandoquę est licitus, virtuosus, ac meritorius. Hoc igitur supponendo, dicendũ, q̃ coitus coniugalis meritorius, consideraẽ dupliciter, vtpotè, vt est actus personæ, & vt actus naturæ. Atque ut est actus personæ, mouet ad eũ voluntas: sed vt est actus naturæ, mouet ad eũ natura: & vt est actus voluntatis, mouet & charitas: sed vt est actus naturæ, mouet libido, & fomes, estque in actu illo peccatum. Conceptio, autẽ sequit̃ coitum, ꝓut respicit naturam mouentem, non voluntatem, conceptio namq; dicit commixtionem, quæ est in principijs seminalib. viri, ac mulieris, q̃ commixtio fit per naturam. Quamuis ergo coitus ex vna parte hominis possit esse meritorius: nunquàm tamen conceptio posset meritoria esse, & ita nec sanctificatio in conceptione. Hinc præclarissima virgo in sua conceptione sanctificari non potuit. Hæc idem.

Respon. Ibidem.

¶Adhuc doctor hic inuestigat: An diuinissima virgo post suã conceptionem fuit sanctificata, ante aĩæ suæ infusionẽ, ita q̃ aĩa eius fuerit sanctificata, anteq̃ caro ei ꝯiungeretur Resp. Caro ante aĩæ infusionem nullo modo potest sanctificari: q̃n corpus nr̃um de se corruptibile est, nec habet de se naturã perpetuationis ad esse, sed ꝓdictio ꝓpetuationis ad esse, inest ei ex vnione ad aĩam rationalẽ immortalem, vñ inest corpori necessitas resurgendi, ꝓsibilitasq; ad gloriam. Cumq; gr̃a ordinet̃ ad gloriam, simili mõ fortiet̃ caro possibilitatẽ suscipiendi gratiam ꝓ vnionẽ sui ad aĩam. Ideo sicut corpus ante animationem non habet conditionem, qua ordinetur ad gloriam, similiter non habebit conditionẽ, qua ordinet̃ ad gr̃am: sicq; ante animationem non potest̃ suscipere gr̃am: ergo nec sanctificationem.

Ieē Alex.

¶Deinceps q̃rit: An pstantissima, & incomparabilis virgo, post infusionẽ aĩæ fuit sanctificata in vtero matris. Resp. q̃ imò, quod ꝓbat ex dictis S. Bernardi in epistola ad canonicos Lugdunenses: Imò sanctificata est, ait, ante natiuitatẽ suã ex vtero, ẽt modo eminentiori, q̃ Iohannes, & Ieremias, pſertim quia ecclesia non fallit, q̃ natiuitatẽ purissimæ virginis celebrat. Denique sanctificata est à culpa originali. Sed q̃rit: An etiã tunc sit sanctificata à fomite: Resp. Fomes respicit naturam, atq; personam: & in prima virginis sanctificatione, puta in vtero suæ matris, nõ fuit purificata à fomite, nec fuit fomes oĩno remotus ab ea, ſm quod concernit naturã: sed in secunda eius sanctificatione, q̃n videlicet filiũ Dei concepit, tunc q̃ppe mundata est caro eius, vt esset principiũ carnis Deo vnitæ, sicque de carne virginis summæ, sumeretur caro sine peccato, q̃ vniret̃ verbo ęterno. Fomes verò, ꝓut respicit personam, duplicẽ habet effectum. Vnus est pronitas ad malum, secundus difficultas ad bonum, vt aliqui dicunt, in prima sanctificatione fomes non extinguebat̃ in virgine tanta oĩno, nisi quo ad ꝓnitatẽ peccandi: In secunda verò sanctificatione, ẽt quo ad difficultatem ad bonũ, sicq; posit̃ primã sanctificationẽ peccare non potuit, eo q̃ tota ꝓnitas ad malũ fuit in ea extincta. Veruntũ firmiter credo, q̃ felicissima virgo quantũ ad suam personam, ita præseruata fuit à peccato, & fomite, ꝓut dicit ꝓnitatem ad malum, & difficultatem ad bonũ, quod nihil in persona sua remanſit purgandũ. Deniq; & hic idem doctor legitur post hæc diuulgata scripta sua miraculosè correptus,

Vbi sup

sententiam mutasse, & alteram opinionem magis piam, videlicet, quòd non sit concepta in originali, vsque ad mortem tenuisse.

¶Porrò præinductis per omnia consonant, & ꝑ maxima parte coincidunt scripta Bonauenturæ, dicentis: Caro beatissimæ virginis ante animationē non fuit sanctificata: non quia Deus non potuit eius carnem purificare priusquam animare: sed quoniā sanctificatio fieri habet per aliquod donū gratuitū superaditum, quod esse non valet in carne, sed in anima: idcirco si caro dignissimæ virginis dicatur sanctificata ante animæ susceptionem, aut hoc fuit mediante gratia existente in eius anima, quod dici non potest: qm̄ anima eius tunc nondum fuit, aut mediante gr̄a existente in anima parentum ipsius, quod esse nequiuit triplici ratione. Primò: quoniā sanctificatio non transfunditur à parentib. in ꝓlem, cum proles ab illis non sit quantum ad animam. Secundò: qm̄ dato, quòd hoc esset possibile, non tn̄ id fieri potuisset mediante coitu libidinoso, quia sic duo opposita simul in eodē fuissent. [Vbi supra.] Propter quod ait Bernardus: Forte inter amplexus maritales &c. vt supra. Tertiò: qm̄ esto, ꝙ virtute diuina sanctificatio affuisset, & deesset libido: non tn̄ sic decuit, eo ꝙ hæc solus virginis gloriosę sit prerogatiua, q̄ sola (vt dicunt sancti) sine peccato ꝯcepit, & sine dolore peperit: idcirco hoc alteri dare, non est virginem honorare, sed eius honori detrahere. Nihilominus fateor probabile esse, quòd concepta fuit ex sterili parente, & ex coitu coniugali, absque culpa actuali: non tn̄ sequitur, ꝙ concepta sit absq; causa peccati. Nam ita transfunditur originale peccatum ex illis, [Obiectio.] qui legitimè generant, sicut ex alijs. Et si obijciatur, ꝙ ibi non debuit esse causa originalis peccati: qm̄ causa ē mediante virtute Spiritussancti fęcunditate, & ꝓpter fœcundationem sterilitatis maternæ, quæ [Dilutio.] fuit à Deo: Dicendum ꝙ hoc nō valet, quia similiter obijci posset de Sancto Iohanne, & Isaac, qui de sterilibus sunt concepti. Hinc scias, ꝙ spiritussanctus interdum operatur, vt spiritus, interdum vt sanctus. Tunc quippe operatur, vt spiritus, dum opus efficit super naturam: tunc verò, vt sanctus, quando non solum tale opus facit, sed etiam istud sanctificat. Hinc dico, ꝙ in ꝯceptione solius filij Dei, operatus est nō solum, vt spiritus, sed item, vt Spiritussanctus. In conceptione verò Iohannis, ac sacratissimæ virginis, operatur est, vt spiritus. Vnde sola hæc virgo dr̄ concepisse de Spiritusancto. Propterea [Cōceptionis diē, an liceat celebrare.] nullius ꝯceptionis solemnitatem celebrat ecclesia, nisi Christi in annunciatione virginis gloriosæ. Veruntamen sunt quidam, q̄ ex speciali deuotione celebrant conceptionem virginis sanctæ, quos nec oīno laudare, nec simpliciter audeo repręhendere. Non eos audeo approbare, quoniam sancti patres, qui alias solemnitates virginis sacræ Spiritusancto instigante instituerunt, qui & magni amatores, & veneratores præstantissimæ virginis extiterunt, solemnitatem conceptionis eius solemnizare non [Bernard. epistola 174.] decreuerunt. Beatus quoq; Bernardus, ꝑcipuus eius amator, ac eius honoris zelator, illos repręhendit, q̄ eius ꝯceptionem celebrant. Statuta etiā vniuersalis ecclesiæ de celebrationibus sanctorum, omnia sunt fundata suꝑ sanctitatē, vt nullo die ꝓ aliquo sancto celebraret, in quo, vel pro quo non fuerit aliqua sancta persona, cui ille honor deferē. Nec tn̄ audeo illos omnino repręhendere, quia (vt aliqui dicunt) solemnitas ista non cœpit inuentione humana, sed reuelatione diuina. Quod si verum est, bonū est, sine dubio solemnizare in eius conceptione. Sed quia hoc authenticum non est, nō compellimur credere: & quoniam contra fidem non est, non compellimur negare. Insuper esse potest, quòd illa solemnitas magis refertur ad diem suæ sanctificationis, quàm conceptionis: & quoniam dies conceptionis eius fuit certa, dies verò sanctificationis incerta: ideo nō rrationabiliter dies sanctificationis statui potuit in die conceptionis. Hæc Bonauentura, qui ista diffusè ꝓsequit̄, vt in eius Scripto poteris inuenire, [Anselmus] quæ consonant dictis Anselmi, qui in quadam epistola de festo conceptionis virginis summæ, de ista tractans materia, persuadet, vt saltē de spirituali conceptione, id est, sanctificatione celebretur.

¶Deinceps quærit Bonauentura: [Vbi supra art. 2.] Vtrum anima virginis benedictæ fuit sanctificata ante originalis contractionem peccati. Responpet: Quidam [Opinio dicentiū virginem ab originali ꝓseruatā.] dicere voluerunt, in anima virginis gratiam sanctificationis præuenisse maculam peccati originalis, quia (vt dicunt) decuit animā hanc excellentissimè sanctificari præ cæterorum animabus sanctorum, non solum quantum ad abundantiam sanctitatis, verum etiam quantum ad accelerantiam temporis: ideo in instanti creationis animæ huius, gratia ei infusa sit, & in eodem instanti carni sit iuncta. Sed [Sap. 7.] quoniam omnium mobiliū mobilior est sapientia, nescitque tarda molimina Spiritussancti gratia, ac multo potentior est gratia, quàm natura, hinc effectus gratiæ sanctificantis, magis præualuit in carne, quàm effectus fœditatis in anima: ideoque culpam non contraxit. Hæc positio videtur multi- [Probatio dictæ opinionis.] plici congruentia posse fulciri: tum propter Christi honorem præcipuum, quem decuit de sanctissima matre nasci, tum propter virginis prærogatiuam singularem, tum propter ordinis decorem, quatenus sicut fuit persona immunis ab originali in carne, & aīa, siue in causa, & effectu, vtpotè Christus, & persona vtroque modo habens originale: sic esset persona medio modo se habens, quæ quodammodo haberet, & quodammodo non haberet. Et hæc est beatissima virgo, quæ mediatrix est inter Christum & nos, quemadmodum Christus inter Deum, & nos. Et hoc dicunt sonare verbum [Anselmus] Anselmi, quòd virgo hæc tanta splenduit puritate, quòd sub Deo nequit maior intelligi, ita quòd istud vocat gradum puritatis inferiorem puritate filij sui, & superiorem respectu aliorum sanctorum. Et istud dicunt fidei non repugnare, quia hæc virgo (secundum positionem istam) ab originali est liberata, seu præseruata per gratiam dependentem, & ortum habentem à fide, & capite Christo, sicut grǣ aliorum sanctorum. Et iterum: Quamuis gratia illa præuenerit animæ fœditatem: non tamen* [Alias* carnis.] animæ infectionem, propter quod ratione fęditatis illius, manserunt in virgine pœnalitates. Grat namque sanctificationis non obuiat pœnæ, s culpæ: ideo gloriosissima virgo pęnis fuit obnoxia, atque per Christum ab originali est liberata, sed aliter, quàm alij: quia alij post casum erecti sunt, virgo autē sanctissima quasi in ipso casu est sustentata ne rueret, sicut exemplum ponitur de duobus cadentibus, quorum vnus cadit in lutum, alter in casu sustentatur ne ruat.

¶Porrò aliorū positio est, ꝙ sanctificatio virginis [Opinio dicentiū virginē Mariā nō ꝓseruatā.] subsecuta est originalis peccati ꝯdictonem, & ꝙ in hoc nullus immunis fuit à culpa originali, nisi filius virginis. Et iste modus dicendi communior est, & rationabilior, atq; securior. Communior: qm̄ ferè oēs tenēt, ꝙ deificatissima virgo habuit originale, cū hoc pateat ex multiplici eius pęnalitate, quā nō est



dicere eam passam esse propter aliorum redemptionem, nec habuit eam per assumptionem, vt Christus, sed per contractionem. Rationabilior quoque est: quoniam esse naturæ, præcedit esse [August.] gratiæ, aut tempore, aut natura. Vnde asserit Augustinus, quòd priùs est nasci, quàm renasci, sicut priùs est esse, quàm bene esse. Priùs ergo est animam corpori vniri, quàm gratiam sibi infundi. Est item securior, quia concordat magis scripturæ, auctoritatibusque Sanctorum. Communiter etenim Sancti solum excipiunt Christum ab [Roma. 5.] illa generalitate, qua dicitur: Omnes peccauerunt in Adam. Nullus demum inuenitur dixisse de his, quos audiuimus auribus nostris, virginem Mariam ab originali fuisse immunem. Concordat demum ista positio magis fidei pietati: quoniam & si ad matrem grandis reuerentia, & deuotio sit habenda: maior tamen ad filium eius, à quo omnis gratia, & gloria eius. Cumque id spectat ad excellentiam filij eius, quòd ipse est redemptor, & Saluator totius generis humani, atque quòd ipse vniuersis aperuit ianuam regni cœlestis, & pro omnibus mortuus est: nullatenus ab hac generalitate gloriosissima virgo est excludenda, ne dum matris excellentia nimium ampliatur, filij gloria minuatur, sicque mater indignetur, quæ magis vult filium suum extolli, & honorari quàm se. Hinc propter honorem filij huic opinioni adhæremus, quæ nequaquam derogat matris honori. Postremò pro certo tenendum est, quòd fuit sanctificata ante natiuitatem ex vtero, cum eius natiuitas ab ecclesia celebretur: ignoratur tamen dies, & hora, in qua, quamuis videatur tenendum, quòd sanctificata sit citò post animæ suæ creationem, & infusionem. Hæc Bonauentura.

[Richar.] ¶His omnino concordat Richardus, qui etiam ad probandum, quòd virgo altissima fuit in ori- [Anselmus Psal. 50.] ginali concepta, allegat Anselmum in libro Cur Deus homo, dicentem: Affirmatur de ea, quòd in iniquitate concepta est, & in peccatis concepit eam mater eius, & cum peccato nata est, quòd [August.] de natiuitate in vtero est intelligendum. Augustinus quoque decimo super Genesim protestatur, quòd caro virginis concepta est de propagine carnis peccati. Verum post primam sanctificationem dulcissima virgo nullum penitus peccatum habuit, neque interiùs inclinationem aliquam ad peccandum: quia per abundantiam gratiæ repressus fuit in ea fomes, vel ligatus, ne eam ad peccatum aliquod inclinaret, vel ad bona difficilem redderet: quamuis per illam gratiam nondum esset confirmata in bono, quòd totaliter excluderet flexibilitatem liberi arbitrij. Attamen quoniam fomes eam ad malum non inclinabat, nec à bono retrahebat, abundantia quoque gratiæ ipsam efficaciter ad bona excitabat, atque diuina prouidentia ipsam modo speciali, ac priuilegiato custodiebat: ideo postquam purgata fuit ab originali in vtero, quæ fuit prima sanctificatio eius, nullum vnquam peccatum habuit mortale, aut veniale.

[Obiectio. quæst. 73.] ¶Sed obijci potest, quia in libro quæstionum noui, ac veteris testamenti, asserit Augustinus, tractans illud Simeonis. Tuijpsius animam per- [Lucæ 2.] transibit gladius, quòd Maria in Christi passione dubitauit, & quòd dubitatio illa fuit gladius à Simeone prædictus. [Dilutio.] Dicendum quòd dubitatio illa fuit admiratio, non hæsitatio: nec mirandum, cum esset videns Deum, & hominem, tam ignominiosè tractari. Hæc Richardus.

¶Præterea, scripta Sancti Thomæ super dubijs istis, [Thom. in p̄nti dis. q. 1. art. 2.] prorsus concordant dictis Alexandri, & Bonauenturæ. Etenim ait: In prima sanctificatione (vt ab omnibus tenetur communiter) à peccato originali, quantum ad maculam, & reatum, fuit purgata: sed de emundatione eius à fomite, diuersi diuersimodè opinantur. Aliqui namque dicunt, [Opinio 1.] quòd per primam sanctificationem fomes ex toto ab ea ablatus est, quibus obuiat, quod ex Damasceno [Io. Dam.] in litera allegatur dicente, quod in secunda sanctificatione Spiritussanctus superuenit in eam purgans, quod non potest intelligi nisi de purgatione à fomite. Hinc alij dicunt, quòd quantum [Opinio. 2.] ad aliquid, purgata fuit à fomite in prima sanctificatione: & quantum ad aliquid, fomes mansit in ea, quod etiam diuersimodè distinguitur, quibusdam dicentibus, quòd subtractus fuit inquantum inclinans ad malum, mansit verò, difficultatem præbens ad bonum, quos duos fomitis effectus, seu actus Apostolus exprimit, dicendo: Non quod volo bonum, hoc facio: sed quod volo [Roma. 7.] malum, hoc ago. Hoc autem non videtur posse stare: quoniam ex eodem, ex quo est pronitas ad vnum contrariorum, est difficultas ad alterum, siue sit habitus, seu aliqua forma: quemadmodum grauitas trahit deorsum, & causat difficultatem ad ascensum, siue sit priuatio, seu defectus, sicut debilitas virtutis motiuæ, facit pronitatem ad casum, & difficultatem ad progressum. Vnde non potest esse, vt fomes tollatur secundum, quod inclinat in malum, & maneat prout causat difficultatem ad bonum. Hinc alij dicunt, quòd fomes [Opinio 3.] corruptio est personæ, inquantum impellit ad malum, atque inquantum facit difficultatem ad bonum, sicque penitus in prima sanctificatione subtractus est à virgine gloriosa. Est quoque corruptio naturæ, ratione cuius originalis infectio per actum naturæ transit in prolem, & ita remansit post primam sanctificationem in virgine: sic tamen ab eo purgata est in sanctificarione secunda, vt prolem sine omni peccato originali conciperet. Hoc autem non videtur conueniens, quia corruptio originalis, quantum ad id, quod culpa est, transit in prolem à patre: quantum verò ad id, quod tantum pœna est, sicut sunt corporis passibilitates, transit in prolem à matre, quæ ministrat naturam. Vnde non videtur esse causa, quare Christus sine originali conceptus sit, ipsa purgatio matris eius à fomite, secundum quod inficit naturam ipsius: sed magis quoniam sine virili natus est copula: quam causam Anselmus, assignat in [Anselmus] libro de virginali conceptu. Porrò defectus pœnales non necessitate, sed voluntate Christus assumpsit. Præterea, cum per essentiam idem sit fomes, qui est naturæ, ac personæ corruptio, si manet inquantum corruptio est naturæ, non potest essentialiter tolli, vt corruptio est personæ.

¶Relinquitur ergo (vt alij dicunt) quòd fomes [Opinio 4.] quantum ad essentiam post primam sanctificationem, remanserit, sed impeditus per gratiam sanctificantem, ne inclinaret in culpam, aut à bono tetraheret. Contingit quippe habitum quandoque ligari, ne in actum queat exire, vt scientiar per ebrietatem, vt septimo dicitur Ethicorum. In secunda verò sanctificatione, essentialiter fomes ille subtractus est. Hinc si beata virgo ante Christi passionem fuisset defuncta, non fuisset ad beatificam visionem admissa, sicut nec alij patres antiqui. Quamuis enim in eis remotus esset fomes ad

personam pertinens: remansit tamen in eis reatus naturæ, qui per Christi passionem sublatus est. Exhabitis etiam constat, quòd caro virginis gloriosæ ante Christi conceptionem peccato fuit obnoxia; quoniam fomes mansit in ea, quamuis ligatus. Denique prima illa sanctificatio virginis prælectæ, excellentior fuit sanctificationibus aliorum. In sanctificatione namque, quæ fit per legem communem in sacramentis, tollitur culpa, sed manet fomes inclinans ad peccatum mortale, ac veniale. In sanctificatis vero in vtero, non manet fomes, vt inclinans ad mortale: sed tantum ad veniale, vt in beato Iohanne, ac Ieremia, qui peccata venialia, actualia, non mortalia habuerunt. In beatissima verò virgine fomes omnino ablatus est, & quantum ad veniale, & quantum ad mortale: imò quod plùs est, gratia sanctificationis (vt dicitur) non tantum repressit in ea motus illicitos, sed in alijs, quoque efficaciam habuit quo ad eam, ita vt quamuis esset corpore pulcherrima, à nullo vnquã potuerit concupisci.

Thomas vbi supra.

¶Insuper ad istud. Vtrum per primam sanctificationem sacratissima virgo immunitatem consecuta sit à peccato, respondet conformiter ad prædicta. Consimiliter ad id. Vtrum per secundam sanctificationem sit confirmata in bono.

Ad verba Aug in q. vet. & no. testamẽti, qst. 73.

¶Ad hoc verò, quod in passione Christi dicitur dubitasse in fide, respondet; Dubitatio, quæ sonat fidei infirmitatem, peccatum est: nec fuit in virgine, sed dubitatio quædam admirationis, dum consideravit eum, quem, tam dignè genuerat, tam ignominiosè tractari. Item quod super Lucam scribit

Ambrosi. sup Lucã.

Ambrosius, quòd Spiritussanctus in virginem superueniens, mentem eius ab omni sorde vitiorum castificauit, dicit intelligendum de reliquijs originalis peccati, seu de cuitatione futurorum malorũ. Hæc Thomas in Scripto. Quocirca dicendum, quòd Thomas in Scripto secundi, negauit, ac reprobauit, quod hoc loco affirmat, videlicet, quòd originalis corruptio, quantum ad id, quod solum est pœna, vt sunt corporis passibilitates, transit in prolem à matre.

Artic. 1.

¶Præterea in tertia parte, quæstione vigesimaseptima: De sanctificatione, inquit, beatæ Mariæ, ꝙ fuerit sanctificata in vtero, in canonica scriptura nil traditur, quæ etiam, nec de eius natiuitate facit

Augustꝰ.

mentionem: sed sicut Augustinus in sermone de assumptione eiusdem, rationabiliter argumentatur, quòd cum corpore sit assumpta in cœlum: quòd tamen scriptura non exprimit, sic rationabiliter arguere possumus, quòd ipsa, quæ concepit, ac peperit vnigenitum Dei, maiori sit gratia perfectione, & sanctitate decorata, quàm cæteri Sancti. Cumque

Lucæ 1. Ierem. 1.

Iohannes, & Ieremias fuerint sanctificati in vtero, non est dubium, quin multo plùs virgo gloriosa.

¶De his plurima scribit ibidem, de quibus ex specialibus causis pertranseo: potissimè quoniam huic contentioni opinionum dissentientium circa hæc, ecclesia imposuit finem, non obstante, quod Antisiodorensis, & dominus Stephanus Episcopus Parrhisiensis, multique alij magni doctores, senserint sicut præallegati doctores, quemadmodum, & Albertus, & Vdalricus, Durandus &c. Siquidem

Albertus Magnus.

Albertus in Scripto satis fortiter asserit: Dicimus, inquiens, quòd beata virgo non fuit sanctificata ante animationem, & oppositum dicere, est hæresis

Epistola 173.

condemnata à Sancto Bernardo in Epistola ad Lugdunenses, & ab vniuersis magistris Parrhisijs.

Vdalricꝰ.

¶Vdalricus quoque in Summa sua libro quinto,

Pſal. 20.

ait: Quia præuentio ista in benedictionibus dulcedinis ad laudem pertinet præuentoris, sequitur quòd quanto quis maiori gratia sanctificationis laudabilior efficitur, tanto plùs in eo hæc gratia acceleratur. Qua propter matrem Christi omni laude diguissimam, credimus subito post animationem, id est, animæ suæ infusionem, esse sanctificatam. Iohannes verò cituùs Ieremia, sed tardiùs Maria fuit sanctificatus, vtpotè sexto mense à sua conceptione, quando mater eius à matre Christi est visitata. Sustinetur tamen ab ecclesia, quòd aliqui celebrant conceptionem beatæ virginis, non referendo hoc ad conceptionem seminum, sed naturarum, quòd fuit in animæ infusione, nec illam celebrant secundum se: quoniam fuit in peccato, sed ratione sanctificationis sibi è vicino adiunctæ.

Lucæ 1.

Triplex autẽ sanctificatio data est virgini gloriosæ. Prima in vtero suæ matris, secunda in conceptione filij Dei, in qua fomes in ea extinctus est penitus, & tota natura eius in anima, & corpore perfectè sanctificata est, ita vt ex ipsa acciperetur, & formaretur corpus Christi. Tertia sanctificatio eius fuit ex inhabitatione filij Dei in vtero eius, qui tanquam ignis consumens, requieuit in vtero eius sex mensibus, sicut ignis in rubo, consumens in ea omnem possibilitatem ad malum, ipsam confirmando in bono perfectionis, vt non solum à bono deflecti non posset, sed nec à bono perfectiori ad statum minus perfectum posset transire: sicque tota eius natura luce diuinitatis extitit perlustrata, ac mira resplenduit puritate. Hæc Vdalricus.

Triplex sanctificatio Mariæ virginis.

Exod. 3.

Durand.

¶Atuero Durandus circa hæc scribit diffusè, diuersas opiniones recitans exquisitè, atque præallegatos doctores sequens in finali conclusione, specialiter quoque inquirens quando fuit sanctificata. Quocirca refert opinionem dicentium, quod eodem instanti, quo fuit in originali concepta, fuit ab eodem purgata. Quibus obijcitur, quod in eodem instanti inesse non poterant culpa originalis, & eius carentia, seu gratia illam tollens. Aliorum opinio est, quòd immediatè post primum instans fuit sanctificata, ita quòd non nisi per vnum instans fuit in originali, deinceps semper in gratia. De extinctione verò fomitis, competenter concordat præhabitis. Refert item, quod Richardus de Sancto

Opinio 1.

Richard.

Victore, fuit opinionis illius, ꝙ diuinissima virgo non fuit in originali concepta.

Ioh. Scot.

¶Postremò Scotus ait: Deus potuit facere, ne beata virgo vnquàm esset in originali peccato: potuit etiam facere, vt tantum in vno instanti esset in illo: potuit item efficere, vt per tempus esset in illo, & in vltimo illius temporis purgaretur. Quod autem trium istorum factum sit, Deus nouit. Et si auctoritatibus scripturæ, & ecclesiæ non repugnat, videtur probabile id, quod excellentiùs est attribuere Mariæ, videlicet, quòd non fit in originali concepta. Excellentiùs etenim fuit beatam virginem ab originali præseruare, quàm ab eo purgare. Ergo Christus hoc perfectissimo modo fuit mediator inter Deum, & virginem, quod eam ab illo peccato totaliter præseruauit. Hæc Scotus: qui in his sobriè loqui videtur, nec euidenter determinat se ad alteram partem. Veruntamen, quod ait de perfectissimo illo mediandi modo per præseruationem, non videretur consistere (quoniam Christo non conuenit tmediare inter Deum, & hominem, nec promereri alicui præseruationem huiusmodi, nisi secundum naturam assumptam, quam assumpsit ex virgine iam



ne iam adultæ ætatis, quę ante ætatem illam contraxisset originale, aut præternata fuit ab illo, alioqui effectus meriti ipsum meritum pcessisset, & causam causatũ) nisi diceret, quod patsio Christi, vt passa, & acceptata, hoc egit, q̃ & in multis hoc egit, futura quod, & facta.

¶Veruntamen quicquid in hac re sit sentiendum, non disputationib. contentiosis, sed determinatione Ecclesiæ Catholicæ (cui obedire tenemur) est inquirendum. Quæ in nouissimo concilio vniuersali finẽ (vt dixi) his dissensionibus imposuit, & dignissimam Dei matrem in sua conceptione ab omni originali labe, per præuenientem gratiam à summo capite Christo ortum habentem, præseruatam: atque ideo festum de ea sub nomine conceptionis, & non sanctificationis esse celebrandum, determinauit, sicut & hodie celebrat. Ita etiam ordo noster Carthusiensis obseruare videtur. Hoc & mihi magis pium apparet, & rationabile. Horremus, n. mulierẽ, quæ caput serpentis erat contritura, quandoque ab eo contritam, atq; Diaboli filiam fuisse matrem dñi fateri. Insuper & dominam Angelorum, seruam fuisse peccati, atq; amantissimam Dei patris filiam, quandoq; fuisse filiam iræ. Auctoritates & rationes in contrarium adductæ, faciliter possent solui. Nam

Gene. 3. 1 Reg 8.

constat purissimam virginẽ à multis sacræ scripturę regulis, q̃ vniuersaliter ꝓmuntur, fuisse exemptam, vt est: In dolore paries filios. Et, Multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos. Item non est homo, qui non peccet. Et, Puluis es, & in puluerem reuerteris, & similib. Nec alicui hoc mirum videat, cum pijssimus filius nihil omisisse credendus est, quòd ad optimæ matris suæ honorem spectabat, sicut ipse nobis iusserat honorare parentes. Contulit ergo matri suæ quicquid potuit, ac decuit.

Exod. 20: Deute. 5.

Potuit autem eam præseruare, & decuit eã præseruari, & ideo eam ꝓseruauit. Nec in hoc filij derogat excellentiæ: quoniam ipse dominus Iesus peccatum originale incidere non potuit. Maria aũt potuisset, nisi præseruata fuisset. Et matris honor refertur, vtique in filium, à quo habet, quicquid habet.

## QVAESTIO II.

SECVNDO ꝙritur: *An beatissima virgo ad Christi conceptionem, ac generationem, aliquo modo concurrerit, & cooperata sit causaliter, seu actiue.*

Obiectiones in partem negatiuam. Augustꝰ.

¶Videtur ꝙ non; quia conceptio, ac generatio Christi ex uir gine, est maximè supernaturalis. In his autem, quæ sunt super naturam, tota causa, seu ratio operis est potentia facientis, ꝑm Augustinum ad Volusianum.

¶Secundò, in generatione prolis mr non operat nisi ministrando materiam, & se habet passiuè, atq; ab alio fœcundatur, vt asserunt naturales.

Anselmus

¶Tertiò, Anselmus libro de conceptu virginali, testatur: Illud subiectum non natura creata, non creaturę voluntas, non vlla data potestas producit, aut seminat: ergo in virgine non fuit naturaliter, neq; ex dono diuino potentia actiuè corpus Christi producens.

In oppositum.

¶In oppositum est, quod loquitur Damascenus tertio libro: Dedit Spiritussanctus virgini potentiã, non tantum verbi receptiuam, sed & generatiuam. Cum ergo potentia receptiua sit passiua, oportet vt generatiua potentia dicat aliquo modo actiua.

Lucæ 1. In ꝑsenti dist. art. 11.

Idem insinuari videtur per hoc, quod Angelus dixit ad eam. Virtus altissimi obumbrabit tibi.

¶Ad hoc respondet Albertus: Totum quod est simplex operatio ad formam, & speciem, & ad vnionem, fecit Spiriritussanctus, sed quo ad materiã, fomentum loci conuenientis, ac fomentum caloris extrinsecus, operabat generatiua potentia virginis, sicut in alijs fœminis. Hinc non est solum natura in matre accepta, sed etiam operatio per modum fomenti extrinsecus adiuuantis, sicut operatur natura matricis sicca, & frigida, figurã coagulando per frigidum, & retinendo per siccum, & sicut operatur calor naturalis per fomentum ad esse, atq; ad qualitates meliores complexioni inducendos, sicque operatur natura intrinseca conuersionem, formationem, & figurationem.

¶Præterea si quæratur, quid fuit dare virgini generatiuam potentiam: Dico quòd nil aliud, quàm præparare generatiuam vim virginis ad actum, qui debetur matri secundum matris naturam, qui actus non est conuertere, formare, & figurare, nisi coadiuuando extrinsecus, ac ministrare naturam in qua fiant conuersio, formatio, & figuratio, locum quoq; conuenientem. Mater namq; ad actum formationis non habet principalitatem, sed potius id, quod in generatione se habet per modum efficientis.

Albertus vbi iam art. 12

Hæc Albertus, qui & in libro de laudib. beatissimæ virginis tractat de his.

¶Concordat Vdalricus libro Summę suę quinto, aliqua addens, & quorundã opinionẽ redarguens, prout infra ex Thoma patebit.

Lib. 5 c. 6. in fine.

¶Itaq; Thomas: Circa hoc, inquit, est diuersimodè opinatum. Nam aliqui dicunt, in ꝯceptione Christi matrem eius dignissimam esse aliquid operatam, & quidam asserunt hoc factum per naturale donum. Cum enim ipsa sit mr veri Dei, oportet attribuere ei totum, quod matris est. Ad cuius officium æstimant pertinere, vt aliquod actiuum principium ad generationem ministret, non materiale duntaxat: hoc tamen diuersimodè ponitur. Quidam namque in

In 3 dist. 3. q. 2. art. 1. Opinio 1.

Opinio. 2.

materia, quam mr ministrat, ponunt esse virtutem principaliter actiuam: tum quoniã ex commixtione seminum conceptionem fieri dicunt, sicque semen mulieris esset actiuum in prolis procreatione sicut & viri semen, quamuis non ita intensè: tum quia affirmant conceptam plem sensificari, ac vegetari per animam matris, vt sic etiam principalior inueniatur mater in generatione prolis, quàm pater, quòd duodecimò de animalibus Philosophus reprobat; quia in his, quæ vitam sortiuntur perfectã, distinguuntur agens, & patiens in generatione, propter perfectam generationem in eis. In plantis autem propter imperfectam vitam in eis, vtraque virtus est in eadem, quamuis forsan in vna planta dominetur virtus actiua, & in alia vis passiua, ꝓpter quod etiam vna planta vocatur masculina, alia fœminina. Cum ergo impossibile sit id, quod determinatum est, vt patiens hre virtutem actiuam respectu eiusdem, oportet quòd fœmina non sit agens in conceptione, sed patiens tantum. Hinc alij dicunt, quòd id, quod mater ministrat in gnatione, se habet, vt materia naturalis, in qua non est solum passiua potentia; aliàs generatio esset violenta, non naturalis, sed oportet inesse materiæ formam educendam in potentia, & secundum esse incompletũ; idcirco non habet virtutem agendi perfectam, sed imperfectam. Vnde per se nequit operari, nisi quodammodo excitetur ab agente extrinseco, & sic ei cooperetur, Sed hoc esse non valet, cum impossibile

Aristꝰ. hãc opinionẽ reprobat.

Opinio 3.

Reprobat isti a opin.

sit, idem esse alterans, & alteratum, ꝓpterea esse nõ põt, ꝙ forma, q̃ est in aliqua materia, agat in ipsam, siue sit perfecta, siue imperfecta: qm forma, q̃ per se

non existit,non agit, nec materia ꝓpriè patitur, sed compositum agit ratione formæ,& patitur ratione materiæ. Ideo non est possibile, ꝙ forma illa imperfecta agendo cooperetur agenti exteriori. Præterea si esset de ratione matris ad generationem actiuè cooperari, non esset beata virgo mater Dei. Cum n. conceptio illa sit tota simul facta, non potuit creata fieri quacunq; uirtute. Nec potest dici, ꝙ cooperata sit ad introductionem formæ substantialis, q̃ ẽt inducta est in instanti. Inducens quoque formam, nobilius est, quàm præparans materiam per alterationem, Sicque Spirituissancto attribueretur, quod minus est,& uirgini, quod dignius est.

Opinio 4.

Hinc alij dñt, ꝙ beata virgo ex supernaturali virtute plùs aliquid cooperata est, quàm cæteræ matres: quia materia quam illę ministrant, non potest seipsam complere, nec in actum educere, materia verò corporis Christi, quam virgo ministrauit, ex diuino habuit dono, ꝙ potuit seipsam formare, ex dono super adiuncto naturæ: non tamen hoc potuit in instanti. Cumque decuerit Christi conceptionem fieri in instanti, præuenit Spiritussanctus, faciens in instanti eandem.

Reprobatur, & ista opinio.

Contra quod obijcitur, ꝙ virtus illa supernaturalis fuisset frustra collata materiæ corporis Christi: quoniam non exisset in actum. Rursus, secundum actiuã vel passiuam generandi potentiam nemo dr̃ pater, aut mater, sed secundum quod potentia procedit in actũ. Vnde si in materia, quam ministrauit uirgo fuit virtus actiua, quæ ad patrem, aut matrem exigitur, sine hoc, ꝙ virtus illa sit in aliquid operata, non dicetur ipsa uirgo pater, aut mater, aut eadẽ ratione pater,& mater.

Opinio Thomæ. In ꝓlis cõceptione triplex est actio.

¶ Hinc dicendum videtur, ꝙ in conceptione prolis est actio triplex. Vna principalis, quæ est formatio, & organizatio corporis, respectu cuius actionis agens est tantum pater, mater verò solum ministrat materiam. Alia actio hanc præcedit,& præparatoria est ad eam. Cum enim naturalis generatio sit ex determinata materia, oportet vt formatio prolis sit ex conuenienti materia: idcirco oportet esse aliquã virtutem agentem, per quam præparetur materia ad conceptum.

Aristote.

Porrò (vt ait Philosophus secundo Phisicorum) ars, quæ operatur,& inducit formam, prĩcipatur, ac imperat ei, quæ parat materiam, vt ars compaginans nauem, arti quæ ligna complanat.

Idem.

Hinc virtus præparans materiam ad conceptum, est imperfecta respectu eius, quæ ex præparata materia prolem format. Hæcque virtus præparãs est matris, quæ imperfecta est respectu virtutis actiuæ, q̃ est in patre. Propter quod duodecimo de animalibus, ait Philosophus, quòd mulier est sicut puer, qui nondum potens est generare. Tertia actio est principalem concomitans actionem.

Auicenna.

Quemadmodum enim locus confert ad bonitatẽ generationis, sic dispositio matricis ad bonam dispositionem prolis, tanquam præbens fomentum. Propter quod asserit Auicenna capitulo de diluuijs Matrix non facit nisi ad meliorationem concepti. Itaq; in principali actione, seu formatione corporis Christi, nihil actiuũ ex parte virginis extitit: imo diuina virtus totum fecit, quòd in conceptionibus alijs fit per uirtutem seminis, quod est à patre. In secunda verò actione,& tertia, beata virgo actiuè est operata, sicut & aliæ mulieres: ideo verè fuit mater Christi. Hæc Thomas in Scripto.

Artic. 4

¶ At uero in tertia parte 32. quæstione differuit: Quidam dicunt beatam virginem actiuè aliquid operatam esse in Christi conceptione, tam naturali,

Opinio. 1.

quàm supernaturali virtute. Naturali quidem virtute: quoniam ponunt, quòd in materia qualibet naturali est aliquod actiuum principium, alioquin crederent, quòd non esset transmutatio naturalis: in quo decipiuntur, quia transmutatio dicitur naturalis ꝓpter principium intrinsecum, non solum actiuum,

Reprobatio.

sed etiam passiuum. Expresse namque dicit Philosophus octauo Physicorum, ꝙ in grauibus, & leuib.

Aristote.

est passiuum principium motus naturalis, non actiuum. Nec est possibile, quòd materia agat ad sui formationem: quoniam nõ est in actu.

Opinio II.

Supernaturali quoque virtute: quoniam dicunt ad matrem requiri nonsolum, quòd ministret materiam, quæ est mẽstruus sanguis sed etiam, quò semen, quod commixtum est semini viri, habet virtutem in generatione actiuam. Cumque in beata virgine nulla fuerit facta resolutio seminis, ob eius integerrimam virginitatem, dicunt quòd Spiritussanctus supernaturaliter ei tribuit virtutem actiuam in conceptione corporis Christi, quòd aliæ matres habent per semen resolutum.

Rebrobatio. Idem.

Sed hoc stare non valet, quia cum quælibet res sit propter suam operationem, ut dicitur libro de cælo, natura non distingueret ad opus generationis sexum maris, ac fęminæ, nisi esset distincta operatio maris ab operatione fœminæ. In generatione autem distinguitur operatio agentis, ac patientis, vnde reliquitur, quòd tota virtus actiua sit ex semine maris,& quòd in Christi conceptione nil operata sit uirgo actiuè, sed solum ministrauit materiam. Attamen ante conceptionẽ est aliquid operata actiuè, præparando materiam, vt esset apta cõceptui. Hæc Thomas in Summa.

Dionysius contra Tho.

¶ Verum in responsione eius ex Scripto inducta, contineri videntur quædam obscura. Primo, quòd ait, impossibile esse, idem esse alterans,& alteratum quòd videtur contra commune illud philosophicũ dictum, ꝙ quoddam est alterans tantum, ut cœlum quodam alteratum tantum, vt materia: quoddam alterans alteratum, vt intermedia multa,& si quis in manu teneat pomum, alterat illud,& calefacit,& alteratur ab eo,& frigescit manu.

¶ Secundò, ꝙ ait, impossibile esse, vt forma, quæ est in aliqua materia, agat in ipsam. Nonne forma actuat, mouet, perficit suam memoriam, & imprimit ei sicut,& anima corpori, cum & ex forti animæ imaginatione corpus multipliciter alteretur?

¶ Tertium, ꝙ ait, ꝙ formæ nõ competit agere, neque materiæ propriè pati, quod videtur ꝯtra hoc dictum cõmune: Formæ est agere,& mouere, materiæ verò moueri, ac pati. Sic autem dicatur, ꝙ agere,& pati. sicut & esse, est suppositorũ, Dicẽdũ ꝙ formæ eo modo ꝯuenit agere, quo & esse. Et quamuis nõ ꝯpetat formæ informãti esse,& agere, tñ ꝑfecte sicut supposito: ex hoc tñ nõ sequitur, quin formæ ẽt imꝑfectę competat cooperari,& aliquo modo cãre.

Iob. 12.

Nonne oculus videt: & sicut ait scriptura, Nonne auris verba dijudicat,& fauces comedentis saporem? Nulla quoq; res penitus expers est ꝓpria operatione. Qualitates demum in semine fœminæ existentes, quamuis sint magis passiuæ, nihilominus aliquo modo actiuæ videntur. Nam & frigus agit in calidum vt experimentaliter constat.

Petrus, & Richard. In 3. dist. 4 q 3. artic.

¶ Petrus demum,& Richardus respõsis Thomæ concordant.

¶ Porrò Bonauen. aliter sentiens: Hæc, inquit, positio (puta ex Thoma narrata nimis parũ dicit. Primũ: qm̃ mr̃ in gñatione nõ solũ hẽt passiuã potentiã sed actiuam. Vnde proles interdum magis assimilatur matri, quàm patri: idcirco quod dicunt physiei, semen patris se hr̃e in ratione actiui &c. intelligendum est



Ioh. Dam.

dum est per appropriationem. Hinc secundum Damascenum, spiritussanctus dedit virgini non solum potentiam receptiuam, sed & generatiuã, nec ob solam materiæ ministrationem appellanda est mater:

Gene. 2.

aliàs Adam fuisset mater Euæ, quia de eius costa est illa formata. Hinc alij superaddunt, ꝙ nõ solum cooperata est beatissima virgo spirituissancto ministrando materiam, sed item in vltimæ formæ inductione: qm̃ ultima forma in instanti potest induci à natura,& uirtute creata. Quod stare non ualet, cum rationalis anima à solo sit Deo per creationẽ. Hinc alii mediam uiam tenẽtes, meliùs dicunt, ꝙ sacratissima virgo habuit virtutem sibi diuinitus datam q̃ ministrauit illi conceptui, in qua materia non solum habuit rationem passiuæ potentiæ, sed & sufficientiã, ac uirtutem ad prolis cooperatiuam productionem. Veruntamen uirtus illa prodire non potuit ad actum perfectum, nisi successiuè. Cumq; indecens fuerit carnem Christi successiue formari spiritussanctus sua virtute infinita perduxit materiam illa ad actum completum. Nec per hoc in aliquo uirgini derogatur, quia ob hoc non fuit potentia minor in uirgine, quàm in alia muliere: Imò multo maior, quia potentiam naturalem, ac supernaturalem habuit, per quàm sola ipsa subministrare materiam poterat, sicut mulier uiro mixta. Vnde tota substantia corporis Christi fuit de sua matre.

Virgo Maria verius q̃ aliæ mulieres est mater suę ꝓlis.

Ideo si rectè volumus sentire,& loqui dicemus, ꝙ uirgo hæc uerius extitit mr̃ Christi, q̃ aliqua alia mr̃ suæ ꝓlis. Nã & per illam uirtutem sancta virgo Christũ in vtero suo nouem mensibus fouit. Denique si non præbuisset nisi materiam, nec esset cooperata: ergo sicut nulla est affinitas hoĩs ad limũ, de quo formatus est, sic

Gene. 1.

Mariæ ad Christũ. Rursus: gñare est actus & gñatiuæ potentiæ actio: sed virgo sanctissima Christũ ueraciter generauit, ergo in hoc habuit se actiuè Hæc Bonauentura.

Alexander Scotus in 3. dist. 4. quæst. 1.

¶ Consonat Alexander, Scotus quoq; diuertit ad ꝯclusionẽ eãdẽ,& addit, ꝙ ẽt in instantanea operatione potuit virgo sacra cooperari spiritussancto.

## QVAESTIO III.

In 3 dist. 3 qst. 2. ar. 2.

QVæritur quoq;, *An Christi generatio ex virgine extitit naturalis, an potius miraculosa.* ¶ Ad quod Thomas respondet. Præter unionem duarum naturarum in unam hypostasim in Christi cõceptione cõpletã, quæ unio est omnium miraculorum miraculũ, fuit aliud miraculũ, quod virgo cõcepit hominem permanẽs virgo: nec solũ hoiem sed hominẽ Deũ. Nempe ad hoc, quòd generatio aliqua naturali dicatur, oportet ut fiat a naturali agente,& ex materia ad hoc naturaliter proportionata: & quodcunque horum defuerit, non potest generatio dici naturalis, sit miraculosa. Agens autem naturale, cũ sit finitæ virtutis, nequit ex materia non naturaliter

Miraculũ duob. modis contingit. Gene. 1.

disposita effectum producere. Agens uerò supernaturale, cum sit finitę, virtutis operari potest ex utranque materia, utpotè naturali. Hinc duobus modis contingit miraculum. Primò, dum nec agens, est naturalem, neque materia naturaliter proportionata ad talem formam, ut in formatione hominis de limo terræ. Secundò: quoniam materia est naturalis sed agens supernaturalẽ: dum quis repente curatus à febribus. Sicque fuit in Christi conceptione, in qua virgo materiam præbuit naturalem sed uirtus formans fuit diuina, ideo conceptio illa fuit simpliciter loquendo miraculosa,& secundum quid naturalis. Propter quod Christus vocatur naturalis filius virginis: qm̃ virgo naturalem materiam ad illius cõceptionem exhibuit. Hæc Thomas in Scripto. in 3. quoq; parte quæstione. 33 Quemadmodum, inquit Ambrosius scribit in libro de incarnatione, multa in hoc mysterio secundum naturam inueniuntur,& multa vltra seu super naturam.

Arti. 4. Ambrosi.

Nã quantum ad conceptus materiam, totum est naturale: sed ad uirtutem actiuam diuinã, totum est supernaturale. Cũque unumquodq; plus iudicetur secundũ forma, quàm secundum materiam,& secundum agens quàm secundum patiens, conceptio Christi est absolutè miraculosa dicenda,& naturalis secundum quid Hæc idẽ ibidem. In his continentur responsiones alberti Vdalri.& Richardi de quæstione hac ipsa.

Albertus Vdalricus

¶ Porrò Bonauentura dicit gloriosam uirginem actiuè cooperatam ad Christi conceptionẽ: & quo ad hoc, ei collatam supernaturalem potentiam: sicque conceptionem illam etiam ex parte mr̃is fuisse supernaturalem,& cooperationem illam supernaturalẽ fuisse. Quòd. n materiam præbuit, fuit naturale le: ꝙ autem materiam præbuit ad tam nobilem, ac diuinã conceptionem, fuit ex eleuatione eius super naturam. Hæc Bonauentura.

## QVAESTIO IIII.

INsuper queritur, *An Christi fuit decimatus in Abraam.* ¶ Ad cuius q̃stionis utranque partem argui posset, sed potius confert in primis exponi q̃d sit decimari,& cur Christus dicatur nõ decimatus

Gul. Anti.

in Abraam, ut cæteri posteri Abraæ. ¶ Itaq; de hoc scribit Antisiod. in Summa sua. 3. li. Dicendum est an Christus fuit decimatus in lumbis Abraæ,& an sacerdotium Christi dignus Leuitico sacerdotio quod Apostolus ad Hebræos sic probat:

Hebrę. 7.

Leui decimatus fuit in lumbis Abraæ. Nam sicut omnes peccauerunt in adam, quia fuerunt in lumbis eius quando peccauit: sic Leui decimatus fuit ĩ lumbis Abraæ: quoniam fuit in Abraæ lumbis dum decimatus

Roma. 5. Gene. 12.

est Abraã: hoc est, quãdo ipse Abraã dedit decimas Melchisedec sacerdoti, atque ut ait Apostolus, Dignior est qui accipit decimas, quàm qui dat eas.

Hebræ 7.

Melchisedec: ergo fuit dignior ipso Leui. Præterea, dignior est q benedixit, quàm qui benedicit. Cumque ipse Melchisedec bñdixerit Abraæ, fuit dignior eo: ergo & posteris eius.

Ibidem.

¶ Verum huic argumentationi obijcitur, quia non sequitur. Dominus ipse fuit in lumbis patris sui, dum pater suus soluit decimas

Obiectio.

alicui simplici Sacerdoti, ideo ipse indignior fuit ac inferior huiusmodi Sacerdote. ¶ Rñdemus, q̃d

Dilutio.

probatio Apostoli simpliciter intellecta, non tenet: sed ualet cum cincunstantia ista Abraam dignior, fuit sua posteritate, quod præsupponitur Apostoli & ex hoc syllogizat ex concessis sibi à respondente Communis nanque. apud Iudæos fuit opinio quòd Abraam cũcta sua posteritate esset præstantior. Vnde Iudæi dixerunt ad Christum: Nunquid tu maior

Iohan 8.

es patre nostro Abraam? Dicit quoque Apostolus ꝙ non Christus, sed Leui decimatus fuit in Abraam: q̃a

Hebræ. 7.

ut Augustinus testatur, massa humani generis uulnus habuit, ac medelam: vulnus, quia tota corrupta

Augusti.

extitit per peccatum primi parentis, medicinam autem habuit carnem Christi, quæ materialiter fuit in Adam. Dicit: ergo Apostolus quòd illud decimabatur, quòd curabatur, non id à quo curabatur:

Ibidem.

quoniam caro Christi est medicina qua curabatur non, quæ curabatur. De his plura scibit hic doctor, quæ infra ponentur.

Albertus Magnus.

¶ Albertus quoque hic loquit̃: Decimari aliud est quàm decimare. Quoniã decimare est decimas dare, q̃d sit duab. causis: Vna extat mortalis: & quo

ad

ad hanc, manserunt decimæ in noua lege, ut scilicet ministri ecclesiæ habeant sustentaculũ uitæ, vt dicit Malachias. Alia causa est, vt ostẽdatur oblatio perfectionis esse pro se facta apud Deum. Qui enim decimas dat, decimum, quod occurrit ad numerũ porrigit superiori, & retinet nouem vbi Denarius quippe, primus est limes numerorum, & perfectionem significat, sicque precium significat nostræ redemptionis, quod à nobis remouetur, ut precium à redemptis: quia ex parte nostra nequiuimus precium hoc habere Retentio uerò nouem, qui numerus imperfectionem designat, per hoc quod à denario cadit, ac deficit, & nostram designat imperfectionem. Sic ergo oblatio decimę, est significare im perfectũ se esse, redemptioneq; indigere, Decimũ verò quod porrigit, perfectionis est signum, & ita exponit Hugo de Sancto Victore. Decima autem est, significare liberatione se taliter indigere: ideo Christus decimans non est, quia liberatione non eguit, imò omnium extitit liberator. Cęteri verò posteri Abraę liberatione egebant, propter quod in ipso decimati fuerunt. Porrò Leuitæ decimas ac ceperunt, vt erant stipendium uitæ ministrorum templi, non prout decimatio indigentiam liberationis designat. Hæc Albertus; qui plura hic sciscitatur, de quibus pertranseundum videtur, cum super secundum inducta sint. His concordat Vdalricus.

*Decimæ cur soluantur in noua lege. Malac. 1.*

*Hugo de S. Victo.*

¶ At verò Thomas hæc pleniùs exprimẽs: Hic, ait, qui ex Abraã per concubitum descenderunt, decimatis sunt, Christus uerò in eo decimatus non est. Decimatio namque non solum erat actus moralis, sed ẽt figuralis, ut supra in Alber. Hinc quoq; decimatio fuit quodammodo actus sacramentalis, put confessio, qua decimas dans, fatebatur se imperfectum, processit ex fide mediatoris, per cuius perfectionem curata est imperfectio cęterorum.

*Vdalricus. In 3. dist. 3. q. 4. ar. 3.*

¶ Deniq; Bonauẽtura. Decimatio, inquit, præfigurauit curationem futuram. Cumq; Christus in lũbis Abraæ non fuerit vt curandus, curationeve indigens, sed potius, ut mediator, hinc decimatio non pertinebat ad ipsum &c. ut supra.

*parte 2 huius dist. q. 2*

¶ Idem Alexander, & addit: Secundum opinionem quorundam, quam ponit Hugo in libro de Sacramentis, quidam putant carnem à uerbo assumptam, in primò parente à contagione corruptionis peccati immunem custoditam fuisse, dicentes, ꝙ illa pars materię, seu naturę sub peccato esse non debuit, per quã ipsa natura humana à peccato extitit liberanda. Ad quod probandũ adducunt rationem Apostoli, qui cum euangelicæ legis sacerdotium nec præferendum assereret, ipsum Melchisedec, q typum Christi, ac noui Sacerdotij vicem gerebat, ab Abraam decimas accepisse ostendit. Quomodo autem Leui qui secundum carnem in lumbis patris tunc erat, sit decimatus; & Christus qui secundum carnẽ tunc ibi fuit, non sit decimatus, nullam causam inueniri posse putant, nisi qm̃ caro Leui cum culpa ibi fuit, caroq́ue Christi sine culpa Sic etenim Leui in lumbis Abraę est decimatus, quia naturam, & culpam habuit ibi, & quia naturam, culpam inde fuerat acceptus. Christus uerò ibi decimatus non est, quia naturam inde erat accepturus, non culpam, quam nec habuit ibi. Sed quoniam caro Leui, & caro Christi non fuit in Abraam actu, sed in potentia, non videtur ratio ut caro Christi dicatur à principio custodia à culpa. Hinc dicendum secundum Glossam in epistola ad Hebræos: Duo sunt in carne, videlicet corpulenta substantia, & inuisibilis, seminalisve ratio. Idcirco in lumbis Abraæ extitisse, dupliciter dicitur, puta secundum corpulentam substantiam & seminalem rationem, quæ est ratio propaganti cum libidine. Omnes itaque præter Christum fuerũt in lũbis Abraæ modo utroque. Christus materialiter tãtum, quoniam corpulentam substantiam de carne uirginis sumpsit. Ratio autem cõceptionis non à uirili semine, seu desuper uenit. ideo omnes præter Christum decimati fuerunt, quia fuerunt peccato obligati, imperfecti & redemptione egentes: & nec caro Christi nec aliorum fuit in lumbis Abraæ actu, sed tantũ potentia, diuersimodè tamen. Non caro Christi fuit ibi potentia, qua fieri posset, non qua fieret. Aliorum uerò caro fuit ibi utroque modo, quemadmodum etiam Augustinus fatetur, ꝙ in costa Adæ erat, ut ex ea mulier fieri posset, non ut fieret. Nam, unde fieri posset dicit causam materialem: sed, unde fieret dicit actiuam seminalem. Sicque aliorum posterorum Abraæ caro fuit in Abraæ lumbis secundum potentiam utroque modo, uidelicet secundum corpulentam substantiam, & secundum rationem seminalem. Christi autem caro fuit ibi in potentia solum uno modo, puta secundum corpulentam substantiam. Postremò, ut ait Hugo libro de Sacramentis, in lege naturali primò data sunt sacramenta, utpotè decimationes, sacrificia, oblationes: quamtenus in decimatione significaretur peccatorum remissio, in sacrificijs, uitiorum mortificatio: in oblatione autem, boni operis exhibitio. Sed obscura fuit significatio in sacramẽto decimationis, in qua homo de his, quę possedit, partem obtulit & partem sibi retinuit, offerendo decimam partem, quę designat perfectionem, ad insinuandũ ꝙ Deo attribuit quicqd bonitatis, pfectionisq; fuit: & nouem partes sibi reseruando, ad innuendum, ꝙ imperfectionem (quæ per nouenarium figuratur) sibijpsi asscripsit. Hæc Alex.

*Alexan.*

*Hugo de sacramẽtis*

*Hebr. 7.*

*Hebr. 7.*

*Dupliciter aliquis in lumbis Abraæ fuisse dicitur.*

*August.*

*Hugo.*

## QVAESTIO V.

QVæritur adhuc: *An caro Christi in patribus fuit peccato obnoxia* ¶ Videtur, quòd sic: quia secundum Augustinum tota massa fuit in Adam corrupta & egens curatione, sed caro Christi fuit de humani generis massa: ergo fuit in Adam, ac patribus corrupta & peccato obnoxia. ¶ Secundò, caro suæ matris, de qua sua caro sumpta est, & formata, fuit corrupta in Adam. Idem habetur in litera.

*Obiectio 1. in part. affirmat.*

*2*

¶ In oppositum est, ꝙ hoc ipsum videtur malè sonare, atque blasphemiam sapere.

*In oppositum.*

¶ Ad hoc (secundum Alexandrum) colligitur responsio ex tribus quæstionibus eius, puta ex ea, qua quærit, an sanctificatio conuenit Christo: & ex præcedenti, qua quæritur, an caro Christi fuit decimata in Abraam: atque ex eo, quo quærit de perfectione dominici corporis. Itaque (secundum Alexandrum) dicendum, quòd caro Christi dicitur sanctificata, prout sanctificari dicitur de non sancto negatiuè accepto fieri sanctum: non de non sancto priuatiuè, prout supra expressum est. Nunquam enim in carne, quam Christus assumpsit, secundum quod caro ipsius fuit, aut ab exordio, quo eam assumpsit, extitit culpa. Siquidem in uirgine fuit sanctificata antequam eam assumpsit. Porrò de perfectione dominici corporis introducit Alexander id Augustini super illud Iohannis. Soluit templum hoc, & post pauca. Quadraginta, & sex annis ædificatum est templum hoc. Hic, inquit, numerus dierũ perfectioni dominici coporis congruebat. Tot namq; diebus formatio corporis humani perficitur. Quod non est intelligendum quasi corpus Christi non sit in utero uirginis in instanti formatum, sed quia membrorum distinctio in ipso conceptionis momento fuit tam parua, ut humano uisu vix percipi posset, sed infra memoratam numerum dierum notabilis redditur. Hæc Alexander, quæ ex subsequentibus clariùs elucescent.

*Alexander de hales. 3. parte.*

*Supra eadẽ dist. q. 1.*

*Augu. Iohan.*

¶ Bonauentura; ergo circa textus expositionem super hoc breuiter scribit. Cum peccatum nõ sit nisi in anima siue intellectuali creatura, & caro Christi non fuit priùs concepta, q̃ verbo unita, non videtur vnquam fuisse peccato obnoxia. Rursus, gloriosissima uirgo ante conceptionem filij Dei fuit Sanctificata: ergo eius caro non fuit obnoxia culpæ. Dicendum, ꝙ peccatum uocatur aliqñ ipsa pœna, aut sequela seu causa peccati. Itaq; caro Christi nõ fuit peccato obnoxia ratione culpæ, sed ratione fœditatis, quæ est culpę causa; & ratione passibilitatis, quæ est pœna & effectus, sequelaq; culpæ. Atq; utroque modo fuit peccato obnoxia in Maria ante eius sanctificationem, & vltimo modo, videlicet quo ad passibilitatem & pœnas, post sanctificationem. Sic quoque sicut in matre, ita in patribus fuit obnoxia culpæ. Hæc Bonauentura. Hæc autem & consimilia dicuntur secundum positionem dicentium beatissimam uirginem in originali conceptam, cuius contrarium si dicatur, constat ꝙ caro Christi in uirgine matre non fuit peccato obnoxia modo præfato, tamen in patribus sic fuit obnoxia:

*In pśenti distinct.*

¶ Deniq; Thomas. Circa hoc, asserit, duplex extitit error & hæresis. Vnus, ꝙ Christus cęleste corpus detulit secum, & non ex virgine corpus assumpsit humanum, quod supra est reprobatum. Alius, ꝙ caro Christi secundum quod in patribus erat, infecta non fuit, ita quòd Adam peccante, Deus conseruauit in ipso aliquid materiæ incorruptum, per quod ex humana incarnari posset natura, atque ꝙ illud transfusum sit sine peccato usque ad uirginem sanctam, & ex eo corpus Christi formatum sit. Quod reputatur erroneum propter duo: Primò, nam sequeretur, ꝙ Christus non esset uerè filius virginis, neque ex aliquo patrũ primogenitus, nisi solum ex Adam. Illa etenim pars q̃ incorrupta mansit in natura humana in omnibus alijs ab Adam fuisset quasi extraneũ quid ab eis, soliq; Adæ connaturale, quantũ ad innocentiæ statum. Secundò, quia per hoc tollitur satisfactionis congruus ordo. Quemadmodum enim non decuit ut pro Adam & eius successione corrupta satisfaceret aliquis, qui ex genere illo nõ esset: ita nec congruebat vt naturã infectam satisfaciendo saluaret filius Dei, nisi hoc ipsum, qđ priùs infectum fuerat assumpsisset. Hinc dicendum ꝙ caro Christi, secundum quod fuit in patribus, & in uirgine gratiosa, erat ante assumptionẽ infecta. In ipsa uerò assumptione, ab omni infectione peccati purgata, vt secundum quod actu est caro Christi, nihil in ea maculæ inueniatur. Hæc Thomas in Scripto. Veruntamen ad minus fateri oportet, quòd caro Christi in uirgine post ipsius sacratissimæ virginis sanctificationem etiam primam, omni caruit fœditate, & macula, quod fuit ante assumptionem carnis à uerbo per aliquot annos.

*In pśti dist qst 4 arti. 1.*

¶ Deniq; in tertia parte, quæstione tricesimaprima. Cum dicimus, inquit. Christũ aut carnẽ eius fuisse in Adam & patribus, comparamus Christũ, & carnem ipsius ad Adam ac cæteros patres. Alia aũt fuit conditio patrum, alia Christi: quoniam patres fuerunt peccato subiecti, non Christus. Hinc in comparatione hac dupliciter contingit errare. Primò, atribuendo Christo, seu carni eius conditionem, quæ fuit ĩ patribus: vt si dicamus Christũ in Adã peccasse: qm̃ aliquo modo fuit in eo, quia in Adã ita non fuit vt cæteri. Non enim descendit ab Adam secundũ legem communẽ seminalemve rationem. Secundò erratur, si Christo attribuatur, quod actu fuit in patribus, ut quia caro Christi secũdũ quod actu fuit in ipso, non erat peccato obnoxia, seu infecta, ita in Adã, & patribus, fuerit aliqua pars corporis eius, q̃ peccato non fuit obnoxia, ex qua corpus Christi postea sit formatũ, ut aliqui posuerunt: quod stare non ualet: primò, quod iam caro Christi non fuit in Adã & patribus secũdum aliquod signatum, quo posset distingui à reliqua eius carne, sicut purum ab impuro. Secundò, quia cũ caro humana inficiatur ex hoc, quòd per concupiscentiam est concepta, prout tota caro alicuius hominis per cõcupiscentiam concipitur, sic tota peccato inquinatur, sicq; tota patrum caro fuit peccato infecta, nec fuit in eis aliquid à peccato immune, de quo corpus Christi post modum formaretur. Hæc idem in Summa.

*Tho. in 3. parte. q. 31. arti. 7.*

¶ Concordant Petrus & Richardus per omnia.

¶ Scotus quoq;: Aliqua, inquit, portio secundum Magistrũ fuit in Adam, de qua omnes filij eius sunt propagati: & aliqui ponunt aliquid illius non fuisse infectum, sed mundum fuisse seruatum usque ad Christi generationem: Sed cum quãtũ per quanti ablationem aliquoties factam possit consumi, præsertim tam modicum sicut fuit in Adam, & ab eo decisum est in procreatione filiorum, iam uideretur illud esse consumptum: & si dicatur in seipso multiplicatum: obijcitur, quod hoc non fieret sine miraculo. Itaque qui in isto non tenent Magistrum diuersimodè respondent, secundum diuersum modum loquendi de peccato originali. Nam aliqui dicunt illud contrahi propter carnem infectam cõcupiscibiliter seminatã. Carnem quoque gloriosæ uirginis totam esse sanctificatam, sicque id, quod assumebatur ex ea, fuisse sanctificatum, ut non esset infectio aliqua in primo instanti infusionis animæ Quibus obijcitur quòd sanguines Mariæ, de quibus (secundum Damascenum) formabatur corpus Christi, nunquam fuerunt animati anima hominis alicuius, & per consequens nec ab anima peccatrice maculati: nec ex parte ipsorum potest rõ assignari maculæ copis geniti ex eis. Quod si dicas. Virtus formans corpus Christi, fuit infecta, idcirco & corpus, hoc non videtur: quoniam spiritussanctus immediatè formauit corpus hoc de sanguinibns illis. Vnde secundum uiam Anselmi, qui ostendit peccatum originale esse carentiam iustitiæ originalis debitæ inesse, diceretur ꝙ Christus non contraxit originale, quia non fuit filius naturalis Adæ, idcirco nec debitor iustitiæ. Acceperunt enim illi soli in Adam iustitiam, qui erãt descensuri ab eo secundum rationem seminalem, hoc est, respectu quorum Adam habuit rationem patris naturalis secundum propagationem communem. Vnde sicut illis tantum potuit seruare iustitiam, ita illis solis potuit perdere eam. Hinc si Christus fuisset purus homo & non Deus, tamen miraculosè de uirgine natus, non contraxisset (secundum eum) originale, ut patet in libro eius de virginali conceptu, quo vult, ꝙ innocentiæ Christi posset poni ratio duplex, videlicet sanctificatio virginis matris, & miraculosa formatio, non secundum propagationem communem. Vtraque per se sufficeret, vt Christus innocens nasceretur. Hæc Scotus.

*Petrus de Tharant. Richardus*

*Ioh. Dam.*

*Anselmus*

¶ Circa

¶ Circa hæc q̄ri posset, An caro Chr̄i fuit in Adā & patribus secundum aliquid signatum, seu secundū aliqd demonstrabile determinatū. Quæ q̄stio p̄habitis ɔdependet q̄a si tota substantia corpulenta posterorū, hoc est, q̄cquid ad ueritatē ptinet naturæ corporalis oīum hoīm, fuit in Adā, vel si aliqd determinatū materiæ, aut seminis fuit in Adā & patrib. ab infectione p̄seruatū, de qua corpus Chr̄i formatū est ɔn̄r esset dicēdū ꝙ caro Christi fuit in Adā & patribus secundum aliquod demonstrabile determinatū. Hæc aūt materiam super secundū est discussa, ubi ostensū est, ꝙ doctores cōiter in hac parte recedunt opinione Magistri. Nūc quoq; probatū est, ꝙ non fuit aliquid tale in Adā & patrib. præseruatū ab infectione, ex q̄b. ɔcludit, ꝙ caro Christi nō fuit in Adā ac patrib⁹ secundū aliquid signatum, & hoc Albertus, Thomas, Vdalricus, & Alij q̄dam hic ꝓsequuntur, de quibus pertranseo: q̄m supra secūdū distinctione 3. hinc diffusè tractatū est.

Albertus. Thomas. Vdalricus.

¶ Postremò hic quæritur de incarnatione dn̄ica & salutatione angelica, an decuit uerbi incarnationem ex uirgine. eidem uirgini nunciari, & de quo choro fuit angelus ille: de quibus, quia cōia sunt & super secundum prętacta, transilio.

## *Quare in scriptura sæpius tribuatur incarnatio, quæ est opus trinitatis, spirituisancto, & in ipso etiam conceptus & natus dicatur Christus. Dist. IIII.*

CVm verò incarnatio verbi, sicut in superioribus tractatū est operatio verè sit patris, & filij, & spiritussancti, inuestigatione dignum nobis vr̄, quare in scriptura spiritui sancto hoc opus sæpius tribuatur, & de ipso Christus conceptus, & natus memoret̄. Non. n. ideo operatio incarnationis spirituisancto sæpius tribuitur, ꝙ eā ipse solus sine patre, ac filio fecerit, sed q̄a spūssanctus est charitas & donum patris & filii, & ineffabili charitate uerbum caro factum est, & ineffabili Dei dono filius Dei sibi uniuit formā serui. Nō ergo frequens dominatio spiritussancti, ab illo opere patrē, vel filiū secludit, sed potius vno nominato, tres intelligun tur, sicut fit sæpe in aliis operibus. Vn̄ Augustinus super hoc mouens quęstionē, in hunc modum eandem determinat, in Enchiridio ita inquiens: Cum illā creaturā, quam virgo concepit, & peperit quāuis ad solā personam filij pertinentem, tota Trinitas fecerit neq; .n. separabilia sunt opera Trinitatis, cur ea faciēda spiritussanctus solus nominatus est? An etiam: qn̄ vnus trium in aliquo opere nominatur, vniuersa operari trinitas intelligitur? Ita uerè est, & exemplis doceri potest. Audistis propositam quæstionem, eiusdemque solutionem, vel expositionem.

Iohan. 1. Philip. 2.
In Ench. cap. 38.

## *Quo sensu dicatur Christus conceptus, & natus de spiritu sancto.*

Sed non est in hoc diutiùs immorandum. Illud. n. mouet, quomodo dictus est CHRISTVS natus de spiritusc̄tō, cum filius nullo modo sit spiritusancti. Nunquid dicturi sumùs patrem hominis CRHISTI esse spiritum sanctum, ut Deus pater verbum genuerit, spiritussanctus hoīem, ex qua utraq; substantia Christus unus esset, & Dei patris filius secundum uerbum, & spiritussancti filius secundum hominē, ꝙ cū spiritussanctus tanquā pr̄ eius de matre virgine genuisset? Quis hoc dicere audebit, cū hoc ita sit absurdum, ut nullæ fidelium aures id ualeant sustinere? Proinde cum fatemur Christū natū de spiritusancto ex Maria uirgine, quomodo nō sit filius spū sancti, & sit filius uirginis, cum, & de illo & de illa si natus, explicare difficile est Proculdubio non sic de illo vt de patre, sic autē de illa, ut de matre natus est. Non est autē ɔcedendū, quicquid de aliqua re nascitur, continuò eiusdem rei filium nuncupandū. Vt enim omittā aliter de homine nasci filiū, aliter capitulum, aliter pediculū & lumbricum, quorū nihil est filius: vt ergo hæc omittā: q̄m tantæ rei deformiter comparantur, certè qui nascūtur ex aqua, & spiritusancto, non aquæ filios eos rectè quispiam dixerit, sed dicuntur filij Dei p̄ris, & matris ecclesiæ. Sic ergo de spiritusancto natus est Christus, nec t̄n filius est spiritusancti: sicut econuerso non oēs qui dicunt̄ alicuius filij, ɔn̄s est ut de illo etiam nati esse dicantur, ut illi, qui adoptantur. Dicuntur etiam filii gehennę, nō ex illa nati, sed in illā præparati. Cū itaque de aliquo nascat̄ aliquid, & nō ita ut sit filius, nec rursus omnis, q dr̄ filius de illo sit natus, cuius dr̄ filius, ꝑfecto modus iste, quo natus est Christus de Maria sicut filius, & de spiritusancto non sicut filius, insinuat nobis gr̄am Dei, quæ homo nullis meritis pręcedentibus in ipso exordio naturę suę, quo esse cœpit, uerbo Dei copularetur in tantam personę unitatē, ut idē esset filius Dei, qui filius hominis, & filius hoīs qui filius Dei: & sic in naturæ humanę susceptione fieret quodammodo ipsa gratia illi homini naturalis, qua nullum posset admittere peccatum. Quę gratia ideo per spiritumsanctum est significata, quia ipse propriè sic est Deus, ut sit etiam Dei donum. Per hoc: ergo quòd de Spiritusancto esse natiuitas CHRISTI dicitur, quid aliud, quàm ipsa

Non oēe natum de aliq, est filius eius. Augu. vbi sup. ca. 39. Iohan. 3. Non omne filij, nati dicuntur.



ipsa gratia Dei demonstratur, qua homo mirabili & ineffabili modo verbo Dei est adiunctus, atque connexus, & diuina gratia corporaliter repletus?

## *Alia ratio quare dicatur natus de Spiritu sancto.*

Potest etiam dici Christus secundum hoīem ideo natus de spūsancto, q̄a eum fecit. Inquantū enim homo est, & ipse factus est, vt ait Apostolus. Cōceptus, ergo & natus de Spiritusancto esse dr̄, non ꝙ Spiritussanctus fuerit virgini pro semine: non enim de substātia Spiritussancti semen partus accepit, sed quia per gratiam Dei & operationē spiritussancti, de carne uirginis est a ssumptū, qđ verbo est unitum. Et in euangelio secundū hanc intelligentiā legitur de Maria, ꝙ inuenta est in utero habens de Spūsancto. Cuius dicti rationem Ambrosius insinuans in tertio libro de Spūsancto, ait: Quod ex aliquo est aūt ex substantia, aut ex potestate eius est. Ex substantia, sicut filius q à patre uel ex patre: & Spiritusanctus, q à patre, & filio procedit: Ex potestate autē, sicut ex Deo omnia. Quomodo ergo in utero habuit Maria ex Spūsancto? Si quasi ex substātia: ergo spiritus in carnem, & ossa conuersus est. Non utiq;. Si verò quasi est operatione, & potestate eius uirgo concepit, quis neget Spiritum sanctum dominicę incarnationis auctorem?

Galat. 2.
Matt. 1.
Ca. 5. in fine.

## *Quare Apostolus dicat Christum factum, cum nos eam esse fateamur natum.*

Sed quæri potest, cum nos saluatorem natum profiteamur, cur Apostolus eū factum dicat ex semine Dauid, & alio loco, factum ex muliere: cū aliud sit fieri, aliud nasci. Aliquid: ergo significauit hoc dicto. Quia enim nō ab humano semine ɔgregata est caro domini utero uirginis, & corpus effecta, sed effectu, & uirtute Spūssancti, ideo Apostolus dicit factum, non natū. Aliud est eīn, semine admixto & sanguinis coagulo gn̄are: aliud est, non permixtione, sed uirtute procreare. Possunt eīn hoīes gn̄are filios homines, sed non facere. Ecce quare dicit Apostolus factum, & non natū, ne eius scilicet natiuitas, q̄ fuit sine uirili semine, nostræ similis putaretur, q̄ conficitur seminū cōmixtione. Ideo autem, cum factum diceret Apostolus, addidit, ex semine Dauid: quia & si non intercessit semen hoīs in conceptione uirginis: tamen quia ex ea carne CHRISTVS formatus est, quæ constat ex semine, rectè dicitur, quia factus est.

Roma. 1. Galat. 4.
Roma 5.

SVMMA DISTINCTIONIS IIII.

DIstinctione præhabita tractatum est de incarnatione ex parte assumpti, hic agitur de eadem ex parte efficientis principij. Et primo inquiritur, cur actiua incarnatio, & unitio, quæ est opus totius superdignissimæ trinitatis, cuius opera ad extra sunt indiuisa, approprietur & specialiter asscribatur spirituisancto. Hāc quæstionem Magister primo soluit, & ex verbis Augustini solutionem confirmat. Secundò sciscitatur, qualiter, & quo sensu filius Dei secundum naturam humanam dicatur spirituisancto conceptus, & natus, præsertim cum non sit nec dici valeat filius spiritussancti. Deinde ponit ad hoc duplicem rationē, vltimò inuestigat cur Apostolus dicat Christum factum ex muliere, quem tamen ex uirgine natum fatetur.

August.
Galat. 4.

### QVAESTIO I.

HIc quæritur primò: *Vtrum Christus conuenienter dicatur de spiritusancto conceptus, & natus, nec tamen vere valeat dici, quòd sit filius spiritusancti.* ¶ In qua quæstione duo tanguntur. Primum, Christus conuenienter feratur conceptus, & natus de spiritusancto. Secundum, an queat uocari filius spiritusancti. ¶ Circa primum arguitur, quòd actiua incarnatio, seu eius efficientientia non propriè asscribatur spirituisancto. ¶ Primò, quia incarnatio illa est summum, & admirabilium opus Dei ergo potissmè spectat ad potestatem, quæ patri appropriatur. Secundò: quoniam pater misit filium suum in mundum per incarnationis mysterium, ergo incarnatio efficienter approprianda est patri, tanquam mittenti, atque formalem auctoritatē habenti. ¶ Tertiò, quia Magister dicit in textu, ꝙ appropriatur spirituisancto, quia est opus eximiæ charitatis, quę appropriatur spirituisancto: sed Apostolus & euangelista ex hac rōne asscribunt eādem patri, iuxta illud Iohannis: Sic Deus dilexit mūdum, ut vnigenitum suum daret. Apostolus quoq;. Propter nimiam charitatem suam, ait, qua dilexit nos pater, filium suum misit.

Obiectiones aduersus ueritatem. 1 2 3
Ioan. 3. Ephe. 2.

¶ In oppositum est illud in symbolo fidei: Qui conceptus est de spiritusancto. Et quod Matthæus habet: Quod in ea natum est, de spiritusancto est. Et Lucas: Spiritussanctus superueniet in te.

In oppositum. Matt. 1. Lucæ. 1.

¶ Ad hoc respondet Albertus: Quantum ad aliquid, & secundum aliquid attributa singularum diuinarum personalium in incarnatione relucent. Nēpè in immediata & proxima coniunctione tam distantium naturarum, diuinę uidelicet, & humanæ, respondet potentia, quæ patri appropriatur. Verum quo ad mouens ad assumptionem carnis, seu humanitatis, apparuit bonitas & charitas Dei, quæ approprianţur spirituisancto. Sed quo ad modum indissolubilis vnionis, claruit sapientia, quæ appropriata est filio. Conformiter in consequentibus incarnationem ex parte finis, qui est redemptio generis humani, apparuit bonitas. In solutione demū debiti precij per modum potētis soluere ac saluare, patuit sapientia: quæ ea coniunxit in precio, quibus ipsum refutari non poterat, quatenus (iuxta Augustinū (saluator haberet in se unde deberet, id est vn̄ posset ipsum precium exhibere, videlicet ex huma-

Albertus in hac dis. articu. 1.
Tit. 3.
Augusti.

humanitate: & per deitatem, ipsum oblatum esset vnum cum eo cui offerebatur. Nam Christus, ut homo, se obtulit sibijpsi ut uero Deo: ut cum sacerdote offerente ipsum, hostia esset unum. Christus nanque sacerdos seipsum obtulit hostiam patri, imò toti Trinitati. Fuit quoque unum per humanitatem cũ his, pro quibus se offerebat. Potentia quoque apparuit in fine incarnationis, scilicet in victoria mortis, & diaboli, seu inferni. Veruntamen: quoniam finis intentus est bonitas, & primum mouens est bonitas, ideo totum attribuitur Spiritui sancto. Hæc Albertus, & de isto superiùs circa principium dictum est pleniùs.

Altera ps q̃stionis. Alber. ubi sup ar 4. Leporinꝰ Hæretic.

¶ Insuper de alia parte quæsiti scribit Albertus: Chrs nullomodo (uidelicet nec gratia nec natura) est filius Trinitatis, imò hæc fuit hæresis cuiusdã monachi noĩe Leporini, qui quaternitatẽ relationũ induxit, ut duos filios diceret Christum. ¶ Nihilominus argui potest ꝙ imò. Quia (ut asserit Augustinus) homo ille nullis præcedentibus meritis, sed sola gratia habuit, ut in unitate personæ filij Dei assumeretur: sed ex hac gratia dr̃ Trinitas pater no-

Obiectiones p illa heresi Leporini.

1 ster cũ oramus, Pater noster qui es in cælis: ergo trinitas pater est hominis Christi. ¶ Secundò, uirtus

Augustin. Matt. 6.

2 actiua conceptus, est ex patre; uirtus autem actiua conceptionis Christi ex uirgine, fuit ex tota Trinitate, vt* patuit: ergo tota trinitas pater Christi consistit. ¶ Tertiò, ratione creationis Deus est omnium

Sup.* di- 3. q̃st. 2.

3 pater: ergo multo plùs formatione corporis Christi creationeq; animæ eius, pater est Christi. ¶ Quar-

4 to, videmus in naturalibus, quòd operatio patris, est decisiua materiæ, & conuersiua eius ad corpus nati, formatiua quoq; eius in figuram membrorũ, ac distinctiua dispositiuaq; organorum. omnia autem hæc fecit supergloriosissima trinitas circa corpus Christi separando purissimos sanguines mundissimæ uirginis, formando speciẽ corporis distinguendo, organizandoq; membra: ergo Trinitas uerus pater est Christi, quæ fecit hæc oĩa in momẽto.

In opposi tum.

¶ Verum his rursus objicitur: Non. n. põt quis dici filius Trinitatis, nisi ratione personarũ, quarũ

1 una est ipsemet filius, sicq; esset filius suijpsius. Etsi dicatur hoc non sequi, aut inconueniens non esse: quoniam Christus secundum naturam suam humanam, est filius suus secundum naturam diuinam. ¶ Contra. Nulla res est filius alterius gratia

2 naturæ, qua natura non est filius alicuius, sed persona: Non enim dicimus ꝙ anima & corpus Socratis, filius sit Platonis, sed per personaliter ipse Socrates: ergo Christus in persona est filius suus. sicq; res aliqua eodem modo, quo generat, gignit seipsam. ¶ Præterea, detur quòd Christus sit filius suus & iterum uerũ est, ꝙ Christus non est filius suus: ergo Christus est duo filij, utpotè filius patris, & filius suus cum alij. Insuper Cassianus quinto libro de incarnatione contra Nestorium, tractans illud Iohannis, Omnis qui soluit Iesum Christum, ex Deo non est, dicit; Soluere hoc est, quod unitum est uelle rumpere, & quod indiuiduum separare. Quid autem in Iesu est, & unitum ac indiuiduum? Vtique Deus, & homo Iesum ergo soluit, qui hoc separat, ac disrumpit: ergo quicunq; aliud dicit conuenire Christo homini inquantum est persona, & aliud filio Dei inquantum est persona, soluit Iesum: sed filiatio conuenit ei inquantum est persona: ergo qui aliam filiationem asscribit inquantum est homo, & aliam, ut est Deus, soluit Iesum. Hoc igitur dicere, non solũ inconueniens est, sed itẽ hæreticum. Porrò si dicas filiationem ei competere non inquantum hypostasis, sed gratia, seu ratione naturæ, hoc est ridiculum qm̃ nulli nec Deo, nec homini cõuenit paternitas, filiatio, nisi ratione hypostasis, non naturæ. Adhuc autem unio in Christo est ratione hypostasis, non naturæ. Naturæ enim manent distinctæ, unio uerò est ad esse personale, non tantum ad uoluntatis cõsensum: ergo hypostasis ista est illa: & quicquid dicitur de illa inquantum est hypostasis, dicetur de alia: sed hypostasis æterna non est filius nisi patris. Prima propositionũ istarum est Augustini, dicentis quod tanta fuit unio illa in Christo, ꝙ hominem fecit Deum, & Deum hominem. Secunda est Cassiani septimo de incarnatione, & per Leonem Papam approbata, qui dicunt: Tanta est Dei & hoĩs unitas, ut homo Deo semper coęternus antea, & Deus homini compassus postea uideatur. Ista inducta sunt propter quorundam solutionem, dicẽtium, ꝙ Christus posset dici filius trinitatis, nisi inueniretur confusio relationum: tamen non distingueretur an esset filius secundum naturam diuinam, uel humanã.

Cassianus 1. Ioann. 4. — Soluere Iesum q̃d sit. — Augustin. — Cassianus — Leo papa — Soluũtur obiectiones pro hæresi Leporini.

Ad 1.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ falsum sit, ꝙ ex tali gratia Trinitas dicatur pater noster, imò illa est gratia acceptationis, quæ facit uoluntatis consensum, nec unit nos Deo in unitate personæ, sed charitatis. Ad secundum, quòd uis actiua conceptus, quę est in semine intrinseca ei, quod generatum est ex substantia alicuius, facit patrem hominem esse patrem. Vis autem, quæ operatur extrinsecus sup materiam, non ex substantia operantis adductam, sed super alienam, & inde assumptam, facit operantem esse artificem siue opificem, & non patrem: & talis fuit uirtus Trinitatis operãtis in Christi conceptu. Vnde Præpositiuus dicit in quodam sermone, tractans illud euangelij. Nonne hic est filius fabri? Vtiq; filius est fabri cælestis. In incarnatione enim illi magni tres fabri mũdi fabricatores, in fabricam uteri uirginalis descenderunt, & corpus Christo fabricauerunt. Operatio namque fabri est operatio artificis, & non patris. ¶ Ad Tertium ꝙ nos dicimur adoptiui filij Dei, qua adoptione Christus non potest Dei filij dici. Nam gratia filius est uniens ad unum in persona, nostra autem solum ad esse unum in uoluntatis consensu, & hoc infra magis patebit. ¶ Ad quartum, ꝙ decisio seminis, quæ est ex substantia producentis, constituit patrem: & sic non est materia corporis Christi decisa à Deo patre. Sic quoque uirtus trinitatis, quæ est ipsamet trinitas, non formauit corpus Christi sicut uis seminalis, quæ formaliter, atque intrinsecè extat in semine. Hęc Albertus. Verum quod ex sermone Præpositiui allegat non est proipriè dictum. Tres supergloriosę personæ non sunt propriè tres mundi fabricatores, sicut nec tres mundi creatores, ut patuit super secundum. ¶ Denique ad id, An Christus posit dici filius spiritusancti, saltem cum ista additione, secundum gratiam: Respondet, ꝙ nullo modo dicendum sit hoc. Et ad obiecta, quæ contra hoc fiunt, respondet ꝙ Christus non est conceptus nec natus de spiritusancto, sicut ex patre: quia nec de substantia spiritusancti, sed de potestate spiritusancti formatum est filij corpus, nec secundum assumptam humanitatem est eiusdem cum spiritusancto substantiæ. Veruntamen uirtus spiritussancti, quæ operabatur in uirgine, uocatur à Damasceno diuinum semen secundum metaphoram: qm̃ operebatur in uirgine, qđ in alijs agit semẽ p̃rnum, ui existẽte in ipso. Neq; dicendũ est, ꝙ Christus secundũ gratiam, aut per gratiam sit filius sp̃ũsancti: nec uerum

Ad 2. — Præpositiuus. Matth 13 Marci 6. — Ad 3. — Ad 4. — Tertia q̃stionis — Albert hac di arti 4 — Ioh.

rum



rum est, quod quidam dicunt hoc posse dici, nisi accideret confusio in significatione relationum. In re enim ita non est, nostra uerò concessio, seu negatio non facit rem aliter se habere. CHRISTO quippè non competit filium esse nisi secundum hypostasim: quę cum in ipso sit una, non est nisi una filiatione filius. Rursus, sancti affirmant, quòd Christus non est nisi natura filius, nec ita est filius nisi Dei patris. Hæc Albertus. Quibus obijci potest, quòd CHRISTVS est etiam realiter, veraciter, & naturaliter filius uirginis matris, cum quia in natura specifica verè communicat. Sed ad hoc infra clarebit solutio.

Obiectio aduer dicta Alber.

Vdalricus.

¶ Concordat Vdalricus: In incarnatione, dicens. omnium diuinarum, personarum attributa relucent: quoniam opus in quo omnium personarum attributa apparent, illi soli personæ appropriatur, cuius appropriata, seu attributa magis in illo opere ostenduntur: Bonitas autem (quæ est appropriatum spiritussancti) in opere illo clariùs demonstratur, quia in eo est summa communicatio, qua creator est communicabilis creaturæ, & quæ nequaquam creaturæ est debita, sed tota innititur gratiæ & amori, extasim in Deo quodam modo facienti.

¶ Nec ideo CHRISTVS dicendus est filius spiritussancti nec Trinitatis, quamuis nonnulli dicant dici posse, quod CHRISTVS per creationem, & gratiam ualeat dici filius Trinitatis, ac spiritusancti: quod falsum est, quia (ut asserit Damascenus) filiatio est determinatiua hypostasis seu personæ, quæ in CHRISTO est una duntaxat atque æterna, cui conuenit filiatio naturalis, non adoptiua, nec filiatio per creationem, aut gratiam. Veruntamen pro opinione illorum est euangelium Nazarenorum, quo legitur: Factum est cum descendit fons omnis sapientię, spiritus requieuit super eum, & dixit ei: Expectabam te fili in omnibus prophetis, ut uenirẽ & requiescerẽ in te. Tu es enim requies mea, tu es filius primogenitus, quia regnas in sempiternum.

Ioh. Dam. — Euangeliũ Nazarenorum. Isaię 11.

¶ Ad, quod dicimus, quia (ut ait Hieronymus) apochrypha non recipit ecclesia, & hoc precipuè locum hic habet: quia & hoc dictum dissonat à tribus euangelistis, qui concorditer scribunt, tantum patris uocem factam ad filium, atque in ea patrem aparuisse. non in alia specie: ac spiritumsanctum apparuisse in specie corporali, non in uoce. Hęc Vdalricus.

Hierony. Mat. 3.17 Mar. 1.29. Luc. 3.29.

¶ præterea Thomas hęc eadem scribit, & aliqua addit, seu planiùs exprimit: Quemmadmodum, inquiens, sanctus Dionysius protestatur secundo capite de diuinis nominibus, Omne nomen Dei operationem designans in creatura, toti conuenit Trinitati Vnaquæque tamen operatio diuina huic personæ magis, quàm illi est appropriabilis secundum quod in ea magis manifestatur attributum ipsius. Hinc patri appropriantur opera, in quibus potentia præcipuè declaratur, vt opus creationis, in quo potentia attenditur operantis. Cunque ordinare, opus sit sapientis, operationes illę filio appropriantur, quæ ad ordinationem pertinent Dei, ut gubernare, disponere. Porrò in naturali hominis conceptione semen sortitur rationem etiam termini, inquantum uirtus, quę est in semine, sibi attrahit alimentum, & in perfectam proficit quantitatem. Et quantum ad primum, operatio seminis appropriatur spirituisancto: sed quantum ad secundum, appropriata est filio, quia conceptio illa ad hypostasim filij terminatur. Hoc quoque pensandum, quod in incarnatione sunt duo, puta persona assumens, & natura assumpta Missio autem nominat, incarnationẽ ex parte assumentis personę. Cumque ad personam filij solus pater habeat auctoritatem, hinc missio actiua attribuitur patri. Conceptio autem, seu natiuitas temporalis, nominat incarnationem ex parte naturę assumpte, cui gratuite datum est, vt in unitatem personę uerbi assumeretur: Hinc efficientia incarnationis, non patri, sed spirituisancto appropriatur: propter quod aptè asserirur CHRISTVS conceptus de spiritusancto, siue hæc præpositio, de, dicat habitudinem causæ effectiuæ, siue rationẽ faciendi. Ratio namque faciendi incarnationem, est bonitas spirituisancto appropriata. postremò, quamuis spiritusanctus sit donum, & charitas, attamen nomine doni, & charitatis non significatur ut subsistens persona, cuius est agere: idico non potest CHRISTVS dici de charitate, aut dono conceptus, quamuis hoc forsan posset concedi, prout ipsum, de, rationem significat faciendi. Hæc Thomas in Scripto.

In 3. dis. 4. q. 1. arti 2. Dionysius. — Christꝰ nõ est de charitate aut dono conceptus.

¶ Ad verò de hoc, an CHRISTVS homo possit dici filius Trinitatis, aut spiritussancti, scribit eadem, quę Albertus, & Vdalricus: CHRISTVS, dicens, non est filius Spiritussancti, aut Trinitatis, secundum Augustinum in litera; sed hoc à diuersis diuersa ratione negatur.

Thomas vbi supra. — Aug. in Enchir. c. 38. 39 & 49.

¶ Nam quidam hoc negant non tanquam simpliciter falsum, sed quasi inconuenienter dictum, utpotè errandi occasionem præstans. tã circa æternam filij generaionem, in qua sequeretur quædam confusio relationum, si filius diceretur filius suijpsius ac spiritussancti, quàm circa generationem eius temporalem, ne uideatur spiritussanctus de sua substantia filium genuisse. Et sicut non potest dici filius trinitatis simpliciter, ita nec per creationem ut uitetur Arrij error, CHRISTVM esse puram creaturam dicentis: neque per gratiam, ut uitetur error Nestorij. qui dixit duas esse personas in CHRITTO. deitatisque unionem cum homine CHRISTO esse tantum per gratiam, non in persona. Veruntamen quidam concedunt posse dici, si iste homo est filius Trinitatis per creationem, si iste homo, dicat suppositum, seu indiuiduum hominis, non personam filij Dei. Nullatenus tñ filius Dei põt dici filius Trinitatis, ꝑpter repugnantiã relationũ. Concedunt quoque, quòd quantum ad gratiam habitualem per quam tota Trinitas habitat in anima CHRISTI, posset dici, Iste homo est filius Dei, etiam secundum quod homo, non tamen Trinitatis: quia secundum hoc non habet comparationem ad relationes, quibus distinguitur Triuitas, sed quantum ad gratiam unionis dicitur Dei patris filius naturalis.

Opinio. 1. — Arrius. — Nestorius.

¶ Verum opinio ista non conuenit dictis Augustini, qui negat simpliciter CHRISTVM esse filium trinitatis, ac Spiritussancti. Non enim negatur hoc solum ad uitandum relationum confusionem. Confusio namque sequitur ex inordinata aliquorũ permixtione: ideo non sequeretur quando relationũ diuersitas referretur ad diursietas naturas cũ & de filio ꝑdicentur ꝯtraria secundùm diuersas eius naturas, vcꝫ esse impassibilem, atq; passibilem: imò & relationes contrarię, ut esse patri æqualem, & esse eo minorem. Nec etiam hoc negatur ad uitandum

Reprobat dicta opinio. — Confusio ẽ inordinata aliquorũ permixtio

uitandum

vitandũ errorem qui sequi posset. Nõ.n.plùs patrocinatur errori Arrij,si dicatur ꝙ Christus est filius trinitatis per creationem, quàm si dicatur homo secũdum quod creatura:quod tamen conceditur. Denique homines dicuntur filij trinitatis per gratiam, quamuis per hoc non comparentur ad trinitatem,quantum ad relationũ in diuinis distinctionem.Rursus,non potest quis dici filius alicuius,nisi à quo acceperit esse in Christo aũt nõ est nisi unũ esse personale,qđ non habet nisi à patre:Nec Christus potest dici filius trinitatis ꝑ creationẽ,aut gratiam,Dum.n.in aliquo inuenitur ꝑfecta rõ nois alicuius, nullo modo recipitur nomen illud de eo cũ determinatione dirimente, ut patet ex uerbis Aug. Au. vbi iã supra in litera,quemadmodum planta dicitur uiuens imperfectũ,propter animã tantũ uegetatiuã . Animal uerò quamuis eandem habeat animam:non tamen dicitur uiuens imperfectum : quoniam habet eam cum perfectione sensitiua . Cumque Christus habeat ueram,& perfectam filiationem ad Deum non est dicendus filius eius per creationem , aut gratiam : quia per hoc significatur filiatio imperfecta ad Deum , quæ est secundum quid . Hæc Thomas in Scripto .

¶ Porrò in tertia parte, quæstione. 32. Nomina, Artic. 3. ait,paternitatis,& maternitatis,ac filiationis,sequũtur gñationem,non quamlibet , sed rerum uiuentium,præsertim aĩalium.Non. n. dicimus , ꝙ ignis generatus ex igne,sit filius ignis gñantis, nisi forte metaphoricè.Nec omne,quod in animalibus gñatur,filiationis accipit nomen,sed solũ id,qđ gñatur in similitudine gñantis. Non.n. capillus ex homine gñatus,est filius eius : nec homo ex semine natus , est filius seminis . Et si perfecta fuerit similitudo inter generantem & genitum, perfecta erit filiatio Gene. 1. tam in diuinis, quàm in humanis . Et si fuerit similitudo imperfecta, erit & filiatio imperfecta: sicut in homine est imperfecta Dei similitudo , inquantum creatus est ad imaginem Dei , atque inquantum creatus est secundum similitudinem gratiæ : idcirco utroque modo potest dici filius Dei. Verũ tamen, quod de aliquo dicitur , secundum perfectam suam rationem , non est dicendum de eo secundum rationem imperfectam &c. ut sup.

Petrus de Tharan. ¶ His addit Petrus : Cum quæritur,inquiens,cui proprietur opus incarnationis : si intelligatur cui, ut auctori principali , dicendum,quòd patri:si cui, ut suscipienti, dicendum, quòd filio : si cui, vt efficienti,dicendũ , ꝙ spirituisancto. Hæc Petrus. In quibus uerbis non est clarum , qualiter inter principalem auctorem , & efficientem distinguat , nisi forsitan patrem appellet principalem auctorem, quia non est ab altero , estque fons totius emanationis ad intra.

¶ Amplius , Richardns ad probandum , quod Richard⁹ Christus posit dici filius spiritussancti , sic arguit : Aristot.e Obiectio. Secum philosophum libro de animalibus , Pater non est pueri pater quia aliquid de eius semine cõuertatur in substantiam pueri , sed quoniam per uirtutem actiuam seminis sui, format corpus pueri de materia ministrata à matre. cum ergo spiritussanctus sua uirtute actiua formauit corpus Christi de materia ministrata à uirgine , videtur quod pater sit Christi . Ad quod respondet , Auctoritas Dilutio. illa non est sic intelligenda,ꝙ nihil de semine patris conuertatur in aliquid necessarium ad consistentiã pueri, imò semen patris ob sui subtilitatẽ conuertitur in spiritus,qui per corpus pueri delatores sunt Auicenna uirium animæ . Hinc Auicenna nouo de animalibus loquitur:Putant hoĩes,ꝙ Aristoteles putauerit, ꝙ semen uiri nõ sit pars pueri,neq; immixtũ , cum materia pueri,sed hoc non fuit eius consilium,imò consiliũ eius fuit,quod semen uiri inuoluatur cum matrice,& profundeť in materia,ut sit operator mẽbrorũ,materiamq; idoneã ducat ad mẽbra , & erit illud sperma materia spũs in prole,q̃a efficitur multum subtile , & habile ut transeat, ac uertatur in spiritum. Hæc Richardus . in prese. ti dis.

¶ Insuper circa inducta scribit Bonauẽtura.Cõtingit loq̃ de opere incarnationis quantũ ad unibilia,& quantũ ad modũ unionis,& quo ad fructum ipsius. In comparatione ad unibilia,inter quæ secũdum se sumpta , est infinita distantia manifestať in ea diuina potentia.In comparatione uerò ad modũ unionis congruentissimũ , prout cõpetebat ad humanũ remediũ,manifestatur in eo Dei sapientia.In cõparatione uerò quo ad fructũ , seu consequentẽ effectũ, quo se obtulit Deo patri in odorem suauitis pro nostra salute,manifestatur in eo diuina bonitas,misericordia,& charitas Scriptura quoq; potissimè appropriat opus hoc spũisancto,ad innuendũ ꝙ nihil carnalis fœditatis , aut cõcupiscentiæ fuit in Christi conceptione:& itẽ ad declarandũ,ꝙ spiritalis feruor dilectionis , beatissimã uirginẽ ꝑfertim,ac immediatè aptauit, ac dignificauit ad cõcipiendũ unigenitum Dei. Nõ tñ concediť ꝙ spirtussanctus pater sit Christi,ad excludendum errorẽ ne æstimeť natus de spũsancto,& uirgine , sicut ex uiro & muliere.Ad uitãdum quoq; confusionẽ æternarum relationum in diuinis,non concedunt theologi, ꝙ Christus sit filius trinitatis: & cãm aliq̃ tradunt,dicentes quia filiatio respicit hypostasim,q̃ in Chr̃o nõ est nisi una,atq; æterna, habens originem à patre duntaxat , nõ à trinitate. Quæ ratio non vĩ efficientiæ magnæ. Quãuis.n. hypostasis sit æterna nõ tñ impedit ipsum dici filiũ uirginis rõne naturæ assumptæ:cur ergo rõne eiusdẽ naturæ dici nõ possit filius Trinitatis,à qua facta,& condita est illa natura,sicut ex uirgine tracta est? Idcirco dicendum, quòd ideo prædicatio talis non acceptatur , quia errori propinquat Sabellij , qui paternitatem dixit Sabellij cuilibet diuinæ personæ posse attribui . Hæc Bonauentura .

¶ Concordat Alexander,dicendo Rõ,& appro- Alexãder priatio incarnationis accipi potest secũdũ differẽtem causalitatem. Si.n.consideramus causam mouentẽ summam bonitatem ad humani generis redẽptionẽ , ratio extitit bonitas , Damasceno dicente. Ioh.Dam. Mõstratur charitas in incarnatione in hoc , quod proprij plasmatis infirmitatem nõ despexit Si verò cõsideremus cãm effectiuam,ratio fuit demonstra- Idem. tio potentiæ: quia(ut asserit Damascenus)in eo,qđ Deus factus est homo, infinita Dei uirtus monstratur.Quod si consideretur causa formalis , seu modus liberationis,ratio fuit summa sapientia Dei , q̃ iuxta Damascenum excogitauit hunc congruentis- Idem. simum modũ redemptionis.Si uerò pensemus causam finalem incarnationis , quæ est nostra redemptio,ratio fuit instantia , prout Christus disseruit : Sic decet nos implere omnem iustitiam.Motiua au- Matth. tem causa, quæ ex parte Dei attenditur , prior est alijs secundum rationem,& ordinem intelligentiæ nostræ, ideo charitas ponitur propria, ac potissima causa incarnationis,quæ charitas spirituisancto appropriatur,& ab hoc eidem appropriatur opus incarnationis,& Chr̃s conceptus asseritur de spiritusancto.Attamen non est Christus,secundũ quod homo nec aliquo modo, dicendus filius spiritusancti, non



Non enim in diuinis aliquid est ponendũ, vnde sequatur relationum,seu personaliũ proprietatũ confusio.Vbi enim est perfectissimus ordo, vt in diui- Anselmus nis personis, nulla potest esse confusio. Hinc Anselmus testatur: Ob hoc solus filius incarnatus est,vt pater nõ contrahat filij rationẽ. Concedendum est ergo,ꝙ Christus est filius patris & filius Dei.sed cũ dr̃ filius patris,intelligiť de generatione ęterna:cũ verò dr̃ filius virginis,intelligitur de generatione humana:cum verò dicitur filius Dei patris,intelligitur,ꝙ q̃ est filius Dei patris ꝑ naturã,est filius Dei ꝑ gratiam.Non tamen conuenit dici , quod sit filius trinitatis simpliciter.Posset tñ concedi cum hac determinatione,Christus est filius trinitatis per creationem. Hæc Alexander. Quæ dictis Bonauenturæ concordant,& à prætacta responsione Thomæ, & Alberti parumper dissonare videnť , quamuis parua sit ista dissensio Positio tamen Thomæ, & Alberti in eo videtur securior, quòd ab hæreticorum errore remotior.

Durãdus. ¶ Nihilominus Durandus Alexandrũ hic sequẽs, concedit Chr̃m posse dici filiũ spiritussancti,ac trinitatis,non simpliciter,quia non per generationem naturalem,& propriè dictam:sed secundum quid, & cum dupla determinatione, dicendo:Christus secundum quod homo,est filius spiritusancti,seu trinitatis per creationem,adoptionisq; gratiam, atq; auctoritate Augustini respondet ꝙ non negat Christum esse filium spiritussancti per creationem,& adoptionem , quin cum præfatis determinationibus sanè posit intelligi,sed quia huiusmodi verba præstabant simplicibus occasionem errorum Arij , & Nestorij Næc Durandus.

## QVAESTIO II.

Mariã virginẽ esse matrem Dei. Secundò quæritur: *An gloriosissima virgo fuit vera mater Christi, & etiam mater Dei* Et ad hæc respõsum est supra ¶ Difficultatem uerò circa hoc ingerit,quod Damascenus 3. libro testatur: sanctã cap. 12. virginem θεοτόκον (id est , Dei matrem) dicimus , non autem χριστοτόκον(id est, Christi matrem) cam uocamus.Quo circa dicunt doctores concorditer, ꝙ Damascenus hoc ait non sic,quin prælectissima, ac diuinissima virgo verè sit,& catholicè appellãda consistat mater Christi,qui est Deus, & homo vnitate personæ,quando propositio hæc sane intelligiť: Nestorius Hæretic⁹. sed ex detestatione hæreticæ falsitatis sceleratissimi hæresiarchæ Nestorij dicit hoc,qui impius finxit Christum esse hominem purum, idcirco concessit sacratissimam virginẽ esse Christi matrem,nõ Dei.

Bonauen. ¶ Itaq; de hoc scribit Bonauentura: Verba fidei debent ab erroribus esse remota, deuotioniq; consona,& propinqua,maximè illa,in quibus est sermo de præstãtissima,ac prorsus suauissima virgine Maria.Ipsa etenim cunctas hæreses interemit , summã ueritatem in se concipiendo,& ex se pariendo , reconciliationem quoq; toti humano promeruit generi.ideo ad eam ardere debet omnis Christianorum deuotio.Hinc quoniam ipsa genuit eum, qui non solum dicendus est Christus propter vnionẽ, sed,& verus Deus propter æternam generationem, appellanda est genetrix Dei , quatenus ipso etiam uocabulo honoretur , impietatisq; falsitas extinguatur,quæ asseruit eam purum hominem concepisse,sicut dixit damnatus Nestorius,vt recitat Damascenus verus doctor,virginisq; amator , qui do- li.3.ca.12. cuit nomen istud χριστοτόκον fugiendũ, non quia falsum,sed quia hæreticus sub illo occultauit venum. Vnde loquitur Damascenus : χριστοτόκον non dicimus virginem sacram, quoniam in destructionem θεοτόκου , id est , Dei matris , nequã, & inquinatus Nestorius cum patre suo diabolo hoc inuenit. Hęc Bonauentura.Consonat Alexander,& breuiter oẽs.

## QVAESTIO III.

Tertiò igitur quæritur: *Vtrum gloriosissima virgo, ac cæteri sancti legis naturalis, ac scriptæ, incarnationem filij Dei promeruerint.* ¶ Primò apparet, Pro parte affirmatiua obiectio 1. quod imò de virgine summa, de qua cantat ecclesia:meruisti dominum sancto portare in vtero. ¶ Secundò,quia(vt asserit Augustinus)communis, salu- 2 bris,& diuturna deuotorum oratio,non potest esse infructuosa,cassa,inefficax. Cum ergo deuoissimi patriarchæ,& prophetæ,ceteriq; electi à mũdi exordio,saluatoris aduentum concorditer,ac feruentissimè desiderauerint, rogauerint, & obtinere cona- Luc. 2. ti sint,quemadmodum super illud, Responsum accepit Simeon à spiritusancto, nõ visurum se mortẽ, Augustin. loquitur Augustinus, apparet, ꝙ incarnationem filij Dei promeruerint. ¶ Idem videtur insinuare scriptura,dicendo ex Dei persona : Propter mise- Psal. 11. riam inopum,& gemitum nunc exurgam,dicit dominus.Ex personis quoque fidelium:Fiat misericor- Psal 32. dia tua dñe super nos , quemadmodum sperauimus in te.Rursus, Christus in euangelio loquitur: Luc.18. Deus non exaudiet uoces seruorum suorum clamãtium ad se die,ac noctè?Dico uobis quia citò exaudiet clamorem eorum.

In oppositum ĩ enc. c.40 ¶ In oppositum est,quod(vt in textu habetur)asserit Augustinus ob hoc etiam Christi conceptionem,& incarnationem asscribi spiritusancto : quoniam sola eius pietate,& gratia facta est, nullis hominum præcedentibus meritis Ad idem valet illud Apostoli : Apparuit benignitas , & humanitas Tit 3. nostri Dei,nõ ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos.

¶ Ad hoc Alexander respondet : Dum Augustinus testatur , quod nullis præcedentibus meritis 3.par q 8. mẽ 3.ar. 2. homo vnitus est verbo, potest intelligi primo de meritis hominis huius verbo coniuncti,qui absque meritis suis præcedentibus ita vnitus est , quia eodem instanti,quo eius humanitas est producta, verbo vnita est,nec aliquem ante hoc habuit actum. Secundò intelligi potest de meritis fidelium , sicque præcesserunt ad hoc merita quędam ecclesiæ , loquendo de merito congrui,quod gratiam non tollit , prout quidam respondet. Quæ responsio non videtur mihi sufficiens , quia virtutibus promeremur ex condigno,vt dicitur.Hinc dicendum,quod prophetæ optabant incarnationem Christi impleri, atque accelerari,cuius adimpletio non solum consistit in assumptione naturæ humanæ,sed, & in eius liberatione. Nouerant namque Deum promisisse suum aduentum,& incarnationem. sed hoc ipsum citò fieri cupiebant , quod & poterant promereri. Hæc Alexander.

¶ Circa hoc scribit Bonauentura : De beneficio Bonau. in ꝓsen. dist. incarnationis,sicut de alijs beneficijs Dei , contingit loqui tripliciter:Primò, quantum ad eorum substantiam:secundò,quo ad eorum efficatiam:tertiò, quantum ad circunstantiam eorundem. Loquendo itaque de beneficio isto primo modo , excedit merita patrum sanctorum ; quoniam non est aliquid iustæ retributionis,sed eminentissimæ dignationis , nec sequitur merita hominis lapsi , sed potius est totius meriti fundamentum, quia post lapsum nemo potuit Deo placere sine huius beneficij fidę in speciali , aut generali. Loquendo autem de beneficio isto secundo modo, sic cum eius

efficacia duplex sit, videlicet, quòd ordinabatur ad liberationem à seruitute culpæ, & reatu, atq; carẽtia visionis diuinæ, quæ quodammodo cadit sub merito, quodammodo non: quantum autem ad liberationem à reatu carentię visionis diuinæ, ac captiuationis diaboli, meruerũt hoc pãtres sancti, & cadit sub merito: quantum verò ad ereptionem de statu culpæ, non cadit sub merito, nisi meritum largè sumatur, prout se extendit ad meritum congrui, & condigni. Porrò, loquendo de incarnationis beneficio tertio modo, videlicet quo ad circũstantiam eius, & congruentiã temporis, potest concedi, quòd cadit sub meritis ecclesiæ præcedentis. Sancti etenim patres flagrantissimis desiderijs meruerunt incarnationis accelerationem, in quorum
Isai 64
persona dicit Isaias: Vtinam disrumperes cælos, &
Bonauent.
descenderes. Hæc Bonauentura.

¶Qui consequenter respondens ad hoc, An incõparabilis illa virgo meruit effici mater Dei: De
Meritum cõgrui, digni, & condigni.
merito, inquit, est loqui secundum triplicem gradum, ac differentiam. Est equidem meritũ cõgrui, quo peccator dicitur sibi gratiam promereri, se disponendo ad eam. Et est meritum digni, quo uir iustus orans pro alio, meretur audiri. Est, & meritum condigni, quo quis ex tanta charitate meretur gratiam tantam. Itaq; dico, quòd beatissima virgo ante incarnationẽ meruit filium Dei concipere merito congrui, q̃a prę sua nimima puritate, humilita-
Luc 1.
te, benignitate, & charitate, congruentiam habuit vt Dei mater efficeretur. Post annunciationem verò quando consensit, & spiritussanctus in eam descendit cum gratiæ copiositate, non solum habuit ad hoc congruitatem, sed etiam dignitatem: sicq; merito digni tunc meruit fieri genitrix Dei. Verun tamen merito condigni nequiuit hoc promereri. hoc namq; meritum omne excedit, fuitq; fundamentum totius meriti virginis Deo charissimæ. Nam siue dicamus Deum fieri hominem, siue virginem effici Dei matrem, vtrumq; est prorsus supra statum debitum creaturæ: idcirco tam hoc, quàm illud fuit diuinæ benignitatis, & gratię. Itaq; sicut iustus merito dignitatis potest alicui primam gratiam promereri, non merito condigni, ne gratia perdat gratiæ rationem: sic uirgo Deo gratissima non solum merito congrui, sed etiam digni, meruit verbi æterni incarnationem. Et per has distinctiones faciliter queunt solui auctoritates, quæ de his diuersimode loqui videntur.

Obiectio.
¶Postremò, si objiciatur, q̃ maius est meritum totius ecclesię, quàm singularis personæ, aut uirginis gloriosæ: ergo si incarnatio non cadit sub merito totius ecclesiæ, nec sub merito uirginis
Dilutio.
summę. ¶ Dicendum, quòd meritum patrum, seu ecclesiæ, maius est merito uirginis extensiuè, non tamen oportet, quod intensiuè: quia sanctissima uirgo postquam annunciatione audita ab Angelo santificata fuit à spiritusancto, tanta gratia est impleta, vt aliquid dignè posset mereri, quod non posset cæteri sancti, quamuis omnes si-
In psen. di. q. 3. arti. 1.
mul essent collecti. Hæc idem.

¶ Deniq; Thomas super hac loquitur quæstione Augustinus in litera vr̃ prætendere, quòd nulla illius hoĩs merita præcesserunt, vt in personæ vnitate Dei filio vniretur. Nihilominus verum est, quòd ẽt nulla aliorum merita incarnationem hanc meruerunt, propriè loquendo, pp tres rationes: Prima est, qm̃ meritum puri hominis nõ extendit se ad totam naturam. Cumq; incarnatio sit quoddã totius naturæ medicamentum, non potest sub merito alicuius cadere hoĩs. Secũda, quia quod est principiũ promerendi, cadere non valet sub merito. In carnatio autem est quodammodo principiũ oĩum meritorum humanorum, qm̃ oĩa merita nostra à
Ioh. 1.
gratia efficaciam sortiunt̃ à Christo, per quem gr̃a, & veritas facta est. Tertia rõ, quia humanum meritũ non se extendit vltra condictionẽ humanã, q̃ consistit in hoc, vt mereatur aliquã deitatis, ac felicitatis participationẽ. Quod aũt tota deitatis plenitudo in hoĩe habitet, excedit oĩno ꝓdõnẽ, meritũq; humanum: idcirco non cadit sub merito, nisi meritũ largè uocemus oẽm præparationem ad aliquid obtinendũ, quæ in genere præcessit humano, & si incarnatio aliquo mõ debebatur hoĩbus, hoc ex diuino fuit promisso, non ex hominũ merito.
Obiectio.
¶ Præterea si quis instet, quia qui aliquid promeretur, ẽt id meretur, sine quo non potest illud acquirere seu habere, aliàs meritũ esset cassum: sed sancti patres promeruerunt uitã æternã, ad quã pertingere nõ ualebant nisi Dei filio incarnato, ergo, & eius
Psal. 31
incarnationem promeruerunt. Rursus, super illud, Fiat misericordia tua dñe super nos, ait Glossa: Hic insinuatur desideriũ prophetæ de incarnatione, & meritũ impletionis.
Dilutio.
¶ Et rñdendũ ad primũ, q̃ aliqua sunt, sine quibus vita ęterna haberi non potest, quæ sunt cõcomitantia eã, vt immortalitas. & impassibilitas corporis, & de talibus verũ est, q̃ qui vitã meretur æternam, illa quoq; meret̃. Alia sunt, quę ducunt ad vitam æternam tanq̃ principia promerendi, & illa non cadunt sub merito, inter quæ incarnatio computatur. imò etiã dici põt, q̃ sine incarnatione hoĩes potuerunt saluari, inquantũ alius modus saluandi nos fuit Deo possibilis. Ad secundũ qđ Glossa loquitur de merito condigni, quod propriè meritũ appellat̃. Vel dicendũ, q̃ impletio incarnationis consistit in vltimo eius effectu, puta in reparatione gñis humani, quæ aliquo modo cadebat sub merito, pͤsertim s̃m quod reparationis terminus consistit in ꝑuentione ad vitam ęternã. Hæc Thomas in Scripto, q̃ in his à dictis Bo-
Thomas, & Bonauẽtura dissentire videtur.
nauẽturæ vr̃ non minime dissentire. Nõ em̃ cã ponit distinctionẽ de triplici merito, quã Bonauentura, sed solũ ponit distinctionẽ hanc duplicem, meritũ cõgrui, & meritum condigni. Meritum quoq; condigni, sumit prout includit meritũ, quod Bonauentura uocat meritũ digni, aut pro merito digni. Insuper addit, quod dictis obuiare euidẽter videtur: Beata, inqens, uirgo non meruit incarnationẽ, sed supposita incarnatione ex ꝓmissione, & gr̃a, meruit ut ꝑ eã impleret̃, nõ merito condigni, sed congrui, quia decebat ut uirgo cunctis purior, atq; perfectior, fieret, & esset mater Dei. Hæc in Scripto. Eadẽ scribit in 3. per. q. 2. ar. 11.
Petrus de Tharant.
¶ Concordat Petrus. Beata, dicens, uirgo, mater Dei fieri meruit merito congrui, se præparando ut dignior esset concipere filium Dei, quàm altera mulier, non merito condi-
Richard.
gni. Scripta quoq; Richardi sup his, in præinductis ex Thoma totaliter continentur, quantum ad sensum. Similiter dicta Alberti, & Vdalrici.

Conciliatio dictę dissensionis.
Verba aũt Bonauenturę possunt concordari cũ his, dicendo, q̃ sanctissima uirgo pro tanto fertur aliquo modo dignè promeruisse incarnationem Dei, quia dignè id mereri meruit, ut magis ex ea, & per eã incarnatio compleretur, quàm ex alia.

## QVAESTIO IIII.

Prima obiectio in partẽ negatiuam: 2.
VLtimò quęritur: *An gratia fuit Christo homini naturalis.* ¶ Videtur, non, quoniam gratia ex propria ratione dicit, quid supernaturale.

¶Secundò quoniam naturale, & gratuitum for-

maliter



3 maliter distinguuntur. ¶ Tertiò: quoniam anima Christi per naturalia nõ potuit promereri, nec deitate beatifice frui, ergo gratia ei non extitit natu-
In oppositum.
ralis. ¶ In oppositum est, quod fertur in litera. ¶ Ad
Alb. Mat.
hoc Albertus respondet: Naturale tripliciter dicit̃: Primò, quòd est aliquo modo de esse naturali: secũdo, quòd non potest naturam relinquere: tertiò, qđ causatur ab aliquo causa naturæ per se, & his tribus modis dicitur gratia Christo naturalis Gratia enim vnionis non est habitus acceptationis, & gratificationis in Christo, sed facit vnum esse personale filij Dei, & filij hoĩs: sicq; gratia illa est de ipso esse Christi. Habitus quoq; gratiæ in virtutibus, non potuit ab illo subiecto recedere: imò instar rei naturalis, Christo secundum naturam assumptam inseparabiliter inhæsit, & inerat. Causabatur etiam à deitate Christi, quæ fuit altera naturarum ipsius. Cumq; objicitur, q̃ nulla gratia est naturalis, sed donum Dei sequens naturam, & eam perficiens in bene esse: Dicẽdum est, hoc verum esse in puris creaturis, quæ non sunt deitati vnitæ in exordio sui esse. Deniq;, secundum ordinem rationis, qui est inter esse, & bene esse, gratia naturam consequitur,
Vdalricus
non tñ oportet, vt secundũ tempus sit ita Hæc Albertus. ¶ Concordat Vdalricus, dicendo: In Christo duplex est gratia, vtpote gratia vnionis, intransitiuè loquendo, id est, unio gratis data, non meritis reddita: & gratia habitualis, & de utraq; verum est, quod est propriè homini naturalis, non prout naturale vocatur, quod est de rei natura, aut consequens ipsam, quia sic gratia, & natura contra se diuiduntur: sed prout naturale nuncupatur, quod similitudinem habet cum eo, quod est de natura rei.
Aug. i enchir. c. 40.
Propter quod loquitur Augustinus, q̃ gratia quodammodo facta est Christo homini naturalis, diuersimode tamen: quoniam gratia vnionis dicitur naturalis per effectum, qui est, quod per illam homo Christus est filius naturalis Dei patris, & vna persona cum filio Dei. Gratia verò habitualis dicitur Christo naturalis: quoniam in duobus assimilatur naturali proprietati. Primò, quia causat̃ à principio intrinseco illi, videlicet à persona diuina. Secundò, quia inseparabilis est à suo subiecto, ut pa-
in 3. sen. d. 4. q. 3. arti. 2.
tuit. Hæc Vdalricus. Idem dicit Thomas in Scrip.

¶ Porrò in 3. parte, quæstione 2. adiungit: Secundum Philosophum quinto Metaphysices, natura uno modo dicitur ipsa natiuitas, alio modo essentia rei. hinc aliquid dicitur naturale dupliciter. Primò quod est tantum ab essentialibus rei principijs, ut igni naturale est sursum ferri, & calidum esse Secũdò dicitur homini naturale, qđ inest ei à natiuita-
Ephe. 2 Sapi. 12
te, iuxta illud Apostoli: Eramus natura filij iræ. Et Sapiens: Nequam est natio eorum, & naturalis malitia illorum. Hinc nec gratia vnionis, nec gratia habitualis dicitur Christo naturalis, quasi causata ex principijs humanæ naturæ in ipso: quamuis dici posset naturalis, quia ex sua diuina natura deriuatur, & datur suæ humanitati. Dicitur verò utraque gratia Christo naturalis, quia à natiuitate habuit eas. nam à principio conceptionis fuit natura humana diuinæ vnita personæ. Hæc in Summa.

Tho. vbi iam supra Colo. 2.
¶ Addit item in Scripto: Plenitudo diuinitatis dicitur in Christo corporaliter habitare tripliciter: primò: quoniam deitas non tantum unita est animæ, eius, sed etiam carni, & corpori. Secundò, per
Diuinitas 3. modis ẽ in Christo.
similitudinem ad tres corporis dimensiones, quia diuinitas tribus modis est in Christo. Primò, generaliter sicut in cunctis creaturis, per essentiam, præsentiam, atque potentiam: & in hoc consistit quasi longitudo. Secundo specialiter, ut in sanctis per gratiam, per quam latitudo est charitatis. Tertiò proprijssimè per hypostaticam vnionẽ, in quo consistit sublimitas, & profundum. Tertiò dicitur corporaliter habitare ad similitudinem corporis, prout diuiditur contra umbram. In sacramentis nãque veteris legis, fuit quasi in vmbris, atque figu-
Heb. 10.
ris. ad Hębreos: Vmbram habens lex futurorum bonorum. In Christo autem secundum rem, & veritatem: propterea Christus se habet ad illas figuras, sicut corpus ad umbrã. Hęc Thomas. Idẽ Vdalricus libro quinto, Responsio etiam Petri continetur in Thoma de hoc, vtrum gratia sit Christo homini naturalis.

Richard.
¶ Porrò Richardus aliqua addit: Gratia, dicens, tripliciter sumitur. Primò, pro gratia habituali, seu habitu gratiæ existente in anima Chri. Secundò, pro ipsa vnione gratis facta. Tertiò, pro gratia increata idest diuina benignitate, qua filius Dei assumere voluit, atq; dignatus est naturam humanam. Gratia primo modo accepta, est Christo homini supernaturalis: attamen aliquo modo se habet ꝑ modum naturalis proprietatis, inquantum inest ei à prima origine, & inseparabiliter, ac efficiẽter à sua diuina natura, quæ est intrinseca rationi, ac nomini Christi, quod dicit vnam personam in diuina natura, ac humana subsistentem. Loquendo demum de gratia secundo modo accepta, sic non fuit Christo homini naturalis, imò terminos humanę naturæ excedit, atque ex mera dei voluntate processit: tamen propter inseparabilitatem, & quia fuit à prima origine humanæ naturæ Christi in ea, & quia per illam idiomata naturalis filij patris æterni cõmunicantur filio virginis, habet similitudinem aliquam naturalis proprietatis. Gratia verò tertio modo sumpta, naturalis extitit Christo ratione naturæ diuinæ, non humanę. Hęc Richardus.

Bonauent.
¶ Insuper Bonauentura: Gratia, ait, vnionis tripliciter dicitur. Primò, gratia de congruo ad vnionem disponens. Secundò, ipsa unio gratis facta. Tertiò, gratia faciens vnionem: & quocunq; horũ modorum dicatur vnionis, rationem habet gratui-
August. i enchi. c 40.
ti, & etiam quodammodo habet proprietatem rei naturalis. Ad quod insinuandum asserit Augustinus, q̃ quodãmodo fieret isti homini, scilicet Christo, naturalis. Nempe si gratia primo modo sumatur, est quodammodo naturalis, & quodammodo non. Naturalis namq; proprietas comparatur ad aliquid sicut ad subiectum, & sicut ad causam. Et secundum comparationem ad subiectum, naturaliter inest, dum inest à primordio rei, & inseparabili modo: secundum comparationem verò, quam habet ad causam, naturaliter fertur inesse, quæ causatur à subiecti principijs, & per quam subiectum efficit operationem naturalem. Primò modo gratia, qua disponebatur, extitit naturalis: qm̃ à principio suæ natiuitatis habuit eam, nec ipsã amittere potuit. Sed secundo modo non fuerat naturalis, q̃a ordinabatur ad operationem supernaturalẽ. Sic, & gratia vnionis sumpta scđo mõ, fuit quodãmodo naturalis, q̃a inseparabilis: & quodãmodo non, q̃a fuit gratuita. Gratia item vnionis tertio mõ dicta, quæ est uirtus, & pietas spiritussancti faciens unionem, fuit aliquo modo naturalis per communicationẽ idiomatum rõne ꝑsonæ uerbi æterni, cui spiritussanctus cõnaturalis est: & quodammodo non fuit naturalis homini Christo, qm̃ spiritussanctus non fuit in eo per principia naturæ creatæ, sed per gratiam inhabitantem. Hæc Bonauentura.

Hales.

¶ In super Alexander : Naturale, inquit, dupliciter dicitur. Primò, quia est à natura : & ita non fuit Christo homini gratia naturalis ex parte naturæ assumptę. Secundò : quoniam ineſt per modum naturæ, sicque gratia fuit Christo homini naturalis, quia à principio incarnationis, & inseparabiliter fuit in eo. Hæc Alexander.

## Si persona, vel natura personam, vel naturam assumpsit, & si natura Dei incarnata sit. Distinctio. V.

De modo vniõis naturæ diuinæ,& humanæ.

RÆterea inquiri oportet, cum ex præmissis constet, verbum Dei carnem & animam simul assumpsisse in vnitatem personæ: quid horum potius cõcedendum sit, scilicet, quòd persona personam, vel natura naturam, uel persona naturam, uel natura personam assumpserit. Et an ita conueniat dici, naturam diuinam esse incarnatam, sicut Deus incarnatus, & verbũ incarnatum sane dicitur. Hæc inquisitio, siue quærendi ratio, iuxta sacrarum auctoritatum testimonia, partim implicita, atque perplexa, partim verò explicita est, & aperta. Certum est enim, & sine ambiguitate verum, ꝙ non natura personam, nec persona ꝙ

capi. 2 d

sonam, sed persona naturam assumpsit: quod sanctorum subditis comprobatur testimoniis, & astruitur documentis. Ait enim Augustinus in libro de fide ad Petrum: Deus unigenitus dum conciperetur, veritatem carnis accepit ex uirgine: & quum nasceretur, integritatem uirginitatis seruauit in matre. Et paulo post: Hic Deus humanam naturam in unitatem personę suscepit, qui se humilians per misericordiam, incorruptæ uirginis uterum ex ea nasciturus implcuit. Formam ergo serui ideſt naturam serui, in suam accepit Deus ille personam. Item, Deus enim verbum non accepit personam hoīs, sed naturã. Itẽ, Dei filius vnigenitus, ut carnem hoīs, animamq; mundaret, susceptione carnis aīæq; rationalis incarnatus est. His, alijsq; pluribus auctoritatibus euidenter ostenditur, non naturam personam, nec personam personam, sed personam naturam accepisse.

Ibidem.

Phil. 2.

## De parte quæstionis perplexa.

De quarto verò quæstionis articulo, utrum scilicet natura naturam assumpserit, scrupulosa etiam inter doctos quæstio est: quia & in hoc plurimum dissentire uidentur, qui in sacra pagina auctoritate præclari, aliis doctiores extiterunt: nec tantum alij ab alijs, uerumentiam iidem à seipsis dissonare uidentur, sicut subiecta capitula docent. Legitur enim in concilio Toletano octauo traditum sic. Solum verbum caro factum est, & habitauit in nobis. & quum tota trinitas operata sit formationem susceptiuam hominis: quoniam inseparabilia sunt opera trinitatis: solus tamen filius accepit hominem in singularitatem personæ, non in unitatem diuinæ naturæ, id est, id quod est proprium filij, non quod commune est trinitati. Item in concilio Toletano vndecimo: Vnius substãtiæ credimus Deũ patrem, & filium, & spiritum sanctum. non tamen dicimus, ut huius trinitatis unitatem Maria uirgo genuerit, sed tantum filium, qui solus nostram naturam in unitatem suæ personæ assumpsit. Incarnationem quoque huius filii Dei tota trinitas operata esse credenda est. Solus tamen filius formam serui accepit in singularitatem personæ. His insinuari uidetur, quod persona tantum naturam, non naturam assumpserit. Si enim quod commune est trinitati, non accepit hominem, ergo non natura diuina, quæ communis est tribus personis. Cui uidetur obuiare, quod Augustinus ait in libro de fide ad Petrum: Nec diuinitas, inquit, Christi aliena est à natura patris, secundum id, quod in principio erat uerbum: nec humanitas eius aliena est à natura matris, secundum id, quod verbum caro factum est. Illa enim natura, quæ semper genita manet ex patre, nostram naturam sine peccato suscepit, ut nasceretur ex uirgine. Hac auctoritate videtur tradi, quod diuina natura humanam suscepit. Vbi uehementer moueri possumus, quòd eam genitam æternaliter ex patre dicit; nisi forte naturam pro persona hic accipiat: alioqui si dixerimus naturam tribus personis communẽ, genitã esse, occurrũt nobis ex aduerso, q̃ in Tractatu de Trinitate disseruimus, vbi diximus non naturã naturã, sed personam personam genuisse. Quia si natura genuisset naturam, cum una, eademque sit natura trinitatis, eadem res seipsam genuisset, quod Augustinus fieri posse negat. Sed alibi certum reperimus documentum, quo natura naturam assumpsisse monstratur: Ait enim Augustinus in primo libro de Trinitate: Etiam seipso CHRISTVS minor factus est, formam serui accipiens. Neque enim sic accepit formam serui, ut amitteret formam Dei, in qua erat æqualis patri, ut & in forma serui, & in forma Dei idem ipse sit vnigenitus filius patris: quia forma Dei accepit formam serui. Si autem forma Dei formam serui accepit, sine dubio natura naturam accepit. Formæ enim nomine natura significatur, ut Augustinus euidẽter docet in libro

Cõcilium Toleta 8 Iob.1.

Cõci. Toletanũ.11.

Phil.2.

Cap 2.b

Iohã. 1.

sup. l. 1. d.5.

li.1 de Trinit.ca.1 a

cap. 7. & 11.Phil.2.

cap. 2.



in libro de fide ad Petrum: Cum, inquit, de Christo audis, quia in forma Dei errat, oportet te agnoscere, firmissimeq; tenere, in illo formæ nomine naturalem plenitudinem debere intelligi. In forma Dei ergo erat, quia in natura Dei patris semper erat, de qua natus erat. Hilarius quoque in duodecimo libro de Trinitate, ait: Esse in forma Dei, non alia intelligentia est, quàm in Dei manere natura. Didicisti nomine formæ intelligentiam fieri naturæ, & audisti, quod forma Dei formam serui susceperit. Vñ consequens est, ꝙ natura diuina naturam humanam susceperit. Quod etiam Hieronymus in explanatione fidei catholicę euidẽter insinuat, inquiẽs: Passus est filius Dei nõ putatiue, sed uerè: secundum illud passus est, quod pati poterat, id est, non secundum illam substantiam, q̃ assumpsit, sed secundam illam, quæ assumpta est. Ex, quo apparet, diuinam substantiam assumpsisse humanam. Ex verbis autem Augustini superiùs positis, adhibita diligentia innui uĩ, solum verbum carnem factum, & naturam solum suscepisse humanam, & diuinam naturam eandem accepisse. Ait enim: Trinitas nos sibi reconciliauit per hoc, quòd solum verbum carnem ipsa trinitas fecit. In quo sic ueritas incommutabilis manet diuinæ, humanæq; naturæ, ut sicut vera semper est eius diuinitas, quam de patre habet, ita uera semper, & incommutabilis ius sit humanitas, quam sibi unitam summa diuinitas gerit. Ecce, & solum verbum dixit carnem factum; & humanitatem diuinitati vnitam. Idem quoque superiùs dixit, seruilem formam à solo filio susceptam, quam tota trinitas fecit. Iã facile est agnoscere, quàm diuersa, & multiplicia super quęstione proposita auctores tradiderũt. Ideoque posteriores ea legentes, uarias, atque contrarias (ex prædictis occasionem sumentes) promunt sententias.

Philip. 2.

Dilarius.

Hierony.

Aug. de fide ad Petrum c. 2. in fine.

Idem.

## Quid de hoc tenendum sit.

Nos autem omnis mendacij, & contradictionis notam à sacris paginis secludere cupientes, orthodoxis patribus, atque catholicis doctoribus, nulla prauæ intelligentiæ suspicione notatis, consentimus, dicentes, & personam filij assumpsisse naturam humanam, & naturam diuinam humanæ naturæ in filio unitam, eamque sibi vnisse, uel assumpsisse. unde, & verè incarnata dicitur. Quod uerò dicitur solus filius formam serui accepisse, per hoc non excluditur diuina natura ab acceptione seruilis formæ, sed aliæ duæ personæ, pater scilicet, & spiritussanctus. Item & illud aliud, scilicet id, quod est proprium filij, non quod commune est trinitati, hominem accepit, sic oportet intelligi, id est, propriè in hypostasi filii, non in tribus communiter personis, diuina natura humanam naturam sibi vniuit. Qui sensus ex uerbis Iohannis Damasceni confirmatur, qui totam diuinam naturam in vna hypostasi incarnatam esse euidenter asserit, dicens: In humanatione Dei uerbi aimus omnem, & perfectam naturam deitatis in vna eius hypostasẽ incarnatam esse, id est, unitam esse humanæ naturæ, & non partem parti. Omni enim humanæ naturæ aimus esse vnitam oẽm deitatis naturam, uel substantiam. Item, eadem est natura in singula hypostasẽon, id est, personarum, & quando dicimus naturam verbi incarnatam esse, secundum beatos scilicet Athanasium, & Cyrillum, deitatem dicimus esse vnitam carni, & unam naturam Dei uerbi incarnatam confitemur. Verbum autem, & quod commune est substantiæ possidet, & quod proprietatis est habens hypostasẽos, id est, personæ. Ex his manifestè ostenditur, quòd natura diuina incarnata est. Vnde, & eadem uerè dicitur suscepisse humanam naturam.

Concilia-tio doctorum, quæ in hac ma teria dissentire videntur.

Ioh. Dã.

Idem.

Athanasi Tyrillius.

## An diuina natura debeat dici caro facta.

Sed quæritur, Vtrum eadem diuina natura debeat dici caro facta, sicut uerbum dicitur caro factum. Si enim idem est incarnari, quod est carnem fieri, uideri potest ita debere dici, quòd sit caro facta, sicut dicitur incarnata. Ad quod dicimus, quia si illud dictum in sacra scriptura reperiretur, ex eadem intelligentia acciperetur, qua, cum dicitur incarnata. Sed quia illud auctoritas subtrahit, atque locutionis modus nimiam videretur facere expressionem, si natura diuina diceretur caro facta: meliùs silere hoc puto, uel negare, quàm temere asserere: ne si illud dicatur, conuertibilitas naturæ in naturam significari putetur. Ex præmissis indubitabiliter constat, quòd persona uerbi, siuè natura, hominis naturam scilicet carnẽ, & animam assumpsit, sed non personam hominis. Si autem natura diuina naturam hominis accepit, quare non dicitur facta homo, uel esse homo, sicut uerbum Dei? Ad quod potest dici, quod Dei filius dĩ factus homo, uel esse homo, non solum, quia hominem assumpsit, sed quia

Iohan. 1.

ipsum in vnitatem, & singularitatem sui * & personæ accepit. Natura autẽ diuina hominem quidem accepit, id est, hominis formam sibi uniuit, sed non in singularitatem, & vnitatem sui. Seruata enim proprietate, ac diuersitate duarum naturarum, personæ singularitas extitit. Ideoque non sic dicitur diuina natura esse homo, uel facta homo, si cut Dei filius. Quidam tamen indifferenter utrunque concedunt.

* id est

## *Quare non accepit personam hominis, cum hominem acceperit.*

Ideo verò non personam hominis assumpsit, quia caro illa, & anima illa, non erãt unita in unam personarum, quam assumpserit: quia non ex illis constabat persona, qñ illis vnitum uerbum est. Nam illa sibijnuicem sunt unita simul, quum uerbo unita sunt. Altera tamen unione inuicem unita sunt illa duo, scilicet anima, & caro, alia unione verbo unita sunt. Quia alia est unio animæ illius ad carnem, & alia est unio uerbi ad animam illam, & ad carnem. Non ergo accepit uerbum Dei personam hominis, sed naturam: quia non erat ex carne illa, & anima illa composita persona una, quàm uerbũ acceperit, sed accipiendo uniuit, & uniendo accepit.

## *Contra hoc oppositio, qua probare quidã volũt personã accepisse personã.*

Hic à quibusdam opponitur, quod persona assumpserit personam. Persona .n. est substantia rationalis individuæ naturæ, hoc autem est anima. Ergo si animam assũpsit, & personam. Quod ideo non sequitur, quia anima non est persona quando alij rei unita est personaliter, sed quando per se est. Anima n. absoluta à corpore, persona est, sicuti angelus. Illa autem animam nunquam fuit, quin esset alii rei coniuncta. Ideoq; non ea assumpta, persona assumpta est. Aliter quoque niruntur probare, verbũ Dei assumpsisse personam, quia assumpsit aliquem hominem. Assumpsit enim hominem Iesum Christum, ergo aliquem hominem. Quod autem hominem Iesum Christum assumpserit, ostum, ergo aliquem hominem. Quod autem hominem Iesum Christum assumpserit, Augustinus in expositione symboli sub anathemate tradit, dicens: Si quis dixerit, atq; crediderit, hominem Iesum Christum à filio Dei assumptum non fuisse, anathema sit. Qui etiam in pluribus scripturæ locis huiusmodi utitur locutionibus: Ille homo à verbo Dei est assumptus, Ille homo factus est Christus. Et propheta de homine Christo loquens Deo, ait: Beatus quem elegisti, & assumpsisti. Ex quibus consequi uidetur, quòd aliquis homo assumptus sit à verbo, & ita persona assumpta sit a persona. Sed quia hoc nefas est dicere, aut sentire, præmisse loquutiones, eisq; similes, secundum hanc intelligẽtiam sane accipi, debent, ut homo Christus, siue homo ille, siue quidam homo, dicatur assumptus à uerbo, siue unitus uerbo, non quia hominis persona sit assumpta, uel unita uerbo, sed quia anima illa, & caro illa assumpta sunt, & vnita uerbo, in quibus subsistit Dei, & hoĩs persona: ut ad hominis naturã, non ad personã respicias, cum assumptũ, vel vnitum, uel quendã, uel aliquem in huiusmodi loquutionibus scriptura cõmemorat. Quocirca cum quæritur sine proposita auctoritate, an aliquis, vel quidam homo sit assumptus à verbo, uel unitus uerbo: sine distinctione intelligentiæ non est hic reddenda responsio, quoniam multiplex præmissa est, quæstio. sed instantiã quẽrentis, ita determinatio: Si de hominis persona quæris, respondeo, ꝙ non: si de hominis natura, dico est.

Hic errat Magister dũ aiam separatũ dicit ptonã esse.

Alia obiectio.

Auguſt.

Pſalm 64.

Diluitur obiectio.

Summa distinctionis V.

Hic pro declaratione præcedentium distinctionem dubitationes mouentur, quarũ prima, & principalis includit quatuor, qñstiones: Prima est, an persona increata assumpsit personam creatam. Secunda, an diuina natura assumpsit naturam humanam. Tertia, an persona diuina assumpsit naturam humanam. Quarta, an diuina natura assumpsit humanam personam. Ex quibus quærit, an concedendum sit, diuinam essentiam, seu naturam esse incarnatam. Hanc quadripartitam quæstionem dicit catholicè concedendam, uideli cet, quòd persona assumpsit naturam, sicut iam patuit. Porrò quartam dicit discutiendam, an scilicet diuina natura assumpsit humanam, ita quòd diuina natura sit incarnata, & circa hoc uarias allegat auctoritates, ac tandem veritatem concludit, dicendo diuinam uerbi æterni personam assumpsisse humanam naturam, Deitatem quoque, seu diuinam naturam, secundum quod est in unigenito filio patris, quodammodo incarnatam. Quocirca scisciatur, an concedendum sit, quòd diuina natura sit facta caro, sicut uerbum caro factum est. præsertim cum idem sit incarnari, quod carnem fieri, & diuina natura aliquo modo incarnata dicatur. Ad quod sobriè satis respondet. Vltimò inuestigat, cur verbum non conceditur assumpsisse personam hominis, seu humanam, cum concedatur hominem assumpsisse, ac humanam naturam, circa quod ponit solutionem, in qua à doctoribus non tenetur, neque tenendus est, sicut patebit.

Iohan. 1.

Quæstio



### QVAESTIO I.

An deitas sit incarnata.

Hic quæritur primò: *An Deitas seu diuina natura sit incarnata.* ¶ Verum circa hæc à quibusdam multæ quæstiones mouentur, de quibus, quia præhabitæ sunt, & solutæ, pertranseo. Quæritur nãq;, quid sit vnio illa: deinde, an sit facta in natura, ita, ꝙ in Christo ex natura diuina, & humana constituta sit, ac resultet tertia quædam natura. Et constat ex præinductis, ꝙ in Christo vtraq; natuta manet in suis proprietatibus salua, inuiolata, integra, inconfusa. Insuper quærunt, an vnio illa facta sit in persona, ita, ꝙ in Christo sit vna tm̃ persona, quæ ad suum personale seu hypostaticum esse, assumserit naturã humanãm: estq; patens ex dictis, ꝙ imò. Amplius quærunt an assumere conueniat diuinę personæ, &, an conueniat diuinæ naturæ: & vtrum natura possit assumere abstracta ꝓsonalitate. Itẽq;, an persona humana sit assumpta. Ad quæ oĩa iam antea est responsum. Attamen ne in tam prægnante materia videar nimium festinasse, aliqua breuiter sunt addenda. Itaq; (sicut prehabitum est) vnio ista, qua persona diuina vnita dicitur naturæ humanæ, propriè loquendo est relatio, estq; realis relatio ex parte creaturę, sed ex parte personæ diuinę est relatio rationis, nec est in Deo nisi secundum rõnem. Nec est relatio æquiparantiæ, quamuis inter creata vnita, possit æquiparantiæ relatio esse. Si autem obijciatur, ꝙ diuina persona realiter est vnita naturæ humanæ, ergo reali vnione existente in persona diuina: non sequitur, quẽadmodum etiam est realiter dñs creaturæ, non tm̃ reali relatione, quæ consistat in ipso. Hinc vnio, quæ prædicatur de Deo, nec creator, nec creatura, quia secundum quod in Deo est, non est aliquid secundum rem, sed solum secundũ rõne, Nihilominus uera est talis relatio, quia fundatur super creaturæ relationem realem, sicut est etiã de alijs relatiuis, quæ ex tempore de Deo dicuntur.

¶ Insup de hoc, an vnio facta sit in natura: Dicendum, ꝙ natura dicitur à nascendo, quòd propriè est rerum viuentium, ficq; natura secundum primam nominis institutionem, significat generationem ipsam viuentium, puta natiuitatem. Translatũ est quoque nomen naturæ ad significandum principium actiuum generationis illius, quia virtutes agentes ex actibus nominari consueuerũt Inde translatum est nomen naturæ, ad significandum principium actium cuiuslibet motus naturalis: Deinde, ad designandum principium materiale cuiuslibet generationis: deinceps, ad significandum formale, quod est terminus generationis. Sed quia generatio non solum terminatur ad formam, sed ad compositam substantiam, hinc nomen naturæ trãssumptum est ad significandum substantiam quamlibet, vt quinto Methaphysicæ dicitur: imò ad designãdum quo libet ens, vt ait Boethius libro de duabus naturis. Verum natura hinc sumitur pro rei quidditate seu essentia, quæ vocat̃ οὐσία, iuxta, quod ait Boethius: Natura est specifica differẽtia vnumquodq; informans, & sic sunt Christo duæ naturæ, humanitas scilicet, atq; diuinitas. aliter non esset verus Deus, & verus homo. Nec vna potest esse conuersa in alteram, propter diuinæ naturæ inuariabilẽ in transmutabilitatem. Et quoniam non communicant, in vna materia, nec est subiectum aliquod eis commune, simplicitati quoque, & immutabilitati, & Actualitati diuinæ naturæ repugnat, vt aliquid conuertatur in ipsam, & quod ex ea, & altera quacunque natura, aliqua tertia constituatur, quod si fieret, Christus, nec, Deus esset, nec homo, quod totum in libro de duabus naturis Christi plenè probat Boethius. Aliqua verò constant ex duabus pluribus ve naturis, sed non subsistũt in pluribus naturis, vt mixtum ex elementis, atque in talibus oportet, quòd fit media natura ex duabus non manentibus contuta. Verum Christus sic constat ex duabus naturis, quod in eisdem integris, & inconfusis subsistit. Hæc Thomas in Scripto, qui, & in tertia parte quæstione secunda de his scribit diffusè.

Boethius

In. 3. dist. 5 q. 1. arti. 2

Aristote.

Boethius

Natura finitio.

### QVAESTIO II.

vtrũ unio naturarũ in Christo, facta sit in persona. Nestorius.

QVæritur consequenter: *An hæc vnio sit facta in persona.* ¶ Et dicendum, quòd imò, iuxta sensum expræssum Contra quod delirauit Nestorius, non distinguens debitè inter naturam, & personam, cum persona dicatur, & sit, quid subsistens, natura verò absolutè significat essentiam rei, quæ est quid communicabile. In Christo autem natura humana non in propria personalitate subsistit, sed in personalitate, seu esse personali ipsius verbi, ad quod assumpta est, & eleuata, & in ipso supposita: non, quod per se suppositum facit, sed quia in verbo cum ipso est una persona. Ex quibus fit euidens, quod in diuinis assumere propriè competit personæ, quæ est, quid completum subsistens, & cui propriè conuenit operari, & agere, influre, & causare, ac creaturis subsistentiam, fulcimentum, ac substentationem præbere. Sic demum assumere, non propriè conuenit diuinæ naturæ, sed magis personæ. Veruntamen assumere tripliciter sumitur. Primò communiter, & extensè pro sumere, ficq; tota trinitas assumpsit verbo naturã humanam. Secundò assumere dicitur propriè, quasi ad se sumere, vt sibi quocunque modo vniatur, ficq; natura diuina in persona filij assumsit naturam humanam. Tertiò proprijssime, quasi sumeret ad se, & in se, & sic tolum conuenit personę in qua facta est vnio: sic quo que proprium est peſonæ, nec conuenit naturæ diuinæ, quoniam actus personales non conueniunt ipsi naturæ. Veruntamen natura diuina assumsit secundò modo naturam humanam: attamen in nomine naturæ non importatur suppositum, ut in hoc nomine Deus seu verbum. Vnde quamuis verbum dicatur factum caro, & Deus homo, non tamen diuina natura seu deitas, conceditur facta caro. Rursus, quamuis conceditur diuina natura esse vnita naturæ humanæ, & etiam incarnata: non tamen admittitur, quod sit passa, quoniam communicatio idomatum fit ratione vnionis in supposito, quod cum non importetur, nec designetur nomine naturæ, sicut hoc nomine Deus, & filius, non potest dici natura passa, quemadmodum dicitur Deus passus, quæ nihilominus dicitur incarnata, quia per hoc non denotatur aliqua humanæ naturæ proprietas, sed unio sola ad ipsam, secundum quod est in persona vnigeniti Dei patris.

Assumere dicitur dupliciter.

### QVAESTIO III.

Vbi supra q. 2. arti. 3.

AMplius quærit Thomas hoc loco, *An diuinæ naturæ possit conuenire assumere, circumscriptis personis seu ratione personalitatis abstracta.* ¶ Ad ꝙ respondet prout supra ex tertia parte Summę suæ responsum est. Etiam quærit, An anima separata, sit persona. ad quod super secundum diffusè est data responsio. Hæc omnia Thomas.

Gulielmꝰ Antisiod. Ioh. Dam.

¶ Consonãt Antisiodorensis, sic agruens: Diuina essentia est incarnata, vt asserit Damascenꝰ. sed obijcit, filius Dei ẽ in carnatus, iõ factus est passibilis, & mortalis, ergo diuina essentia est passa, & crucifixa.

fixa. Verum augmentatio ista nō ualet, qm̄ alio modo filius est incarnatus, id est, carne indutus vel carni unitus, ita, ꝙ illa incarnatio facit ipsum hoiem, esse, & Deum, & omnem proprietatē illius hois, esse proprietatem filij Dei. Diuina verò essentia dr̄ incarnata i. carni associata, ita, ꝙ nulla proprietas carnis seu hois, sm̄ qd̄ homo est, dicitur esse essentiæ seu deitatis. Non enim Isaac, id est, deitas, sed aries, id est, caro, est immolatus. Hæc Antisiodorensis.

Gene. 22.

Alexāder de Hales.

¶ Insuper super his loquitur Alexander, & primo, qualiter vnio duarum naturarum in Christo facta sit in persona: Vnum dupliciter dr̄: vtpote vnū simpliciter, & vnum secundum, quid. Vnum quoq; simpliciter duobus dicitur modis, puta vnum per vnionem, & vnum per unitatem. Vnum ꝙ unitatem est, in quo nulla est multitudo, quod scilicet non est in multis, neq; ex multis, ut Deus. Vnum uerò per unionem, uocatur, quod est in multis, uel ex multis. Vnū autem per accidens est pluribus modis, uidelicet ꝙ appositionem, ut dictum est supra. Porrò in unione qua alterum unum est de altero, sicut in unione ꝙ insertionem, est unio in una hypostasi, ita, quòd una est duarum hypostasis naturarum, quemadmodum piri, & pomi in eodem stipite insertorum, postquā per insertionem uniti sunt, eadem extat hypostasis, utpote eadem arbor, quæ duas habet naturas realiter differens, estq; ibi unum in hypostasi, non in natura. Iuxta hoc, prout ineffabile huius unionis sacramentum explicare ualemus, dicere possumus, ꝙ unio humanitatis ad deitatem, est illa, in qua unum fit, uel est de altero, & non in quo alterum tantum, nec in quo unum, scilicet tertium, fit ex duobus nō remanentibus in proprijs suis naturis.

Vnū ꝙ uni onem, & vnum per vnitatem differunt.

Auguſt.

¶ Insuper quærit: An diuina natura sit nata ex uirgine, Vr̄, ꝙ imò, qm̄ Augustinus dicit expresse, & habetur in litera, diuinam naturam concipi, & nasci de uirgine. Respondendum pro regula, ꝙ nulla distinctio designans proprietatem personalem creatam seu increatam, conuenit diuinę essentiæ. Inde est, ꝙ sicut diuinæ essentiæ non conuenit generari, nec genitā esse, qm̄, hæc est ꝓprietas filij, q̄ ponit esse ab alio: ita nec mitti, nec nasci conuenit illi, qa in hoc, ꝙ dico mitti, aut nasci, itelligit esse ab alio, quòd nequaquam conuenit diuinæ essentiæ. Auctoritas aūt Augustini ita intelligenda est, ut concipi, & nasci nō attribuat diuinæ essentię, quantū est de se, sed rōne ꝑsonæ, in qua est. Nec sequit: Deus est diuina essentia, sed Deus ē natꝰ de uirgine. ergo essentia de uirgine nata ē. Essentia nāq; significat absolutè, ut abstracta à relatione. iō nō supponit ꝑsonā, nec ei cōuenit ꝓprietas ꝑsonalis. Verū hoc nomē Deus, significat deitatis naturā, ut in habente. idcirco supponit ꝑsonā, & conuenit ei personalis proprietas.

Exponuntur verba Augustin.

Alexāder de Halis.

¶ Amplius, ad hoc, Vtrū gratia unionis in Christo sit quid creatum, aut aliquid increatū, rndet: Gratia unionis est duplex. Vna disponens, & hæc est creata, præparans, atq; aptificans humanā naturā ad super admirabilem eleuationē, & supernaturalē unionē cum uerbo. Alia est gratia unionis, perficiens, & cōplens efficienter unionem naturæ humanæ cum Christo, & hęc est gratia increata, & per appropriationem ipse ſpirituſſanctus, qui non ſolum per appropriationē est donū, sed, & ꝙ ꝓprietatē est amor procedens. Id autem, quod primò, ac propriè dat, est ipse amor, & quod ex ipso donatur, est donum: imò si quid ex alia causa ꝓstetur, q̄ ex liberalitate pura, & amore, non est propriè donum, sicut, quod datur ex timore, est redemptio: quod ex cupiditate dicitur quæstus, quod pro delectatione, libido. Cūq; hæc unio ex purissima liberalitate, charitate processerit, rectè à ſpiritusancto fertur prodisse, & ipse est causa complens, ac perficiens eam. Hæc Alexander, Veruntamen etiam infra de his plenius inquiretur, & quod uerum est exprimetur.

## De intelligentia harū locutionum, Deus factus est homo, Deus est homo: an his locutionibus dicatur Deus factus esse aliquid, vel non esse aliquid. Distin. VI.

Quæstio.

EX præmissis autem emergit quæstio plurimum continens vtilitatis, sed nimium difficultatis atq; perplexitatis. Cum enim constet ex prædictis, & alijs pluribus testimonijs, omnesq; catholici unanimiter fateantur, Deum factū esse hominem, & Christum verum Deum esse, & verum hoiem, quæritur, an his locutionibus, Deus factus est homo, filius Dei factus est filius hois, Deus est homo, & homo est Deus, dicatur Deus factus esse aliquid, vel aliquid dicatur esse Deus, & an ita conueniat dici, homo factus est Deus, & filius hominis factus est filius Dei, sicut econuerso dicitur, &, si ex his locutionibus nō dr̄ Deus factus esse aliquid, vel esse aliquid. Quæ sit intelligentia harū locutionū, & similium, in huius ꝓfunditatis reſeruatione, & ſcrupuloſæ quęstionis expoſitione, plurimū differre inueniūt sapientes.

### Quorundam sententiam refert.

Alij enim dicunt in ipsa verbi incarnatione hoiem quendam ex anima rationali, & humana carne constitutum (ex quibus duobus omnis verus homo constituitur,) & ille homo cœpit esse Deus, non quidem natura Dei, sed persona verbi, & Deus cœpit esse homo ille. Concedunt etiam hominem illum assumptum à verbo, & vnitum uerbo, & tamen esse verbum, & ea ratione tradunt dictum esse Deum factum hominem vel esse hominem, quia Deus factus est, id est, cœpit esse quędam ſubstantia ex anima rationali, & humana carne ſubsiſtens, & illa ſubstantia facta est, id est, cœpit esse Deus, non tamen demigratione naturę in naturam, sed vtriusq; naturę seruata proprietate, factum est ut Deus esset illa ſubstantia, & illa ſubstantia, esset Deus. Vnde verè dicitur, Deus factus est homo, & homo factus est Deus, &, Deus est homo, & homo Deus, & filius Dei filius hominis, & econuerso, Cumq; dicunt illum hominē ex anima rationali, & humana carne ſubsiſtere, nō tū fatentur ex duabus naturis esse compositū, diuina ſcilicet,



ſcilicet, & humana, nec illius partes esse duas naturas, ſed animam tantum, & carnem

### Auctoritates ponit, quibus ſuam muniunt ſententiam.

Augustin. Iohan. 1.

Et ne de ſuo ſenſu tm̄ loqui putent, hanc ſentētiā pluribus muniunt teſtimonijs. Ait enim Augustinus in lib. iij. de Trinitate: Cum legitur, Verbum caro factū est: in verbo, intelligo verum Dei filium: in carne, agnoſco verū hois filium, & vtrūq; ſimul unā personam, Deum, & hoiem, in effabilis gr̄æ largitate coniunctum. Idem in Enchiridio: Christus Ieſus Deus de Deo est, hō aūt natus est de ſpūſancto ex Maria virgine. vtraque ſubstātia diuina. ſ. & humana, filius est vnicus Dei patris oīpotentis, de quo ꝓcedit ſpiritusſanctus, vtrumq; vnus: ſed aliud propter verbum, & aliud propter hoim, nec duo filii Deus, & homo, ſed unus Dei filius, Deus ſine initio, homo à certo initio. Idem in eodem: Quid natura humana in Christo hoie meruit, vt in unitatem perſonæ vnici filij Dei ſingulariter aſſumpta eſſet? Quæ bona voluntas, quæ bona opa præceſſerunt, quib. mereret iſte homo vna fieri ꝑsona cum Deo? Nunquid antea fuit homo, & hoc ei ſingulare beneficium præſtitum est, vt ſingulariter promeretur Deum? Nempe ex quo homo esse cœpit, non aliud cępit esse homo, q̄ Dei filius: & hic vnicus, & ꝓpea Dei verbū: quia est ab illo ſuſcepta caro, facta est vtiq; Deus, vt quemadmodum vna est persona quilibet homo, anima, ſcilicet rōnalis, & caro, ita ſit Christus vna ꝑsona verbū, & hō. Idē ſuper Iohannē: Agnoſcamus geminā ſubſtantiā Christi, diuinā ſ. qua æqualis est patri, & humanam, qua minor est pr̄e. vtrūq; autem ſimul non duo, ſed vnus est Christus, ne ſit quaternitas, non trinitas Deus. Ac per hoc Christus est Deus, anima rōnalis, & caro. Idē quoq; in lib. de ꝑdestinatione ſanctorū: ille hō, vt à verbo patri coęterno in vnitatem perſonę aſſumptus, filius Dei vnigenitus eſſet, vnde hoc meruit? quod eius bonū præceſſit, vt ad hanc ineffabilem excelentiam ꝓueniret? Faciente, ac ſuſcipiente Deo verbo, ipse homo ex quo esse cœpit, filius Dei vnicus esse cœpit. Item, homo quicunq; ita gratia fit Christianus, ſicut gratia homo ille ab initio factus est Christus. Idem in lib. xiij. de Trinitate; Gr̄a Dei nobis in hoie Christo commendatur, quia nec ipse vt tanta vnitate Deo verò coniunctus, vna cum illo ꝑsona filius Dei fieret, vllis est præcedentibus meritis aſſecutus: ſed ex quo homo esse cœpit, ex illo est & Deus. Vnde dictū. est, Verbū caro factū est. Hilarius quoq; in lib. x. de Trinitate, ait: Christū non ambigimus esse Deum verbum, neq; rurſus filium hois ex anima, & corpore cōſtitiſſe ignoramus. His alijsq; auctoritatibus utunt̄, q hoiem quendā ex anima rōnali, & humana carne cōpoſitum dicunt Deum factum, ſed gratia, non natura. Sola enim gratia habuit ille hō, non meritis, uel natura, ut eſſet Deus ſiue Dei filius, vt haberet omnem ſcientiam, & potentiam, quam habet uerbum, cum quo est vna persona. Nec tantum in ſuperioribus legitur, quòd homo ille ſit vna persona cum verbo, & ſit ipsum verbum, ſed etiam, quòd anima rationalis, & caro eadem persona ſit, & Christus ſit, & Deus.

Hęc opinio tenetur.

### Aliorum sententia.

Sunt autem, & alij, qui iſtis in parte conſentiunt, ſed dicunt hominem illum non ex anima rationali, & carne tm̄, ſed ex humana, & diuina natura, id est, ex tribus ſubſiſtentijs, diuinitate, carne, & aīa cōſtare, & hunc Ieſum Christū fatent̄, & vnam ꝑsonam tm̄ esse, ante incarnationem ſolummodo ſimplicem, ſed in incarnatione factā, cōpoſitam ex diuinitate, & humanitate. Nec est iō alia persona, quàm priùs, ſed cum priùs eſſet Dei tantum persona, in incarnatione facta est etiā hominis persona, non ut duę eſſent personæ, ſed vt una, & eadem eſſet persona Dei, & hominis. Persona ergo, quę priùs erat ſimplex, & in vna tantum natura exiſtens, in duabus, & ex duabus ſubſiſtit naturis, & persona, quæ tantum Deus erat, facta est etiam verus homo, ſubſiſtens non tatum ex anima, & carne, ſed etiam ex diuinitate. Nec tamen persona illa debet dici facta persona, quamuis dicatur facta persona hominis. Facta est igitur illa persona (ut quibuſdam placet) quiddam ſubſiſtens ex anima, & carne, ſed non est facta persona vel ſubstantia vel natura, & inquantum est illud ſubſiſtens, compoſita est, inquantum autem verbum est, ſimplex est.

### Auctoritates etiam ponit, quæ hanc probant ſententiam.

Auguſt.

De hoc Augustinus in libro ſentētiarū Proſperi, ait: Modis oībus approbare ꝙtendimus, ſacrificiū eccleſię duob. ꝙſtare, duob. ꝙfici: viſibili elementorū ſpecie, & inuiſibili dn̄i nr̄i Ieſu Christi carne, & ſanguine: ſacr̄o, & re ſacr̄i. i. corpore Christi, ſicut Christi persona conſtat, & conficitur ex Deo, & hoie, cū ipse Christus verus ſit Deus, & verus homo. Quia omnis res, illarū reū naturā, & veritatem in ſe continet, ex quibus confi-

Miſſam ſacrificiū est

citur

Iohã. Damascenus. citur. De hoc eodẽ Iohãnes Damascenus ait: In dño nr̃o Iesu Christo duas quidẽ naturas cognoscimus, vnam aũt hypostasim ex vtrisq; cõpositam. Incarnatus est ergo Christus, ex virgine assumẽs primitias nostræ massæ, vt ipsa extiterit in carne hypostatis, quę Dei verbi hypostasis composita, & facta fuerit, quæ priùs simplex erat verbi hypostasis: composita verò ex duabus perfectis naturis, deitate, & humanitate, & ferat ipsa diuinæ verbi Dei filiationis characteristicum, & determinatiuũ idoima, secũdum quod diuisa Idem. est à patre, & spũsancto, & carnis characteristica, & determinatiua idiomata, secundum quę differat à mr̃e, & reliquis hoĩbus. Itẽ vnam hypostasim filij Dei confitemur in duabus naturis perfectè se habentibus, deitatis, & humanitatis, & incarnatam esse eandem hypostasim. & has duas naturas custodiri, & manere in Chr̃o post vnionem, non seorsum, & secundum partes ponentes singulam, sed vnitas iniuicem in vnam compositã hypostasim. Substantialem enim inquimus vnionem, scilicet veram, & non secundũ phantasiam. Substantialem autem, non duabus naturis perficientibus alteram, scilicet vnam cõpositam naturam, sed vnitas inuicẽ in vnam hypostasim compositã filij Dei, & manere eandẽ substantialem differentiã determinamus, quod creabile, manśit creabile, & quod increabile, increabile, & mortale, mortale, & immortale, immortale, & Augustin. circũscriptibile, circũscriptibile, & incircũscriptibile, incircũscriptibile, & hoc quidem refulget miraculis. De hoc etiam Augustinus in lib. de Trinitate, ait: Quemadmodum secundum deitatem vna est patris, filijq; natura, ita etiam iuxta humanitatem eadem est matris, & filij natura. Ex vtraq; ergo substantia, & diuinitatis, & humanitatis, vnus, capit. 23. atq; idem est Deus, Dei & hoĩs filius Iesus Christus, vt Deus verus, ita ẽt hõ verus. Idem ẽt lib. xiij. de Trinitate: Sic Deo coniungi potuit humana natura, vt ex duabus substantijs fieret vna persona, ac per hoc iã est ex tribus, Deo, anima, & carne. His, aliisq; pluribus se muniunt auctoritatibus, qui dicunt personam Christi esse compositam, vel factam, siue constantem ex duabus naturis, siue ex tribus substantiis.

## Tertia aliorum sententia.

hæc 3. opinio tãquã hæretica reijcitur. Sunt etiam alii, qui in incarnatione verbi non solum personam ex naturis compositam negant, verũ ẽt hoĩem aliquem, siue ẽt aliquam substantiam ibi ex aĩa, & carne cõpositam vel factam diffitentur. sed sic illa duo, s. animam, & carnẽ, verbi personę vel naturæ vnita esse aiunt, vt non ex illis duobus vel ex his tribus aliqua natura vel persona fieret siue componeretur, sed illis duobus velut indumento verbum Dei vestiretur, vt mortalium oculis congruenter appareret. Qui iõ dr̃ factus verus hõ, quia veritatem carnis, & animæ accepit, quæ duo ẽt in singularitatẽ, vel vnitatẽ suę personę accepisse legitur, non quia illa duo vel aliqua res ex illis cõposita, sit vna p̃sona cum verbo vel sit uerbum, sed quia illis duobus accedentibus verbo, non est personarũ numerus auctus, vt fieret quaternitas in trinitate, & quia ipsa persona verbi, quę priùs erat sine indumẽto, assumptione indumenti non est diuisa, uel mutata, sed vna, eademq; immutata p̃mãsit. q secundum habitum Deum hoĩem factum dicunt. Accipiendo enim hoĩem, dicẽt Deus factus est hõ, & p̃ acceptũ hoĩem dr̃ Deus verus esse hõ, & p̃ assumentẽ Deũ dr̃ hõ esse Deus. Nam si essentialiter inquiunt illi, Deus esse homo, vel homo esse Deo intelligerẽt, tũc si Deus assumsisset hoĩm in sexu muliebri, & mulier essentialiter Deus esset, & ecõuerso. At potuit Deus assumpsisse hominem in sexu muliebri. potuit ergo mulier esse Deus, & econuerso.

## Auctoritates inducit, quibus hæc sententia roboratur.

Augustin. Ne autem, & isti de suo sensu influere videantur, testimoniis in medium productis, quod dicunt confirmant. Ait enim Augustinus in lib. De gratia noui testamenti: Sicut non augetur numerus personarum cũ caro accedit aĩæ vt sit vnus homo: sic non augetur numerus personarũ, cum homo accedit verbo vt sit vnus Christus. Legitur itaque Phil. 2. Deus homo, vt intelligamus eius personæ singularitatem, non vt suspicemur in carnẽ quæst 73. a mutatã diuinitatẽ. Idẽ quoq; tractans illud vebũ Apostoli, Habitu inuẽtus vt hõ, manifestè ostendit Deũ dici factũ esse hominem, vel esse hoĩem secũdum habitũ, i n libro. Habitus multis modis dicitur LXXXIII. quęstionũ ita inquiens: Multis modis habitũ dicimus: vel habitũ animi, sicut disciplinę perceptionem vsu firmatam: vel habitum corporis, sicut dicimus alium alio validiorẽ, uel habitũ eorũ, quæ membris accõmodantur ex trinsecus, vt cum dicimus aliquẽ vestitũ vel calceatũ, & huiusmodi, vt in quib. oĩbus generibus manifestum est in ea re dici habitũ, quæ accidit, vel accedit alicui, ita vt eam possit etiã non habere. Hoc aũt nomen ductum est ab illo verbo, quod est habere, Habitus ergo in ea re dicitur



tur, quæ nobis vt habeaĩ accidit, vel accedit. Veruntũ hoc interest, quia q̃dã eorũ, q̃ accidunt, vel accedunt, vt habitũ faciant, nõ mutanr̃, sed ipsa mutant, in se integra, & incon- 1 spẽ habitus. cussa manentia sicut sapiẽtia accedens hoĩ, nõ ipsa mutaĩ, sed hoĩem mutat, quẽ de stulto sapientẽ facit. Quædam verò sic accedũt, vel accidunt, vt mutent, & mutenr̃, vt cibꝰ, 2 qui amittẽs speciẽ suã, in corpus vertir̃, & nos cibo refecti, ab exilitate, atq; languore in robur, atq; valentiã mutamur. Tertiũ genus est, cũ ea, q̃ accidunt, vel accedunt, nec mu- 3 tant ea, q̃bus accidunt, nec ab eis ipsa mutanr̃, sicut anulus positus in digito, quod genus rarissimè reperir̃. Quartũ genus est, cũ ea, quæ accidunt, vel accedũt, mutant nõ à sua na- 4 tura, sed aliã speciẽ, & formã accipiunt, vt est vestis, q̃ deiecta, atq; deposita, non habet Psal. 2. eã formã, quam sumit indura. Induta enim membris, accipit formã, quã non habet exuta, quod genus congruit huic cõparationi. Deus n. filius semetipsum exinaniuit, nõ formã suã mutans, sed formã serui accipiens, neq; conuersus, aut transmutatus in hoĩem amissa incõmutabili stabilitate, sed in similitudinẽ hoĩm factus est ipse susceptor, verũ hoĩem suscipiendo, & habitu inuentus est vt hõ. i. habẽdo hoĩem, inuentus est vt homo, Ibidem. non sibi. sed eis, quibus in hoĩe apparuit. Quod aũt dicit, vt hõ, veritatẽ exprimit. Noĩe ergo habitus, satis significauit Apostolus qualiter dixerit, in similitudinẽ hoĩm factus: q̃a non transfiguratione in hoĩem, sed habitu factus est, cum indutus est hoĩem quem sibi Augustin. vniens quodammodo, atq; cõformans, immortalitati, æternitatiq; sociaret. Non ergo oportet intelligi mutatum esse verbum susceptione hoĩs, sicut, nec mẽbra veste indu- De mõ ie carnatonis. ta mutantur, q̃uis illa susceptio ineffabiliter susceptum suscipienti copularet. His verbis apertè innuere vr̃ Augustinus, Deum dici factũ hoĩem s̃m habitum. Qui ẽt ipsius incarnationis modũ volẽs exprimere, q̃rentibus, in iiij lib. de Trini. ait: Si quærir̃, ipsa incarnatio quõ facta sit, ipsum verbum Dei dico carnẽ factum. i. hoĩem factum. Nõ tũ in hoc, q̃ factum est, conuersum, atq; mutatũ, sed carne, vt carnalibus congruenter appareret, indutũ. Ita sane factum, vt ibi sit non tantum verbum Dei, & hoĩs carò, sed etiam rationalis hoĩs anima. Atq; hoc totum, & Deus dicatur p̃ Deum, & homo p̃ hominem. Augustꝰ. Quod si difficile intelligitur, mens fide purgetur, a peccatis abstinendo, & bona operando. difficilia enim sunt hæc. Idem in lib de fide ad Petrum: Dei filius cum sit Deus æternus, & verus, pro nobis factus est homo verus, & plenus: in eo verus, quia verã habet ille humanam naturam: in eo verò plenus, quia, & carnem humanam suscepit, & Augustin. animã rõnalem. Itẽ, Non aliud fuit illa Dei summi susceptio vel exinanitio, nisi formæ seruilis. i. naturę humanæ susceptio. Vtraq; igitur est in Christo forma, q̃a vtraq; vera, & plena est in Christo substantia, diuina. s. & humana *natura*. Idem in libro contra Maximinum: Cum esset per seipsum inuisibilis, visibilis in homine apparuit, quẽ de fœmina suscipere dignatus est. Idem in codẽ: Nos Christum Deum verum hominem suscepisse credimus, & in ipso visibiliter inuisibilem homnibus apparuisse, in ipso inter homines cõuersatum fuisse, in ipso ab homnibus humana pertulisse, in ipso homnes docuisse. Hilarius quoq; in x. lib. de Trinit. ait: Quomodo Dei filius natus ex Maria est, nisi, q̃ verbum caro factum est, scilicet, q̃ filius Dei esset, formam serui accepit? vnum tñ, eundemque Hilarius. Iohan 1. non Dei defectione, sed homnis assumptione profitemur, & in forma Dei propter natu- Philip. 2. ram diuinam, & in forma serui ex conceptione spiritussancti, secundum hominis habitum repertum fuisse. Non fuit habitus ille tantum hominis, sed vt hominis, neq; caro illa caro peccati, sed in similitudine carnis peccati. Audistis tres secundum diuersos positas sententias, & pro singulis inducta testimonia. Rom 8.

Summa distinctionis VI.

Eclarata veritate circa vnionem vtriusq; naturæ in Christo, difficultates aliquæ proponuntur, atque difficiles quęstiones mouentur, nec aliud in distinctione hac agitur, nisi, q̃ quęstio ipsa proponitur, vtpote vtrum ratione incarnationis, seu vnionis vtriusque naturæ, puta deitatis, ac humanitatis in Christo, verè dicatur, Deus factus est aliquid, & circa hoc ponit tres opiniones famosas, cum harum motiuis. In sequenti verò distinctione prosequitur, quid veritatis, aut falsitatis contineatur.

Gulielmus Antisiod. Opinio 1.

### QVAESTIO I.

QVæritur ergo, *In quibus istæ opiniones conueniãt, & in quibus diuersificentur.*

Circa hoc scribit Antisiodorensis: Prima opinio fuit, q̃ Christus sub hoc sensu dicitur homo. i. habens hominem, vel humanam naturam sibi vnitam, hoc est animam, & carnem: ex quibus asserebant nihil esse constitutum, quoniam non concedunt, quòd Christus sit aliquid secundum quod homo, propriè sumendo ly, aliquid. Sub hoc tamen sensu concedunt eam, Est aliquid. i. alicuius modi. Et dicunt, quòd vnio animæ, & carnis ad verbum, facit hominem: vnio verò animæ ad carnem, facit vnitatem. idcirco in triduo sepulturę Christus extitit mortuus, soluta carnis, & animæ vnione adinuicem. Cumque alia vnio, quæ fuit animæ ad verbum, & carnis ad idem, non fuerit soluta, manśit Phil 2. tunc homo. Nec concedunt, quòd ly, homo, dictum de Deo prædicet speciem, sed habitum iuxta illud, Habitu inuentus vt homo. Extra de Hæret. Cũ Chr̃s.

¶Hanc opinionem pauperrimam, & indignam, Alexander papa in sua decretali auctoritatibus, & rationibus reprobauit. Opinio 2

¶Aliorum

¶Aliorum opinio fuit(quã specialiter asserit episcopus Senonensis, & eius sequaces, ) quòd filius Dei assumpsit quendam hominem, sufficienter ex anima rationali, & humana carne constantem instar hominum aliorum. Et quoniam verbum assumpsit, & vniuit sibi hominem illum, ideo homo ille filius Dei, filius quoq; Dei est homo ille. Et sicut filius Dei, incepit esse hõ ille, sic hõ ille incepit esse filius Dei incepitq; esse Deus. Item, quod assumens. i. filius Dei, est assumptum, videlicet filius hominis, & assumptũ, est assumens. Item, ꝙ ille homo est aliud à patre, & pater aliud ab homine illo, & ꝙ homo ille non est duarum naturarum, sed tantum vnius. sicq; supposito homine illo, non supponitur Deus, nec econuerso. Quod item possumus loqui de homine illo, non loquendo de filio Dei: vt cum dicitur, iste incepit esse homo, vel incepit esse Deus: quorum nullum potest dici de filio Dei. Item, quòd filius Dei est duo, cum sit diuina natura, & homo Verum de his, & de 3. opinione paulopost dicetur diffusiùs. Hæc Antisiodorensis in Summa.

Hales.

¶Hæc eadem recitat Alexander, quãuis pro parte aliter narret, nẽpe de 2. refert opinione: Ista opinio dicit, ꝙ ille homo, s. Christus, non solum constitutus est ex anima rationali, & carne, sed ex tribus substantijs in vnitate personæ, puta ex deitate, anima rõnali, & carne, nec tñ dicatur ibi deitas sicut pars. Secundò dicit personã verbi fuisse simplicem ante incarnationẽ, & in incarnatione factã compositam rõne naturæ assumptæ Tertiò dicit, ꝙ diuina persona assumpsit non hoĩem hunc, uel illum, sed naturam humanam, ideoq; Christum non esse duo, sed vnũ. Quartò dicit, ꝙ non ille homo cœpit esse Deus, sed econuerso, quia non fuit illud suppositũ hoĩs antequã ipsum esset Deus, nec tpe, nec natura. Porrò quarta opinio tenet, ꝙ illa duo, videlicet anima, & caro, ita vnita sint verbo seu naturæ diuinæ in verbo, vt ex illis, aut tribus non sit aliqua una substantia vel persona, sed potius verbum Dei vestitũ est illis duobus veluti indumento. Propter, quod dicit, ꝙ Christus secundum quod homo, non est, quid, nec verbum incepit esse quid ĩ incarnatione, sed qualiter ens, seu quodammodo se habens. Atque ex consequenti videtur asserere, quòd vnio illa non fuit substantialis, sed quasi accidens in subiecto. Istæ sunt tres opiniones. Hæc Alexander. Contra has arguit, vt patebit. Eadem refert. Bonauentura.

in ꝑsen. di. a prĩcipio.

¶At verò Thomas: Istę inquit, opiniones in quatuor conueniunt. Primò in hoc, ꝙ quælibet earum ponit in Christo solum vnã personã, puta diuinã: per quod ab hæresi recedunt Nestorij. (Nestorius.) Secundò, ꝙ ponunt in Christo duas naturas, & tres substantias, scilicet deitatem, & animam, ac corpus: in quibus duobus, puta anima, & corpore, dicunt constare humanam naturam: per quod recedunt ab hæresi Euticetis, qui posuit vnam naturam in Christo. (Eutices.) Tertiò, has duas substantias, in quibus humana consistit natura, dicunt assumptas à verbo: per, quod recedunt ab hæresi Manichæi, qui negat carnem eẽ in Christo. (Manichæus.) Quartò, in hoc, ꝙ hoc, quod assumptum est, dicunt non pręextitisse assumptioni tempore, sed solum natura: per quod euadunt errorem, quẽ tãgit Damascenus, (Ioh. Da.) dicẽtiũ, ꝙ primò assumpsit intellectum, atq; ex tunc fuisse hominem, postea assumpsisse carnem in vtero virginis, qui videtur fuisse error Origenis, qui posuit animas simul creatas. (Origenes.) ¶Differunt quoq; opiniones hæ in quibusdam. nempe cum sint tres in Cristo substantiæ, duplex consistit operatio earũ ad inuicem. Vna animæ, & corporis, prout in ipsis est natura humana: alia verò harum duarum ad verbi personam, secundũ quod illa ambas eas assumpsit.

In quo opiniones istę differant.

Vnde quælibet harum opinionũ differt ab altera, quantum ad vtramq; cõparationẽ. Differt quippè opinio tertia à primis duabus, quo ad comparationem animæ, & corporis: quoniam primæ duæ ponunt aliquid compositum ex anima, & corpore, quod est assumptum. Tertia verò ponit substantias duas diuersas, & sine aliqua mutua cõpositione à verbo assumptas Hinc dum natura humana fertur à verbo assumpta, accipit eam materialiter, sicut partes domus secundum se sumptę, dicũtur domus. Differt quoq; à primis duabus, quantũ ad comparationẽ harum duarum substãtiarum ad tertiam, puta verbi personam: quoniam ponit has duas partes coniunctas verbo accidentaliter, sicut uestis coniungit̃ homini, & Angelus corpori, quod assumit ut in eo appareat. Primæ verò duæ opiniones affirmant corpus & animam verbo esse(non accidentaliter, sed substantialiter) coniuncta ad personale esse ipsius. Secunda quoq; opinio distat à prima quo ad comparationes has duas, quia cum vtraque dicat corpus, & animam pręexistere vnioni secundum intellectum, atque ex eis coniunctis effici aliquid: nõ tamen vtraque sentit vnius modi vnum ex eis constitui. Ex coniunctione namque animæ ad corpus, resultat hic homo, & humanitas. Prima ergo opinio tenet, vnum illud constitutum ex anima, & corpore, quod præintelligitur vnioni, esse hunc hominem. Secunda verò ait, ꝙ sit humanitas. hoc quoque, ꝙ sit hic homo, non habet ex cõiunctione animæ, & corporis, sed ex vtriusque vnione cũ verbo, quod in ipsis subsistit. Rursus, iuxta secundam opinionẽ, hæ duæ assumptæ substantiæ ita iungunt̃ personæ diuinę, ꝙ pertinẽt ad ꝑsonalitatem ipsius, intantũ, ꝙ sicut ꝑsona verbi ante incarnationẽ subsistebat in natura diuina, sic post incarnationẽ subsistit in natura diuina, atque humana: propter quod ante incarnationẽ persona illa extitit simplex, postmodumque composita. Porrò prima opinio sentit substantiam illam ex anima, & corpore compositã, non pertinere ad uerbi personalitatem ita, ꝙ verbum in ea subsistat, sed per assumptionem factum esse, vt persona verbi sit illa substantia composita ex carne, & anima, & econtra. Propterea sicut persona verbi extitit simplex ante incarnationem, ita, & postea. ¶ Nunc aduertendum, quid quælibet harum ponit opinionum.

Quid vnaquæq; harũ opinionũ ponat.

Opinio 1.

¶Ita prima, primò ponit hominem esse assumptum: secundò, ꝙ homo designet compositum ex anima, & corpore, non ex deitate. Cũq; hic homo sit suppositum, ponit in Christo duo supposita seu duas hypostases: vnum creatum, quod est homo: Alterum increatum, quod est filius Dei. Et quia suppositum prædicatur in recto, non in obliquo sicut natura. Socrates enim est suppositum naturę humanæ: ideo quartò fatetur, quòd Christus est duo neutraliter, vnus tñ masculinè, ꝓpter vnitatem personæ: Cũq; hoĩem dicat assumptũ, &, ꝙ filius Dei est homo, hinc quintò concedit, ꝙ assumens est assumptum. Rursus, quia in Christo ponit duo supposita, addit sexto, ꝙ supposito filio Dei, non supponitur hic homo, quamuis hic homo sit filius Dei: quemadmodum supposita essentia diuina, non supponitur pater, quamuis pater sit ipsa essentia. Quia hic homo non supponit suppositum æternum, ideo dicit septimò, ꝙ sicut Deus factus est homo, sic homo factus est Deus: quod dici non posset, si supponeret suppositum ęternum, quia suppositum



positum æternum non incipit esse Deus. Insuper quoniã proprietates æternæ non determinant suppositum temporale, nec econtra, ob hoc dicit octauò, quòd oĩa nomina adiectiua, q̃ significant, quid æternum, dici nequeant de filio virginis, nisi cum implicatione: vt si dicatur, filius virginis est æternus, hoc est, filius virginis est ille q̃ est eternus. Similiter adiectiua significantia aliquid temporale, propriè dici non valent de filio Dei: substantiua autem prædicantur hinc ĩde propter vnionem.

2da opinio.

¶ Secunda demum opinio, cum dicat, quòd humana natura, quæ est assumptum, non significet, quid subsistens, ideo primò dicit hominem (cum significetur per modũ subsistentis) non esse assumptum, sed naturam humanam. Cumq; hypostasis siue suppositum dicat aliquid per se subsistens, non potuit in Christo nisi vnum suppositum, & vnam hypostasim. Hinc tertiò ponit, quòd Christus est tantum vnum, & solũ vnus. Et quia humana natura non substantificatur vt subsistat, nisi per vnionem ad personam diuinam, hinc homo, qui significat per modum subsistentis, nõ solum dicit animam, & corpus, sed, & deitatem. Cũq; diuina persona, quæ ante incarnationem subsistebat in vna natura, postea subsistat in duabus naturis, & tribus substantis, hinc quintò dicit, quòd persona diuina, q̃ ante incarnationẽ fuit simplex, post extat composita. Rursum, quum sit vnum suppositum, quod in duabus subsistit naturis, sexto dicit, quod de illo supposito propriè pręedicari possunt adiectiua, significantia proprietates vtriusq; naturæ, siue suppositum illud denominetur per vnam naturam, siue per alteram. Vnde secundum hoc ꝓpriè dici potest, Iste puer est ęternus, Deus est passus.

Tertia opinio.

¶ At verò tertia opinio, cum neget vnionem animæ cum corpore in Christo, ideo primò dicit, ꝙ homo non prædicat aliquid de Christo compositũ ex anima, & corpore, sed partes humanę naturæ, vt sit sensus: Deus seu Christus, aut filius Dei, est hõ, id est, habet corpus, & animam accidentaliter sibi vnita. Vnde secundò ponit, quòd homo prædicat̃ de Christo accidentaliter, non in quid, sed in quomodo se habet, vt quum dicitur homo indutus. Idcirco adiungit, quòd duæ substantiæ, scilicet corpus, & anima, non pertinent ad verbi personalitatem, sed extrinsecus habeant se ad eam. Multa quoque similia ex opinionibus his sequuntur, si quis radicem earum consideret.

## QVAESTIO II.

Io. Scotus

QVæritur secundò: *Quæ harum trium opinionum sit verior.* ¶ Ad, quod breuiter Scotus respondet, quòd doctores cõiter tenent mediã tanq̃ ꝓbabiliorẽ. Nam prima opinio stare non valet, q̃a assumens non est assumptũ, ut patuit, & patebit. Tertia aũt opinio tpe Magistri non fuit hæretica. postmodum verò tpe Alexandri papæ est condemnata, vt patet extr. de hære. Cũ Christus. (Alexander papa.) Auctoritates verò, q̃ videntur esse pro ea, sunt exponendæ per similitudinem quandam, vt Christus dicatur habitu inuentus vt homo, per similitudinem naturæ assumptæ cum habitu. (Phil. 2.) Quemadmodum enim habens habitũ non mutatur, sed habituatus potiùs occultatur sub habitu, ita persona diuina nõ mutabatur in ista vnione, sed magis natura humana, quæ, & quodãmodo occultauit personam diuinam. Secunda ergo positio est tenenda, ꝙ persona verbi in duabus subsistit naturis, in quarum vna habet primum, & proprium esse, Alia, puta assumpta natura, est quasi aduentitia, quæ habet secundum esse: sicut si Socrates diceretur subsistere in humanitate, atq; albedine. Verũ, ꝙ ista ꝑsona dr̃ esse cõposita cõiter non tenet̃, propriè loquendo de cõpositione ex actu, & potentia, aut ex materia, & forma, vel ex duabus potentialibus rebus qualia sunt ista, quæ apud Philosophum dicuntur elementata, integrantia naturã totalem. Auctoritates ergo Damasceni, q̃ videntur sonare, ꝙ persona Christi sit composita, exponendæ sunt, ꝙ vna natura(id est, assumpta) ita est in diuina ꝑsona, & cũ diuina natura, ac si personam componerent, sed tam inconfusè, & sine tertio resultante ex eis, ꝙ non faciũt compositionem. Hæc Scotus. (Io. Dam.)

## QVAESTIO III.

COnsequẽter iã scicitandũ, an veræ sint ꝓpositiones quas ꝓtactæ ꝓcedunt opiniones. Quærit̃ ergo, *An in Christo sint duæ hypostases, aut duo supposita.* ¶ Vr̃, ꝙ non quia in Chr̃o nõ est nisi vna ꝑsona, hypostasis aũt, & suppositũ in natura intellectuali sunt idẽ, quod ꝑsona.

Obiectio. in partem negatiuã 1

2 ¶ Rursus, Damascenus testat̃: Duas fatemur naturas vnitas in vnã hypostasim.

3 ¶ Ampliùs, secundum Boethiũ, ꝑsona est rõnalis naturæ indiuidua subsistentia seu substãtia. Hypostasis quoq; (ẜm eundẽ) est indiuidua substantia. ergo ꝑsona nõ addit supra hypostasim, nisi, ꝙ sit rõnalis naturę. hypostasis ergo rõnalis naturæ ẽ ꝑsona. Sed tã diuina, q̃ hũana natura ẽ rõnalis, igit̃ si sũt duę harũ duarũ hypostases naturarũ, oportebit in Chr̃o duas fateri personas, qđ est Nestorij heresis

In suppositum. 1

¶In opositum arguit̃ ita: Chr̃s vt homo, ẽ hypostasis, quædam in gñe substantię, qm̃ de quocunq; ꝓdicat̃ species, & genus, sed verbi hypostasis non ẽ substantiæ, imò ẽ sup oẽ genus, neq; in vllo ꝓdicamento. In Chr̃o ergo est persona, quædam pręter verbi personã. sicq; erunt in eo duæ hypostases.

2 ¶Secundò, sicut species se habet ad genus, ita hypostasis ad speciem: vna aũt species nequit in diuersis esse gñibus non subalternatis: ergo nec vna hypostasis põt esse in pluribus speciebus, multo igit̃ minus in natura diuina, atq; humana:

3 Boethius. ¶Tertiò, ẜm Boethiũ libro de duabus naturis Chr̃i, oĩs substantia particularis ẜm proprietatẽ vocabuli põt dici hypostasis, q̃uis ẜm vsum dicat̃ tm̃ de substantijs nobilioribus: sed in Chr̃o sunt plures substantiæ, vt à cunctis conceditur, & non sunt vniuersales, sed particulares: ergo in ipso sunt plures hypostases.

4 ¶Insuꝑ, videntur esse supposita plura, quia natura humana in Christo ẽ vna numero, ergo indiuidua. Ex vnione quoq; huius animæ, & corporis huius resultat hoc aliquid. seu persona in rationali natura. cũq; in Christo fuerint determinata anima, & corpus signatum, fuit in eo persona speciei hũanæ: fuit quoque in eo persona diuinę naturæ, sicq; duæ fuerũt in eo personæ.

5 ¶ Adhuc, operari præsupponit esse, quemadmodum actus secũdus primũ: sed Christus habuit actus secundò, & operationes (tam immanentes, quàm forinsecus transeuntes) naturæ humanæ, ergo habuit esse personale eiusdem naturæ.

Thom. in hac dist. q. 1. ar.

¶ Ad hæc sanctus Thomas sapienter rñdet: Oẽ particulare habet respectũ ad cõem naturã, & ad ꝓprietates ipsius, põtq; secundũ vtrũq; noĩari respectũ, tũ per nomẽ primæ impositionis, tũ ꝑ nomẽ impositionis secundę. Hoc nãq; nomen, res naturæ, est nomẽ primæ impositionis, significans particulare ꝑ respectum ad naturã cõem. Suppositum verò est nomen secundę impositionis, significans habitudinẽ ipsam particularis ad naturam communem, inquãtum in ea subsistit: particulare verò, inquantum exceditur à natura communi. Verum cum accidentia sequant̃ naturã, hinc omne nomen designans particulare ẜm respectum ad proprietates, designat etiã ipsum

ipsum per respectum ad naturam communẽ, quod fieri pōt tripliciter. Primò, per nomẽ primæ impositionis, & sic est hypostasis cōiter in oībus substantijs, persona verò in substantijs rōnalibus. Secundò, per nomen secundæ impositionis, & ita est indiuiduum, inquātum est indiuisum à se: singulare verò, inquātum diuisum ab alijs. ¶ Est quoq; alia differētia inter hæc attendenda. Nā quædā istorū significant cōiter particulare in quolibet gñe, vt particulare, indiuiduū, singulare. Quædā verò tm̄ particulare in gñe substantiæ, vt res naturæ, suppositū, hypostasis, persona. Cumque rō substantiæ sit, per se subsistere, nullum horum dr̄ nisi de re cōpleta per se subsistente: hinc non dicuntur de parte, neq; de accidente, de quibus alia dici possunt, quæ in oībus inueniūtur generibus. Etem quamuis hæc albedo vel hæc manus, dicatur indiuiduum, & singulare, non tñ pōt dici hypostasis, vel suppositum, aut res naturæ. Deniq; impossibile est, duorum per se subsistentium vnum esse alterum, quia secundum quod numerantur differunt: quum differentia sit causa numeri, nec aliqua prædicantur de se inuicem, nisi secundum quod vnum sunt. Vnde cum persona diuina sit per se quiddā subsistēs, si compositum ex aīa, & corpore tm̄ ēt ponat quid completum subsistēs per se, quod sit hō, aut hic hō, impossibile est vnum verè prædicari de alio, dicēdo: filius Dei est hic hō, aut hō. Et quia hoc ponit prima opinio, à nullo tenet nunc. Porrò secunda opinio, id quod cōpositū est ex carne, & aīa tm̄, non dicit esse quid subsistēs, sed esse naturam humanā in qua diuina persona subsistit: idcirco secundum hanc opinionem dicendum, ꝙ noīa vniuersa significantia particulare in quolibet genere, possunt dici esse duo in Christo. Nam sicut hæc manus dicitur indiuiduum, seu singulare, & particulare, ita humana natura in Christo est indiuiduum, & singulare, aut particulare singulare. Cumq; humana natura non sit diuina natura, nec diuina ꝑsona, nihil prohibet dici in Chrō duo indiuidua, & duo singularia, aut particularia, aut ēt plura secundum numerum partium in Christo, quarū quælibet indiuiduum dici potest, nisi fiat uis in hoc, ꝙ non ꝓpriè inueniunt huiusmodi nomina in diuinis. Attamen plura indiuidua de Christo non prædicant, quia de eo non prædicat humana natura, nec partes eius. Non autem dicimus in Christo duas esse hypostases, aut res naturæ, neq; supposita:

Hūa na natura in Chrio non ē res naturæ neq; suppositum

hūana quippè natura in Christo non est res naturæ, neq; suppositū. Nulla em̄ natura composita, est res, aut suppositum sui ipsius: similiter non est hypostasis, sed vsia. Nihilominus sicut dicimus vnionem factā in persona, ita, & in hypostasi, supposito, re naturæ, indiuiduo quoq;, & singulari, & particulari: qm̄ q̄uis hæc vltima tria dici de non subsistentibus per se possunt, tñ, & de per se subsistentibus ꝑdicantur. Hinc innotescit, ꝙ in Christo non sunt duo supposita, sed bene duo indiuidua, & duo seu plura singularia: vt hæc manus. hic pes: nō tñ nisi indiuiduū vnū ꝑ se subsistens, similiter vnum singulare per se subsistens, & ipsemet est vnū tale indiuiduū, & vnū hmōi singulare. Conformiter in Christo non sunt duæ res naturæ, sed ipse est res vna naturarū duarū, sicut, & ipse ē vnū numero. Hæc Thomas ī Scripto.

Thomas. 3. par. q. 2. art. 3.

¶ Præterea in 3. parte, quæsti. 2. Quidam, inquit, ignorantes habitudinem hypostasis ad persoam, q̄uis concederent in Christo vnā solam personam: posuerunt tamen in eo aliam hypostasim Dei, & aliā hominis, ac si vnio facta sit in persona, non in hypostasi. Quod ex tribus probatur erroneum. ¶ Primò qa persona nō addit super hypostasim nisi determinatam naturā, puta rationalē: idcirco in Chro idem est asscribere humanæ naturæ propriam personam, propriāq; hypostasim. Quod intelligentes sancti patres, vtrunq; in concilio quinto apud Constātinopolim celebrato dānauerūnt, dicentes: Si qs in mysterio Christi introducere conetur duas subsistētias seu personas, anathema sit. Nec enim abiectionem personæ, nec adiunctionē subsistentiæ suscepit trinitas sancta, incarnato vno de sancta trinitate Dei verbo.

Cōcilium Cōstantinopolitanū quinti

¶ Secundò, nā dato, quòd persona aliquid dicat vltra hypostasim, in quo posset fieri vnio hoc nil aliud est: q̄ proprietas ad dignitatem pertinens: iuxta quod aliqui dicunt, quòd persona est hypostasis, proprietate ad dignitatē pertinente distincta. Si ergo facta est vnio in persona, non in hypostasi, sequitur, quòd non sit facta nisi secundum quandam dignitatē, quod reprobatū est à Cyrillo, approbante synodo Ephesina his verbis: Si quis in Christo diuidat subsistentias post adunationem, copulans eas sola coniunctione, quæ est secundum dignitatem, vel auctoritatem, aut secūdū potentiā, & non magis concursu secundū adunationem naturalē, anathema sit.

Cirillus, Sinodus Ephesinus

¶ Tertiò, quia hypostasis est, cui attribuntur operationes, & proprietates naturæ, ea quoq;, quæ ad naturæ rationē pertinent, in concreto. Dicimus enim, ꝙ hic homo est rationalis, atque risibilis, & est aīal rationale, & hac ratione hic hō vocatur suppositum, quia supponitur his, quæ ad hominis ptinent rōnem, eorū recipiens prædicationem. Si ergo est alia in Christo hypostasis præter hypostasim verbi, sequitur, quòd de aliquo alio, q̄ de verbo verificent ea, quæ sunt hominis, vt esse de virgine natum, esse passum, crucifixū, sepultū. Quod item damnatum est, approbante concilio Ephesino his verbis: Si quis duabus personis, aut subsistētijs, eas, quæ in euangelicis, aut apostolicis sunt scripturis, impartit voces, aut de Christo à sanctis dictas, aut ab ipso de se, & quasdam quidem velut homini præter illud ex Deo verbum spiritualiter intellecto applicat: quasdam verò velut Deo, dicibilis soli ex Deo patre verbo, anathema sit. Sicq; constat esse hæresim ab olim damnatam, esse in Christo duas hypostases, aut duo supposita, seu quòd vnio non sit facta in hypostasi, seu supposito. Hæc Thomas in Summa, qui rursus eadem esserit quæstione:

Cōcilium Ephasini

Thomas vbi supra

¶ Circa mysterium vnionis duarum naturarum in Christo, duplex hæresis insurrexit. Vna confundentium naturas in ipso, ut Euticetis. Alia separantium personas, vt Nestorij ponentis in Christo duas, prersonas, quas dixit simul vnitas per inhabitationē inquantum verbum Dei habitauit in homine illo sicut in templo. Secundò per vnitatē affectus, inquātum voluntas hoīs illius indesinenter conformis est voluntati Dei. Tertiò per operationem, secundum quod affirmant hominem illum esse instrumentum verbi æterni. Quartò, secundum dignitatē honoris, prout omnis honor, q exibetur filio Dei, exhibetur homini illi ꝑꝑ coniunctionem eius ad filiū Dei. Quintò, secundū æquiuocationē. i. noīm cōicationem, prout hoīem illū dicimus Deū, & filium Dei participatiuè. Manifestūq; est, oēs hos modos accidentalē dicere vnionē. At verò quidā posteriores magistri, putantes se has hæreses declinare, inciderunt in eas per ignorantiā quandā. Nā aliqui cōcesserunt vnam esse Christi personam, sed duas hypostases siue supposita, perhibentes hominem quēdam ex anima, & corpore compositum, à principio suæ cōceptionis à verbo Dei assumptum, & hæc est

Hæresis circa mysterium vnionis naturarum in Christo

prima



prima opinio quā refert Magister. Alij volentes seruare vnitatē ꝑsonæ in Christo, dixerunt animā eiꝰ non esse corpori eius vnitā, sed hæc duo abinuicē separata, esse verbo vnita accidentaliter, quæ est opinio tertia à Magistro narrata, quæ ambæ incidunt Nestorij hæresim.

Prima, & 3. opiniones, hęresim. Nestorij sapiunt.

Prima, qm̄ idē est ponere in Chro duas hypostases, & duo supposita, ac duas ꝑsonas, sicut iā patuit, & si fiat vis in noīe ꝑsonę, sciēdū, ꝙ Nestorius quoq; vtebat noīe ꝑsonæ, ꝑꝑ vnitatē dignitatis, & honoris. vñ, & synodus diffinit eū anathema, q dicit vnā ꝑsonā secundū dignitatē, & honorē, ac adorationē, sicut Theodorus, Mosuesteus, atq; Nestorius insanientes. Similiter opinio alia, quòd ad hoc, ꝙ posuit vnionē illā accidētalē, qm̄ reddit in idē, dicere verbū Dei vnitū hoī ꝑ inhabitationē quasi in templo, vt dixit Nestorius, & per induitionē vt uestimento, put tertia dixit opinio, quę, & peius aliquid dixit, q̄ Nestorius, vt pote animā, & carnē non esse inuicem vnita in Christo

Tho. contra gentiles li. 4. cap. 34.

2 opinio non est dicenda opinio, sed fidei assertio.

Hinc secūda opinio, quam narrat Magister, nō est censenda opinio, sed catholicæ fidei vera sentētia. Prima verò, & tentia opinio, non sunt reputandæ opiniones, sed hęreses, ab ecclesia in generalibus concilijs condemnatę. Hæc idem ibidem.

Petrus de Taranta Richardus

¶ Concordant Petrus, & Richardus, dicētes: Natura Christi humana indiuidua, qa non est ꝑdicabilis de pluribus, sed de seipsa duntaxat. Est ēt singularis, inquantū signabilis seu signata, dicendo: hæc est, & inquantū ab alijs est diuisa. Est quoq; vna numero, qa non diuisibilis in plures natura, & est particularis, inquantū natura hūana nō tm̄ est nata saluari in ea, sed itē in alijs multis creatorū suppositorū naturis, videlicet Petri, Pauli, &c. non est aūt res naturæ, qm̄ res naturæ est aliquid in se existens habens naturā. Hūana aūt natura Chri existit, & subsistit in verbo, nec est ꝑsona, qa ꝑsona dr̄ quasi ꝑ se sonās: iō nulla res est ꝑsona, q̄ est rei sē digniori vnita. Veruntñ aliquo modo pōt dici substantia prima, inquantum rō conueniens naturæ humanę (inquantum est talis, seu in cōi) saluatur in ea, quēadmodū in naturis aliorum indiduorum. Hæc illi

Bonau. in hac distin.

¶ Porrò Bonauentura à dictis Thomæ vr̄ paululū dissentire: Prima, dicens. opinio non est hæretica, sed multā habuit ꝓbabilitatem. Cū em̄ diuersis naturis diuersa correspondeant supposita, dixerunt Christū rōne diuinæ naturæ, & rōne naturę hūanę, esse duas res naturæ, & duo supposita siue hypostases, quarū tñ vna prædicatur de alia, ꝑꝑ vnitatē personæ. sed quāuis opinio ista, quantū ad hoc, aliquid habeat probabilitatis, aliquid tñ dicit improbabile, ꝙ nullos, aut paucos habet iam defensores. Quæ enim de se inuicem pr̨dicantur, non ponunt in numerū, q̄uis formaliter distinguātur: vt homo, & musicus. Si ergo Deus, & homo, & econtra, de se inuicem pr̨dicant, non possunt esse duo supposita. Vñ huius opinionis sequaces decepti sunt, quia non distinguerunt inter suppositum, quod subijcitur generi, & inter suppositū, in quo substantificat totū rei esse, inter, quæ est distinctio magna, quia loquendo de supposito primo modo, corpus, & color diuersa habent supposita. Sumendo aūt suppositū secundò modo, possunt idē habere suppositum, cum in eodem indiuiduo saluet rō corporeitatis ratioq; coloris. Res autem non numeratur secundum supposita in subijcendo, & prædicando, sed secundum numerū suppositorum in essendo, & substantiando. Cumq; natura humana in Christo non substātificet nisi in diuina persona, hinc vnum est ei suppositum, prout accipitur numeratio rei quantum ad esse in actu. Propterea Christus non est dicendus duo, sed unū, nec sunt in eo duo supposita. Sed, & magis propriè dr̄ vnus, quàm vnum, quia in eo est personalitas vna, duæ verò naturę. Quomodo autem dicatur vnum, & non duo, infrà magis patebit. Hæc Bonauentura.

Hales.

¶ Præterea Alexāder primā harū opinionū nitit aliquo modo tueri. Subsistēdo, dicēs, quantū valemus secundū catholicā veritatē, istā opinionē, dicimus, ꝙ possumus loq de hoīe, non loquēdo de filio Dei: vt cū dicinꝰ, iste hō incepit esse, vel incipit esse Deus: quorū neutrū dicere possumus de filio Dei. Similiter ecōtrario loq possumus de filio Dei, nō loquēdo de filio hoīs, vt cū dico, Filius Dei genitus est ab æterno, & ꝙ est de pr̄e sine mr̄e, q̄ non cōueniunt filio hoīs ꝓpriè. Idcirco distinguunt, & dicunt, ꝙ oēs istæ ꝓpositiones sunt duplices, filius Dei est passus vel mortuus, qa si termini isti, passus & mortuus, teneant substantiuè, uera est ꝓpositio illa simpliciter, qm̄ filius Dei est ille, q passus est, vtpote, filius hoīs: si verò teneant adiectiuè, falsa est, qm̄ esse passum nō cōuenit filio Dei secundū quod filius Dei est. Similiter istæ sunt duplices, iste puer (demonstrato filio hoīs) est æternus, vel à pr̄e genitus, qa si adiectiua illa teneant adiectiuè, sunt falsę: si substantiuè, sunt veræ iuxta sensum ꝑtactū.

Obiectio.

¶ Cū ergo obijcit, Si assumens est assumptū, cū assumēs sit vniēs, & assumptū vnitū, idē erit vniēs, & vnitū, & sic idē erit sibijpsi vnitū:

Dilutio.

¶ Dicēdū, ꝙ non sequitur istud: sed bene sequit, ergo vniens est vnitum. Refert em̄ aliqd sibi vniri, & aliqd sibi esse vnitū: qm̄ taliter verbū Dei vniuit sibi hoīem, ꝙ fecit vt ille hō eēt idē, quod ipse, seu, ꝙ ipsum verbū. Itaq; ista opinio dicit assumētē esse assumptū: qm̄ filius Dei est hō, & dicit hoīem esse assumptū, qa filius Dei est hō. Si aūt dicat humana natura assumpta non diceret ista opinio assumentē esse assumptam: sed negaret. Ecōuerso quoq; cōcedit, ꝙ assumptū est assumēs, eo, ꝙ homo sit persona, q̄ est filius Dei. Porrò si natura diuina diceret assumēs, nullatenus. diceret, ꝙ assumptū si assumens, propriè loquendo; nā negat, quod filius hoīs sit diuina essentia, sicq; opinio ista dicit assumentē esse assumptū, qm̄ assumentē dicit nō diuinā naturā, sed rē naturæ, videslicet filiū Dei. Similiter ꝓtestat, ꝙ assumpū sit renaturę humanæ, vtpote hō iste, magis hūana natura. Hæc Alexāder de prima opinione. Tertiā quoq; opinionē aliquo mō excusat, dicēdo: Cū dr̄. Christus est homo, est considerare naturā rei, & itē rōnē dicendi. Si considerando naturā rei, quis diceret, ꝙ Christus secundum quod homo, non esset, quid, aut aliquid, errare. Si verò attendens rōnem dicendi, assereret, ꝙ dum Christus dicitur esse homo, aut factus homo, non prædicatur ly, homo, vt quid de Christo, quamuis sit quid: sed prædicatur quomodo se habens, videretur absolutè errare, quia secundum Apostolum, Habitu inuentus est vt homo, & secundum Augustinū, assumpta natura se habet per modum vestis, seu habitus, per comparationē ad verbum, quod sine ea fuit, & esset, sit incarnatū non esset. Hæc Alexander.

Phil 2. Aug. in l. 83 q 73 a

¶ Veruntamen, quia (secundum eundem doctorem) propositiones multum extensæ, atq; errori propinquæ, non sunt simpliciter cōcedendæ, meliùs securiusq; censet, opiniones istas abijcere, & mediā conseruare.

Al. Mag. in hac dist.

¶ Insup dictis ex Thoma satis concordat Albertus, q tñ vr̄ interdū asserere, ꝙ natura humana in Christo non habuit rōnem ꝓpriæ singularitatis, nec singularitatem propriæ naturę, sed in hoc nō oportet sudare,

quia

quia singulare pro persona, aut supposito forsitan sumpsit.

QVAESTIO IIII.

Amplius quæritur: *An ista sit concedenda, filius Dei verbum æternum Deus verus, assumpsit hominem seu hominem istum* ¶ Videt, q sic, quia quotidie dicimus ei, Tu ad liberandum suscepturus hominem, non horuisti virginis verum. ¶ Secundò, Augustinus ait in homilia: Quid meruit ille homo, qui dr̃ Iesus, ut assumeretur à filio Dei? suscepit hominem, suscepit plenum hominem, aptauit sibi, vnam fecit dñs cum seruo personam. Aliqui quoq; doctores scholastici vtũtur hoc modo loquendi, videlicet, q filius Dei assumpsit hominem. ¶ Tertiò, assumpsit corpus, & aĩam sibi inuicem counita, corpus autẽ, & aĩa rationalis counita sunt homini.

1. in partẽ affirmatiuam obiectio. 2 Augustin. 3 4

¶ Quartò, p illud in Psalmo, Beatus quẽ elegisti, & assumpsisti, Glossa fatet, & exprimit, q verbũ Dei assumpsit hominem. ¶ Quintò, filius Dei est homo, aut ergo est homo, quem assumpsit, aut homo quẽ non assumpsit. Si primum, habetur propositum: si secundum, ergo Christus nõ magis est Iesus, quàm Petrus.

Psal. 64. 5

¶ In oppositum est, q homo dr̃ res habens naturam humanã in se, & res talis est quid subsistens Nõ autem assumpsit rem subsistẽtẽ, nec rem, quæ habet naturam humanam, sed ipsam naturam. ¶ Insuper dictum est, quod in Christo assumens non est assumptum, sed Deus est homo, ergo hoĩem non assumpsit. ¶ Præterea, si assumpsit hominẽ, aut ergo hominem in vniuersali, aut hominem istum. Non primum, quia sic verbum Dei esset omnis homo, nec verũ esset verbũ Damasceni, dicentis, quod assumpsit naturã humanum in atomo: ergo assumpsit hoĩem istum certum determinatum. Homo autem iste certus determinatus, est persona. cumque non assumserit personam, iuxta inducta, relinquit, quod nullo modo assumserit hominem.

In oppositum. 1 2 3 Io. Dam.

¶ Ad hoc rñdet Albertus: Filius Dei, nec assumpsit hoĩem, neq; hunc hominem, ut ait Magister, Iesus quippè nunquã fuit hõ, neq; hic hõ, nisi postq̃ naturam humanã assumpsit existentem in ipso, nec unquam fuit, nec erit, nec est hinc homo propria singularitate hominis, quinimo in singularitatem non hominis huius; sed personæ diuinę, est terminata assumptio. Hinc dicendum, quòd filius Dei assumpsit corpus, & animã vnita sibi, hoc sensu, q assumendo formauit corpus, & condidit aĩam, ac ea simul coniunxit, atq; assumpsit: nõ autem sic, q ante assumptionem extiterint. Verum hæc vnio non fecit singulare hominis vt hoĩs. Nempe cum vnum dicatur indiuisum à se, & diuisum ab alijs, & ista assumptio non priùs coniunxerit corpus, & animam Christi in vnum aliquid naturę hominis, quã ea vniuit diuinæ naturæ, ac diuinæ personę in personalitatem diuinam: constat, q nunquam fecerit vnum ex corpore, & anima Christi, vt vnum naturæ humanę, inquãtũ hmõi: imò simul fecit coniunctionem, & vnũ psonæ diuinæ, sic, q cũ verbo æterno sint vna psona, vtpote ad uerbi psonalitatẽ assumpta. Vnde cum ex corpore, & anima faciat hunc hoĩem, inquantum hic homo, patet, q tale vnum nunquã fuit assumptum à Christo. Vnio quoq; illa aĩæ, & corporis, non fecit vnum diuisum ab alio anteq̃ assumeretur, nec in ipsa assumptione, in quo terminaretur assumptio: sed assumptio saluauit naturam humanam quantum ad suas proprietates, quas non amisit ex assumptione, sed amisit illud vnum, quod constituitur ex anima, & corpore. In Christo namque non fuit solum coniunctio illa animæ, & corporis, sed etiam vtriusque vniti vnio, & assumptio ad verbi personam, ad cuius personalitatem facta est vnio, & terminata assumptio illa. Hæc Albertus. ¶ Cuius responsio satis est intricata, & aliqua eius uerba mutaui, ac clariùs posui. Denique, secundũ pręhabita, quamuis Christi natura humana non habeat propriam personalitatem, habet tñ in se propriã singularitatẽ, & indiuiduitatẽ estq; vna numero, indiuisa in se, & diuisa ab alijs, quãtũ adesse suę essentiæ, & habet propriã vnitatẽ essentialem, consequentem suam essentiam, qua, & essentialiter distincta est tam ab increata natura, quàm ab increata persona verbi æterni, & ab omni alia entitate creata, quamuis existentialiter subsistat in esse personali increato æterni verbi, prout istud adhuc clariùs paulo post elucescet.

Al. Mag. Filius Dei quõ dicatur corpus, & aĩam assũpsisse.

¶ At verò Thomas: Id, inquit, quod assumit, secũdum intellectum præcedit vnionem. Si ergo homo dicatur asumptus oportet, quòd intelligatur homo antequam intelligatur assumptus. Cumque vniuersalem hoĩem non assumpserit verbum, quia hõ talis non habet esse in rerum natura, oportet, quod hõ particularis sit quid subsistens, habens esse completum. Et quod tale est, non potest vniri nisi tripliciter, puta accidẽtaliter, vt uestis homini, aut aggregatiuè, vt lapis lapidi in aceruo, aut aliquo accidente, vt homo Deo per charitatem, & gratiam: quarũ vnionum nulla est secundum quid, ideo nullo mõ dicendum, quòd homo sit assumptus. Omnes ergo auctoritates, quæ dicunt, hominem esse assumptũ, exponendæ sunt sumendo concretum pro abstracto, videlicet hoĩem pro natura humana. Sic quoq; Christus non est hõ, quẽ assumpsit, sed cuius humanitatẽ assumpsit. Nec hoĩem assumpsit, quia hõ significat naturam humanam, & supponit pro subsistente: non autem assumpsit filius Dei rem subsistentem in illa natura, cum hoc sit suppositum, & ipsummet verbum per incarnationem subsistit in natura humana. Hæc Thomas in Scripto.

Tho. in hac dist. quæst.

¶ In tertia quoq; parte: Id, ait, quod assumitur, non est terminus assumptionis, sed assumptioni præintelligitur. Indiuiduum verò, in quo assumitur natura humana, non est nisi verbi persona, quæ est terminus assumptionis. Porrò hoc nomen homo, designat naturam humanam, prout nata est in supposito esse, ideo nõ est propriè dictum, quòd filius Dei assumpsit hominẽ, cum non sit in Christo nisi vna hypostasis, & psona Hæc in Summa. ¶ Concordant Petrus, & Richardus.

qu. 4.

Vdalricus demum circa hæc scribit: Quãuis istæ loquutiones, Filius Dei assumpsit hunc hominem, seu aliquem hominem, & cõsimiles, sunt minus propriæ, inquantum terminus communis restringitur ad standum pro supposito: non tamen concedendũ est, quòd filius Dei assumpsit hominem, qm̃ passiones, sicut, & actiones, sunt suppositorum. Hinc cum assumi dicat assumptionem pasiuam, cum homo dicitur assumptus, intelligitur hic homo, quod non est verum. Ideo dum Augustinus, & Damascenus dicunt hominem esse assumptum, sumitur terminus ille communis, videlicet homo, secundum id, à quo nomen imponitur, quod est humanitas: non secundum id, cui nomen imponitur, seu, quod supponit, quod est suppositum. Ex quibus elicitur, q dum homo prædicatur de filio Dei, non dicit solum compositum ex duabus substantijs, scilicet ex corpore, & anima, sicut in nobis: sed dicit compositum ex tribus substantijs, vtpote ex psona verbi, atq; ex carne, & anima. Attamen duas tantum dicit ex significato, quod est id, cui uel à quo nomen imponitur: tertiam aũt, videlicet uerbi personã, dicit ex suppositione, qm̃ terminus cõis supponit sup positũ aliquod, eo quòd significet naturã in habente ipsam, & in Christo non est nisi suppositum ęternum. Patet itẽ ex dictis, q quãuis in Christo diuersæ sint naturæ, nõ tamen natura humana in ipso p se existit, cum sit tracta in personalitatẽ diuinã, ideo omnia noĩa, quæ dicunt aliquid per se existens, in singulari tantum de ipso dicuntur, vt persona, suppositum. Nomina uero quæ important particularitatẽ, sed indifferenter se habent ad hoc, vtrum hoc particulare sit substantia uel accidens, per se subsistens uel in alio subsistens, illa in singulari ratione psonæ unius, & in plurali ratione diuersarũ naturarũ, quarum utraq; est determinata, possunt dici de Christo: Possumus em̃ dicere, q ĩ Christo est unũ indiuiduum, vel particulare, uel singulare, quod est persona diuina, & rursus, q ĩ Chr̃o sũt duæ naturæ ĩdiuiduæ, uel pticulares uel singulares. Hæc Vdalri.

Vdalricus Argẽtin. Augustin. Damascenus.



QVAESTIO V.

Modo principaliter est quærendum, *An in Christo sit unum tantum esse actuale: seu existentia actualis.* ¶ Et condependet hæc qõ quæstioni qua quæritur. An Christus absolutè loquendo sit unũ an plura. Quocirca rectè quæritur, An vnio illa in Christo sit simplex, ac maxima unionum. An etiam persona Christi sit composita uel potius simplex. ¶ Quòd autem in Christo sint duo esse, videtur, quia in ipso sunt esse creatum, & increatum quæ non sunt idem esse realiter. ¶ Secundò, quia ex intrinseca unione animæ rationalis & corporis oritur, & consurgit esse specificum naturæ humanæ, ex quo naturaliter profluit esse actualis existentię. ¶ Tertiò, in Christo sunt operationes propriæ naturæ humanæ, ergo & proprium, actualeq; esse eiusdem: quia actus secundus præsupponit ac sequitur actum primũ, & proportionatur, parificaturq; ei. ¶ Quarto, in Christo est uerè forma substãtialis, quæ est aĩa rõnalis, quæ naturaliter dat esse substantiale, & actuale. ¶ Quinto, Christus verè est filius gloriosissimæ virginis, ergo est generatus ex ea: sed generatio terminatur ad esse actuale, & substantiale, quod est esse simpliciter: sicq; in Christo præter esse increatum, est esse actuale, substantiale, creatum. ¶ Sextò, esse actualis existentiæ Dei patris & vnigeniti eius, est vnum, & idem quemadmodum & amborum est una essentia ac natura. ¶ Si ergo in Christo non est nisi esse increatum, idem est esse hoĩs huius, qui est Christus, & esse Dei patris ergo humanitas non est potius filio, q̃ patri unita cũ non sit vnio maior, q̃ ea, quæ est secundũ esse.

An Christo sit tantum vnũ esse. 1. cõtra veritatem obiectio. 2 3 4 5 6

¶ In oppositum est, quia si in Christo sunt plura esse, ergo, & plura supposita, quia quod habet esse actuale substantiale, est per se subsistens. ¶ Secundò, quia si sic, Christus non esset simpliciter vnum, sed plura, cum tamen ens & vnum conuertantur, & idem sit dicere, ens, & unum ens. ¶ Deniq;, ut sanctus testatur Bernardus post superbeatissimæ trinitatis unionem in una essentia, maxima vnio est in Christo duarum naturarum in una persona.

In oppositum. 1 2 Bernard9. 3

¶ Ad hoc S. Thomas respondet: Secundũ Philosophũ quinto Metaphysicæ, esse dupliciter dicit. Primo, put significat veritatẽ, ppositionis, sicq; (ut Cõmentator ait ibidem) ens est prædicatũ accidẽtale: & hoc esse non est in re, sed in mente, q̃ unit prædicato subiectum, vt 6. dicit Metaphysicæ, & de hoc esse nõ est hic quæstio. Secũdo dicitur ens, quod p decem prædicamenta diuiditur, quod pertinet ad rei naturã, & est in re, estq; actus entis resultans ex principijs rei, sicut lucere est actus lucentis. Interdũ tamẽ esse accipitur pro essentia, secundum quã res est, quia per actus consueuerunt significari eorũ principia, ut potentię & habitus. Loquendo ergo de esse, prout est actus entis, oportet in Christo ponere tantummodo unum esse, iuxta secundã opinionẽ inductã catholicã, sed secũdum alias duas, quæ ponũt in Christo duo supposita, essent in Christo duo esse. Esse etem̃ subsistentis, est quod habet esse tanquã id, quod est, quãuis sit formæ tanquam eius, quo est Vnde nec natura rei nec partes eius dicunt propriè esse, nec accidentia, sed suppositum completũ. Prima ergo opinio cum ponit in Christo duo subsistentia, ponit in eo duo substantialia esse. Tertia quoq; cũ dicat, q partes naturæ humanæ accidentaliter adueniunt naturæ & psonæ diuinæ ponit in Christo unũ esse substantiale, & aliud accidẽtale. Porrò secunda positio, quia ponit unum subsistens, & humanitatem verbo non accidentaliter aduenientem, necessariò ponit unum esse in Christo. Impossibile qppe est, q unum aliquod habeat duo substãtialia esse, quoniã vnum fundatur super ens. Ideo si sunt plura esse, secundum quæ aliquid dicitur ens simpliciter, impossibile est, q dicatur unũ. Non tamen inconueniens est, q esse unius subsistẽtis sit per respectũ ad plura quemadmodũ esse Petri est unum, habẽs respectum ad plura constituentia ipsum. Conformiter suo modo unum esse Christi habet duos respectus: vnũ ad diuinam naturã, alterũ ad humanã. ¶ Cumq; obijcitur, q forma substantialis dat esse: Dicendum, q forma facit, & dat esse, nõ ita q esse istud sit formæ aut materiæ, sed subsistentis coniuncti. Dum igitur compositũ ex materia, & forma est per se subsistẽs, acqritur ex forma illi composito esse absolutum per se quando verò non est per se subsistens non acquiritur per formam illi composito esse; sed subsistenti, cui hoc adiungitur, respectus acquiritur secũdum esse ad hoc quod ei adiungitur, vt si ponamus hominẽ nasci sine manu, & manũ p se fieri separatã, ac postea miraculosè coniungi homini illi constat, q forma manus causabit esse ipsius manus. Cumq; coniungit homini, ex forma manus, non acquiritur aliquod esse manui, quoniã manus nõ habet proprium esse, sed acquiritur homini respectus ad manum secũdũ esse suum. Ita in Christo aĩa non acquirit propriũ esse humanæ naturæ. Vel sic, Ita ex aĩa in Christo nõ acquiritur, ppriũ esse humanæ naturæ seu humanitati asumptæ, sed filio Dei acqrit respectũ secũdũ esse suum ad humanam naturam, qui respectus nõ est aliquid reale in persona diuina, sed tm̃ secundũ rationem, ut est dictũ de vnione. Nec hinc sequit, q humanitas unita sit patri hypostaticè sicut filio, quia unitur personali esse filij, secundum quod filius est & ipsum concernit Aliud enim est de Deo & omnibus creaturis, quia in Deo ipsa essentia est subsistens, unde sibi secundum se conuenit esse imò ipse est suum esse subsistens, propter quod in ipso essentia à persona nõ differt secundum rem. Ideo esse essentiæ, est etiã esse psonale. attamen essentia & persona differunt ratione. Quãuis ergo unũ sit esse tamen põt cõsiderari uel, put est essentiæ, & sic nõ unit humanitas eẽ diuino, unde nec patri unit. Põt quoq; ɔsiderari scd̃m qd̃ est psonæ sicq; unit hũanitas eẽ diuino ĩ filio, put eẽ illud ẽ filij. Hæc Thomas ĩ Scripto. ¶ Insup ĩ 3. pte q. 17. Quia, inqt, in Chr̃o sunt duæ naturæ & una hypostasis pertinentia ad naturam,

Thom. in hac d. q. 2. arti. 2. Esse Christi vnũ est et duos respectus habet. articu. 1.

Esse Christi alia rõne ptinet ad naturã alia ad hypostasim.

turam,in ipso sunt duo : pertinentia autem ad hypostasim,in ipso sunt unum.Esse autem pertinet ad naturã,atq; hypostasim,sed diuersimode.nã ad hypostasim pertinet,sicut ad illud quod habet esse.Ad naturam vero , sicut ad id quo aliquid habet esse. Natura nanq; significatur per modum formæ,quæ dicitur ens,eo ꝙ ea seu per eam aliquid est,sicut albedine est aliquid album, & humanitate est aliquis homo.Si aũt sit aliqua forma,vel natura non pertinens ad esse personale hypostasis subsistentis,illud esse non dicitur esse illius personæ simpliciter , sed secundum quid,quemadmodum esse album est esse Socratis,non inquantum Socrates,sed inquantũ est albus, & tale esse nil ꝓhibet multiplicari in una hypostasi, sicut aliud est esse quo Socrates est albus & quo musicus.Esse aũt quod pertinet ad hypostasim secundum se,impossibile est in eadem hypostasi multiplicari, quia unius rei esse,nõ ualet nisi unũ esse.Si ergo huiusmodi natura adueniret filio dei, nõ hypostatice,seu personaliter,sed accidentaliter vt quidam dixerunt , oporteret in Christo ponere duo esse , vnũ secundũ quod deus , aliud secundũ quod homo.Hæc in Summa.vbi plura addit de ista quæ sententialiter continentur in dictis ex Scripto,

Thomas li.4.c.41.

¶Præterea in Sũma contra gentiles, diffusè scribit de his,illa,inquiens,uniuntur in natura,ex quibus constituitur integritas speciei , vt partes essentiales.Rei autẽ in sua integritate specifica constituta, nil potest uniri extraneum in unitatem naturæ, nisi species ipsa soluatur. Quod aũt non est de integritate speciei,potest in indiuiduis reperiri , ut esse album in Socrate.Hinc aliq̃ possunt uniri secundũ hypostasim seu in persona,q̃ uniri nequeunt in natura.Remotis ergo hæreticorũ erroribus,dicendũ ꝙ talis fuit unio utriusq; naturæ in Christo , ꝙ ex duabus naturis conflata est,& resultat una persona,in utraq; subsistẽs natura. Quæ unio , quamuis perfectè nequeat ab hoĩe explicari, tentabimus tamen ad fidei ædificationem,aliquid circa hoc secũdum nostram possibilitatem exprimere , quo fides ab infidelibus clariùs defendatur. nempe in rebus creatis nil inuenitur huic unioni tam simile,ut coniunctio animæ cum corpore,atq; (ut contra Felicianum loquitur Augustinus) maior esset similitudo,si (ut aliqui putauerunt) in cunctis hominibus esset idẽ numero intellectus.Sic enim dicere oporteret,ꝙ intellectus præexistens,homini concepto de nouo coniungeretur ita,ꝙ ex utroq; fieret una persona,quemadmodum ponimus uerbum præexistẽs humanæ naturæ in unã ꝑsonam uniri . Vnde propter hanc unionis utriusq; similitudinẽ,Athanasius dixit in symbolo : Sicut aĩa rõnalis & caro unus est homo , ita deus & homo unus est Christus. Verum cum anima rationalis uniat corpori & ut materiæ, & itẽ vt instrumento , non põt hæc esse similitudo quantũ ad primũ modũ unionis, quia ex verbo & natura humana non constat unum, sicut ex forma atq; materia, q̃a sic eis fieret una natura, nec priores naturæ manerẽt. Attendenda est ergo ista similitudo ; secũdũ quod aĩa unit carni ut instrumento, Ad quod antiquorũ dicta doctorũ concordãt,qui humanitatem Christi,quasi organũ diuinitatis suæ dixerunt, sicut & caro est instrumentũ & organũ aĩæ,non ita sicut exteriora , ut securis & dolabrũ sed sicut instrumẽtũ coniũctũ,animatũ,& ꝓprium. Sic quoq; cuncta creata comparant ad Deum, vt instrumenta quædam extrinseca separata, in q̃bus & per quæ deus oꝑatur,& ea mouet ad operationes ipsorũ Humanitas uero assumpta comparat ad

Augustin.

Athanasi.

Humanitas Christi est instrumentum diuinitatis.

verbũ incarnatũ, vt instrumentum ipsius immediatũ coniunctũ,aĩatum ac ꝓprium , ꝑ quod diuinas operationes exercuit,ut mundare peccata,mentes illuminare ꝑ gratiã , introducere ad uitã beatam. Nec discrepat à naturaliũ similitudine rerum , aliquid esse naturaliter instrumentum proprium alicuius,quod non est forma ipsius,sicut lingua est organum intellectus,qui corporis nullius est actus secundum Philosophũ.Veruntamen in his non est similitudo omnimoda requirenda , quoniam uerbũ Dei multo sublimiùs atq; intimiùs potuit humanæ naturæ uniri, q̃ anima quæuis qualicunq; proprio instrumento,cum uerbum illud toti humanæ naturæ mediante intellectu dicatur unitũ.Et q̃uis verbũ Dei sua uirtute penetret uniuersa , utpote ea conseruans & portans:creaturis tamen intellectualibus quæ ipso uerbo perfrui queunt , & eius participes esse,ex quadã similitudinis affinitate multo eminentiùs & ineffabiliùs potuit uniri. Postremò,in Christo ipsa hypostasis naturæ humanæ puta ꝑsona uerbi,excedit naturam assumptam : non tamen propriam increatam naturam , & ipsa natura , assumpta suppositata est ĩ esse uerbi personali æterno,in quo subsistit ab incarnationis exordio.Hæc Thomas ibidem

Petrus de Tharant.

¶Petrus demum his consonans, ait,Duplex est esse, uidelicet essentiæ,quod est duplex in Christo, sicut essentia seu natura,aliud est esse existentiæ , q̃d conuenit compositis ex materia & forma , atq; ꝑsonæ,& hoc est vnum in Christo,in quo est vnum esse existentiale,& personale.Hæc Petrus.

Richard⁹ de media villa.

¶ Richardus aũt de hoc aliter sensisse videt,dicendo,Loquendo de esse actuali existentiæ,concedendũ est,ꝙ ĩ Christo sint duo esse,eo modo,quo actualiter existere in se,& existere in alio existẽti in se,ponunt in numerũ. ꝑsona nanq; filij dei existit in se ꝑ diuinã essentiã , & natura humana actualiter in ea existit.Quia tamen existere in aliquo existenti per se videtur esse ꝑ habitudinẽ quandã ad rem existentem in se , ideo illud actualiter existere,quo ꝑsona existit in se,ꝙ illud,quo natura humana existit ĩ ea, nõ ita ad plenũ videntur ponere in numerũ sicut duo esse essentiæ,magisq; ꝓpriè dicitur natura humana Christi esse entis actu , q̃ actu ens , quia non est nisi ꝑ habitudinẽ ad actuale existere diuinæ ꝑsonæ.Loquẽdo uero de esse actualis subsistentiæ , nõ est nisi unum esse in Christo,quia hoc esse , est subsistere in seipso. Substãtia aũt ita in se existens , est suppositũ,quod in Christo non est nisi vnũ,sicq; in Christo non est nisi unũ esse actualis subsistentię, quod est esse suppositi filij dei , q̃d habet ꝑ diuinã essentiã.¶Cũq; arguitur q̃d unius rei nõ est nisi unũ esse.dico ꝙ verũ est de esse actualis subsistentiæ , attñ loquẽdo de eẽ essentiæ, & de eẽ actualis existentiæ,inquãtũ non tantũmodo cõprehẽdit existere in se,sed etiam existere in alio, sic in una re possunt esse plura esse,qñ sunt ibi plures naturæ , sicut in Christo.Si autem quæratur, an in Christo per mortem fuit corruptũ aliquod esse, cum mors sit corruptio rei seu esse eius,sicut generatio est eius productio,dico ꝙ imò accipiẽdo esse pro esse in alio. Cũ enim natura Christi humana fuerit per mortem corrupta ꝑ separationẽ aĩę & corporis, destitit actu ĩ verbo existere,quãuis corpus & aĩa non destiterint esse ĩ uerbo.Corpus nãq; & aĩa illa mãserũt,ideoq; esse in uerbo non destiterunt.sed natura Christi humana non mansit,quãdiu aĩa fuit à corpore separata: qm̃ corpus & anima non constituũt naturã humanam , nisi sint inter se essentialiter cõiuncta.Hæc

Richardus



Richardus , de cuius responsione quid videatur tenendum,infrà tangetur.

Al Magn⁹

¶Porrò Albertus: Sine præiudicio,ait, dicendum ꝙ esse Christi in persona non est nisi vnum , quod fit ex duabus naturis inconfusè unitis in illa persona: quia fatemur iuxta secundã opinionẽ,ꝙ hic homo (demonstratus videlicet Christus) constituit ex tribus substantiis & duabus naturis, vt asserit Cassianus contra Nestorium libro 6. Dominus noster Iesus Christus homo nascens & Deus,utriusq; in se parentis habuit proprietatem, dum & in eo,quod homo est,humanæ matri reddidit similitudinem: & in eo,quod Deus,Dei patris habuit veritatẽ.Vnum est ergo esse in Christo , secundum oꝑationem ipsius esse ad hypostasim cuius est esse : quamuis hoc esse sit duarum essentiarum,quæ manent distinctæ,eo ꝙ hoc esse istius , est hoc esse alterius . estq; mirabile vt vnio fiat in esse, nõ in essentijs.Sed obijci potest Filius Dei est suum esse,hic homo non est suum esse ergo aliud est esse hoĩs inquantũ est homo,& aliud inquantum est filius Dei . Respondeo , tantum esse vnum est in Christo , sed aliud est esse huius simpliciter,& aliud est esse huius secundum naturam hãc aut illam, & aliud est esse naturæ huius,vel illius. Esse eñ huius simpliciter est esse ꝑsonæ , vt ꝑsona ẽ & hoc non est nisi vnum in Christo, quoniam fides catholica docet unionem illam factam in esse. etẽ̃ si in esse facta est,erit facta in aliquo esse,& non nisi in esse personæ , ergo esse huius personę ex illa est vnione.Esse autẽ secundũ naturã istã vel istã , est esse acceptum in comparatione ad naturã facientẽ esse in persona , & à parte illa generatur esse in Christo.Consistit eñ in esse naturæ humanitatis, & in esse naturæ deitatis.Hæc Albertus.

Cassianus contra Nestorium

Vdalricus de Argentina l. 5 c. 9.

¶Concordat Vdalricus, dicendo:Cũ vnius nõ sit nisi unum esse,vt dicit Porphyrius,quoniam unum fundat super ens,q̃d eẽ substãtiale propriè dr̃,prout est actus entis simpliciter, quod non est nisi existentium per se, puta suppositorum , quibus & conuenit gñari : ideo quãuis in eodem supposito sint diuersa esse,secundum quod esse dicitur effectus essentiæ: sicut ĩ aĩali aliud est esse oculi,aliud auris , attñ qm̃ nullum horum habet esse absolutum,sed omnia integrant unum perfectum subsistens , cuius actus est esse absolutum,hinc illud suppositum habet duntaxat unum esse,quod tamẽ respectus habet diuersos ad diuersa principia illius esse,q̃ sunt materia & forma:& etiã ad partes integrales diuersas,propter quod illud esse sub rõnibus significat diuersis,dum dicitur aĩal esse corpus , & cum dicitur uiuum , & cum dicitur naturaliter esse visiuum & auditiuum, porrò Christus est tñ unum suppositum, & vnum per se existens, quod ex diuersis compositum est naturis.Ideo q̃uis uita,quã dat illa aĩa corpori,& ẽ esse eius, sit aliud ab esse diuinæ naturæ, tamẽ q̃a non dat ei esse separato,sed alteri vnito, idcirco suppositum non habet nisi vnum esse:attamen sic,ꝙ secundum ipsum ad utranq; refertur naturã,puta diuinã cum dr̃ esse Deus, & humanam cum dicitur homo, q̃ respectus ad humanã naturã, non est in Deo nisi secundum rõnẽ.Hæc Vdalricus in Summa sua lib. 5.

Bonauen.

¶Ad istud demum rñdetur(ut putatur) Bonauentura sicut Richardus, & ꝓbat in Christo esse unũ eẽ actualis subsistentiæ ex unitate personæ , duplex uerò esse actualis existentiæ:quoniam Christus secundum quod homo,uerè genitus est à matre,sicut alij hoĩs gigni dñr.Gñatio autem terminat ad ens ꝯpletũ:ergo necessariò ad esse cõplerũ Rursus,qm̃ mors est corruptio uitæ,uita aũt ẽ uiuentibus esse.Cumq; Christus fuerit uerè mortuus,habuit uerum esse q̃d morte eius destructũ est, quod non fuit esse diuinũ. Item cum esse sit causa rerum creatarum , si Christus non habuisset nisi esse diuinũ , non fuisset creatura secundum quod homo. Iterum quia nihil dat aut causat actũ secundũ,quin ẽt det,aut habeat, aliquem actum primũ. Cumq; in Christo fuerint aliq̃ actus secundi, ratione, qua homo , utpotè speciale uiuere,intelligere,ergo habuit actum primum naturæ humanæ,videlicet esse actualis existentiæ conditionis humanę.Hæc reperi in scriptis Bonauenturæ addita in margine, incertus an ab ipso expressa , an ab alio quouis adiuncta.

Durandus in hac dist. quęst. 1.

¶Durandus item: Hæc,inquit,quæstio partim dependet ab illa,Vtrum esse & essentia idem sint,quod si concedatur, mox sequitur ꝙ in Christo sint plura esse, sicut plures essentiæ.

Dionysius cõtra Durandus.

¶Contra hoc verbum Durandi obijci potest , ꝙ inter distinguentes realiter inter esse, & essentiam, præcipuus quidam est Thomas, qui tamen (sicut iã patuit) non ponit in Christo nisi unũ esse.Præterea, sicut iam patuit, Petrus testatur , ꝙ esse essentię est duplex in Christo sicut essentia,quoniam esse essentiæ omnes dicunt idem cum essentia esse. quæstio autem hæc, vtrum esse & essentia idem sint , intelligitur de esse actualis existentię: quod quamuis dicatur realiter ab essentia esse distinctũ , non sequitur, quòd ob hoc in Christo sit vnum esse duntaxat.

Petrus de Tharant.

Durandus ibidem.

¶Deinde subiungit Durãdus: Circa hãc quęstionem sunt tres modi dicendi. Primus,quòd in Christo sit solum unum esse,propter motiua inducta.Secundus,quòd necessariò sunt plura esse in Christo, qm̃ unitas,uel pluralitas ipsius esse in Christo, aut attenditur secundum suppositũ, aut secundũ naturas. Si secundum naturas , cũ plures naturæ sint in Christo, sequitur,quòd & plura esse , si secundum suppositum, contra: quia si unitas diuini suppositi argueret vnitatẽ ipsius esse,pluralitas suppositorum argueret pluralitatẽ ipsorum esse: quod falsum est, qm̃ tres personæ non habent nisi unũ esse existentiæ ꝓpter unitatem essentię. Amplius,si humana Christi natura sibijpsi relinqueretur,haberet proprium esse existẽtię,aliud ab esse diuino. Aut ergo illud, quod habuit in diuino supposito, & ita habetur ꝓpositũ: aut aliud. Contra. Id,quod amittit totum esse simpliciter,quod habebat , & acquirit totaliter nouũ esse, quod priùs non habuit , illud est uerè corruptum & generatum: si autem humana natura sibijpsi relinqueretur,amitteret simpliciter totum esse,quod habuit, si in Christo est solum unum esse , & hoc increatum,acquireretq; totaliter nouum esse,& sic verè corrumperetur. Quemadmodum ergo prima opinio dicit erroneum esse ponere in Christo plura esse quia ex hoc sequitur pluralitas suppositorũ: sic ista dicit opinio erroneum esse in Christo ponere unum tantũmodo esse , q̃a consequit,ipsum non verè esse natum ex matre,nec veraciter mortuum . Hinc tertius modus inter istas est medius, quẽ credo verum videlicet. ꝙ in Christo est aliquo modo vnum esse, & aliquo modo plura . queadmodum eñ ens est cõmune cõmunitate analogię ad substantiã,atq; ad genera accidentis,& ita in ea diuidit & de eis prædicatur : sic nomen essentię cõmune est ad substantiam, quãtitatẽ & qualitatem: & in ea diuiditur,ac p̃dicatur de ipsis: Similiter eẽ existẽtię (q̃d est idẽ,q̃d essentia, uel saltem immediatè consequitur illã,& immediatius, q̃ quęcunq; ꝓprietas alia) diuiditur in esse existentię,quod conuenit substãtię , & q̃d quantitati,ac qualitati & alijs, & p̃dicat de ipsis.Et sicut sub-

stantia est ens, atq; essentia per se subsistens, quantitas vero, & quodcunq; aliud accidens, non est ens nec essentia per se existens, sed potius inexistẽs, seu in aliquo existens: vtrunq; tamen, tam substãtia, q̃ accidens dicuntur essentia & ens, sic esse existentiæ substantiæ completæ dicitur esse subsistentiæ. esse verò quantitatis, & omnium accidentium, dicitur esse inexistentiæ: vtrunq; tamen dicit esse existẽtiæ. Quo uiso, patet q̃ si esse existentiæ, solum accipiatur pro esse subsistentiæ, de quo simpliciter dicitur & per priùs: sic in Christo & in quolibet supposito uno, non est nisi unicum esse. Si verò esse existentiæ sumatur pro eo, de quo dicitur, siue per priùs, siue per posteriùs: sic in Christo & in quolibet supposito creato, in quo est aliqua natura creata materialis sunt plura esse, quorũ unũ est esse subsistens, reliqua uerò omnia sunt esse inexistentiæ. Nam esse subsistentiæ sequitur naturã per se subsistẽtem, vel suppositũ per se subsistens. Tales aũt naturæ nõ possunt in eodem plurificari supposito, & sic patet primum

¶ Secũdũ quoq; probat tripliciter. Primò, q̃a magis cõpetit naturæ humanæ in Christo habere ꝓprium esse præter esse suppositi, q̃ competit accidenti habere ꝓprium esse in substantia ꝓter esse subiecti, sed accidens habet proprium esse in subiecto præter esse subiecti, ergo natura humana in Christo habet ꝓprium esse præter esse diuini suppositi. Minor quoque probatur, quia si accidens non haberet esse proprium in subiecto præter esse subiecti, nõ posset à subiecto separari quin corrumperetur, q̃a amitteret totũ esse, quod prius habebat, quod falsum esse patet in sacramento altaris. Secundo, quoniam ipsum esse intimiùs sequitur ad essentiam, q̃ agere ad potentiã. Quũ ergo i Chro multiplicet agere ad multiplicationem potentiarum geminat in eo esse iuxta dualitatẽ essentiarum, seu naturarum. Tertio, q̃n plus dependet quantitas & accidentia cuncta communia ab esse subiecti, q̃ color à quantitate, sed color remanere non posset in subiecto quantitate remota, ergo nec quantitas aliquod accidens posset esse in natura humana remoto esse ipsius: quod intimiùs sequitur ad ipsam, q̃ aliud quodcũq;. Quũ ergo in natura Christi humana fuerint quantitas, & alia accidentia communia fuit in ipsa proprium esse, quod præexigitur ad omnia illa. Itaq; prima opinio, quæ ponit vnũ tantũ eẽ in Christo, loquitur de eẽ subsistentiæ, quod est simpliciter eẽ suppositi. Porrò secũda opinio loquitur gñaliter de esse existentiæ. Hæc Durandus. ¶ Cuius opinio videtur Bonauenturæ, & Richardo conformis. Veruntñ ualde videtur difficile hoc tenere, pśertim cum eẽ actuale simpliciter dictũ, de quo loq; videt, sit suppositorum, propter quod in eodem supposito non videntur posse cõsistere plura huiusmodi esse, aut si sunt, erunt plura suppositа.

Dionysius aduersus Durandũ

¶ Hinc tertio, Quodlibeto scribit Henricus: Quæstio ista habet difficultatem, propter diuersitatem naturarum in Christo diuinæ videlicet & humanæ, propter quas videntur in ipso ponenda diuersa esse, & propter unitatem personæ seu diuini suppositi in eodem, propter quod videtur non nisi vnum esse in ipso ponendum. Hinc considerandum, secundum quid esse attribuendum sit Christo, an secundum naturam, uel secundum personam. imò considerandum in primis, quomodo & secundũ qd esse attribuitur ac conuenit Deo. Igitur agnoscendũ, q̃ eẽ in Deo est de maxime trãsẽdẽtibus, & absolutis attribuiturq; ꝓsonis nõ ratione ꝓsonalis proprietatis, sed ratione essentiæ, q̃ quasi subest ei. Vnde sicut una essentia est in tribus ꝓsonis, ita & unicũ eẽ. Et quamuis sint tres entes propter trinitatem personarum hoc tñ est secundum unicum esse, quod est in tribus, ita, q̃ alia, & alia proprietas in alia, & alia ꝓsona, non dat aliud, & aliud eẽ, sed solũmodo dat ad aliud esse. Hinc in diuinis subsistere suppositi, vt suppositũ est propri è loquendo, est subsistere non quid, sed ad aliq̃d, & sic duo ad hoc, aliter se habet eẽ & ratio suppositi in Deo, & creaturis. namque eẽ principaliter conuenit supposito, non naturæ, siue sit materia, siue forma, nisi prout habet esse in supposito. In Deo verò eẽ principaliter conuenit naturæ in supposito, & non supposito, nisi ratione naturæ existentis in eo, ita q̃ ratione suppositi non conueni t ei eẽ, sed solum ad alium esse. Insuper, ex parte esse, quod conuenit ei ratione naturæ, nõ distinguuntur in eo (nisi fortè secundum rationẽ intelligendi) eẽ essentiæ & actualis existentię, nec essentia à sua actuali existentia. Hinc Christo ratione personæ nullũ eẽ absolutũ cõuenit, sed tantummodo reſpectiuũ, Christus quippe Deus & homo, non est ꝓsona absoluta, seu respectiua, ideo omne eẽ Christo attribuendũ, debet ei attribui rõne suæ naturæ diuinæ, aut humanæ, in supposito existentis. ¶ Idcirco non ualet, q̃ quidam nituntur in Christo distinguere duplex eã, videlicet actuale seu esse subsistentiæ, & esse essentiæ seu naturæ, dicentes, quòd in Christo est unũ eẽ actualis subsistẽtiæ, sicut & una persona, duo verò eẽ essentiæ, sicut & duæ naturæ: quod dicunt habẽdo considerationem ad suppositum in creaturis, in qbus suppositum, cum sit absolutũ, cõuenit eẽ subsistentiæ actualis, & non alicui existenti in ipso, nisi ꝓ ipsum. Ob hoc quæstio ista de eẽ Christi, determinanda est de eius eẽ, non de eius ad aliquid eẽ. Debet qppe determinari ex parte naturæ & essentiæ existentis in Christo, & nullo modo ex parte suppositi: quoniã Christus ratione suppositi sui non habet eẽ, sed ad aliquid eẽ; nisi velimus ipsum eẽ communiter accipere, ad eẽ absolutum & respectiuũ. ¶ Deniq; circa essentiam & quidditatem rei, duplex eẽ consideratur, uidelicet eẽ existentiæ, quod realiter nihil est nisi natura rei, de quo dicit, q̃ diffinitio est oratio iudicans quid esse rei, q̃d Auicenna appellat propriũ eẽ rei. Aliud est eẽ existẽtię, quod res habet in singularibus tantũ, ut humanitas in Platone. Et differunt hæc duo eẽ circa diuinã naturã in Christo tãtũ secundum rõnẽ, sed circa naturã eius humanã differunt nõ solum secũdum rõnẽ, sed & secundũ intentionẽ, q̃n eẽ creaturæ nõ determinat sibi eẽ actualis existẽtiæ, imò per indifferẽtiã se hẽt ad tale eẽ & nõ eẽ. Itaq; si loquamur de eẽ naturę & essẽtię rei in Chro, dicendũ q̃ in ipso est duplex eẽ seu duo eẽ: si uerò loquamur de eẽ actualis existẽtię, aduertẽdum, q̃ hoc nulli propriè conuenit, nisi habẽti ipsum in se absolutè, tãq̃ distinctũ ab aliis, nõ autem illi, quod habet ipsum in alio, uel ex vnione cum alio, quod habet ipsum per se. Cum ergo humanę naturę in Christo nullum conueniat esse actualis existentię secundum se, ac separatim, quoniã nunq̃ habuit tale eẽ puta in se terminatum imò nec quit habere postq̃ ad diuinã naturã fuit aſsumpta, sed q̃ in Christo habet eẽ actualis existẽtię, solum habet in illo, cui unita est. hinc absolutè dicendum, q̃ Christus rõne humanę naturę nullũ habet ex se eẽ actualis existentię, sed solũ rõne diuinæ naturę, q̃d cõicatur ei per aſsumptionẽ sui ad illã ī vnitate suppositi, sicut materiæ cõmunicat eẽ actuale suppositi in quo est. Cuius aptissimũ est exẽplũ, si cogitemꝰ ī creaturis eẽ vnũ ex mã, & forma compo-

Auicenna

Ydalricus de Ganda.

Esse quomodo attribuatur Deo.



cõpositũ, nõ habens eẽ absolutè, sed solũ respectiuè ad aliquid, sicut est in diuinis: & q̃ materia & forma sint quid absolutũ in eo, sicut in Christo sunt natura diuina, atq; humana. tunc nãq; sicut in tali supposito, inquantum suppositũ est, non eẽt aliquod esse actualis existentiæ absolutũ, sed solũ esse ad aliquid, totumq́; esse absolutũ actualis existentiæ eẽt formæ quæ est in toto, nec eẽt materiæ, nisi inquantum unitur formæ. Sic in supposito Christi non est ratione, suppositi aliquod esse absolutum existentiæ actualis, sed solum esse ad aliquid, quod & vnicum est in eo nec est in eo nisi filiatio vna, quæ est cõstitutiua suæ personæ: ut dictum est super primum. Totum verò esse absolutum existentiæ actualis in ipso est diuinæ essentię seu naturæ, quod non cõicat suppositum nisi ratione essentię, quã habet in se similiter nec humana natura, nisi quia unitur, diuinæ in unitate suppositi, ficq; humana natura in Christo nullum aliud habeat esse actualis existentiæ, nisi illud diuinum, & in creatum sibi communicatum, quod esse diuinitatis, & sibi communicatur inquantum esse actualis existẽtiæ, nec aliud habet esse personale: non autem communicatur illi inquantum est esse essentiæ. quia natura humana absorberetur, & conuerteretur in diuinã nec realiter permaneret. Sic igit patet in summa, q̃ in Christo est unũ esse ad aliquid rõne diuini suppoti, & unũ esse actualis existentiæ ratione solius diuinæ naturæ: duplex verò esse essentiæ ratione duplicis in eo naturæ, puta diuinæ, & humanæ. Hæc Vdalricus. ¶ Cuius positio, quantũ intelligere queo, quã tũ ad principale, uidelicet quo ad vnitatem actualis eẽ existentię in Christo, cõsonat responsioni S. Thomæ, quamuis in quibusdam annnexis & in modo loquendi dissentiat aliquo modo.

Henric. Gãdauus.

¶ Præterea tam pro elucidatione maiori præinductorum, q̃ quæstionis istius, perpendenda sunt, q̃ idem doctor cõscribit primo Quodlibeto, quæstione qua quærit, Vtrũ Christus dicat homo propter unionem, animę corporis sui cum diuino suppposito, an potius propter eorum unionem adinuicem. Ad quod rñdet: Præsupposito quòd nec Christus nec alius homo dicendus sit homo propter solum intellectum aut animam, multoq; minus propter corpus solũ, sed propter aliquã eorũ mutuã unionem, sciendum quòd unio eorum in Christo extitit duplex. Vna unius cum alio, alia amborum sic unitorũ cum uerbo æterno. Opinio aũt Magistri Sententiarũ fuit, quòd Chrs erat, & sit homo ex vnione amborũ in diuino supposito. Vnde adiecit quòd Chrs in triduo fuit homo, q̃n caro eius, & aia mãserunt uerbo vnita. Cuius ratio videt fuisse, q̃ forma speciei nulli attribuitur, nisi supposito eius. Christus aũt non fuit homo ex unione aiæ suæ cum corpore, sed amborũ cũ deitate, ficq; Magister (salua reuerẽtia eius) minus cõsiderasse videtur naturã denominationis, quã efficit forma circa illud, quod informat. nempe ex hoc solo, quod forma denoiat aliquid, denoiat totũ compositum ex informãte & informato: sicut ex hoc, q̃ albedo informat corpus, totũ cõpositũ dicit album, estq; impossibile, q̃ forma informet, nec tũ denoiet. Cũ ergo in Christo cõpositum ex unione aiæ cum corpore, informatũ sit forma humana, impossibile est, q̃ex hoc non dicatur homo. Et quamuis ex hac unione, non habeat hoc cõpositum rõnẽ suppositi, q̃n nõ subsistit in se, sed in illo, à quo assumptũ est, q̃ assumẽs ꝓ naturã assumptũ factũ est suppositum hoīs, quod tñ nõ denoiatur homo ꝓp aliquã informationẽ in se factã. sed ꝓpter eã, quæ facta est in assumpto, ut persona non dicat homo, nisi quia assumptũ sit homo. Quãuis enim secundum cõmunem cursum naturaliũ rerum, species non denoiet nisi suum suppositũ, q̃n nullius speciei natura assumpta est in alieno supposito, nisi in Christo, nihilominus vbi hoc accidit, potest & talis denoiatio fieri. nã etsi Christus solam animam assumpsisset, quæ tũ corpori eẽt unita, compositum ex corpore illo & anima, oporteret hoiem dici, quãuis non haberet rõnẽ suppositi proprij, q̃n aia, à qua est personalitas propria hoīs, est assumpta ab alieno supposito, nec haberet eẽ suum in se terminatum, nec ambo (videlicet corpus & aia) eẽnt unita in vno cõi supposito simpliciter ergo dicendum, q̃ Christus nõ dicit homo ex unione corporis & aiæ in diuino supposito, sed solum ex unione ipsorũ adinuicẽ ficq; humana natura in Christo, nunq̃ fuit in se distincta, & terminata in supposito proprio, sed diuino. Hæc Henricus.

Gãdauus cõtra Lõbardum.

¶ Præterea Scotus: In hac, ait, quæstione est certũ de eẽ essentiæ, q̃ tñ differt ab essentia in modo cõcipiendi, q̃ in Christo sunt tot eẽ essentiæ, quot essentiæ. Certum est quoq; de esse actualis subsistentiæ, q̃d est esse actualis existentiæ in seipso, non dependentis ad aliud suppositum in subsistendo, quod nõ sit nisi unum tale eẽ in Christo, sicut nec nisi unum suppositum. Verum de esse reali actualis existẽtiæ, prout distinguitur ab esse essentię, atq; ab esse subsistentiæ, dubitatio est, an sit aliquid tale in Christo aliud ab esse increato. Ad quod dicitur q̃ non; quia si hæc natura Christi hũana in proprio esset supposito, idẽ esset esse essentiæ, & existentiæ, & personæ ergo illud esse naturæ non tolleret. Hæc Scotus. Qui circa hæc plura inducit, ad vtranq; partem arguendo per argumenta supra inducta ex Thoma, Richardo Duran do ac alijs. ¶ Deinde contra positionẽ Henrici (cui frequẽtiùs contrariatur) dicit, q̃ in Christo natura humana, cum non sit tantum in intellectu & causa, sed extra causam suã, necessariò habet propriam existentiã suam actualem, sicut & proprium esse quidditatiuum, sed non habet esse proprię subsistentiæ, quoniam subsistentia, ultra existentiam non dicit nisi negationem dependentiæ. Hæc autẽ existentia naturę humanæ Christi, non est independens, quemadmodum nec natura, cuius est, sed existentia illa est existentia ipsa verbi, idcirco in Christo non est nisi unum esse subsistentiæ. Itaq; aia Christi & eius natura humana propriam existentiam habet. Nam & illa anima creabatur: creatio autẽ terminat ad aliquid actualiter existens: ergo fuit aliqua actualis existentia aiæ creata, inquantum fuit aia illam terminans actionem. Insuper illam naturã, quam verbum ꝓsonauit, trinitas tota produxit in rõne causæ efficientis & creãtis, & productio illa nõ terminabat nisi ad aliquid existere: & non ad existere increatũ, sed creatũ ergo creata existentia est in Christi humanitate. Vlterius dico, quòd alia est existentia verbi, alia naturæ assumptæ. Ideo namq; existentia pedis mei non est existentia mei, quoniam ego non sum pes, neq; subsistens respectu pedis, sicut suppositum respectu naturæ: sed potius econtrario pes existit per existentiã mei ideo existentia pedis non est alia ab existentia, qua existo. Oppositũ vero est hic. Verbum eñ subsistit in natura humana sicut suppositum in natura, ꝓp quod ꝓprie dicitur homo, ficq; ꝓpriè est existẽs existẽtia illius naturæ: Sc̃do dico, q̃ verbum eternũ ẽt simpliciter existit existẽtia illa naturæ assumptę in se, existentia simpliciter ꝓut ens diuidit in ens simpliciter & secundũ qd; & qualis est existentia illa in se, talem largit & alteri. Non tñ est Christus duo existentes, queadmodum habens duas scientias nõ est

Scotus cõtra Gãdauum.

duo scientes,quia concretum non numeretur absque numeratione suppositi. Hęc. Scotus.

D. Dionysii de hac questione sententia.

¶Ecce ex omnibus de hac quæstione nunc introductis,patet difficultas eiusdē, in qua & de qua nihil est temere asserendum. Nihilominus responsio illa S.Thomæ Petri & Hænrici, probabilior esse videtur.Si enī in Christo est vera & realis existentia creata naturæ assumptæ præter increatā existentiā suam,sunt in eo uerè duæ reales existentię, ita ꝙ sequitur Christum eē duo supposita, nec verè unum nisi hoc solū obsisteret,ꝙ existentia eius creata non terminatur in ipsa assumpta natura, imò innititur increatę subsistentiæ,atq; dependet ad eā, & fulciт ac ratificatur & terminaт in ea. Ex quo sequi videт ꝙ verbum posit assumere quodcūq; creatum suppositum seu personam sine illius destructione: quia non solum poset asumere ad se naturā creatā, & suum esse essentiæ terminare ac personare in se, sed itē eē ipsius existentiale,faciendo ꝙ esse illud actualis existentiæ, quod prùis subsistebat in re creata, eratq; esse actualis subsistentię, desinat ita subsistere in se atq; inniti sibimetipsi, & innitatur ac dependeat ad ipsum verbum ęternum.Nec oportet ipsum corrūpi, cum non repugnet actuali existentię taliter verbo inniti.Existere namq; & subsistere in his, realiter idem sunt:nec subsistere superaddit ipsi existere, nisi negationem depēdentiæ ad aliud suppositum: & taliter dependere ad verbum,non est creaturæ imperfectio,sed summa perfectio, i. Alias Christi humanitas, quo ad hoc, imperfector eset humanitatibus non assumptis. Cumque sit tāta crça tæ naturæ perfectio, non est eius coruptiua, sed saluatiua, sicq; verbum posset assumere quamcunque personā creatā nunc subsistentē. cum ista asumptio nō amplius repugnaret naturę rōnali, seu intellectuali, nunc ī suo actuali eē subsistēti, q̄ naturæ, q̄ de nouo pduceret, atq; in primo instāti suæ productionis unà cum sua actuali existētia assumereт à verbo

Ad obiectiones cōtra veritatem.

¶Postremò, q̄ cōtra istā positionem inducta sunt ex præhabitis videntur satis soluta, & obiecta Scoti nunc tacta. faciliter queunt solui, dicendo ꝙ realis creatio ac productio seu generatio, terminatur ad ens reale vel ad formā substantialem, siue ad hanc natutā realem, ex se generatiuā ac diffusiuā actualis existentiæ propriæ suæ naturæ, si sibijpsi seu propriæ relinquatur naturæ,quod in Christo factum non est imò in primo instanti suæ productionis assumpta fuit ad sublimius esse,nec permissa agere, quod egisset. hinc demum fuit in Christo mors uera, & uerè mortuus fuit,quia natura humana fuit in ipso tunc disoluta per separationē aīæ suę à corpore, q̄uis eē suum existētiale & subsistentiale, seu psonale & hypostaticū,nequaq̄ fuerit unq̄ corruptū,utpotè icreatū, incōmutabile, & æternū.Verūtn oīa ista sub correctiōe cū timore & reuerētia sint prolata,trāscēdit qppè materia ista oīum (quāto magis meū) itellectū.

D. Dionysius cōtra Scotum.

## QVAESTIO VI.

Nvnc prosequendum, *An Christus sit vere vnum.* Ad quod ex prętactis iam patet responsio, quòd vtiq; absolutè loquendo sit vnum, videlicet una persona, unum ens completum.De hoc ita loquiт Alexander.Refert dicere naturam, & rem naturę in oībus citra Deum, ideo quamuis plures naturę sint in Christo:non tamen prædicantur de ipso in recto,dicendo:Christus est illæ naturæ. & hoc quo ad naturam assumptam: quia ex parte diuinæ naturæ non differunt natura, & res naturæ.quia persona diuina est diuina essentia, non autem est Christus natura humana.Itaq; Christus non dicitur plura pp pluralitatē naturarū. Quæ enim in obliquo dicunт, non numerant rem: sicut nec sequitur ex parte naturæ humanæ,ꝙ quamuis est anima,& corpus simul iuncta,& anima est quid unum,similiter corpus:ergo homo est plura, Porrò quod Augustinus in Enchiridio protestatur, Filius est unicus Dei patris,ac virginis,sed aliud propter verbum, aliud propter hoiēm: exponēdum est ita,ut dicatur alterius naturæ secundum quod verbum,& alterius secundū quod homo.Hæc Alexander.¶Quod uerò ad istud respondet Bonauentura, præhabitum est.

3.par. q.6. men. 2. arti. 1.

Augustin.

Bonauent.

¶At verò Thomas Neutrū,inquit,genus informe est,& indistinctū,masculinū uerò formatū,atq; determinatū hinc masculinū genus non prædicatur absolutè,nisi de re pfecta subsistente: neutrum verum genus tam de re perfecta & subsistente, q̄ de non subsistente & imperfecta: quia non dicimus,humanitas Petri, seu albedo, est aliquis, sed aliquid. De Petro aūt potest utrūq; dici.Similiter in Christo de persona dici potest, ꝙ est aliqs,& aliquid: de natura verò ꝙ est aliquid, non ꝙ aliquis. Hinc natura assumpta non prædicatur de Christo:quia nō habet rōnē hoīs sed humanitatis.Aliquid ergo secundū quod prædicatur de Christo,non significat tantum naturā, sed suppositū quoq; naturæ,quia plurale est geminū singulare: iō Christus nō pōt dici aliqua,nisi eēnt in eo duo supposita naturarū.Nō ergo est duo, aut plura, nec est assumēs & assumptū,ut patuit.Hæc Thomas.

Thom. in hac dist. q. 2. arti. 1.

Tharantasius in hac dist.

¶Concordat Petrus, dicendo: Cum in Christo facta sit duarum unio naturarum in vno supposito, & Christus sit unum suppositum in duabus naturis hinc rōne suppositi non potest uocari duo,quia suppositum unum est:nec ratione naturarum, quoniā una earum puta diuina, est una numero cum suo supposito,idcirco nō facit numerum cum eo: altera verò,videlicet humana, propter suā compositionem differt re à suo supposito,idcirco nō pdicaт de ipso per identitatem:ergo nec numerum ponit in eo Christus ergo oīno est unus,& unum per se iuxta secundam positionē verè catholicā.Hæc Petrus.

Ricardus

¶Tota demum Richardi responsio in ptactis Thomæ ac Petri respōsis continetur.

Vdalricus li.5 c9.

¶Respōsio quoq; Vdalrici,qui addit.Ex his innotescit solutio sophismatū oīm, quibus ita arguitur Christus est unum unitate increata, & unitate creata.quarū una nō est alia,ergo est duo. Rursus,Christus est aliquid impasibile & aliquid pasibile,quorum unum, non est aliud, ergo est duo.Item,Christus non est tantum Deus,nec tantum est homo, ergo,non est tantum unus:ergo est duo: & consimilia.Nam præmissę semper sunt verè ratione naturarum,sed ad conclusionis ueritatem requireretur diuersitas quoque suppositorum.Hec Vdalricus.

Al. Mag.

¶Idem Albertus,de cuius tamen responsione paulo post aliquid tangam.

Durādus

¶Insuper Durandus:Circa istud, inquit, est triplex opinio.Prima, quòd Christus sit unum propter motiua præhabita, Secunda, quòd Christus sit plura. Primò, quia secundum philosophū 7. Metaphysic æ,homo albus, non est simpliciter unum,sed plura.Secundò, quoniam entitas substantię non diminuit de ratione entitatis: ergo nec pluralitas de rōne pluralitatis, sed psonę diuinæ pter unitatem substantiæ dicuntur unum,ergo Christus pter pluralilatē substantiarum in ipso existentium est plura. Tertiò, ens,& unum simpliciter dicunт de ente, & uno ī actu,sed in Chro natura humana est ens actu. similiter,& diuina, ergo secūdū eas est simpliciter tertia opinio est,ꝙ pprie Christus nō est unum nec plura

Aristoteles



plura,sed cū determinatiōe,qa hæc noīa,cū sint adiectiua, ponūt rem suam circa substātiā. Cum ergo hęc noīa ponunт in prædicato sine substātiuo adiūcto, correspōdet eis pro substātiuo res posita in subiecto,sicut cū dicitur, Homo est alius Dū additur substantiuū, alia adiectiua ponunt rem suā circa ipsum,vt si diceretur: Socrates est bonus cātor,qa sic bonus non determinat Socratē, sed cātorē.Sic in pposito si dicatur,Christus est unum nullo addito,cū nō determinet aliud substātiuū, q̄ Christū, nō bene dicitur:sed diceretur,Christus est vnus:quoniā substantiuū & addiectiuū conuenire debēt in gñe.Si vero aliqd addiт in pdicato secūdū conditionē prædicati, debet determinatio unitatis pluralitatis ue addi;vt si dicaт,Christus est suppositū,addendū est, unū:si verò dicaт,Christus hēt naturā,addendū est, duplicē:vel dicendū est, Christus habet duas naturas.Sed qā id,de quo pdicatur substantiuū, nō pdicatur adiectiuū, quod est determinatio substātiui, ideo sicut de Cro nō pdicaт natura humana, sic nō est dicēdū,ꝙ Christus secundum eā sit vnū,aut plura. Idem dicendū de natura diuina,secūdū illos,qui dicūt qđ ipsa non prædicaт de Christo formaliter. & istud videtur conuenientiùs dictū.Hęc Durādus.

Jo.Scotus

¶Scotus item breuiter ait:Christus nō est duo masculinè propter unitatē personæ: nec duo neutraliter:quoniam non est duæ naturæ,sed una hypostasis in duabus subsistens naturis: nec humana natura prædicatur de ipso Hæc Scotus.

## QVAESTIO VII.

Nvnc restat soluendū, *An vnio duarum naturarum in Christo, sit maxima vnionum.* Et quæstio ista includit,an persona Christi sit simplex, uel posit dici composita.¶Quòd autem hæc vnio non sit maxima, primò probatur: quoniam unio tanto est maior, quanto maiorem facit vnitatem in vnitis sed in Christo est maior differentia inter vnita,q̄ in

Obiectio contra veritatem 1.

2 cæteris multis,qa in Christo non solum est realis distinctio inter naturas unitas, deitatē videlicet & humanitatem,imò & personalis quædā distinctio inter personam assumentem & naturā assumptā.¶Secundo,in Chro est maior distinctio inter unita,quàm in quacunq; re alia:qa in Christo est natura diuina, q̄ distat in infinitū a natura creata.

In oppositum. Bernard.

¶In oppositum est, ꝙ libro quinto de consideratione Bernardus ait, ꝙ post unionem trium personarum in diuina essentia, prima & maxima est unio duarum naturarum in Christo.

¶ Insuper ad istud, Vtrũ Deus factus est homo , rñdet sicut iam exBonauentura rñsum est.Similiter quoq; ad istud,Vtrum ista sit uera,Homo factus est Deus. ¶ Ad huc aũt in 2.parte,16.quæst.Hæc,inq̃t, locutio,Deus est homo,est vera non solũ pp ueritatem terminorũ,quia videlicet Christus est uerus homo , sed etiam propter ueritatem prædicationis. Nomen enim significans naturam communem in concreto,põt supponere pro quolibet contentorũ sub noĩe cõi:sicut hoc nomen Homo,potest supponere pro quolibet hoĩe singulari, sic quoq; hoc nomẽ Deus,ex modo suæ significationis põt supponere pro persona filij Dei. De quolibet aũt supposito alicuius naturę, põt propriè prędicari nomẽ significãs illã naturã in cõcreto,quẽadmodũ homo de Platone & Socrate, cũq; p̃sona filij Dei, ꝓ qua supponit hoc nomen Deus,sit suppositũ naturæ humanæ nomẽ hoc Homo,verè,ac ꝓpriè p̃dicatur de Deo,secundũ quod supponit pro persona filij Dei. Hęc in Summa, vbi ꝓfertur qualiter diuersi hęretici circa huius ꝓpositionis veritatem diuersimodè errauerunt:quod, cũ satis pateat ex inductis,dimitto.

*artic 1.*

¶ De verificatione quoque huius locutionis , Hõ est Deus,scribit ibidem:Sicut ista est uera,Deus est homo:ita & ista eius conuersa,Homo est Deus. Homo quippe potest supponere ꝓ qualibet hypostasi humanæ naturæ,sicque supponere potest pro persona filij Dei , quę est hypostasis naturæ humanę.¶ Qualiter ẽt uera sit ista Deus factus est homo, exponit ibidem:Vnumquodque,inquiens , dr̃ esse

*Idem ibidem ar. 2.*

factum

factum id, quod de nouo incipit prędicari de eo. cumque esse hoiem uerè dicatur de Deo, ex tempore, non ab æterno, veraciter dicitur, Deus factus est homo: quod tamen factum est sine Dei mutatione, vt patuit. Hæc ibi.

Tarantasius hac dist.

¶ Concordat Petrus: In Christo, dicens, sunt duæ naturæ in uno suppposito, quarũ una, puta diuina, ẽ simplex, cõstituitq; pſonã. Alia ut humana extat cõ posita, & aduenit cõstituto. Hinc una ꝑdicatur essentialiter ſm rẽ, ſed accidẽtaliter ſm modũ. Cũq; natura diuina sit simplex, humana aũt cõposita, & natura simplex abstractè, & cõcretè ꝑdicetur de suo supposito, natura verò simplex concretè, nõ abstractè: ideo illud suppositũ est Deus, ac diuina essentia, est etiam homo, ſed non est humana natura. Quia verò ꝑdicatio naturæ de suo supposito essentialis est, nõ accidẽtalis, hinc homo essentialiter ꝑdicat de Christo ſm rem, & qm̃ natura illa humana aduenit p exiſtẽti alterius naturæ ſuppposito, ſimilitudinẽ quãdã ſortiẽ cũ ꝑdicatione accidẽtali. Vñ quaſi mediũ modũ h3 prædicandi inter prædicationem essentialẽ, & accidentalẽ, verè tñ ſubſtantia est. Hæc Petrus.

Richar.

¶ Porrò Richardus: aliqui, ait, dicunt hanc verã, Deus est homo, quia humana natura unita est Deo. Quibus obijcitur, ꝙ pari ratione dici poſſet, Deus est pes, ſeu manus: qm̃ quodlibet horum vnitum est Deo. Præterea, virtus locutionis cum dicitur, Hoc est hoc, plus videtur requirere, ac importare, quàm propoſitio iſta, huic ineſt, ſeu coniungitur illud. vñ

Aristot.

ſecundò Topicorum ait Philoſophus: Non ſufficit oſtendere: qm̃ ineſt iuſtitia aut albedo, ad oſtendendum, ꝙ iuſtus, aut albus est. Hinc mihi videtur dicendum, ꝙ cum hoc verbum Eſt, ſit nota identitatis in hac propoſitione, Deus est homo, hoc ipſum quod importatur per ſubiecti ſuppoſitum, importatur per prædicatum, quamuis ſub alio modo cumque per prædicatum importetur diuinũ ſuppositũ vt humanitate determinatum, vt ita loquar, in ſubiecto aũt ſupponit diuinum ſuppoſitum nõ cum illius determinationis excluſione, ut ſit ſenſus, Deus est homo. i. filius Dei, qui est Deus, est filius Dei, humanæ naturæ vnitus. eſtq; ſimilis modus loquendi, cum dicitur, Petrus est homo. i. Petrus est Petrus in humanitate, vel Petrus est Petrus exiſtens ſuppoſitum naturæ humanæ. Hæc Richardus.

Alb. Mag. Vdalric.

¶ Albertus demum cõſonat præinductis. ¶ Vdalricus quoque, qui tamen concordat Bonauenturæ, reſpondendo ad id, Vtrum prædicatio iſta Deus est homo, ſit per eſſentiam, aut inhærentiam, vel identitatem, & addit, Modus prædicandi duo habet in ſe. Vnum est cohærentia prædicati cum ſubiecto, ſicque in iſtis locutionibus, Deus est homo, Homo est Deus, est prædicatio per eſſentiam, & per ſe, & ꝑdicatum illud est ꝑdicatũ eſſentiale non conuerſum. cũ. n. dicitur, Deus est homo, vniuocè prędicatur de Deo, & nobis. Cũ aũt ꝑdicatur homo de Petro, & Paulo, tunc est ꝑdicatũ non conuerſum: tñ est prædicatum per ſe, & per eſſentiã: ergo & ſic ſe habet cũ ꝑdicatur de Christo. Similiter dum dr̃, Homo est Deus, pro tanto non est ꝑdicatio quærſa ſm noſis rõnem: qm̃ nõ quicunq; est Deus, est ẽt homo, nec oĩs homo est Deus. Secundũ est rõ cohærentiæ ꝑdicati cũ ſubiecto: & ſic nõ ſeruatur hic aliquis ꝙſuetus modus ꝑdicandi, nec rõ ꝑdicati. Non. n. est hic modus prædicandi ꝑ cauſam, ſicut cũ dr̃, Deus ſpes noſtra: nec modus ꝑdicandi per inhærentiã, qa ſic ſolum accidens prædicatur de ſubiecto: nec modus ꝑdicandi ꝑ identitatem, cum forma ꝑdicati non ſit pars naturæ ſubſtãtialis, ſicut est omni modo ꝑdicandi eſſentialis, ut cũ dicitur, Homo est animal. Hæc Vdalricus.

Durand.

¶ Verum Durandus diſtinctionẽ triplicem de iſto participio, Factus est, improbare conatur: quia (ut ait) ly, factus est, non est de his, quæ determinant compoſitionem.

Dionysius contra Durandum.

¶ Sed iſtud non ꝓbat, & qđ inducit, in quid nominis ſtare vr̃, idcirco non reputaẽ: nec tot, ac tantis doctoribus in tãta re, tã leui motiuo (præſertim Auguſtino, & Magiſtro eum ſequenti) fuit cõtradicendũ. aſſerit quoq; qđ iſta ſit falſa, Homo factus est Deus, qa oporteret hoiem ꝑexiſtere huiuſcemodi factioni, cuius ꝓrium est oſtenſum, & ꝑfati doctores (ſicut iã claruit) illã ꝓpoſitionẽ ſm vnũ membrũ diſtinctionis introductæ, verã eſſe fatenť. Abijcienda ſunt: ergo leuia dicta, ſolidis ſanctorum, ac præcipuorum doctorum documentis contraria.

Dicta Durandi leuia abijcienda ſunt.

¶ Scotus quoq; hic aliqua ſcribit, q̃ magis videtur ad inuolutionẽ, & obſcurationẽ, q̃ ad elucidationẽ huius catholicæ, ac ſaluberrimæ ueritatis cõferre: idcirco pertrãſeo, pſertim quia hæc veritas fidei ſacræ, iã ex præallegatis doctoribus tã euidẽter est declarata, ſicut hũano poterit mõ referari, ac pãdi.

Dionysius contra Scotum.

## QVAESTIO II.

Obiectiones contra veritat. Cassiani Augusti.

COnſequenter: ergo ſcrutandum, *An iſta ſit uera, Christus est homo dominicus.* ¶ Videť, ꝙ ſic: qm̃ Caſsianus libro de incarnatione 6. contra Neſtoriũ, uocat Chriſtum dn̄icum hoiem. Auguſtinus quoque in libro de ſermone dn̄i in mõte, teſtatur: Nulli licẽt ignorare, ꝙ regnum Dei cũ vnigenito eius, non ſolum intelligitur, ſed ẽt ſenſibiliter & viſibiliter in homine dominico de cœlo venerit. Inſuper Damaſcenus frequenter affirmat Chriſtum hominem deificatum, imò diuinus Dionyſius Chriſtum multoties nominat ſuper ſubſtantialem, & diuiniſsimum Ieſum: ſed ſicut diuinus dicitur denoĩatione à Deo, ita dn̄icus ã dn̄o: ergo qua rõne conceditur vnũ, ẽt alterũ. ¶ Rurſus, Auguſtinus in libro 83. quæſtionum differuit. Monendum est, vt illa bona æterna expectentur, quæ fuerunt in homine dominico, ſcilicet Chriſto. ¶ Amplius, participatione diuinæ bonitatis hoĩes nuncupantur dominici, ac diuini, Chriſtus verò ſecundum formam aſſumptam, prę omnibus fuit in abundantiſsima participatione bonitatis diuinæ: ergo prę cęteris poterit dici homo dominicus.

Auguſt.

Cassianus.

Rabanus 1. Regũ. 1.

Io. Dam.

D. Dionyſius Areopagita.

Auguſt.

¶ In oppoſitum ſunt, quæ dicũtur in litera. ¶ Ad hoc reſpondet Albertus: Non est dicendum, quòd Chr̃s ſit homo dn̄icus qa dn̄icus est nomẽ poſſeſsiuum, ſicque deſignat rem nominis, cui adiungitur eſſe rem poſſeſſam. Chriſtus verò ſupponit increatam, & diuinam perſonam, quæ nunquam fuit ſerua, quamuis ſeruilem naturam aſſumpſit. Quod verò dicitur ſeruus, non conuenit ei ratione perſonæ ſimpliciter, ſed rõne naturę, quæ est in ſuppoſito, ſeu perſona. cumque nomen dn̄icus, ſonet perſonam Chriſti eſſe ſeruilẽ, Auguſtinus retractat, quòd dixit hoc ipſum. Interdum tamen dn̄icus ſumitur non poſſeſsiuè, ſed pro habente dominiũ, quemadmodum logicus pro habente logicam. ſicq; non nulli dixerunt Chriſtum dn̄icum hominem. Verũtamen non est extendendus hic modus loquendi, quoniam magis propriè deſignat perſonam Chriſte ſeruilem. Hæc Albertus.

In oppoſitum.

Phillip.

Aug. lib. Retract. 19.

¶ Hinc eſſe Vdalricus effať, dicens, Auguſtinus in libro Retractat. affirmat, ꝙ Chr̃s non ſit appellandus hõ dn̄icus, cũ ſit utiq; dn̄s: nihilominus noiatur homo diuinus. Rõ aũt differentię est: qm̃ denominatio, q̃ ſit à ſubſtantiali rei natura, põt importare

Vdalric. Aug. ad ſuper.



re tam eſſentialẽ prædicationẽ rõne eius, à quo ſit denominatio, q̃ accidentalem participationem, rationę denominatiuæ prædicationis. Dicimus. n. natura humana est conditio, ſeu ꝓprietas bona: Similiter in ꝓpoſito dicimus, natura diuina, ſeu perſona diuina. Sanctos quoque homines nuncupamus diuinos, quia diuinum est denoĩatiuum, ſumptũ à diuinitate, ſeu à diuina natura. Atque in primo ſenſu Chriſtus uerè est homo diuinus, quia hic terminus homo, ſupponit perſonã diuinã æternã, quę uerè ſubſtantialiter Deus est. Denoĩatio aũt facta ab accidente, nõ dicit niſi illius naturæ accidẽtalis participationẽ. Dñium verò, cũ (teſte Ambroſio) dicat poteſtatẽ, est accidens in inferioribus rebus: & quãuis in diuinis non ſit accidẽs, tñ pro tanto modũ accidẽtis ſortiť, qa (ut dicit Damaſcenus) dicit aliquid conſequens ſubſtantiam. iõ ſeruat ibi, ſcilicet in diuinis, ſuum modum prædicãdi: ut ſit ſenſus, Homo dn̄icus. i. participans aliquid de diuino dominio: quod est falſum, cũ homo ibi dicat diuinam perſonam, q̃ non participatiuè, ſed ſubſtantialiter Deus est. Porrò ſi accipiatur denoĩatio ſecundũ qđ est in diuinis, puta, ꝓut est ipſa diuina natura, & nõ ſecundũ nois rõnem, ſic Chriſtus ſub eodem ſenſu poſſet dici homo dn̄icus, quo dr̃ homo diuinus. Iõ loquitur Auguſtinus iſtã locutionẽ nõnulla rõne poſſe defendi, aſſeritq; ſe eam legiſſe apud quoſdã doctores catholicos. Nos quoq; inuenimus eam in doctoribus quibuſdã catholicis, dicente Caſsiano: Quãuis ante partum uirginis non fuerit dn̄icus homo Ieſus Chriſtus &c. Rabanus etiam ſup illud primi Regũ. Cognouit ergo Helchana, ait: Quis est iſte niſi homo dn̄icus Ieſus Chriſtus? Auguſtinus tñ magis propriè loquitur, eam negando. Hæc Vdalricus in Summa ſua lib. 6.

Ambroſius

Joh. Damaſcenus.

Thom. in hac di. q. 1. art. 1.

¶ Præterea Thomas: Hoc nomẽ, inquit, adiectiuũ dn̄icus, duo importat. Vnũ est participatio quædã dn̄ij, aliud est res aliqua dn̄i utpotè eius poſſeſsio uel effectus, ſicq; Chriſtus nequaquam dicendus est homo dn̄icus, cũ dicat diuinũ æternũ ſuppoſitũ, cui dn̄ium & poteſtas naturaliter, nõ participatiuè cõuenit: nec est quaſi poſſeſſio, pars aut effectus Dei, ſed omniũ dn̄s, ac poſſeſſor, idcirco nec propriæ dr̃ deitatẽ participare, quãuis natura aſſumpta participe, quæ ſunt Dei. Hæc Thomas in Scripto. Idẽ in 3. parte, 16. q̃ſtione. Concordãt Richardus, & Petrus.

Richardus Tarãtaſius Bonauen.

¶ Bonauentura quoq;: Hoc, inquit, nomen dn̄icus, ſecundũ cõem expoſitionẽ dupliciter dr̃, utpotè poſſeſsione, & ſimilitudine: unde dicitur homo dominicus, qui poſsideť à dn̄o, uel qui domino ſimilis est. Dumq; ſecundũ utrunq; ſenſum dicat cõparationem differentiã, & diſpoſitionem eius, de quo dr̃ ad dominũ, reſpectu cuius ſic denominatur non est concedendum, Chriſtum eſſe hoiem dn̄icũ, ideo retractauit hoc Auguſtinus, eo ꝙ poſsit malũ gignere intellectum. Nihilominus poſſet ſanè intelligi ratione aſſumptæ, naturæ quę à dn̄o poſsideť, & domino aſsimilatur, atq; ab eo cauſata est. Hæc Bonauentura, qui etiam quærit, an concedendum ſit ꝙ Chriſtus est homo deificatus. Verum huius ſolutio in quid nominis videtur conſiſtere. Quidam enim negat hoc, quidam concedunt: ſicut, & hanc, Deus est humanatus. Nempè ad hunc ſenſum, Deus est humanatus. i. homo factus, ſeu carni & humanitati hypoſtatica unione coniunctus, uera est; ſic item homo est deificatus. i. Deus factus, iuxta expoſitionem inductã. Si autem in appellatione deificati notef anteceſsio, poteſt negari, cum certũ, ſit humanitatem non fuiſſe ante diuinitatem, aut deitatem.

Auguſt. 1. Trin. c. 19.

## QVAESTIO III.

PRincipaliter demũ hic quæritur, *An Christo cõueniat eſſe prædeſtinatum*: & qualiter ueræ ſint locutiones hoc deſignãtes, uidelicet iſte, Filius Dei est prædeſtinatus, Filius Dei prædeſtinatus est eſſe homo, Homo prædeſtinatus est eſſe filius Dei. ¶ Videtur, ꝙ prædeſtinatio non conueniat Chriſto. Nullum. n. prædeſtinatum est æternũ, aut eſſe naturaliter beatum, cum, prædeſtinatio anteceſsionem importet, ſicq; præparatio gratiæ in ꝑſenti, & gloriæ in futuro, & ita non conuenit alicui niſi ex gratia. Hinc ẽt prædeſtinatus (materialiter loquendo) poſſe non eſſe prædeſtinatus: nec aliquis de neceſsitate, ſed liberrima voluntate eſt prædeſtinatus. Cum ergo Chriſtus ſit uerus Deus eſſentialiter felix, & increatam perſonam ſupponat, non conuenit ei eſſe prædeſtinatum.

Obiectiones in partem negatiuam.

¶ In oppoſitum est illud Apoſtoli ad Romanos: Qui prædeſtinatus est filius Dei in uirtute.

Rom 1. In oppoſitum.

¶ Ad hoc Antiſiodoren. rñdet. Prædeſtinatio dupliciter ſumitur, utpotè abſolutè, & reſpectiuè. Abſolutè, dum ponitur ſine determinatione, ſicut cum dicitur, Petrus est prædeſtinatus: i. ab æterno præcognitus ad obtinendum gratiam, & gloriam. ſicque ſignificat præſcientiam Dei, & determinat effectum ſalutis. Sed prout reſpectiuè accipitur, deſignat præſcientiam Dei, non autem determinat ꝓſtitum, ſed nullt determinare exteriùs, ſicut hoc nomen ꝓparatus, tñ circa aliud extrinſecè determinatum notat, quod ſit ex gratia. ſicq; idem est prædeſtinatus qđ præſcitus, ſeu præparatus ex gratia. ita quoq; ſumpſit Apoſtolus, dicens: Qui ꝓdeſtinatus est filius Dei in uirtute, & qui, ſupponit ibi pro Chriſto in humanitate. Iſte etenim homo in humanitate ẽ prædeſtinatus, ut ſit filius Dei, uel quia ex gratia est, ꝙ ille homo ſit filius Dei: qm̃ ille homo est ex gratia filius Dei, atq; ad hoc est prædeſtinatus ex gratia. Nec valet hæc argumentatio, Homo est ꝓdeſtinatus ut ſit filius Dei: ergo filius Dei est prædeſtinatus, ut ſit ille homo: qm̃ eſſe hoiem non est ex gratia filio Dei, aut filio hominis, ſed eſſe filium Dei est ex gratia homini illi. Hæc Antiſiodorenſis in Summa ſua libro 3 ubi de his loquitur intricatè, & prolixè, quæ ex ſequentibus fient plana.

Antiſiod.

Roma. 1.

¶ Alexander igitť planiùs loquẽs: Quia, inquit, in noĩe ꝓdeſtinationis rõne huius ꝓpoſitionis præno tatur ordinatio, vel reſpectus alicuius ad id, qđ uocatur prædeſtinatũ, ne aliquid antecedat filiũ Dei, non est abſolutè cõcedendũ ꝙ filius Dei ſit ꝓdeſtinatus, ſed cũ determinatione hac, ſecundũ qđ homo, aut ſimiliter, Vñ ſup illud ad Romanos, Quos ꝙ deſtinauit hos, & vocauit, loquiť Aug. Prædeſtinauit nõ exiſtẽtes, uocauit exiſtẽtes. Chr̃s aũt nũquã fuit non exiſtens, Origenes etiam aſſerit: Deſtinatur qui est; prædeſtinatus, qui nondum est. Hæc verba dicuntur propter eos, qui impietatem loquuntur in unigenitum Dei, quem putant annumerandum inter eos, qu cum ante non fuerint, prædeſtinati ſunt, ut eſſent. Nec obuiat ijs, quod loquitur Damaſcenus: Non ſcandalizabitur ad nomen creaturæ, qui ſeſe uermẽ, ac ſeruum uocauit. Nã ſicut Chriſtus nõ dicitur abſolutè creatura, aut uermis vel ſeruus, ſed ſub reduplicatione iſta, inquã cũ homo: ſic non dicitur abſolutè prædeſtinatus, ſed modo ꝓtacto; ¶ Præterea ſi quæratur, An ꝓcedendum ſit, ꝙ filius Dei prędeſtinatus ſit eſſe homo: Dicẽdũ, ꝙ differt dicere de aliquo. Eſt ꝓdeſtinatus abſolutè: uel ſub determinatione. Nępe cũ dr̃ abſolutè, Iſte est prædeſtinatus, ſenſus est; præuiſus est ad

Origenes.

Damaſce.

Pſalm 11.

haben-

habendam gratiam. Quũ uerò dicitur cũ determina
tione, ut quũ dr̃, Ille homo est prędestinatus filius
Dei, sensus est: Præordinatus est ex gratia ad hoc, ꝙ
sit filius Dei. sicq; cũ dr̃, Christus prædestinatus est
esse homo, sensus est: Præordinatus est ex gratia ad
hoc, ꝙ sit homo. Et est in propositione hac distin-
guẽdũ, quia respectus antecessionis denotatus per
præpositionẽ istam præ, & respectus connotatus ꝑ
præpositionem hãc ex, cum dr̃, ordinatus ex gratia
potest esse respectu suppositi, vel respectu illius ad
quod dr̃ ordinatus. Si respectu suppositi, falsa est, cũ
illud sit naturalis filius Dei: si respectu eius, ad quod
dr̃ ordinatus, quod est esse hoĩs, uera est: q̃a respe-
ctu esse hoĩs antecedit ordinatio Dei: & gratia eius
est causa huius: ut sit sensus, Filius Dei est præordi-
natus esse homo ex gratia. Cum autem prædestina-
tum dr̃ de aliquo cum determinatione, considerã-
dũ, an aliud sit in locutione, respectu cuius possit di
ci antecessio causalis, q̃ importatur noĩe prædestina
ti: qđ si non inueniaẽ in locutione, non est concedẽ
da. ideo hæc est falsa, Filius Dei prædestinatus est es
se filius Dei, q̃a respectu filij Dei non est antecessio
causalis. ¶ Quęritur quoq;, ad quid prædestinatus
sit Chr̃s secundũ qđ homo. Dicendũ, ꝙ cũ in Chr̃o
triplex sit gratia, utpotè gr̃a unionis, gr̃a singularis
personæ, seu hoĩs huius, & gr̃a, qua est caput: ꝑdesti
natio est respectu huius triplicis gr̃ę Hæc Alexãder.

Bonau. in pręs. dist. ¶ Insuper Bonauentura: Quamuis, ait, hæc sit cõ
cedenda, Christus est prædestinatus: qm̃ Christus
noĩat personã in duabus naturis subsistentem: hæc
quoq;, Christus est prædestinatus vt homo, rõne de
terminationis; hæc tñ communiter non admittitur,
Filius Dei est prædestinatus: & hoc propter repu-
gnantiam intellectuum inter subiectum & prædica
tum. Inuenitur namque ibi repugnantia triplex. No
men quippe ꝑdestinationis, circa prædestinatum
tria importat, uidelicet habitudinem effectuum re-
spectu causæ, acceptationem per gratiam, & inchoa
tionem quantum ad esse naturæ, Primum intel-
lectum prædestinatio habet, quia descendit à verbo
passiuo: secundum intellectum habet, quia descen-
dit ab actu dicẽte ordinationem ad finem. Tertium
quia cõponitur, seu imponitur à præpositione di-
cente antecessionem, puta à præ: sed filius Dei dicit
illã personam ut causam, nõ est effectũ. Dicit. n. illã
personã prout cõpetit ei filiatio per naturam, nõ ꝑ
gratiæ donum: dicit quoq; illam personam ut æter
nam, non ut habentem initium, sicq; expressè est ibi
repugnantiam intellectum inter subiectum, & ꝑ-
dicatum, & potest repugnantia ista reduci ad tri-
plex genus oppositionis, videlicet contradictionis,
contrarietatis, & relationis. Porrò dum quęritur,
Vtrum filius Dei prędestinatus est homo esse: Dicen
dum, ꝙ cum participium istud, prædestinatus, im-
portet antecessionem, põt eam tripliciter impor-
tare, puta respectu subiecti, respectu ꝑdicati, & re-
spectu totius copulati, seu dicti. Si primò modo, sen
sus Est: Filius Dei ꝑdestinatus est esse homo. i. filius
Dei ante pręuisus est esse homo, q̃ esset filius Dei.
quod falsum est. Si secundò modo, iste est sensus: Fi-
lius Dei præuisus est esse homo. i cognitio vel præ-
uisio fuit esse homo, nõ antequã filius Dei esset, sed
antequã esset homo, quod ita ẽ. Si tertiò modo, sen
sus est: filius Dei prædestinatus est esse homo. i. præ-
destinatum est vt filius Dei sit homo, quod verũ est
atque in hac locutione prædestinatio non claudit
in se intellectum gratiæ, & gloriæ, sicut dum simpli
citer capiẽ & ꝓfertur sine determinatione; sed tan-
tũ valet sicut præuisus est. Neq; sic sequitur, Filius
Dei ꝑdestinatus est esse homo, ergo ꝑdestinatus est:
quia omittitur determinatio illa. ¶ Præterea si quæ
ratur de ista, hõ prædestinatus est esse filius Dei; Di-
cendum, ꝙ ista locutio est distinguenda sicut ꝑce-
dens, & eodẽ modo soluenda. Hæc Bonauentura.

¶ At verò Thomas super ijs scribit: Prædestinatio Thom. in hac dist. q. 3. art. 1. prædestinatio tria significat circa ꝑdestinatum.
propriè sumpta, tria importat ex parte prædestina-
ti. Vnum est ut id, ad quod dicitur prædestinari, à li-
quando sibi conueniat. Secundũ, ꝙ conueniat sibi
per gratia. Tertium, ut hoc ipsum sequatur præde-
stinationem. Ex hoc nãque uocatur prædestinatus,
quod est præuisus & ꝑordinatus aliquid habere per
gratiam. Quantum ad primũ istorũ, prædestinatio
in Christo conuenit manifestè supposito: quia hic
homo est filius Deĩ. Hoc aũt non inuenietur in na-
tura humana, quæ nunquam fuit nec est, nec erit fi-
lius Dei. Vnde de ea propriè dici nõ ualet, ꝙ sit præ
destinata esse filius Dei secundum uerò inuenitur
in Christo non rõne suppositi, quod est naturali-
ter filius Dei: sed ratione naturę assumptæ, quæ per
gratiam vnionis coniuncta est filio Dei, ex qua unio
ne sequiẽ hãc esse verã, Homo est filius Dei. Similiter
tertiũ conuenit Christo rõne naturæ assumptæ, non
rõne suppositi, qđ est æternum: imò prędestinatio
conuenit Christo nec rõne ꝑsonæ, nec rõne naturæ
assumptæ, sed personæ rõne assumptę naturæ. Hæc
quoq;, Filius Dei est ꝑdestinatus ẽ simpliciter falsa,
ob cãm ꝑhabitã. De hac demũ, Filius Dei est ꝑdesti
natus esse hõ, dicendũ sicut iam dictum est. Ista itẽ
est falsa, Filius Dei prædestinatus est esse filius Dei,
ꝑp causam expressam, nisi iuxta modum loquendi,
quo aliquid dr̃ fieri dum innotescit. sicq; Glossa ad
Romanos. 1. cõcedit hanc, Filius Dei prædestinatus
est vt sit filius Dei, vel esse filius Dei, quia prędestina
tum est, ut hic euidenter appareat, quod factũ est in
resurrectione, ascensione, euangelicæ legis promul
gatione Hęc Thomas in Scripto.

¶ Denique in 3 parte addit. Prædestinatio ꝓpriè Tho. 3. p. q. 24. ar. 1.
sumpta, est diuina ꝑordinatio ab æterno de his, q̃ est ꝑdestinatio quid.
ꝑ gratiã Dei sunt fienda in tpe. Cũq; à Deo in tpe
factũ sit ꝑ gratiã vnionis, ꝙ Deus est homo, & ho-
mo Deus, ꝯstat ꝙ unio naturarũ in Christo sub æter
na cadat prædestinatione, rationeq; huius dr̃ Chri-
stus prędestinatus. Veruntamen Origenes sup epi- Origenes Rom. 1.
stolã ad Romanos, testaẽ ꝙ ista sit uera litera ad Ro-
man. I. Qui ꝑdestinatus est filius Dei in virtute, ita
ꝙ nõ designetur ibi antecessio aliqua, sicq; locutio
nihil habet difficultatis. ¶ Insuper, si quæraẽ, An ꝑ- Quæstio.
destinatio Christi sit nostræ prædestinationis exem
plar. Dicendum, ꝙ prædestinatio dupliciter consi-
deraẽ. Primò, quantũ ad actum prædestinãtis, sicq;
ꝑdestinatio Chr̃i nõ ẽ exẽplar nostræ prædestinatio
nis, qm̃ uno mõ & eodem actu æterno prædestina-
nauit Deus Christum, & nos. Scđò, quantum ad id,
ad quod aliquis prędestinatur, quod est prædestina
tionis terminus, & effectus: sicq; ꝑdestinatio Chri-
sti est nostræ prædestinationis exemplar, & hoc du
pliciter: primò, quo ad bonũ, ad qđ ꝑdestinamur,
ipse etem prædestinatus est ad hoc, ꝙ esset Dei filius
naturalis: nos verò prædestinamur ad filiationem
adoptionis, quæ est quædam participatiua similitu-
do filiationis, naturalis. Vnde ad Romanos ait Apo Rom.
stolus: Quos præsciuit, hos prædestinauit confor-
mes fieri imaginis filij sui. Secundò, quantum ad
modum consequendi hoc bonũ, quod fit per gra-
tiam: quod & in Christo est manifestissimũ, quia
humana natura in Christo nullis suis præcedenti-
bus meritis est vnita filio Dei, & de plenitudine Ioh. 1.
eius oẽs accepimus. Hinc libro de ꝑdestinatione
sanctorum,



sanctorũ, asserit Augustinus: Præclarissimũ lumẽ
ꝑdestinationis, & gr̃æ ẽ dñs, & saluator, q̃ appellaẽ
lumen prædestinationis gratiæ, inquantum per
ꝑdestinatio Christi ẽ cã nostræ ꝑdestinatiõis. eius prædestinationem, & gr̃am, nostra manifesteẽ,
quod ad rõnem exemplaris ꝑtinere vr̃. Conformi-
ter rñdet ad istud, vtrum prædestinatio Christi sit
causa nostræ prædestinationis. non enim est cã eius
quo ad ipsum actũ prædestinationis, qui est æter-
nus, & vnus, ac idem. attñ prædestinatio Chr̃i cã est
nostræ prædestinationis, quo ad prædestinationis
effectum, ac terminũ. Deus. n. ꝑ ordinauit nos gra-
tiam, & gloriam adepturos per Chr̃m. certũq; est,
ꝙ sub prædestinatione æterna cadit, non solum id,
quod in tempore est fiendũ, sed ẽt modus, & ordo
Dales. completionis. Hæc Thomas in Summa. ¶ Idẽ Alexã
der. In quibus continentur scripta Alberti, Petri, &
Vdalricus Rom. 1. Richardi de ista materia, consonatq; Vdalricus, &
addit: Ex verbis illis Apostoli, Qui prædestinatus est
filius Dei in virtute, sumitur, & probaẽ, ꝙ dici pos
sit, Hic homo prædestinatus est eẽ filius Dei, non ꝑ
adoptionem, sed in virtute gñationis æternæ. Et ad
sciendum qualiter verũ sit hoc, aduertendũ, ꝙ de
hoĩe illo uerè dicunẽ oĩa, quę conueniunt filio Dei
prout existit in natura humana. Filius aũt Dei ꝓut
existit in humana natura ex tẽpore per gr̃am uni-
onis, factus est filius Dei naturalis, quod ẽm naturã
diuinam, & prout in ea est, habuit ab æterno. hoc
quoq; est a Deo ab æterno præordinatum. nihilque
plùs est de rõne prædestinationis, nisi, ꝙ aliq̃s effe-
ctus ex tẽpore per gr̃am cõueniat, qui ab æterno sit
ꝑuisus à Deo: ergo & hoc conuenit huic hoĩ, ꝙ sit
prædestinatus filius Dei in uirtute. Hæc vdalricus
in Sũma sua li. 6. ¶ Verũ Durandus ꝑallegatis docto
Duran. in præs. dist. ribus in aliquibus cõtradicit, ꝓhibens ꝓpositiones
has falsas esse. Hõ prædestinatus est esse filius Dei,
& Filius Dei prædestinatus est eẽ hõ: rõnẽ assignãs
qm̃ esse hoĩem conuenit filio Dei ꝑ assumptionem:
naturæ humanæ, q̃ facta est propria filij Dei virtute.
Item, quod conuenit alicui, nec sequitur ipsum na-
tura, aut tempore, non conuenit ei per prædestina-
tionẽ: sed esse filium Dei, non sequitur hominẽ de
quo prædicatur, natura, nec tẽpore. ¶ Ad quæ dicẽ-
Dionysiꝰ cõtra Durandus dum, ꝙ ꝓpositiones illæ sunt ueræ iuxta prætacto
rum declarationes doctorum: & quamuis filius Dei
sit homo assumendo, & habendo ueram humanita
tem, ac diuina ꝑtãte completam, hoc tñ est gratiæ
opus, & pietatis effectus ꝓsus gratuitus, ꝙ ita uni-
tatem natura humana diuinę ideo cadit sub præde
stinatione. Alia aũt probatio falsum assumit, quia
sufficere potest, ꝙ sequatur ipsam ꝑdestinationem
ęternam, sicut effectus sequitur cãm. ¶ Hinc Scotus
Io. Scotꝰ. meliùs istud attendens: Prædestinatio, inq̃t, cum sit
præordinatio alicuiꝰ ad gloriã principaliter, atq; ad
alia in ordine ad gloriã: huicq; naturæ humanæ in
Christo pręordinata sit gloria, & unio ista cũ ver-
bo in ordine ad gloriam: qm̃ tanta gloria ei nõ fuis
set cõferenda, nisi fuisset unita: hinc sicut merita, si-
ne q̃bus nõ dareẽ gloria, cadunt sub ꝑdestinatione.
sic unio illa, quę ordinaẽ ad gloriã tantã. Iõ sicut ꝑ-
destinatum est uerbum esse hoĩem, ita, & hunc hoĩ
em esse uerbum, seu filium Dei. Hęc Scotus, qui cõ-
sequenter mouet hic dubia duo. ¶ Primũ est, vtrũ
prędestinatio ista, de qua nunc est sermo, præexi-
gat, necessario lapsum humanæ naturę: quod vñr
sonare multę auctoritates, quæ sonant filiũ Dei nõ
fuisse incarnandum, si hõ non cecidisset. ¶ Ad qđ si
ne præiudicio dici potest, ꝙ cũ prædestinatio cuius
cunq; electi præcedat ex parte obiecti præscientiã
peccati, multo magis prædestinatio aĩæ Chr̃i. Gñа-
liter. n. oĩs ordinatè uolens, per priùs uĩ velle id, ꝙ
fini propinquius est, & per consequens aĩæ. huic
Auctoritates aũt, quæ in oppositum sonant, queũt
exponi, ꝙ Christus non venisset, ut redemptor, nisi
hõ peccasset, q̃a necesse non extitisset, ut aĩa à prin
cipio suę creationis gloriosa (cui Deus prę opta-
uit non solum gloriam sũmã, imò ẽt aĩæ illi coęuã)
vnita fuisset passibili corpori, non aũt fuisset redẽ-
ptio facienda: sed nõ propter solã redemptionẽ ho
minum uĩ Deus animã illã ad gloriam tantã ꝑordi
nasse, cũ illa redẽptio, seu gloria aĩę redimendæ, nõ
sit bonum tã magnũ, quantũ bonum est gloria aĩæ
Christi. Nec verisimile est tm̃ bonũ in entibus imò
tam sũmũ bonũ eẽ occasionatũ ꝑp minus bonũ si-
cut, nec uerisimile est Deũ priùs ꝑordinasse ipsum
Adã, q̃ Christum. Alteriùs quoq; sequereẽ absurdũ,
quia prædestinato Adam, priùs vidisset eum casu-
rum, q̃ Christum præordinasset. Potest igiẽ dici, ꝙ
priùs natura, q̃ aliquid prædestinabatur, Deus ꝑele-
git ad curiã illã cælestẽ uniuersos, quos uoluit ibi
habere, angelos, & hoĩes in gradibus determinatis:
& ꝙ nullus est tm̃ ob hoc prædestinatus, q̃a alius
præuisus fuit casurus, quatenus sic nullum gaude-
re oporteat de casu alterius. ¶ Secundum dubium Dubium 2 Scoticũ.
est, an per priùs ordine naturę præuidebatur natu-
ræ assumptę unio ad uerbum, uel gloria summa
quam habet. ¶ Ad quod dici potest, ꝙ cũ in actiõe
artificis sit processus contrarius in exequendo, & in
intendendo, & Deus prius natura (quantum ad or-
dinem executionis) uniuit uerbo naturã humanã,
q̃ contulit ei gratiam summã: ecõtrario potest poni
in intendendo, ut sic Deus volens aliquã naturam
creatam habere gloriam summam in gñe creaturæ,
ostendens, ꝙ nõ oporteat eũ dare gloriam, seu glo
riæ quantitatem, secundum ordinem dignitatis na
turarum, quasi secundò voluit istam naturam esse
in persona uerbi, & sic angelus non subesse hoĩ pu-
ro. Hæc Scotus. ¶ Deniq;, de quęstionibus istis su- Dionysius contra Scotum
prà inducta sunt plura, ubi, & considerationes has
primum dubium concernentes, tetigit, & antequã
legi hęc. Veruntamen non apparet de dubio isto
secundo, ꝙ Deus vnionem hypostaticam illam as-
sumptæ humanitatis cũ uerbo, ordinauerit ad glo-
riam illam sicut ad finem, cum dignior, principali-
orq; cõsistat unio illa: imò gloria illa in ipsa vnione
virtualiter comprehendebatur, quia non decuit as-
sumi naturam, nisi actualiter Deo fruentem.

## *An diuina natura debeat dici nata de virgine. Distinctio. VIII.*

POstꝑdicta inquiri dẽt, utrũ de natura diuina cõcedendũ sit, ꝙ de uirgine sit
nata, sicut dr̃ de uirgine ĩcarnata. Et vr̃ vtiq; nõ debere dici nata de uirgine In partem negatiuã.
cũ nõ sit nata de patre. Quæ. n. res nõ est de patre genita, non dr̃ de matre
nata, ne res aliqua filiationis nomẽ habeat ĩ hũanitate, q̃ illud nõ teneat in
diuinitate. Vr̃ tñ posse probari, ꝙ sit nata de uirgine: quia si hoc est Deum In oppositum.
nasci de uirgine, scilicet hoĩem assumere in uterò uirginis, cũ natura diuina superiùs di
cta sit hominẽ assumpsisse, videtur debere dici nata. De hoc Augustinus in libro de fide Aug. c. 2 b
ad Petrum, sic ait: Natura ęterna, atq; diuina non posset temporaliter concipi, & nasci

ex natura humana,nisi secundũ susceptionẽ ueritatis humanæ, ueram tẽporaliter cõceptionẽ & natiuitatẽ ineffabilis diuinitas in se accipisset.Sic ẽ Deus æternus ueraciter secũdum tempus & conceptus & natus de virgine.Ista auctoritate uidetur insinuari, ꝙ natura diuina sit nata & concepta de uirgine.Sed si diligenter notẽtur uerba potius de ꝑsona dici intelligitur,quæ sine dubitatione & de patre & de matre nata esse dici debet.

## *De gemina Christi natiuitate, qui bis natus est.*

Quæri etiam solet,utrum debeat dici Christus bis genitus ut dicitur Dei & hominis filius.Ad quod dici potest,Christum bis natum esse,duasque natiuitates habuisse. Vnde, Augustinus in libro de fide ad Petrum:Pater deus de sua natura genuit filium Deum,sibi coæqualem,& coæternum.Idem quoque unigenitus Deus secundo natus est, semel ex patre,ex matre semel.Natus est enim de patre Dei uerbum,natus est de matre uerbũ caro factum.Vnus ergo atque idem Dei filius natus est ante secula,& natus in seculo,& utraque natriuitas unius est filij dei,diuina scilicet & humana.De hoc etiam Iohannes, Damascenus ait: Duas Christi natiuitates ueneramur. unam ex patre ante secula, quæ est super causam, & rationem, & tempus,& naturam,& unam,quæ in ultimis temporibus propter nos, & secundũ nos, & super nos: propter nos, quia propter nostrã salutem,secundum nos,quia natus est homo ex muliere,& tempore conceptionis,s.nouẽ mẽsiũ: super nos quia non ex semine,sed ex spũsancto & sancta uirgine supra legẽ cõceptionis.Ex his manifestè apparet,Christi duas esse natiuitates,eundemq; bis natũ fore.

Augustin. cap. 2.b. — Iohan. 1 — Damascenus li 3.c. 7.

Summa distinctionis VIII.

IN hac distinctione mouet Magister duas circa præhabita quæstiones.Dictũ est nãq;,ꝙ incarnari,nasci,& hũanam naturam assumere ꝯpetit ꝓprie unigenito p̃ris æterni cũq; in deo realiter idẽ sint natura,atque persona meritò sciscitatur an etiam diuinæ naturæ ꝯueniat incarnari,& nasci ex uirgine:præsertim cũ q̃dã sanctorũ actoritates hoc dicere videant̃,Sed q̃a determinat ꝙ ñ naturę,sed personę ista ꝯueniant opportunè inquirit, an filio Dei conueniant duæ natiuitates & bis nasci; quo circa occurit scrutãdũ an sicut Christo conueniunt duæ natiuitates seu gñationes, ita & duæ filiationes.

### QVAESTIO I.

In partem affirmatiuã

Hic quæritur primò, *An diuina essentia seu natura conueniat incarnari nasci & bis* nasci.¶Quo circa possent multa ꝓ utraq; parte induci:sic arguẽdo:Qđ natũ ex deo p̃re in æternitate,natũ est ex sacratissima uirgine matre in tẽpore,sed Dei natura seu diuina essentia ex patre æterno est nata. quod, ꝓbari potest multiplici rõne, qua hoc super primũ probatum est.Ad idem allegatur in litera Augustini auctoris. Anselmus quoq; fatetur in oratione de laudibus gloriosissimæ uirginis: O in quàm sublimi comtemplor Mariam.Omnis natura ex Deo est creata,& Dei natura ex Maria est nata.

Augustin. — Anselmus — In opposi.

¶In oppositũ sunt auctoritates & rõnes,q̃bus ostensum est,incarnari,nasci,agere,pati,propriè cõuenire ꝑsona,nõ natura, Vtrum ad istud responsum est supra distincti. 5. ex dictis Antesiodorensis, & aliorum,ideo breuitati studendum est.

quæst. 2.3. Antisiod.

Tho in hac dis.q vnica,ar.2.

¶Itaq; Thomas:nasci, inquit,est fieri quidam, nihil aũt fit nisi ut sit, ideo sicut alicui competit esse ita et fieri. Esse uerò propriè ꝯuenit subsistenti, forma uero & natura diuitur esse ex ꝯsequenti,inquãtum suppositum subsistit in ea. sicq; ex consequenti naturæ, & formæ cõpetit fieri atq; nasci, nõ quasi ipsa nascantur, sed q̃a per gñationem accipiunt, unde natura humana nõ est proprie nata in Christo. Deniq: q̃uis natura humana nõ sit ꝓpriè nata in Chr̃o de uirgine:attñ ad natiuitatẽ ꝯñr se hẽt, quia per gñationẽ ex uirgine est accepta.Diuiua uerò natura nõ est à Christo, neq; ex uirgine per gñationẽ tẽporalem accepta; ideo nequaquam,ex uirgine nata ẽ nec ꝑ se,neq; ꝑ ꝯñs ,si propriè capiatur pro ipsa essentia. Sed quia natura interdum impropriè extenditur ad stãdũ, & supponendũ ꝓ persona, idcirco interdũ à sanctis asseritur nata in Christo ex uirgine; in q̃bus locutionibus natura exponẽda ẽ,& summẽda ꝓ ꝑsona,ut p3 in litera.Hæc Thomas in Scripto

Tho. ibidẽ arti. 3.

¶In 3.quoq;parte:Natiuitas, ait, alicui atribui potest dupliciter:primo,tanq̃ subiecto , uidelicet ei quod nascitur,quod ꝓpriè est suppositum,cui conuenit esse,scđo ut termino ,sicq; ꝯuenit naturæ.Terminus nãq; gñationis,atq; cuiuslibet natiuitatis est forma:natura autẽ ꝑ modũ formæ significat̃, Hinc natiuitas dicitur uia ad naturã.terminatur namque naturæ intentio ad formã seu speciei naturam.Hæc in Summa.

obiectiones cõtra Thomam

¶Quibus obijci potest,ꝙ diuina natura non videtur terminus gñationis, q̃a nõ terminatur ad eã. Id quoq; ꝓpriè vr̃ terminus gñationis,qđ gñatur.unde & Petrus:nasci propriè dicitur, ad quod natiuitas terminatur,uel primò, sicut ad Petrum: uel ex consequenti,sicut ad hoĩem,Ad diuinam aũt naturam, nec eterna nec tẽporalis natiuitas ullatenus terminatur. quia ꝑ gñationem æternam nõ producitur, quãuis accipiatur :ꝑ tpalem uerò natiuitatẽ nec ꝓducit̃,nec accipit̃.Hæc Petrus.¶ Hinc distinguẽdũ uidet̃ de termino gñationis, ut terminus gñationis qui dicatur suppositũ;terminus gñationis quò,id ẽ ratione cuius atribuitur & conuenit alicui generatione siue natiuitas,appellatur natura,seu forma.

Tarantasius — Diluuntur Obiecta

Richardus

¶Concordat Richardus,dicendo:Quãuis nõ omne productum sit natum,quia natiuitas ꝓpriè competit solis uiuentibus attamen oñe natũ est productum.Cũq; in I.libro ostensum sit, diuinã eẽntiã seu naturam nõ esse productã,multo minus dicendum est,quòd sit nata Nec potest dici producta ratione natura humanæ cui unita est,quia nõ est hypostasis seu ꝑsona naturæ assumptæ, nec ipsa natura assumpta dicitur propriè gñata,quãuis secundariè & minus principaliter cõpetat ei. quia est ratio, ꝙ Chr̃o conuenit eẽ natum ex uirgine, quia per generationẽ accepit uerè naturam humanã.Hæc Richardus

Bonauentura

¶Præterea Bonauentura:Hæc,inquit,non recipitur,Diuina natura ẽ de virgine nata,propter duo: Primò ꝓpter cõfusionẽ ꝑsonaliũ ꝓprietatum uitandam.Secundò,ad deuitandam essentialium quoq; ꝓprietatũ ꝯfusionẽ,quę duo p̃cipuè sunt uitãda circa sermones catholicę ueritatis. Queãdmodũ eñ ꝑ beatissima trinitate distictæ sũt personę ab inuicem



cem,ita & proprietates earum: sic in Christo naturæ & earũ proprietates ab inuicem sunt distinctæ. Hinc proprietates unius non debent dici de alia in abstracto,ne natura diuina & humana uideantur esse una & eadem .Quod enim prædicatur de alio in abstracto, non solum conuenit illi propter identitatem suppositi,uerum etiam ratione formæ, ita ꝙ essentia unum sunt. Hæc Bonauentura.

Hales.

¶Consonat Alexãder. Insuper de hoc,utrum humana natura sit de uirgine nata,scribit:Humana natura dupliciter accipi potest.Primò , rõne partium constituentiũ eam.Secundò, ratione formæ consequẽtis totum cõpositum:& vtroque modo uerum est dicere,quòd humana natura assumpta ẽ à uerbo Assumpsit namq; carnem & aĩam,similiter & humanitatem : pariformiter utroque modo dici põt,humana natura nata, de uirgine. nã si humana natura dicatur compositum ,concedi potest ꝙ de uirgine nata sit non ratione totius,sed partis,uidelicet carnis.Si uerò humana natura dicatur forma communis,consequens totum compositum . adhuc concedi potest,ꝙ sit in Christo nata ex uirgine, nõ ratione sui,sed suppositi,in quo existit.& per quod multiplicatur. propter quod ait philosophus, ꝙ natura in ꝓductione huiusmodi formæ gñatur occultè.Generando eñ hunc hominem generat hoĩem . Sicq; primo modo dicit̃ humana natura nata ex uirgine per synecdochen.Secundò modo rõne partis subiectiuæ,quodammodo ꝑ accidens.Hæc idem,quæ q̃uis à quibusdam præhabitis uerbis uideãtur aliqualiter dissentire : tamen per distinctiones prætactas faciliter concordantur cum illis.¶Iterum sciscitat̃: Vtrum homo seu esse hominẽ, prædicetur uerè de diuina essentia seu natura.Respõdet,In diuinis repitur prędicatio ꝑ idẽtitatẽ , & item per denoĩationẽ quamuis nõ usquèquaq; tam propriè. & differunt prædicationes hæ duæ, q̃a per denoĩationẽ aliquid prædicatur per modum formæ; sicut cum dicitur, Pater generat. Cum autem prædicatio est per identitatem:potest quid prędicari ratione suppositi : ut cum dr̃ Diuina essentia est pater , sensus est Diuina essentia est ille, qui est pater. Sicq; non prędicat̃ rõne suppositi, nisi illud nomen, quod in sua ratione ĩcludit,seu nisi quod claudit inse suum suppositũ ut nomen substantiuum , uel saltem substantiuarum . Cum igitur quæritur,Vtrũ diuina natura sit homo, distinguendum:quia hoc nomen homo, dupliciter potest intelligi prædicari. nam si prædicatur ratione suppositi, uera est: & est sensus,Diuina essentia ẽ ille,q est homo . & reducitur prædicatio ista ad eã, q̃ est per identitatem, quantum ad principalem cõpositionem; quantum uero ad implicationem,clauditur ibi prædicatio per unionem.diuina eñ essentia est filius Dei per identitatem,sed filius Dei est homo per unionẽ.Si autem sit prædicatio rõne formæ seu cuiusdam denominationis,falsa est,cum sit sensus. Diuina essentia est homo,i. Diuina essentia est humanitate informata.Hæc idem.

An esse hominem predicetur de essentia diuina.

Dionysius contra Alexandrum

¶Veruntamen ista vr̃ multũ impropria,Diuina essentia est homo,sicut & ista, Diuina essentia ẽ incarnata:q̃ non solũ impropria est,sed & falsa,iuxta sensum & modum suprà expressum . Possentq; multa obijci contra istã,Diuina essentia est homo : quæ si uera ẽ, seqtur ꝙ diuina essentia sit corpus & animal ac mortalis.Alexãder demum addit inductis:Pro regula est tenẽdum,quòd nulla dictio designãs ꝓprietatem personalem, creatam uel increatam, conuenit diuinæ essentię seu naturę,ut nasci,cõcipi,mitti.

Albertus in dist.

¶Præinductis concordat Albertus,& addit:In filio Dei est essentia & proprietas,& est persona,nec hæc ponunt in numerum,quia essentia est, persona atque proprietas. Hinc sicut nasci non est essentię, ita nec ꝓprietatis, sed personę, quæ secundum intellectum media est inter essentiam & proprietatem,& dicit hipostasim in se perfectam ac subsistentẽ. Quãuis equidem in diuinis ꝓpter omnimodam simplicitatem,non differant realiter essentia & persona atque proprietas:non tamen supposito uno, supponitur alterum: nec quicquid atribuitur alteri. Hinc q̃uis diuina essentia prædicetur de filio, & econtra ; hoc tamen non accidit ratione personæ, quia persona est,nec ratione naturę quia natura est,sed ex omnimoda simplicitate.Hæc Albertus.

¶Vdalricus quoque circa hæc loquitur:Secundũ Philosophum tripliciter dicitur aliquid unum. Primò id,in quo apparent opera uitæ quamuis ipsum in se non habeat principium uitę: ut embryo dicit̃ uiuere,quia nutritur & augetur:& quia hoc impropriè uiuere perhibetur,nasci non dicitur. Secundò id,in quo formaliter est uitæ principium , quamuis adhuc incompletè ĩ eo exerceat opera uitæ;sicq; uiuit fœtus animatus in utero.ideo huiusmodi aĩatio est natiuitas in utero,iuxta illud:Quod in ea natum est.Tertiò, id,in quo formaliter est principium,uitę & facit in eo opera uitæ perfectæ secundum perfectionem,q̃ conuenit primordio rei naturali . sicque ꝓles producta ad lucẽ,uiuere fertur.Dicit autẽ Damascenus de Christo 3.lib. Cognoscimus ꝙ nasci , non est uaturę,sed hypostasis: quod uerum est,si generatio seu natiuitas propriè capiat̃.Ait quippe Philosophus lib. de cælo, quòd generabile tripliciter appellatur.Primò,omne quod est postquã nõ fuit , siue hoc sit per sui mutationem,siue sit in alio & nõ per se:sicque natura humana in Christo potest dici nata.vel quod faciliter generatur , & hoc nihil ad propositum. vel quod accipit esse per se , & non secundum accidẽs,nec per aliud:& hic solus modus est proprius, quia id propriè generatur,cuius proprius actus est esse:& sic nec natura diuina,nec humana est nata in Christo.Nam quamuis diuina natura sit id,quod persona:non tamen incepit esse ꝑ generationem.Quamuis etiam humana natura cœpit esse :tamen eius non est propriè esse : idcirco nõ dicitur propriè nata , sed aliquo modo , ut patuit. Hæc Vdalricus,cuius exemplum de embryone, procedit iuxta Alberti opinionum,quam sequitur.

Vdalricus Vnum dicitur aliqđ tripliciter — Matt. 1. — Iohan. Damascenus

### QVAESTIO II.

Secundò principaliter quærit̃, *An Christus bis natus sit*, & quõ uerũ est,quod Augustinus asserit eum secundò natum.Includit aũt quæstio hęc aliã, quæstionẽ difficilem, scilicet an Christo conueniãt duæ filiationes,seu duæ relationes .¶ Qđ aũt Christus non sit bis, neq; scđò natus ꝓbari põt eisdem persuasionibus,q̃bus argumentum est suprà, ꝙ æterno filio Dei nõ conuenerit incarnari,& nasci ex matre; nẽpe quòd uerè gñatur,de non esse ad esse progreditur,qđ nullatenus cõuenit filio Dei . ¶ Rursus cũ gñatio sit uia seu processus ad esse , nõ cõuenit nisi nõ existẽti:& si quid bis aut secundò gignatur , aut habebit duo esse nec erit simpliciter unũ, aut post primã gñationẽ corrũpetur,& per scđã gñationem recuperabit̃.¶Præterea,quod verè gñatur , est ꝓles gignentis,& uera ac reali relatione ad generantem refertur,& ita in Christo essent duæ filiationes,& essent duo filij,ac duo supposita .

Obiectio in partem negatiuam 1 — 2 — 3

Responsio Hales.

¶Ad hoc Alexãder respondet:Hęc dictio bis, dupliciter sumit̃:q̃a interdũ designat numerũ ipsum , interdum ordinem aliquorũ habentiũ secundũ prius &

ps,& posterius. Primo mō importat interruptionē temporum,vel vicissitudinem: sicq; Christus non est bis natus,quia æterna gn̄atio interruptionē nō suscipit,& omnē vicissitudinē temporalem includit:sed secundo modo dici potest bis natus:qm̄ generatio temporalis, & materna comitat̄ æternā, & per posterius se habet ad eam. Deniq;, gn̄atio non solum comparatur ad natum,seu genitum, sed itē, ad generantem.idcirco non sequit̄, In Christo sunt duæ gn̄ationes,ergo est duo filij Potest enim gn̄atio multiplicari ex parte generantiū,non multiplicata re genita;sicut nō sequitur,Duæ sunt donationes , ergo duo data,cum dn̄s dat aliquid seruo ad tempus,deinde dat idem in hæreditatem: sicut nec sequitur,Duæ sunt factiones,ergo duo facta,ut dū quis format imaginem, & postmodū eam deaurat, Attn̄ sequitur,ꝙ idem sit dupliciter factum,aut datum.Sic, & Christus dupliciter.i æternaliter, ac tēporaliter natus est.Similiter non sequitur,Duæ sunt substantiæ,ex qbus ē gn̄atio,ergo duo sūt filij:quoniam unitas filiationis non est respectu eius,ex quo est gn̄atio,sed respectu eius', cuius est,i.ex parte geniti Cūq; gn̄atio sit vnius hypostasis, seu ꝑsonæ,idcirco una est filiatio in Chr̄o;& ipse est vnus in ꝑsona,unusq; filius, q per gn̄ationem diuinā refert̄ ad patrē,& per gn̄ationem humanā ad matrem:nec filiatio est diuersa,sed respectu diuersorū: nec duo sunt filij : qm̄ filiatio dicit ꝓprietatē personæ. Hæc Alexander. Cōcordat Antisiodorēsis in Sūma lib. 3.

Hales. Guli. Antisiodorē. Bonauēt.

¶ At uerò Bonauentura:Actus , ait: ſm Philosophum tripliciter numeratur, subiecto, tempore, termino:sicque actus dr̄ multiplicari, vel quia est in alio,& alio subiecto,aut qm̄ est in alio, & alio tēpore,seu mensura,aut quia est in alio,& alio termino. Cumq; aduerbium numerandi dicat numerum actus aliquo horum modorum,necesse est, ut denotet ipsum numerari aliquo modorum istorum. Porrò hoc aduerbium bis, designat actus trāsmutationem ; quia quod actu nō terminatur, aut iteratur, non dicitur bis exerceri. Gn̄atio autem æterna non habet terminum. Aduerbium uerò bis cum sit adiectiuū uerbi,sub rōne uerbi importat numerū actus ex parte tēporis, aut durationis. & istè est numerus ex parte mensuræ.Non.n. fertur,quis bis comedisse ꝑꝑ duas res ,quas comedit,aut propter plurificationem ex parte subiecti,sed propter multiplicationem actus ex parte temporis , seu mensuræ, quia comedit in alio, ac alio tempore. Qm̄ ergo gn̄atio Christi æterna mensuratur æternitate, atq; tēporalis gn̄atio tempore,ita,ꝙ illa completionem habet in nunc æternitatis,ista in nunc temporis, concedendum est,Christum bis esse natū; nec oportet, qd̄ bis dicat geminationem actus ſm vniuocationem, sed sufficit, ꝙ ſm analogiæ identitatem:& sicut conceditur,ꝙ Deus,& angelus sunt duo entia, nō ꝙ uniuocè,sed analogicè entia appellentur, ita concedit̄, ꝙ gn̄atio Christi æterna , & tēporalis sit, gn̄atio duplex,& qd̄ Christus bis natus sit: qm̄ tn̄ extendit se numerus numeraliū aduerbiorū respectu uerbi, quantū numerus numeraliū pronominū respectu noīm. Nec uniuersaliter uerū est,ꝙ bis,dicat uicissitudinē,aut interruptionem, aut desitiōis terminationē,sed uerū est hoc in tēporalibus.

In Christo nō sūt 2. filiationes.

¶ Deniq;,quāuis in Chr̄o sint duæ generationes , nō tn̄ duæ filiationes;qa cum filiatio sit relatio , cōparat̄ ad tria,videlicet ad subiectum in quo est,ad principium à quo est , & ad terminū ad quem . Numerus demū relationis, ſm differentiā specificā,& formalem causatur à principio à quo est,sicut paternitas,& dn̄ium sunt duæ relationes in hoīe aliquo , quę non numerant̄ principaliter rōne subiecti,sed principij à quo. Nā possunt esse duæ relationes in hoīe, ut dū quis est princeps,& pater eiusdem.Plurificatio aūt relationis secundum numerum,non oritur principaliter rōne eius à quo est,nec à termino ad quem,sed ex parte subiecti in quo:qm̄ ꝓprietas subiecti numerari habet rōne suppositi, eo ꝙ filiationis subiectū est ipsa ꝑsona, nō natura nisi ratione personæ.Cūq; in Chr̄o nō sint plures ꝑsonæ,esse nō valent in eo plures filiatiōes.

Obiectio prima.

¶ Et si obijciatur,ꝙ cā filiationis est gn̄atio,sicut relationis cā est actio;cū ergo in Chr̄o sit duplex gn̄atio,vr̄, ꝙ & filiatio gemina.

2 ¶ Secundò, multiplicato uno relatiuorum, multiplicatur ,& reliquum , dicente Philosopho: Quoties dr̄ vnum oppositorum,toties, & reliquū: cum Christus referatur ad Deū patrē,& uirginem matrē, vr̄ in eo ratio filij, ac filiationis duplicata.

3 ¶ Tertiò, diuersarū productionū,ac gn̄ationū,diuersi sūt termini;cū ergo Chr̄s sit terminus gn̄ationis ęternæ,gn̄ationis quoq; hūanæ, oportet eū eē alium,&aliū filiū,& hoc alia,& alia filiatiōe.

4 ¶ Quartò, abstracta per intellectū à Chr̄o filiatione æterna, adhuc intelligitur in eodē filiatio tēporalis : ergo duplex filiatio est in eo,& breuiter,cū sit uerus,realisque filius uirginis,uera,& reali filiatione ad ipsā refertur.

Diluitur obiectio.

¶ Et respondendū ad primū,ꝙ relatio non multiplicat̄ ex parte causæ suæ, sed subiecti . Qd̄ si quæratur,cur in Chr̄o geminet̄ gn̄atio magis ,q̃ filiatio,cum utranq; cōcernat ꝑsonam ; dicendū, ꝙ gn̄atio significat ꝑ modū actionis. Actio aūt,& passio non solū recipiunt numerationē ex parte subiecti,sed ēt ex parte mensuræ, atq; principij : & cū aliud sit principiū increatū,& creatū,alia quoq; mēsura æterna,& tēporalis,ideo alia,& alia est gn̄atio. Est,& alia rō.nam quamuis gn̄atio respiciat ꝑsonā, tn̄ per consequens potest respicere, & naturā.Cum ergo in Christo gemina sit natura,& una persona, est in eo gn̄atio duplex,& filijatio una.

2 ¶ Ad secundum dicendum,ꝙ multiplicato uno relatiuorum, multiplicatur,& reliquum,loquendo de multiplicatione formali,atq; correlatiuo , à quo dependet relatiuum dependentia essentiali ; sed dum correlatiuum multiplicat̄ multiplicatione materiali,ueritatem non habet:ut dum idem homo plures generat filios,& unus magister docet plures discipulos: tunc quippè relatio,quæ est in ipso , non dependet ab ipsorum humanitate,nisi depēdentia actuali, deficienteq; uno relatiuo, saluat̄ in alio. Hinc qn̄,quis post primū filium generat alium,nō nascit̄ in eo noua paternitas,sed primæ paternitati innascit̄ nouus respectus: qm̄ pluriū est pater,q̃ ante.Sic,& Christ⁹ tēporali gn̄atione non accepit nouā filiationē, sed cœpit esse alterius,utpotè uirginis filius.

3 ¶ Ad tertium,qd̄ diuersarū productionum diuersi sunt termini,qn̄ productiones sunt disparatæ,ita quòd vna aliā non ꝑsupponit. sic autē in proposito nō est, qa natiuitas tēporalis præsupponit æternam:iō nō oportet filiū esse alium,& aliū:imò sufficit ad diuersitatē gn̄ationū, pluralitas naturarum.

4 ¶ Ad quartū,qd̄ hoc non est propter diuersitatem relationis in se,sed propter diuersitatem respectuum: sicut dum , quis est pater duorum , potest intelligi pater unius , ita quòd non alterius:nec ex hoc sequitur, quòd sit diuersitas secundum rem,sed solum secundum rationem . Diuersitatem autem secundum rōnem uoco eam,quę solum est secundum comparationem,atq; respectum.Hæc Bonauentura. ¶ Itaq; Chr̄s est verè realiter filius matris , quia ab ea realiter genitus, quamuis non referatur reali filiatione ad eam: quēadmodum Deus est uerè oīm creator, ac dn̄s,quamuis non referatur ad creata reali relatione consistente in ipso,quo patet solutio ultimi .

Christus ē filius naturaliter dei patris, & virginis matris.

¶ Amplius idem doctor inuestigat,Vtrum Christus sit filius naturalis ratione vtriusq; gn̄ationis. Rn̄det quòd imò : qm̄ vtraq; natiuitas consistit in productione similis ex simili , per conueniētiam in natura . Aeterna etenim gn̄atione gignitur similis patri in vera deitate,temporali verò natiuitate matri in vera humanitate.¶ Si quæras , quam habitudinem dicat hoc nomen, naturale : Dicendū quod potius dicit habitudinem principij , q̃ formæ. Dr̄ enim filius,qui est à natura,& trahit eā ab alio:non quod filiatio sit proprietas consequens naturam, sed magis ꝑsonam.Est namq; ꝑsonæ proprietas,ꝑꝑ quod ista ē magis propria, Christus est filius naturalis,vel natura,q̃ hæc,Christus est filius essentialis, uel filius essentia,qa natura plùs dicit in habitudinē causæ siue principij , q̃ in habitudine formæ. Hæc idem

In ꝑsenti dist q. vnica art. 4

¶ Consonat Thomas , & addit: Quāuis nasci sit ꝑsonæ, est tn̄ eius rōne naturæ . Hic Christus ſm duas naturas,quas per gn̄ationem accepit,duas habet natiuitates.Quāuis ēt in Christo sit tm̄ vnum esse,tn̄ ſm illud habet respectum ad duas naturas: & ita natiuitas duplex est, ſm duplicem respectū, qui acquiritur personæ ad duas naturas per generationem acceptas , Veruntn̄ vna tm̄ filiatio est in Christo,qa( vt dictum est primo libr.)relatio ex hoc,ꝙ ad alterum dr̄,non habet, qd̄ sit aliquid in rerū natura,sed hoc habet ex illo,ꝙ causat relationem,qd̄ est in re,quæ ad alterum dr̄ . Cūq; ab eo res habeat vnitatem,seu multitudinem,ex quo habet esse,hinc ſm id,in quo relatio fundatur, iudicandum est de ea,an sit realiter vna,vel plures. Porrò quædam relationes fundatur in quantitate, sicut æqualitas: & cum quantitas non sit nisi vna in vna re,iō per vnā, eandem æqualitatem est res æqualis quibus æqualis est.Aliæ verò relationes fundantur in actione,& passione,in quibus pensandum, ꝙ vna passio duabus actionibus correspondet,dum neutrum agens sufficit per se ad actionem complendam, ut in eo,q vna natiuitate nascitur ex patre,& matre.vn̄ in patre,& matre sunt duæ relationes secundum rem,sicut,& duæ actiones: in prole uerò est tm̄ una relatio,qua refertur ad patrem,& matrem,quemadmodum passio vna.¶ Considerandum quoq; , ꝙ quędam relationes non innascuntur ex actionibus secundum qd̄ actu sunt,sed magis ſm quod fuerunt: sicut aliquis dicitur pater , postquā ex actione sua effectus est consecutus.& tales relationes fundantur in re super id,quod ex actione in agente relinq̄tur,siue sit dispositio,siue habitus,siue ius aliquod, aut potestas,uel aliquid huiusmodi. Sed: qm̄ quod ex actionibus vnius speciei relinquit̄ , non pōt esse nisi vnum:hinc tales relationes non multiplicātur realiter ſm actiones diuersas,sed magis sunt vnum ſm id,quod ex actione relinquit̄.Vnde in patre pluriū filiorum,est una tm̄ paternitas.Si uerò sint actiones ſm speciem plures, causant plures relationes speciei differentes.Cūq; Christus non ꝑ vnā gn̄atiōnē passiuā habeat se ad gn̄ationē patris actiuā ,& ad matris actiuā gn̄ationem:sed ꝑ aliā, & aliā,illæque duæ gn̄ationes passiuæ non sint vnius gn̄is , & nō solū nō speciei eiusdē,nil ( ut vr̄ ) impediret, qn in Christo possent esse duæ filiationes realiter differentes,nisi immediatū subiectū filiationes realiter differētes,nisi immediatū subiectū filiationis esset suppositū,quod nō est nisi vnum in Christo : quod cū sit æternū , ex nullo tēporali aduenit ei realis relatio,sed rationis duntaxat:ideo filiatio, quæ cōsequitur Christum ex generatione temporali materna,non est realis,sed tantūmodo rōnis, qua ad matrem refertur,cuius nihilominus realis est filius: & soli supposito cōuenit filiatio,quod habet cōpletū esse in speciei,& cui cōpetit nasci,qd̄ naturæ nō cōuenit.Hęc Thomas.

quæst. 35. art. 5.

¶ Porrò in 3 parte Sūmæ:Circa hoc,inquit,vc3 an in Christo sint duæ filiatiōes, sunt diuersæ opiniones.Quidā nāq; attendētes ad causam filiationis,ponūt in Christo duas filiatiōes, sicut,& duas natiuitates.Alij uerò attendentes ad filiationis subiectum,ponunt in Christo vnam tm̄ filiationem,sicut,& unam ꝑsonam,qd̄ & melius sonat.Vnitas quippè relationis,seu pluralitas,non attenditur ſm terminos,sed ſm subiectum , aut causam.Si.n. ſm terminos attenderetur,oporteret quēlibet hoīem alia relatione referri ad patrem ,& alia ad matrem.Verum rectè considerantibus patet, vnumquenq; eadē relatione referri ad vtrūq; parētē ob causæ unitatē , quia eadē natiuitate nascitur ex utroq;.Eadem quoq; est rō de magistro,q docet multos discipulos eadem doctrina,& de dn̄o,q gubernat diuersos subiectos eadem ꝑtāte.Si uerò sint causæ diuersæ specie differentes,ex consequenti uidentur,& relationes differre specificè. unde nil ꝓhibet,plures tales relationes inesse eidem,ut si , qs sit aliquorum magister in grāmatica,aliorum in logica,alia ē ratio magisterij utriusque Hinc diuersis relationibus vnus,& idem hō pōt eē magister diuersorum,aut eorūdem, ſm doctrinas diuersas.Cōtingit demum qn̄q;,ꝙ aliquis habet relationem ad plures secundum causas diuersas , speciei tn̄ eiusdem; ut dum quis est pater diuersorū filiorum,ſm actus gn̄ationis diuersos:ideo paternitas in eo speciei nequit differrè,cum actus gn̄ationis conueniant speciei:qm̄ plures formæ eiusdem speciei,non possunt eidē inesse subiecto.Hinc īpossibile est, ꝙ sint plures paternitates in eo, qui pater est plurium filiorū gn̄atione naturali:secus , si esset pater unius gn̄atione naturali,& alterius per adoptionē.Cūq; Christus non sit una,& eadem natiuitate natus ex patre ab æterno,& ex uirgine sancta in tēpore,nec utraque natiuitas eiusdem sit speciei,oporteret quātum ad hoc,duas in ipso filiatiōes fateri,nisi vna ī Chr̄o esset hypostasis,ut supra.

Christus ē filius realis uirginis Marię.

Est nihilominus filius uirginis,relatione,seu filiatiōe,quæ cointelligit̄ relationi maternitatis illius ad ipsum Christū:quēadmodū Deus dr̄ relatiuè dn̄s,relatione,qua cointelligit̄ relationi reali,qua creatura subijcit̄ Deo:& quāuis relatio dn̄ij nō sit in Deo realiter,dr̄ tn̄ realiter dn̄s ex reali subiectione creaturæ ad ipsum.Sic, & Chr̄s realiter filius est pręclarissimæ uirginis,ex reali relationa maternitatis illius ad ipsum.

Aristol. 4 Met.

Deniq;,vnū,& ens se cōsequunt̄:ideo sicut contingit, ꝙ relatio in uno extremorū sit ens reale,in alio ens rōnis, sicut de scibili,& scientia dr̄ metaphysicè,sic contingit, ꝙ ex parte unius extremi sit tantum una relatio,& ex parte alterius extremi relationes sint multę:quemadmodum in hoībus ex parte parentū est duplex relatio,una paternitatis,alia maternitatis,q̃ sūt speciei differentes,eo,ꝙ alia rōne pater,alia rōne mater sit generationis principiū. Si uerò plures essent eadē rōnē principiū actionis unius , ut dū plurimi trahūt nauē,in oībus esset una relatio.Verū ex parte ꝓlis ē relatio,seu filiatio una ſm rē:sed plures secundum rōnem , inquantum correspondet utriq; relationi parentum secundum duos ipsius intellectus respectus . Hæc Thomas . Idem Petrus .

Richard⁹ contra S. Thomam.

¶ Porrò Ricardus in his partim aliter sentit. Quidam, inquiens, dicunt, ꝙ in Christo non est nisi filiatio vna, quia filiatio Christi ad patrem, & matrem est eadem secundum rem, differens ſm respectus. Sed contra, quia realitas relationis, aut consideratur ſm fundamentum, quod in filiatione est natiuitas: aut ſm respectum. Fundamentum autem istud in Chri ẽ aliud, & aliud ꝙ alia est natiuitas æterna, alia temporalis: respectus quoq; est alius. hinc dico, quòd in Christo sint duæ filiationes, & quòd filiatio humana cõuenit ei ratione naturæ assumptę, & sic in Deo est realis ad creaturam relatio: non tñ ex parte naturæ diuinæ. sed humanæ: quemadmodum, & in Christo ſm humanitatem est realis ad a-

Hebræ. 2.

dos homines similitudo, iuxta illud ad Hebræos: Debuit per omnia fratribus assimilari. Hæc Richardus, cuius dicta videntur obscura, & ex verbis Tho-

Dionysius cõtra Thomas

mæ argumentum eius solutum est ¶ Nec verũ est, quod Thomas, & eius sequaces dicunt, filiationẽ Christi ad patrem, & matrem esse eandem secundum rem, cum filiatio illa ad patrem sit increata, & realiter idem, quod Deus: relatio autem rationis, quæ assignatur Christo respectu matris, non est, quid increatum, sed respectus ratione creata conceptus. ¶ Richardus quoq; multiplicat relationes

Dionysius cõtra Ric.

ultra modum, ut si vnus sit rex, & princeps innumerabilium subditorum, sint in ipso respectu illorum innumerabiles relationes reales. Idem de magistro innumerabilium discipulorum, & patrem, quàm plurium filiorum. sicq; erunt in eodem innumerabilia accidentia speciei eiusdem, & multa inepta ex illa opinione sequuntur, estq; contra solemniores doctores scholasticos, vc3 Alexandrum, Thomam, Albertũ, Bonauenturã, & contra sequaces eorum.

Albertus m ag. in p. senti dist.

¶ Vñ Albertus conscribit: Non est nisi vna filiatio Chri, quia non est intelligibile, qualiter duę proprietates eiusdem rationis determinarent vnam hypostasim, sicut nec in eodẽ homine, sunt duæ scię tiæ eiusdem rationis: & si rei albæ aduenial causa dealbationis, non faciet in ea albedinem aliam, sed priorem potest intendere, & facere, quòd ex alia causa insit, ac habeatur, quàm priùs. Præterea filiatio est proprietas constituens filium, & quicquid alterius rationis est in abstracto, est etiam alterius rõnis in concreto: nec propositio ista habet instantiam, Ergo si filiatio est alterius rationis, ergo, & filius est alterius rationis: sed filius vnius rationis, & filius alterius rationis, sunt filij duo, sicq; Christus esset filij duo: quod hæreticum iudicatur. Hæc Albertus, qui alia multa contra illam opinionem inducit. Nam & humana Christi natura videretur dicenda filia virginis, si in ipsa natura sit filiatio illa realis, cum forma denominet suum subiectum.

Vdalricus.

¶ Vdalricus quoque. Veneramur, ait, in Christo

Ioã. Dam.

duas natiuitates, non duas filiationes: quia secundum Damascenum, filiatio non est naturę proprietas, sed personæ. Proprietas etiam, & quodcunq; accidens, non numeratur nisi numeratione sui subiecti, eo, quòd accidens magis sit aliquid entis, q̃ens, secundum Philosophum: propter quod, nec p se numerabile dicitur. Hinc impossibile ẽ, duas proprietates eiusdem rationis, siue uniuocè, siue analogicè, inesse eidem. Filiatio autem æterna, cum nostra filiatione eiusdem est rationis secundum analogiam. Hæc Vdalricus. ¶ Præterea Durandus

Durãdus.

has duas de Christi filiatione opiniones cum earum motiuis, hic recitat exquisitè, & addit: Est, & tertia positio, inter illas medium tenens, ac dicens, quòd filiatio dupliciter accipi potest. Primò, ut relatio tantum: secundò. ut proprietas personalis. Et primo modo est duplex in Christo realis filiatio, non autem secundo modo. Vbicunque enim producens, & productum in eundem incidunt ordinem, & præsertim in idem secundum speciem: si unum refertur realiter, & reliquum. Christus autem secundum quod homo, & mater eius, eiusdem sunt speciei, & ordinis: ergo sicut mater eius refert ad ipsum reali maternitate, sic ipse ad illam filiatione reali. Verum quum in Christo non sit nisi vna persona, non valet in eo consistere nisi vna filiatio, put filiatio est propietas personalis, seu constitutiua personæ. Hæc Durandus.

Dionysius cõtra Durandum.

¶ Cui obijci potest, quòd si filiatio humana ex propria ratione sit personalis proprietas, nec uerè, ac propriè competens, nisi ei, quod verè, ac propriè nascitur: consideratio nostra non poterit impedire, quin in Christo personam constituat. Ideo ista opinio non videtur nisi quædam excogitatio, parum, aut nihil importans, quanquam quęlibet harum trium opinionum satis apparenter queat defendi scholasticè. Imò est & quarta opinio, quam

Guliel. Antisiod.

defendit Gulielmus, quod nec in creatore, neque in creatura relatio sit quid reale, sed solum ens rationis: quæ tamen opinio super primum satis est reprobata. ¶ Insuper Henricus primæ positioni cõ

Gandus.

sentit, sicut, & Thomas, additque aliqua. Nempè sic arguit: Videtur, quòd duæ sint filiationes reales in Christo, vna ad patrem, alia ad matrem: quia si pater fuisset incarnatus, noua fuisset ei filiatio acq sita ex generatione temporali, ergo, & Christo.

Obiectio.

¶ Ad quod respondet, Non est simile, quia si pater fuisset incarnatus, ex hoc persona eius æterna filationem realem non haberet: quia ex respectu ad temporale, nil reale recipitur in æterno: ideo relatio ad creaturam esset in ipso solum secundũ rationem, quantum ad suppositum, quod in ipso æternum est: temporale uerò in ipso, & ab ipso assumptum esset, id ratione cuius referretur ad temporale, quod reali relatione referretur in ipsum. Si ergo pater esset incarnatus, nouam, & realem filiationem haberet ratione humanæ naturæ à se assumptæ: quoniam ipse esset terminus generationis temporalis, in quo alia non præcesset. In suppositio autem filii cum sit ab æterno realis filiatio non aduenit ratione incarnationis: sicut in patre carnali secundum filium generante, non oritur noua paternitas, primo genito eius uiuente, quia relatio numerari non habet per naturam secundum quam est, quia nec est dispositio eius: sed secundum suppositum, in quo est, cum, & dispositio sit illius, vt termini, aut principij alicuius emanationis. Hæc Henricus.

Ioan. Sco.

¶ Postremò, Scotus tenet, quòd in Christo sit realis filiatio duplex, quia (vt ait) filiatio est habitudo producti naturaliter, similis producenti in naturali intellectuali, & hęc habitudo est duplex in eo.

Dionysius cõtra Ioã. Scotum.

¶ Sed huius argumenti solutio patet ex præinductis præsertim ex dictis sancti doctoris, dicentis, quòd in Christo bene esset duplex filiatio sicut, & duplex natiuitas, nisi aliunde in ipso speciale esset obstaculum, uidelicet, quòd ipse ante natiuitatẽ ex uirgine, est ęterna, & subsistens persona inuariabilis, veram, & realem habens filiationem æternam: nec assumpta natura multiplicat in eo personam, hinc ei non cõgruit noua, & secunda filiatio realis, quę directè concernit personam, nec est simile de similitudine, aut æqualitate, quę in qualitate, seu quantitate fundantur.

De



## De adoratione humanitatis Christi, an eadem sit adoratio humanitati, & deitati exhibenda. Distinctio. IX.

In partem negatiuã.

PRæterea inuestigari oportet, vtrum caro Christi, & aĩa, vna eademq; cũ verbo debeant adoratione adorari, illa scilicet, quæ latria dr. Si. n. aĩæ, vel carni Chri exhibetur cultus latriæ, quę intelligitur seruitus, siue cultus soli creatori debitus, quum aĩa Chri, vel caro creatura tm̃ sit, creaturę exhibetur, quod soli creatori debetur: qđ facienti, in idololatriã reputatur. Iõ quibus-

Opinio 1.

dam vr, non illa adoratione, quæ latrię est, carnẽ Chri, uel animam esse adorandã: sed illa, quæ dulia est, cuius duas species, uel modos esse dicunt. Est. n. cuiusdam modi dulia, q̃ creaturæ cuilibet exhiberi potest: & est quędam soli humanitati Christi exhibenda, nõ alij creaturæ: quia Christi humanitas super omnem creaturam est ueneranda, & diligenda: non tamen adeo, ut cultus diuinitati debitus ei exhibeatur, qui cultus in dilectione, & sacrificij exhibitione, atq; reuerentia consistit: qui Latine dicitur pietas, Græce autẽ θεοσέβεια ideſt Dei cultus, vel εὐσέβεια ideſt bonus cultus.

### Aliorum sententia, qua vnam adorationem vtriq; exhibendã tradũt.

Opinio 2.

Alijs autem placet, Christi humanitatem vna adoratione cum verbo esse adorandã, non propter se, sed propter illum, cuius scabellum est, cui est unita. neq; ipsa humanitas sola, uel nuda, sed cum verbo, cui est unita: nec propter se, sed pp illum, cui est unita, est adoranda. Nec, qui hoc facit, idololatriæ reus iudicari põt: qa nec soli creaturę, nec pp ipsam, sed creatori cum humanitate, & in sua humanitate seruit. De hoc Iohannes Da-

Iohã. Damascenus

mascenus ita ait: Duę sunt naturę Christi, ratione & modo differentes, vnitæ verò secũdum hypostasim. Vnus ergo Christus est Deus perfectus, & homo perfectus, quem adoramus cum patre, & spiritusancto una adoratione, cum incontaminata eius carne, non inadorabilem carnem dicentes, (adoratur enim in vna verbi hypostasi, quæ hypostasis generata est) non creaturæ venerationem prębentes. Non ergo vt nudam carnem adoramus, sed vt vnitam deitati, in vnam hypostasim Dei verbi duabus reductis naturis. Timeo carbonem tangere propter ligno copulatum ignem. Adoro Christi Dei mei simul vtrãq; naturã, propter carni unitam deitatem. Non enim quartam appono personam in trinitate, sed vnam personam confiteor verbi, & carnis eius. His verbis insinuari videtur, Chri humanitatem vna adoratione cum verbo esse adorandam. De hoc ẽt

Augustꝰ. Ioh. 14.

Augustinus ex sermone domini, vbi dicit, Non turbetur cor vestrum, ita dicit: Dicunt hæretici filium non natura esse Deum, sed creatum. Quibus respondendum est, quia si filius Dei non est Deus natura, sed creatura, nec colendus est omnino, nec, ut Deus adorandus, dicente Apostolo: Coluerunt, & seruierunt potius creaturæ, quàm creatori. Sed

Rom. 1.

illi ad hoc replicabunt, & dicent: Quid est, ꝙ carnem eius, quam creaturam esse non negas, simul, cum diuinitate adoras, & ei non minus, quàm diuinitati deseruis? Ego dñi carnem, imò perfectam in Christo humanitatem, ideò adoro, ꝙ à diuinitate suscepta, & deitati vnita est, ut nõ alium, & aliũ, sed vnum, eundẽq; Deũ, & hominẽ filiũ Dei esse confitear. Deniq;, si hoĩem separaueris à Deo, illi nunquàm credo, nec seruio: velut siqs purpurã, uel diadema regale iacens inueniat, nunqd ea conabitur adorare? cum uero ea rex fuerit indutus, periculum mortis incurrit, si ea cum rege adorare, quis contempserit. Ita in Christo dño humanitatem non solam, uel nudam, sed diuinitati vnitam, s. unum filium Deum uerum, & hoĩem uerum, si quis adorare contempserit, æternaliter morietur. Idem super spalmum XCVIII. ubi dr, Adorate scabellum pedũ eius: quoniam sanctum est: Sciendum, quia in Christo terra est ideſt caro, quæ sine impietate adoratur. Suscepit enim de terra terram, quia caro de terra est, & de carne Ma-

Augustꝰ.

rię carnem accepit: hęc sine impietate à uerbo Dei assumpta, adoratur a nobis: quia nemo carnem eius verè manducat, nisi priùs adoret: sed qui adorat, non terram intuetur, sed illum potiùs, cuius scabellum est, propter quem adorat. His auctoritatibus præmissæ inuestigationis absolutio explicatur.

Summa distinctionis IX.

IAm suprà determinatum est de Christi, quidditate, & dignitate secundum utranque eius naturam, hic agitur de veneratione, quæ ei debetur; & quęrit Magister, an Christi caro, seu anima, aut assumpta humanitas, secundum se eorsum ualeat licitè adorari adoratione latriæ, quæ soli Deo debetur, vel potiùs adoratione, cultuq; duliæ, præsertim hyperduliæ, & circa hoc ponit duas responsiones, & motiua earum, quarum secundam ampliùs approbat. Hæc est tota huius distinctionis materia, circa quam doctores mouent plurimas quæstiones, videlicet, quid sit latria, quid dulia: & de speciebus, actibusque earum. Deinde circa principale inquirunt, qualiter adoranda sit Christi humanitas, & partes ipsius, videlicet corpus, & anima. Verum quæstiones illæ præambulæ, & accessoriæ, satis communes sunt, alibi locum habent: idcirco de eis facilius pertransibo.

## QVAESTIO I.

ITaq; quæro, *An Christi humanitas, caro, aut anima, sit cultu latriæ veneranda.* ¶ Videtur, ꝙ non: qm̃ soli Deo, seu veræ, & in comparabili deitati debetur hic cultus, & veneratio tanta, quæ est cultus supremus, & honorificentia maxima. Vnde, & Tullius protestatur: Latria est virtus moralis, Deo cultum, ceremoniamq; impẽdens. Dulia verò est virtus moralis, per quam creaturis quibusdam concedẽs veneratio exhibetur. ¶ In oppositum sũt auctoritates Augustini, & Damasceni, quæ in litera continẽtur. ¶ Circa hæc Thomas scribit. primò, inquirens an latria sit virtus. Rñdet, dum commune aliquid inuenitur in multis, si in aliquo eorum speciali modo inueniatur, habet inde nomẽ speciale: quẽadmodum nasus curus vocatur simus. similiter cum obsequium diuersis exhibeat̃, Deo utiq; speciali, ac supremo modo debetur, sicut in ipso est summa maiestas, dignitas, atq; dominium. Idcirco obsequium seruitutis, qđ ei debetur, speciali nomine latria appellatur. Porrò hoc nomẽ latria tripliciter sumitur. Primò pro eo, qđ Deo in obsequium exhibetur, ut sacrificium, genuflexiones. Quandoq; pro ipso actu exhibitionis. Tertiò, pro habitu, quo exhibetur obsequium: Nec primo mõ sumpta, ẽ virtus, sed virtutis materia: scđo mõ, ẽ uirtus: tertio, actus virtutis. Et noĩatur quatuor noĩbus. nam dr̃ pietas, quantum ad deuotionis affectum. dr̃ quoq; theosebia. i. cultus diuinus, vel eusebia, id ẽ, bonus cultus, quantum ad diligentem intẽtionẽ. Illud. n. coli asseritur, cui studiosè intenditur. Tertiò dicitur seruitus, quantum ad opera, quæ exhibentur in recognitionem dominij, quod conuenit Deo iure creationis. Dicitur item religio, quãtum ad operum determinationem, ad quæ homo se obligando, in cultum Dei determinatur. ¶ Insuper si quæratur, an sit uirtus gñalis, dicendum, ꝙ virtus dicitur gñalis quatuor modis. Primo, quia de uirtute qualibet p̃dicatur, ut legalis iustitia, quæ cum probitate conuertitur, & est realiter idem, quod virtus, differens rõne, ut 5. dr̃ Ethicorum, sicq; virtus vocatur, quantum ad essentiam, gñalis. Secundò: qm̃ aliæ uirtutes ab ea dependent, participando actum ipsius. & sic prudentia dicitur gñalis, quia ab ea cæterę uirtutes morales rectitudinem electionis participant. sicq; actus eius, oĩm aliarum uirtutũ actibus immiscet̃. Nihilominus ipsa in se est uirtus specialis, eo, ꝙ habeat obiectũ specialis rõnis, vcʒ eligibile ad opus. Tertiò: qm̃ operatur circa oĩm actus virtutũ, ut magnaminitas, q̃ in cunctis uirtutibus opatur magnificè, ꝓut quarto Ethicorũ habetur. Quartò, uirtus dicitur gñalis, quia ad eam diuersæ cõcurrunt uirtutes, eo, ꝙ actus eius præexigat multarũ actus uirtutum, sicut ad magnanimitatem: qm̃ nemo põt se magnis dignificare nisi virtuosus. Itaq; latria in se specialis est virtus, habens specialem rõnẽ obiecti, & actus: attñ gñalis est uirtus tertio mõ, & quarto: qm̃ aliarũ virtutum actibus uti põt materialiter sub rõne sui obiecti, utpote, ut actus earũ Deo exhibeatur ad suæ reuerentiã maiestatis, atq; in recognitionem sui dominii: & rursus ad actũ ipsius multæ requirunt̃ virtutes: ut fides, quæ ostendit, cui exhibẽda sit latria: & charitas, q̃ afficit ad eundẽ. Veruntñ vtitur aliqbus actibus, qui non sunt elicitiuè proprij virtutibus alijs, ut sacrificiũ offerre, orare, prostrationesq; facere: & hi sunt proprij actus eius.

Obiectiones contra veritatem. Cicero. Latria. Dulia. In oppositum. in hac dis. quæst. 1. Latria tripliciter sumitur. Latria quatuor habet nomina. Virtus dicitur gñalis quatuor modis.

¶ Præterea si q̃rat̃, an sit uirtus theologica, aut moralis, dicendũ, ꝙ virtutes theologicę circa Deũ immediate versantur, habẽtq; Deũ pro obiecto, & fine: hinc nulla uirtus theologica propriè, & formaliter habet actum circa creata. Nam, & charitas in homine non diligit, nisi Deum, aut ꝓpter Deũ. Obiectum verò latrię est id, quod exhibet Deo in re cognitionẽ sui dominij: hinc non est uirtus theologica, sed moralis: & ad iustitiam reducitur, quæ in quadam æqualitate consistit. Hæc Thomas in Scripto, qui & in Secunda Secundæ de his pleniùs scribit, & de exterioribus, interioribusque actibus huius virtutis. ¶ Cõsequenter sciscitatur in Scripto, an humanitati Christi, sit cultus latriæ exhibendus. Quod non: qm̃ sup illud Psalmi, Adorate scabellũ pedum eius, loquitur Glossa: Caro Christi adoranda non est adoratione latrię, quæ soli Deo debetur. Secundò: qm̃ latria Deo debetur ratione summi dominij sui, ac iure creationis, quæ non conueniunt ei nisi ex deitate. Tertiò, cultus, & reuerentia debẽtur alicui non solum ratione personę, sed, & ratione naturæ. Natura autem humana in Christo, à diuina manet distincta: ergo non est ei cultus impendendus, qui Deo debetur ratione deitatis, ac excellentiæ summæ.

Latria est virt⁹ moralis, non theologica. quæst. 81. Idẽ ĩ hac dist. quæst. 1. art. 2. Psal. 98. Obiectiones contra veritatem.

¶ Dicendum, quòd duobus modis aliquid honoratur. Primò, ratione sui: secundo, ratione alterius sibi adiuncti: quemadmodum patri hoĩs ẽm se consideratæ, non debetur honor, sed rõne toti⁹ cõpositi, seu personæ, cui conuenit propriè opari. & sic quo ad primum modum, non debetur humanitati. Christi honor separatim à persona diuina, sed in ipsa, & simul cum ipsa adoratur, quẽadmodum manus honoratur in persona manum habẽte, sicque humanitati Christi secundum hoc debetur latriæ honor. Quantum uerò ad modum honorãdi secundum, qui etiam partibus, & rebus inaĩatis exhibetur, sic debetur ei duliæ honor, imò duliæ excellentis, propter sigularem dignitatem, quam habet ex personali vnione cum uerbo. ¶ Imaginibus quoq; Christi, & sanctorum, secundum quod sunt res, quædam ẽm se consideratæ, nõ debetur aliquis honor: sed inquantum sunt tales imagines: impenditur eis honor, qui & sanctis, cum idem sit motus in imaginem, ut est imago, & in imaginatum.

Rñdetur ad q̃stioñ a principio motam. Imagines Christi, & sãctorum quomodo honorãdę.

¶ Prærerea, si q̃ratur, an latriæ cultus debeat̃ Deo rõne suæ potentiæ: respondendum, quod latria profitetur seruitutẽ, qua Deo tenemur, quia fecit nos, sic, quòd debetur ei latria, inquantum creator. Cũque creator sit inquantũ bonus, & sapiens, atq; oĩpotens, ideo secundum oĩa huiusmodi latria ei debetur, & non ẽm vnum eorum duntaxat. Hæc Thomas in Scripto. ¶ In 3. Demum parte quærit, utrũ una, & eadẽ adoratione sit adorãda diuinitas Christi, & eius humanitas. Respondet, In eo, qui honoratur. possunt duo considerari, vcʒ is, qui honoratur, & cã honoris. Honor aũt propriè exhibet̃ subsistenti, non parti eius, nisi inquantũ est aliquid eius, ẽm quod totum honoratur in parte: ẽm quod etiã aliquis honoratur in re ad ipsum ꝑtinente, sicut in veste, imagine, nuncio. Causa autem honoris ẽ id, ex quo honoratus habet excellentiam aliquã. Honor nãq; est reuerentia alicui exhibita ꝓp excellentiã sui: ideo dũ in uno hoĩe sunt multę causæ honoris, ut ꝓlatio, virtus, sapientia: unus est honor eius ex parte ꝑsonæ, q̃ honoratur, multi uerò quãtũ ad cãs honoris. Sic cum in Christo sit una persona, & una utriusq; naturæ hypostasis: una est adoratio, & veneratio ex parte personæ, quæ honoratur, sed ex parte causarũ honoris, conueniunt ei plures adorationes, cum honoretur propter sapientiã suã increatã, sapientiamq; creatã. Deniq; adoratio humani-

q̃st. 25. ar. Honor.



manitatis Christi dupliciter põt intelligi, Primò, ut sit eius sicut rei honoratæ, puta suppositi, quod adorat̃: sicq; adorare carnẽ Christi, non est nisi adorare verbum incarnatũ, quẽadmodum adorare vestẽ regis, nõ est aliud, q̃ adorare regẽ vestitum: sicq; adoratio humanitatis Christi, est adoratio latris Alio modo potest intelligi adoratio humanitat, Christi, q̃ fit ratione assumptæ humanitatis, adornatæ oĩ gratia, ac virtute, & sic adoratio humanitati Christi non est adoratio latriæ, sed duliæ, ita, ꝙ vna & eadem ꝑsona adorat̃ adoratione latriæ, ꝓp ꝑfectionẽ suæ diuinitatis, adorationeq; duliæ, ꝓp perfectionẽ suæ humanitatis. Nec hoc inconueniens est, qm̃ Deo patri debet̃ honor latriæ ꝓp suã diuinitatẽ, & honor duliæ ꝓp dñium, quo creata gubernat. Vnde super illud psalmi, Dñe Deus meus in te sperauí, loquitur Glossa: Domine oĩm per potentiam, cui debetur dulia: Deus oĩm per creationem, cui debet̃ adoratio latriæ. Hæc Thomas. ¶ In quibus mirum vr̃, ꝙ asserit adorationẽ dulię creatori deberi ꝓp dñium quo creata gubernat, cum iam dixerit, latriã Deo impẽdi in recognitionem sui summi dominij, quo vtiq; regit creata. dulia quoq; propriè sumpta, ⁹prout à latria distinguitur, creaturis, nõ creatori, impendit honorem.

Hũanitas Chri poteſt adorari ob duas causas. Psal. 7. a Dionysius cõtra Thomam.

¶ At verò in Summa ꝯ gentiles, multipliciter probat soli Deo oĩpotenti cultum latrię exibendum, ob summam excellentiam suam, ac primi, & indepẽdẽtis dominij sui auctoritatem, & ꝓp maxima beneficia sua, & denuo, quia in eo solo consistit nr̃a felicitas, quæ, & confert̃, ac dependet ab ipso. Hæc ibi.

lib. 3 c. 115

¶ Postremò, in Secunda Secundæ idẽ fatet̃: Religio, dicẽs, seu latria, specialis ẽ virtus, & vna. Respicit nãq; suũ obiectũ ẽm vnã rõnẽ, videlicet inquantũ Deus oĩm rerũ primus gubernator, & conditor. Clarũ est aũt, ꝙ vbi inuenit̃ specialis rõ boni, ibi specialis fit virtus. Religio aũt seu latria, ordinatur ad exibendũ Deo honorẽ rõne summæ, & singularis, ac incomparabilis excellentiæ suæ: iõ virtus latriæ, q̃ hac ratione debitũ exibet Deo cultũ, rectè specialis virtus censet̃. nã, & personis creatis diuersi impẽdun t honores, ẽm diuersas excellẽtias earũdẽ. Hęc idẽ ibidẽ. ¶ Concordat Albertus, & addit. Nõ statim est adorandũ, si quid appareat alicui in specie Christi. imò timẽdum est de illusione, nec simpliciter adorãdũ, ꝓp tria, nisi, quis habeat discretionẽ spirituum. Primum est crebra illusio sensuũ in apparitionibus talibus. Secundũ est conscientia propriæ humilitatis, qm̃ debet se homo reputare indignũ apparitione angeli sancti. Tertiũ, quia cõditio ibi apponenda si apponat̃, non nocet, imò prodest, estq; cautelæ, & cauet periculũ. Idcirco dicendum: Adoro te, si verè es Christus. De sacerdote quoq; ignoto, vel de quo scitur, ꝙ negligens sit in diuinis, dico, ꝙ in eius celebratione cautum est apponere (actu, aut habitu) conditionem in hostiæ adoratione. Hæc Albertus.

quæst. 81. Albert⁹ in hac dist. Apparitionib⁹ phantasmatũ nõ est credendum. Hostia sacra sub cõditione est adoranda.

¶ Vdalricus demum in Summa sua libro 6. de eadẽ hac re scribit, quæ in textu ex Augustino, & Damasceno introducunt̃, & aliqua addit, quæ in scriptis Thomæ diffusiùs continentur. Idẽ Petrus, & Richardus. ¶ Bonauentura verò, caro ait, Christi multipliciter consideatur. Primò enim sumit̃ pro toto homine illo, iuxta illud, Verbũ caro factum est. sicque qm̃ hõ ille est Deus rõne vnius ꝑsonæ adorãd⁹ est latria. Secundò pro parte assumptæ humanitatis secundum se considerata, non vt verbo vnita, & sic ei latria non debetur, sed dulia, Tertiò sumitur quasi medio modo, pro ipsa carne vt deitati cõiuncta, & ita quidã dixerunt, ꝙ adorãda sit adoratione duliæ, imò duliæ summę, quæ hyperdulia nominatur: quia solius Dei est latria adorari, & vna natura in Christo non cõicat alteri idiomata sua. ꝓp, quod sicut non est dicendum, humanam naturã in Christo esse æternãm, quãuis sit vnita naturæ diuinæ, ita ẽm istos humana natura in Christo non est cultu latrię adoranda, licet diuinæ sit maiestati vnita. Alij verò dixerunt, ꝙ considerando carnẽ illã, & animã, prout diuinæ naturę vnita est, adoranda sit adoratione latriæ, qm̃ secus est de exibitione honoris, & proprietatibus alijs. Honor quippè non respicit hanc partem, vel illam, sed personã: vñ quãuis purpura, & corona non participent proprietates regis absolutas, cõicant tñ in reuerentia, & honore, vt ex Augustino allegat Magister. Hinc quũ sit vna persona in Christo, cui debet̃ reuerentia summa, iõ vna adoratione est adoranda, videlicet latria, quantũ ad naturã suã vtrãq;: quẽadmodũ vna veneratione honoratur in hoĩe caput, & pes, quãuis hũanæ naturæ Christi prout secundũ se considerat̃, non nisi dulia debeat̃. Verũ, qm̃ carò Christi nunq̃ est separata à verbo, ideo consideranda est semper vt verbo vnita, & semper adoranda est latria. Hæc ergo positio melior est, & Auctoritatibus sanctorum plus consona. Hæc Bonauentura.

Vdalric⁹. Bonauen. Iohan. 1. Opinio 1. Opinio. Augustin.

¶ Porrò Durandus: Honor, inquit, latriæ, & alterius cuiuscunq; reuerentiæ, põt alicui exiberi dupliciter. Primò per se, vtpote ei, in quo est causa talis honoris, & ita adoratio latriæ soli Deo rõne deitatis debetur. Secundò per accidens, scilicet ei, quod habet habitudinẽ specialẽ ad illũ, cui ꝑ se cultus latriæ exibet̃. Põt quoq; aliquid taliter habitudinem habere ad Deũ dupliciter. Primò. q̃a incidit in idẽ secundũ suppositũ, vt Christi humanitas. Secundò, ꝓp habitudinẽ quandã extrinseeã. vt mater Christi, crux. imago. Primò modo adorat̃ latria ꝑ accidens humanitas Christi. nẽpe dum suppositũ per se honoratur, adorat̃ per accidens quicquid pręter personã est in ipso. Christi aũt persona per se adoratur latriæ adoratione. Dico autem per accidens, quia ipsa humanitas non est propriè id, quod adoratur, cũ non sit subsistens suppositũ. Nec est causa, vel ratio talis adorationis, quãuis sit causa cuiusdam adorationis alteriùs, q̃ hyperdulia nuncupat̃. De imagine verò Christi cõiter dr̃, ꝙ considerata vt Christi imago, adorat̃: cũ idẽ sit motus in imaginẽ, & in id, cuius est imago. Veruntamen istud non vr̃ propriè dictum, qm̃ quantumcunq; motus talis sit idem, nunquam tñ aĩa taliter adorãtis dicit, ꝙ imago ut imago, sit idẽ cũ imaginato seu exẽplari, vel, ꝙ signũ idem sit cum signato: sed sunt correlatiua ad inuicem. Esse verò relatiui est ad aliud esse: ideo, quod attribuitur exemplari, aut signato, nunquam est attribuendum imagini, aut signo, quantumcũq; cõsiderentur sub rõne imaginis, aut signi; ꝓp, quod (propriè loquendo) reuerentia exemplaris, vel signati nunquam debetur signo vel imagini. Sed, quia loquendum est vt plures, ideo commune illud dictũ sic potest exponi, ꝙ pro tanto dicitur imago sub ratione imaginis adorari eadem adoratione cum re cuius est imago, quia ad eius præsentiam fit rememoratio in rem, quam rememoratam adoramus: quoniam res vt cognitæ per suas imagines, honorantur, ac si per se essent præsentes. Hęc Durandus.

Durandus

¶ Cuius scripta vident̃ doctrinę, rituiq; ecclesiæ aliqualiter derogare, q̃ ex apostolica traditione (ꝑsertim in die Parasceues ( crucẽ Christi adorat, adorariq; iubet, ac docet. Multa quoq; conueniunt, imò

Dionysius contra Durand.

&

& vniuocè cōpetūt ſigno , & ſignato , inquantum
huiuſmodi : cum vt ſic , ponantur in prædicamen
to ad aliquid. Vnū quoq; frequenter alterius noīe
deſignat,ſm quod de beati Petri imagine dicimus,
Iſte eſt ſanctus Petrus.Nec dubium quin res in ſuis
imaginibus,& per eas honorentur,ſicut,contume
lia,quæ irrogatur imagini crucifixi , inquantum eſt
eius imago,ipſi Chriſto irrogari aſſeritur.

Contumelia imaginū Chriſti & ſanctorū,ē contumelia Chriſti & ſanctorum

Scotus.

Poſtremo Scotus:Tria,inquit,videnda ſunt. Pri-
mò,quid latria:ſecundò, qñ, & qualiter exibenda:
tertiò,cui ſit impendenda.De primò dico , ꝙ latria
reuereri aliquē actu interiori,eſt propria bona re-
putare parua reſpectu bonorū illius , & bona illius
quem reueretur,ita extollere in corde, quaſi maxi-
ma reſpectu propriæ bonitatis, tanquā bona eius à
quo ipſe magnificans totā ſuam ſortitus eſt bonita
tem.Hæc reuerentia ſumma in actu interiori,ſolum
reſpicit Deum ꝓ conuenienti obiecto,cui actui in-
teriori correſpondent aliqui actus exteriores , qui
ſunt huius interioris reuerentiæ ſigna:vt ſunt ſacri
ficia,ceremonialeſq; actus,proteſtantes hanc reue-
uerentiam ſummo dño eſſe exibitam, ſummam
quoq; dñationē eſſe in illo cui hæc exibentur, & ſe
illi eſſe ſubiectum:ex quibus actibus generari pōt ī
aīa habitus,inclinans ad eliciendum prompte , ac
facilè actus hmōi.De ſecundò dico, ꝙ de iſtis actib⁹
latriç eſt præceptum affirmatiuum.Rōnabile quip-
pè eſt,intellectualē creaturā obligari ad recognoſ-
cendum,ac reuerendum aliquem ut ſummum dñm
ſuum.Hoc verò præceptum, ſicut & alia affirmati-
ua,obligat ſemper,ſed non ad ſemper.poteſtq; dici,
ꝙ obligatio illa pertineat ad primū iſtud tabulæ pri
mæ præceptum:Non habebis Deos alienos , quod
præceptum non eſt tm̄ negatiuum,ſed item affirma
tiuū,vt ſequētia eius verba teſtantur. Tempus autē
determinatum implendi hoc , vr̄ in lege Moyſi
fuiſſe ſabbati dies , iuxta illud expreſſum in tertiò
præcepto,Obſerua diem ſabbati.Porrò ſub euāgeli
ca lege cultus ille Deo exibendus in ſanctificatio-
ne ſabbati,determinatur inquantum ad actum iſtū,
in quo debet exiberi, vtpote in oblatione ſacrificij
ſummi, videlicet eucharistiæ , quā debet ſacerdos
offerre:atq; in illa oblatione populus etiam debet
offerre,qui tenetur miſſam totam audire dñico die,
ſm illud De conſec dist. 1. Miſſas,etſi aliqua excuſet
neceſſitas ab executione huius prçcepti,neceſſe eſt
ſupplere in aliquo actu equiualente , vt ſaltem die
illo cultui Dei ſpecialiter deputato, aliquis fiat act⁹
qui immediatè referatur in Deū ad reuerentiā eius.
vtrū aūt aliquo alio tp̄e teneatur homo ad actum
adorationis,præterquam in tempore illo determi-
nato,eſt dubium,& iſtis diebus vr̄ aliqua oratio ne
ceſſariò adhibenda.De tertiò , an ſcilicet debeatur
Chriſto ſolum inquantum Deus:Dico,ꝙ imò,ſumē
do ſolum,categorematice: quoniam Chriſto conſi-
derato ſm ſolā diuinā naturā , ineſt ſufficiens ratio
adorabilis ſummi.Si aūt ſumat̄ ſyncategorematicè,
tunc notat excluſionē ab vno extremo reſpectu ex-
tremi alterius:ſicq; diſtinguo , quia, aut excluditur
aliud à termino adorationis, vel ut rō adorandi.Pri
mo modo,dico,ꝙ Chriſtus non ſolū eſt adorandus
ſm naturam diuinā, quia à termino adorationis, id
eſt,à perſona ipſa,q̄ adoratur,in quā ſicut in termi-
nū adorationis id eſt,à perſona,q̄ adoratur, in quā
ſicut in terminū adoratio tendit, nō eſt Chriſti hu-
manitas, excludenda. ſic nāq; totū illud ſuppoſitū,
quod eſt Chriſtus,non adoraretur. Si uerò aliud ex
cludatur vt terminus adorationis,verum eſt, quòd
Chriſtus adorandus eſt ſolū ſm diuinā naturā,quia

Exod. 20.

Ibidem.

humanitas non eſt cauſa,aut ratio adorandi.Adorā
dum eſt igit̄ verbū incarnatū. i. verbū cū carne ſeu
habens carnē ſibi vnitam:non tñ verbū cū carne. i.
& carnem,ita vt ſit copulatiua , ideo caro capit ibi
aſſociatiuè.Exēplum eſt,dū honoro hominē pp ſa-
piētiā,& virtutes,quia tūc honoro hoīem totū, nec
corpus excludo,quāuis non ſit ſubiectum ſapiētiç,
& virtutis. Eſt quoq; exēplū de rege,& purpura,qa
rex purpuratus adoratur,nec tñ purpura eſt rō ado
rationis illius Hçc Scotus,qui pñter circa hæc facit
inquiſitionē non breuem,& apparenter ſubtilē, tñ
ex præinductis verbis ſancti doctoris faciliter,celeri
terq; ſolubilē. ¶ Arguit quippè Scotus ꝯ pdicta , qa
adoratio debet̄ Chriſto rōne ſummi dominij, ſum-
mū verò dominium conuenit ei nō ſolū rōne crea-
tionis,quç conuenit ei ex diuina,ſed etiam (& for-
te principaliter)ratione redēptionis , quā facit per
aſſumptionē,& paſſionem naturæ aſſumptæ, ꝑ quā
inſuper nobis promeruit vitam grę, vitāq; gloriæ,
q̄ ꝑferenda ſunt naturali eſſe,ac uidere, quæ ꝑ crea-
tionem largitus eſt.¶ Verū iſta,& conſimilia, ex prç
habitis facilimè diſſoluuntur,qa vt aſſerit Thomas,
adoratio Deo debet̄ non ſolū rōne oīpotentiæ ſuæ
qua nos creauit,ſed et̄ rōne īcreatç ſapiētiæ ſuæ,qua
nos ad çternā beatitudinē ordinauit rōne quoq;ſuæ
liberaliſsimæ bonitatis,qua dona grę, & gloriæ , &
non ſolū dona naturæ, diſtribuit:& itē rōne ſuæ in-
comparabilis maieſtatis,infinitæ perfectionis,& ex
cellentiæ penitus independentis,nulliùſq; indigen-
tis.Inſuper,quamuis verbū incarnatū per aſſumptā
humanitatē nos redemit, ac præfata bona conceſ-
ſit per modū cauſæ meritoriæ,& quaſi inſtr̄alis,attñ
totum hoc factum eſt à verbi deitate, imò à ſuper
beatiſsima trinitate ſicut à cauſa verè principali, to
tā idoneitatē,efficaciāq; ꝑbente aſſumptæ humani-
tati,nec increata illa dominandi ptās , ius diuinū
ac principium independens.actiuum dñium , quod
æternaliter competit Deo quantum ad fontale poſ
ſe,virtualemq; habitum ex aſſumpta humanitate,&
eius myſterijs aliquid perfectionis ſuſcepit, quam-
uis ex tempore actualiter dominari,præficere,redi-
mere,& ſaluare incepit. Vnde vt Damaſcenus fate
tur,aſſumpta humanitas rectè comparatur ad uer-
bum æternum aſſumens, ſicut inſtrumentum ani-
matum immediatum , coniunctum , ac proprium,
ad primum perfectum,ac principalem agentem, ſi-
cut,& noſtrum comparatur ad animam noſtram.

Obiectio Scoti.

Dilutio eiuſdem. S. Thom. vbi ſupra. Deus quā ſit adorandus.

Iohan. Damaſcenus

Scotus

¶ Præterea,quod ait Scotus de tempore determi
nato,in quo adoratio cadebat ſub ꝑcepto , non pōt
præciſè intelligi de ſabbato illo Iudeorum , & die
dñico Chriſtianorū: nec ſolum de actu adorationis
in oblatione ſacrificiorum legalium, & ſacramen-
ti alteris, quia,& alia multa feſta erant in lege inſti
tuta,& actus quidā ſpiritales excedendi in illis, vt
in Leuitico, & Deuteronomio legitur , ſimiliter in
euangelica lege.Nec ſolum iubebantur Iudæi Deū
adorare, & colere ſabbatorum diebus , ſed tunc
præcipue : quemadmodum Chriſtiani tenentur
adorare,& colere Deū non ſolum diebus domini-
cis,ſed tunc magis,& recuperare,deflere , & expia-
re ferialium dierum negligentias , & peccata. Ideo
hoc eſſet arctam viam ſalutis nimis laxare, quod
ſufficeret ad ſalutem diebus feſtiuis actualiter Deo
intendere:preſertim cum Chriſtus præceperit : Vi-
gilate,& orate omni tempore. Et rurſus : Oportet,
inquit , ſemper orare, & non deficere. Itemque,
Primum quærite regnum Dei , quod totum de
omni tempore opportuno rite exponitur , de qua
re dictum eſt ſuprà,infra quoque dicetur.

Lucæ 21. Lucæ 18. Matth. 6.

An



## An Chriſtus ſecundum quod homo,ſit perſona vel aliquid. Diſtinctio X.

SOlet etiam à quibuſdam inquiri,vtrum Chriſtus ſecundum quod hō, ſit
perſona,vel ēt ſit aliquid.Ex vtraq; parte huius quæſtionis argumēta ꝯcur
runt. Quod enim perſona ſit,his differunt rationibus:Si ſecundū quod hō,
aliquid eſt, vel perſona, vel ſubſtantia , vel aliud eſt . Sed aliud non er-
go , vel perſona , vel ſubſtantia. Si ſubſtantia eſt , vel rōnalis, vel irratio
nalis:ſed non eſt irrationalis ſubſtātia,ergo rōnalis.Si verò ſm quod hō, eſt rōnalis ſub
ſtantia,ergo pſona,quia hæc eſt diffinitio pſonæ, ſubſtantia rōnalis indiuiduæ naturæ.
Si ergo ſm quod homo,eſt aliquid,& ſecundum quod homo, perſona eſt:Sed econuer-
ſo,ſi ſm quod homo,perſona eſt,uel tertia in trinitate pſona,uel alia:ſed alia non , ergo
tertia in trinitate perſona. At ſi ſm quod homo , perſona eſt tertia in trinitate, ergo
Deus.Propter hæc inconuenientia,& alia,quidam dicunt Chriſtum ſm hoīem non eſ
ſe perſonam,nec aliquid:niſi forte ſm ſit expreſſiuum vnitatis perſonç. Secundum eñ
habet multiplicem rōnem.Aliquando enim exprimit ꝯdōnem, vel proprietatem diui
næ naturæ,vel humanæ,aliqñ unitatem perſonæ:aliqñ notat habitum , aliquando cau-
ſam.Cuius diſtinctionis rationem diligenter lector animaduertat, atque in ſinu memo
riæ recondat,ne eius confundantur ſenſus,cum de Chriſto ſermo occurrerit.

Quæſtio

In partē affirmatiuam.

In negatiuam.

Secundū hēt multiplicē rationem.

## Etſi Chriſtus ſecundū quod homo, dicatur ſubſtantia rationalis: non inde tamen ſequitur, quòd perſona ſit ſecundum quod homo.

Illud tñ non ſequitur,quod in argumentatione ſuperiori inductum eſt, quòd ſi Chri
ſtus ſm quod homo,eſt ſubſtantia rōnalis,ergo pſona.Nam,& modo aīa Chriſti eſt ſub
ſtantia rōnalis,non tñ perſona;quia nō eſt per ſe ſonans , imò alij rei coniuncta. illa ta-
men perſonæ deſcriptio,non eſt data pro illis tribus perſonis.

Rñſio ad obiectionem affirmatiuam

## Alia probatio, quòd Chriſtus ſit perſona.

Sed adhuc aliter nituntur probare. Chriſtum ſm hoīem eſſe perſonam , quia Chri
ſtus ſm quod homo,prædeſtinatus eſt vt ſit Dei filius:ſed illud eſt,quod vt ſit, prçdeſtina
tus eſt:ergo ſi prçdeſtinatus eſt ſm quod homo,vt ſit Dei filius,& ſecundum eſt. Eſt enim
eſt filius Dei . Ad quod dici pōt, Chriſtum eſſe id, quod vt ſit prædeſtinat⁹ quod homo
prædeſtinatus vt filius Dei ſit,& ipſe eſt verè filius Dei : ſed ſecundum hoīem prçdeſti-
natus eſt vt ſit filius Dei, quia per gratiam habet hoc ſecundum hoīem : nec tamen ſe-
cundum hominem eſt filius Dei , niſi forte ſecundum vnitatis perſonç ſit expreſſiuum:
vt ſit ſenſus, Ipſe qui eſt homo, eſt Dei filius . vt autem ipſe ens homo ſit Dei filius , per
gratiam habet:ſed ſi cauſa notetur,falſum eſt.Nō enim quo homo eſt, eo Dei filius eſt.

Alia obiectio.

Rom. 1.

Diluitur obiectio.

## An Chriſtus ſit adoptiuus filius, ſecundum quod homo, vel alio modo.

Si verò quærit̄,an Chriſtus ſit adoptiuus filius ſm quod homo,ſiue alio modo : reſpō
demus,Chr̄um nō eſſe adoptiuū filiū aliquo modo , ſed tm̄ naturalē , quia natura filius
Dei eſt , nō adoptionis gratia. Nō aūt ſic dr̄ filius natura, ut dr̄ Deus natura Nō.n.eo fi-
lius eſt quo Deus eſt : qa proprietate natiuitatis filius eſt , natura diuinitatis Deus eſt, &
tñ dicitur natura,vel naturæ filius,quia naturaliter eſt filius,eandem ſ.habens naturam
quam ille,qui genuit.Adoptiuus autem filius non eſt , quia priùs fuit, & poſtmodum
adoptatus eſt in filium,ſicut nos dicimur adoptiui filij, quia cum nati fuerimus iræ filij,
per gratiam facti ſumus filij Dei. Chriſtus verò nunquam fuit non filius Dei , & ideo
non eſt adoptiuus filius.

Eph. 2.

## Opinio, quòd Chriſtus ſit adoptiuus filius.

Sed ad hoc opponitur ſic:Chriſtus filius hominis eſt(id eſt, virginis) aut gratia,aut na
tura,vel vtroque mō.Si verò natura,aut diuina,aut humana ſed diuina non, ergo , aut
hūana natura,aut non natura eſt filius hominis,Si non natura,ergo gratia tm̄,& ſi natura
humana, non ideo minus per gratiam. Si ergo gratia filius hominis eſt, adoptiuus filius
eſſe videtur, vt idem ſit naturalis filius patris,& adoptiuus filius uirginis. Ad quod dici
poteſt, Chriſtum filium virginis eſſe, & natura , vel naturaliter , & gratia , nec tamen
adoptiuus filius virginis eſt, quia non per adoptionem,ſed per vnionem filius virginis
eſſe dicitur.Filius enim virginis dicitur,eo,ꝙ in virgine hominem accepit in vnitatem
perſonæ,& hoc fuit gratiç,non naturç. Vnde Auguſtinus ſuper Iohannem ait : Quod
vnigenitus eſt æqualis patri , non eſt gratiæ , ſed naturæ. Quod autem vnitatem
perſonæ vnigeniti aſſumptus eſt homo , gratiæ eſt non naturç . Chriſtus ergo, nec
Dei , nec hominis eſt adoptiuus filius , ſed Dei naturaliter, & hoīs naturaliter , & grā
filius.Quod verò naturaliter ſit hoīs filius,Auguſtinus oſtendit in libro de fide ad Petrū:
Ille,ſcilicet Deus,factus eſt naturaliter hoīs filius , qui eſt naturaliter filius vnigenitus
Dei

Obiectio alia.

Solutio.

Auguſt.

Dei patris. Quòd aũt non ſit adoptiuus filius, & tamen gratia ſit filius, ex ſubditis probatur teſtimonijs. Hieronymus ſup epiſtolã ad Epheſios ait: De Chriſto Ieſu ſcriptũ eſt, (cap 2.) quia ſemp cũ patre fuit, & nunq̃ eum vt eſſet, voluntas paterna pceſſit, & ille quidẽ natura filius eſt, nos uerò adoptione. Ille nunquã nõ fuit filius: nos anteq̃ eſſemus, pdeſtinati ſumus, (cap. 1.) & tunc ſpiriptũ adoptionis accepimus, qñ credidimus in filiũ Dei. Hilarius quoq; in libro. III. de Trinitate ait: Dñs dicens Clarifica filium tuũ, non ſolo noĩe con- (Hilarius.) teſtatus eſt ſe eſſe filiũ Dei, ſed ẽt proprietate cũ ait clarifica filium tuum. Nos ſumus filij Dei, ſed non talis hic filius. Hic eñ verus, & proprius eſt filius origine, nõ adoptione: (Ioh. 17.) veritate, nõ nuncupatione: natiuitate, nõ creatione. Auguſtinus ẽt ſup Iohannẽ ait: Nos ſumus filij gratia, non natura, vnigenitus aũt natura, nõ gratia. an hoc ẽt in ipſo filio ad (Auguſt.) hoĩem referendum eſt? Ita ſane. Ambroſius quoq; in I. libro de Trinitate ait: Chrs filius eſt nõ per adoptionẽ, ſed p naturã: p adoptionẽ nos filij dicimur, ille verò p veritatẽ na- (Ambroſi9.) turæ eſt. Ex his euidenter oſtenditur, ꝙ Chriſtus non ſit filius gratia adoptionis. Illa eñ gratia intelligitur, cum Auguſtinus eum non eſſe gratia filium aſſerit. gratia enim, ſed non adoptionis, imò vnionis, filius Dei eſt filius hominis, & econuerſo.

## *Vtrum perſona vel natura prædeſtinata ſit.*

(Rom. 1.) Deinde ſi quæritur, vtrum prædeſtinatio illa, quam commemorat Apoſtolus, ſit de perſona an de natura: ſane dici poteſt, & perſonam filii, quæ ſemper fuit, eſſe prædeſtinatã ſecundum hominem aſſumptum, vt ipſa ſcilicet ens homo, eſſet Dei filius, & naturam humanam eſſe prædeſtinatam, vt verbo patris perſonaliter vniretur.

(Summa diſtinctiõis. X.) PRæcedẽti diſtinctione diſcuſsit Magiſter, an aſſumptæ naturæ Chriſti conueniat honor diuinus, qui latriæ cultus vocať: hic pſcrutať, an diuinæ pſonæ ratione hũanitatis aſſumptæ competat eſſe perſonã: Secundò inquirit, an vnigenito Dei rõne aſſumptæ naturæ congruat appellari filium adoptitiuum.

### QVAESTIO I.

HIc quæritur primò, *An Chriſtus ſecundum quod homo, ſit perſona* ¶ Et de hoc argui poteſt pro parte vtraq;, vt patet in litera, & fiunt hic multa ſophiſmata, ad quæ, ſicut, & ad q̃ſtionẽ ppoſitã, patebit ex rñſione, & declaratione doctorũ ſolutio.

(Galielmus.) ¶ Antiſſodorenſis ergo in Summa ſua 3. lib. reſpondet: Chriſtus ſecundũ quod homo, non eſt perſona, imò, nec Socrates ſecundũ quod homo, extat perſona, cũ nullũ vniuerſale perſona exiſtat. Sed melius quæritur, an Chriſtus ſecundum quod Ieſus, pſona dicendus ſit: quemadmodũ Socrates in eo, ꝙ Socrates, dicitur eſſe perſona. ¶ probatur, ꝙ ſic, qñ Chriſtus in eo, quod Ieſus, eſt rationalis naturæ indiuidua ſubſtantia, ergo perſona, per locum à diffinitione. (In oppoſitum.) ¶ In oppoſitũ, quia ſi Chriſtus in eo, quod Ieſus, eſt perſona, aut ergo eſt perſona creata, aut increata: non increata, cum Ieſus ſit indiuiduum ſpeciei humanæ: nec creata, quia ſic eſſent duæ perſonæ in Chriſto, & quatuor indiuinis. (Conciliũ Nicenum) ¶ inſuper, in Niceno concilio legitur: In incarnatione filij perſona cõſumpſit perſonam, non natura naturam, ergo perſona increata conſumpſit perſonam creatã. (Reſpõſio.) ¶ Ad hoc dicimus, ꝙ Chriſtus in eo, quod Ieſus, ſeu ſecũdum quod Ieſus, non eſt perſona, quia ad hoc, ꝙ aliquid ſit perſona, requiriť triplex diſtinctio, vtpote diſtinctio ſingularitatis, quæ eſt in aĩa Socratis, quæ ſua ſingulari exiſtentia diſtinguitur à qualibet alia re. diſtinctio quoq; incommunicabilitatis, quæ eſt in Socrate, eo, ꝙ non eſt communicabilis alicui vt pars: idcirco nec corpus, nec anima eſt pſona. Tertia eſt diſtinctio dignitatis, quę ẽ in Socrate ex hoc, ꝙ eius humanitas non eſt vnita, nec mixta digniori naturę, aut formæ, & vltima iſta diſtinctio non eſt in Ieſu ſecundum quod Ieſus, vnde non diſtinguitur à digniori pſona verbi æterni. ſicq; verificatur in illo illud Niceni concilij, ꝙ pſona pſumpſit perſonã, nõ corrumpendo eandẽ, ſed qñ vnio illa hũanitatis cũ deitate, excluſit perſonalitatẽ humanã. (Concilii Nicenum) hinc Ieſus ſecundum quod homo, non eſt perſona. Hæc Antiſiodorenſis, qui in his vr̃ fauere primæ opinioni, quæ (vt patuit) ponebať Chriſto duo ſuppoſita, & vnã perſonam, quod tpe huius doctoris poterat probabiliter opinari: interim verò ab eccleſia cognoſcitur roprobatum, ſicut oſtenſum eſt. Deniq;, dignitati humanitatis Chriſti non obeſt, nec derogat, ſed incomparabiliter cõfert, eſſe vnitũ naturæ diuinæ.

(Albertus.) ¶ Albertus autem loquitur: Ly, ſecundum, quod, notat cauſam vel naturæ conditionem, hoc eſt, ꝙ humanitas fit cauſa cur Chriſtus dicatur perſona, vel, ꝙ humanitas in ipſo ſit proprietas ſiue conditio, ꝙ ipſe exiſtat perſona. ſicq; dicimus, ꝙ Chriſtus in eo, quod homo, vel ſecundum quod homo, non eſt perſona: ſed ipſe ſecundum quod Deus, eſt perſona perſonalitate æterna, quod ſequitur diuinitatem in ipſo. Si autem cum dicitur Chriſtus ſecundum quod homo, eſt perſona: ly, ſecundum, quod, notet vnitatem ſiue identitatem ſuppoſiti hominis ad diuinum ſuppoſitum, ſic ipſe in eo, quod homo, vel ſecundum quod homo, eſt perſona. Conformiter diſtinguendæ ſunt conſimiles quæſtiones, dum quæritur vtrum Chriſtus ſecundum quod homo, ſit indiuiduũ, &, vtrum Chriſtus ſecundũ quod hõ, ſit ſuppoſitum: item vtrũ Chriſtus ſecundum quod homo, ſit res naturæ. facilius tamen conceditur, ꝙ Chriſtus ſecundum quod homo, ſit ſuppoſitum, & res naturæ, quàm, ꝙ ipſe ſecundum quod homo, ſit indiuiduum, & perſona, indiuiduum namque dicit quid ſingulare, quod in ſe eſt vnum, & ſua ſingularitate ab alijs eſt diuiſum: ſicque ſingulare, & indiuiduum incommunicabilitatem includunt, quamuis de ratione eorum non ſit, quòd ſint ſuppoſita rationalis naturæ. ¶ Chriſtus quoque in eo, quod homo, eſt aliquid, quia hic homo, non tamen ſequitur, quòd ſit ſuppoſitum, aut pſona in eo, quod homo, niſi ſecundum vnam acceptionem iam tactam. (Boethius.) Et ſi obijciatur, quia ſecundum Boethium, ſpecies eſt totum eſſe indiuiduorum: ergo ſi Chriſtus eſt hic homo, & indiuiduum hominis, non habet niſi humanitatis naturam, non deitatis eſſentiam: Dicendum, quòd auctoritas illa Boethij locum

cum



eũ nõ habet niſi in his, q̃ ſupponunť ſpeciei in una natura. Hæc Albertus, qui de his plixiùs ſcribit, q̃ ex dictis Thomæ nunc inducendis, clariùs innoteſcent.

(In hac diſ.) ¶ Itaq; Thomas: In Chriſto, inquit, non eſt niſi vna pſona, quæ eſt æterna. nullũ aũt ęternũ cõuenit Chriſto ſecundũ quod homo, pprię loquendo; iõ nõ eſt verũ, ꝙ Chriſtus ſm quod homo, ſit perſona, niſi replicet ſuppoſitũ hoĩs, dicendo: Chriſtus ſm quod iſte homo, eſt perſona, quod verũ eſt. Etenim Chriſtus ſm quod homo, eſt ſubſtantia rationalis naturæ: ſed ſm quod iſte homo, eſt rationalis naturæ indiuidua ſubſtantia: iõ ſm quod iſte homo, eſt perſona. quẽadmodum ẽt ſecundum quod iſte homo, eſt Deus, quia in his per iſtum hominem ſupponitur, ac deſignatur perſona ęterna.

(Chrs ſecũdum qđ hõ, nõ ẽ indiuiduum) ¶ Porrò dum quæritur, vtrum Chriſtus ſecundũ quod homo, ſit indiuiduũ: rñdendũ, Indiuiduũ (ſicut phabitum eſt) inueniť in ſubſtantijs, & accidentibus: & prout in ſubſtantijs eſt, habet ex ſua rõne, ꝙ ſit ſubſiſtens, nõ aũt ſm quod in accidentibus ẽ. duũ in ſubſtantijs reperitur, ſic in Chriſto non eſt Vtroq; aũt modo inueniť in Chriſto, & put indiui niſi vnũ indiuiduũ, ſicut, & vna perſona: ſicq; Chriſtus ſm quod homo, non eſt indiuiduũ, quẽadmodum, nec perſona: imò de ratione indiuidui, ſm qđ de Chriſto ponitur, eſt, ꝙ ſit per ſe ſubſiſtens, quod non ecõuenit Chro ſm qđ hõ eſt, ſed ſm qđ hic hõ.

(An Chriſtus ſecundũ quod hõ, ſit res naturæ.) ¶ Inſuper, ad iſtud, an Chriſtus ſm quod homo, ſit ſuppoſitũ, & res naturæ: dicendum, ꝙ in propoſitionibus per ſe aliter eſt ex parte ſubiecti, & pdicati, quia ex parte ſubiecti ſufficit, ꝙ tñ ſm vnum eorũ, quæ in ſubiecto continentur, prædicatum conueniat illi per ſe: ſed ex parte prædicati requiritur, ꝙ quicquid eſt in prædicato, p ſe conueniat ſubiecto. Vñ hæc nõ eſt per ſe, Homo eſt aĩal album: hæc verò eſt per ſe, Homo albus eſt aĩal. Itaq; dico, ꝙ in ſuppoſito, & re naturæ duo importantur, videlicet reſpectus ad naturam communem, & aliquid ſubſiſtens, cui ineſt ille reſpectus: quorum vnum ineſt Chriſto ſecundum quod homo, puta reſpectus ad communem naturã, non aũt alterum; ideo hæc eſt falſa, Chriſtus ſm quod homo eſt ſuppoſitũ, vel res naturæ, magis tñ accedit ad ueritatẽ, q̃ prędictæ, in quantum hæc noĩa imponuntur à reſpectu ad naturã communem. Hinc ſi ſuppoſitum adiectiuè ſumať, vera eſt hęc: Chriſtus ſm quod hõ, eſt ſuppoſitũ: qñ Chriſtus ſm quod homo, ſupponitur humanæ naturæ. Si autem ſic arguať, Chriſtus ſecundum quod homo, eſt res quædã, nec eſt res nullius naturæ: ergo ſecundũ quod homo, eſt res alicuius naturæ, ergo, & res naturæ: Dicendum, ꝙ Chriſtus ſecundum quod homo, eſt res quædam, & itẽ eſt res alicuius naturæ: non tñ ſequiť, ꝙ ſit res naturæ ſecundũ quod homo, qñ plus eſt in ſignificatione compoſiti, q̃ in ſignificationibus componentium, quod in multis contingit, quia non omnis arma gerens, eſt (quæſt. 16. art. 12.) armiger. Hæc Thomas in Scripto.

¶ Præterea in 3. parte fateť, dicens: Hic terminus Hõ, in reduplicatione poſitus, accipi põt in ratione ſuppoſiti, & in rõne naturæ. Cũ igiť dť, Chriſtus ſm quod homo, eſt perſona, ſi capiať in rõne ſuppoſiti, vera eſt, quia ſuppoſitum illud nil aliud eſt, q̃ perſona verbi æterna: ſi autem ſumatur ratione naturæ, ſic dupliciter poteſt intelligi. Primò, ꝙ naturæ humanæ competat eſſe in aliqua perſona, quod verũ eſt. omne enim, quod ſubſiſtit in humana natura, eſt perſona. Secundò, ꝙ humanæ in Chriſto propria perſonalitas debeatur, vt pote cauſata ex eſſentialibus ſuis principijs: & ſic Chriſtus ſm quod homo, non eſt perſona, cum ſolum in increato eſſe perſonali ſubſiſtat, vt dictum eſt ſæpe. idem.

(Tarantaſius.) ¶ Deniq;, ex ſcriptis Petri hæc clariùs conſtãt, q reſpondẽdo ad iſtud, vtrũ Chriſtus ſecundũ quod homo, ſit indiuiduũ, pteſtať: indiuiduũ vno modo ſumiť cõiter, put eſt in oĩ gñe entis Secundò propriè, put eſt in gñe ſubſtantiæ ſolũ. Primo modo indiuiduũ appellať, quod de vno ſolo prædicať. Secundo modo indiuiduũ dr̃, quod p ſe ſubſiſtit diuiſum ab alijs. Primo mõ pes, & albedo Socratis ſunt ĩdiuidua, non aũt ſecundo mõ, cum non ſubſiſtant per ſe. Primo mõ ſunt multa indiuidua in eodẽ ſuppoſito, & in Chriſto, qui tñ non eſt niſi vnum indiuiduũ tñ. Sumendo autẽ indiuiduũ propriè, puta ſecũdò mõ, in Chriſto non eſt niſi indiuiduũ vnũ, & ipſe eſt illud, & eſt pſona æterna. ¶ Dũ itaq; quæriť, vtrũ Chriſtus ſm quod iſte hõ, ſit indiuiduũ: Dicendum, ꝙ imò, ſumendo indiuiduũ primo mõ, nec tñ aliud à pſona, non enim eſt indiuidua duo. Sumendo aũt indiuiduũ mõ ſecundo, non eſt indiuiduum ſm qđ hõ, quia natura humana in ipſo non habet indiuiduũ proprium, ſed ſubſiſtit in perſona diuina. Et ſi obijciatur, quia Chriſtus ſm quod homo, eſt aliquid, non vniuerſale, ergo particulare: Dicendum, ꝙ indiuiduum primo modo ſumptum, conuertitur cum particulari, nõ aũt ſumptũ ſecundo modo. (Richar.)

Concordat Richardus, dicendo: Quamuis Chriſtus ſit homo atq; perſona, tñ iudicando de iſta propoſitione, Chriſtus ſecundum quod homo, eſt perſona: ſecundũ proprietatẽ, & virtutẽ ſermonis ſic falſa eſt, quia cõplexa hæc, ſm quod, & in eo, quod, de virtute ſermonis ſignificãt id, quod reduplicať, eſſe rationem præciſam, aut formalẽ conuenientiæ pdicati cum ſubiecto. Vnde cum dicitur, Chriſtus ſm quod homo, eſt perſona, ſignificatur, ꝙ res importata per hoĩem, & perciſa ratio, per quam Chriſtus eſt homo, quod ſimpliciter falſum eſt, qñ, nec natura in vniuerſali, nec ipſa natura hũana in ſigulari, eſt ratio perſonalitatis in Chro, ſed natura diuina cũ pprietate cõſtitutiua pſonæ. Hæc Richard9. (lib. 5. c. ii. Philip. 2)

¶ Vdalricus quoq;: Interdum, inquit, dicitur, ꝙ Chriſtus ſecundum quod homo, ſit Deus. Etenim ſup illud ad Philippẽſes, Dedit illi nomẽ, aſſerit Gloſſa: Chriſtus inquantum homo, aſſumpſit nomẽ Dei, non vſurpatiuè, ſed verè. Hæc quippè reduplicatio ſecundum quod, vel inquantum homo, dupliciter ſumitur. Interdum namq; accipitur ſecundũ quod ponitur in deſcriptione prædicationis per ſe, quia prędicatum per ſe eſt, quod conuenit ſubiecto ſecũdũ quod ipſum, ita, ꝙ cõpetit ſubiecto ratione ſuæ formæ primò, ac propriè, & ſi conueniat alteri, hoc eſt ſub rõne ipſius ſubiecti, ſicut Petrus ſecundum quod homo, eſt animal rõnale: ſicq; Chriſtus ſecundum quod homo, non eſt Deus: qñ natura humana, quæ eſt forma huius ſubiecti, non eſt Deus. Quãdoq; autem complexum hoc, ſecundum quod, non dicit identitatem intentionum ſubiecti, ac prædicati, ſed tñ naturalẽ, inſeparabilẽq; cohærentiã eorundem: vt cum aſſerit Auguſtinus, ꝙ omne ens inquantum eſt, bonum eſt. (Auguſt.) ſicq; vera eſt propoſitio iſta. Nẽpe vt aliqui dicunt, hic modus, ſecũdum quod, put ſumitur in iſta materia, comprahendit tres modos ſpeciales, quia nonnunquam reduplicatio iſta dicit vnitatem perſonæ in duabus naturis, & ſic loquitur Gloſſa prætacta. Eſt enim ſenſus, ꝙ eadem perſona, quæ ab æterno naturaliter Deus eſt, accepit ex tempore ſecundum donum gratiæ vnionis, exiſtens in humana natura ſit Deus verè, non nuncupatiuè, aut participatiuè. Aliquando verò denotat

habitum

habitum, vt ibi, Habitu inuentus est vt hõ. Interdũ dicit cãm efficiẽtem, vt: Chr̃s ſm quod hõ, meruit, aut formalẽ, vt: Christus ſm quod hõ, est rõnalis, vel materialẽ, vt: Christus ſm quod hõ, ex anima constat, & corpore, aut finalẽ, vt: Christus ſm quod homo, est dignissima creaturarũ. Hęc Vdalricus. Concordat, & dictis Bonauentura. Responsio etiam Alexandri super his, expressa est supra.

Philip. 2.

Bonauen. Hales.

## QVAESTIO II.

Amplius quærunt hic aliqui, *Vtrum Christus secũdũ quod homo, sit Deus*. ¶ Ad quod nunc responsio est prolata. ¶ Bonauentura verò rñdet, sicut Magister ait in litera: Hęc dictio, ſm quod, põt importare habitudinẽ causæ, sicq; illa locutio falsa est, uel indiuisionẽ seu vnitatẽ cõcomitatiuè, & ita est vera, sicut iã dictũ ẽ. Verũ iste secundus modus sumẽdi ly, ſm qđ, non ẽ ita ꝓprius, & cõis vt primus, quamuis interdum reperiatur. Hæc Bonauentura.

Bonauẽt.

¶ Alexãder quoq; (vt allegatũ ẽ supra) scribit qualiter hoc, quod dr̃ ſm quod, multipliciter queat exponi, & ad ꝓpositã q̃stionem rñdet, ꝙ ipsa sit vera, put ly, ſm quod, designat vnitatẽ personæ, sicut, & istæ: Christus ſm qđ hõ, creauit cælũ, & terrã: Christus ſm quod hõ, potestatẽ habet auctoritatiuã dimittendi peccata: cũ sit sensus, Christus, qui est ille seu illa ꝑsona, q̃ est hõ, creauit cælũ, & terrã, auctoritatẽq; habet dimittendi peccata. Si uerò ly, secundũ quod, notet cãm, aut conditionẽ naturę, falsæ sunt propositiones hmõi. Si etenim cãm designet, sensus esset, ꝙ Christus ex hũana natura haberet, ꝙ sit Deus, & stellas creauit, & auctoritatẽ habet dimittẽdi peccata. Porrò si conditionẽ naturæ designet, iste est sensus: Christus ſm quod ille, qui est homo, est Deus: quod falsum est, Hæc Alexander.

Thom in hac dist.

¶ Thomas circa hoc loquitur: Quod in propositione reduplicatur cũ isto cõplexo, secundũ quod, est id, per quod prædicatum conuenit subiecto. vñ oportet vt aliquo modo sit idem subiecto, & aliquo modo idem cum prædicato: quemadmodũ medius terminus in syllogismo affirmatiuo, cõparationem habet ad prædicatũ, sicut ad id, quod per se consequitur ad ipsum. Nihil autem conuenit alicui secũdum quod est animal, nisi per se conueniat animali secundum quemcunque modum dicendi per se. Ad subiectum verò comparatur, tanq̃ ad id, quod aliquo modo in subiecto includitur: includitur autem in subiecto ipsa subiecti substantia, & antecedentia, vtpote causæ eius, & consequentia, vt accidentia. Substantia verò subiecti est ipsum subiectum, & natura ipsius, & ratione omnium horum aliquid potest attribui Christo, imò, & cuilibet homini. Si eñ aliquid homini attribuatur ratione principiorum præcedentium, sic quantum ad causam materialẽ dicimus, ꝙ homo secundum quod compositum ex contrarijs, est corruptibilis: quantum ad causam formalem, quòd sit rationalis, & ad imaginem Dei factus, quantum ad causam efficientem, quòd sit hæres sui patris, quantũ ad causam finalem: ꝙ sit immortalis, quo ad naturã, quia ad æternã beatitudinem institutus. Porrò si quid ascribatur hoĩ rõne accidentium, dicimus, ꝙ homo secundum quod coloratus, est uisibilis. Si demum aliquid attribuatur homini ratione suppositi, dicimus, ꝙ Socrates secundum quod Socrates, est indiuiduũ. Si verò ratione naturæ, sic dicimus, ꝙ homo secundum quod homo, est animal. Itaque cum dicitur, Christus secundum quod homo, est Deus, si replicetur homo rõne naturæ, falsa est: si rõne suppositi, vera est, quia ꝑsona in Christo est æterna, & verus Deus. Veruntñ cum hoc nomen non importet determinatum suppositum naturæ humanæ, nisi per demonstrationẽ adiunctã, & solũ cuidã supposito naturæ humanę determinato per se cõueniat esse, Deũ, nisi aliq̃d addatur, aut subintelligatur, non est simpliciter ꝯcedendum, Christus secundum quod homo, est Deus. Hæc Thomus in Scripto. ¶ Idem in 3. parte, 16. quæstione. Consonat Petrus.

Gene. 1.

Tarãtas. Richard.

¶ Richardus verò dicit hanc simpliciter esse falsam, Christus ſm quod homo, est Deus: quia (vt ait) istud complexum, ſm quod, notat terminum, cui adiungitur, significare rationem, per quam prædicatũ conuenit subiecto. Sed meliùs est ſm præallegatos doctores propositionem istam distinguere. Addit quoq; Richardus: Dicũt quidam, ꝙ ista propositio, Christus inquantum hic homo, de virtute, & proprietate sermonis nõn sit vera, asserentes quòd istę determinationes secundum quod, & inquantum, & in eo, quod, non tantummodo notant intermino cui adduntur, esse rationem conuenientiæ ꝑdicati cũ subiecto, sed, & rõnẽ præcisam, per quã ꝑdicatũ dr̃, de quocunq; dicatur: sicq; nec ista conceditur, Christus ſm hoc suppositũ, quod est filius Dei, est homo: quia per hanc rationem Deum esse non conuenit spirituisancto, nec patri, Alij verò ꝯcedunt, ꝙ Christus ſm quod hic homo, est Deus, dicẽtes, ꝙ reduplicatio non notat id, quod reduplicat esse ꝑcisam rõnẽ conuenientiæ ꝑdicati cum subiecto, sed sufficere, ꝙ includatur in eo. iõ argumentũ istud non valet, Si Petrus inquantũ hic hõ, est aĩal, ergo in quantũ hõ, est aĩal: igitur à simili, si Christus inquantum hic homo, est Deus, ergo inquantũ hõ, est Deus: quia suppositũ Petri, & humana natura in eo realiter idem sunt, re absoluta: quia substantia sub ratione, qua in se existens, est suppositũ. In Christo aũt persona, & natura humana realiter distinguntur, cum persona sit increata. Hęc Richardus. Verum ista disceptatio in quid nominis videtur consistere, ideo parum curanda.

## QVAESTIO III.

Nvnc quæritur, *An Christus secundum quod homo, sit adoptiuus filius Dei patris*

In partẽ affirmatiuam.

¶ Vr̃, ꝙ sic quia Christus inquantũ hõ, est filius Dei, & non filius naturalis, ergo filius adoptiuus. ¶ Rursus, Christus secundum quod homo, accepit gratiã non ad mensuram, vt Iohannes dicit: ergo præ cunctis omni gratia est repletus, ergo maximè competit ei esse Dei filium adoptiuum.

Iohan. 3.

Hales.

¶ Ad hoc Alexander rñdet: Adoptio fit vt de nõ filio fiat quis filius: non autem dicẽdum est, ꝙ Christus secundum quod homo, fuit non filius: idcirco secundnm quod homo, non potest dici filius adoptiuus. Sed obijci potest, quia in libro de Trinit. ait Hilarius: Potestatis dignitas non amittitur, dum carnis humanitatis adoptatur. Quod item in libro de vocatione sanctorum loquitur Augustinus: Ea gr̃a ab initio fidei homo quicũque fit Christianus, qua gratia ille factus est Christus: sed hõ fit Chrianus per gr̃am adoptionis, ergo per gr̃am illã Christus fit filius. ¶ Rursus, bene cõceditur, Christus secũdum quod hõ, est creatura: ergo, & ista, Christus ſm quod homo, est filius adoptiuus. Et rñdendum, ꝙ humanitas Christi accipi potest dupliciter. Primò secundum communem speciem, & sic aliquo modo posset concedi, quòd humanitas adoptetur in Christo: non tñ respectu Christi, sed aliorum, qui cum Christo communem habent humanitatem: vt sic diceret̃ hũanitas Christi adoptari, qm̃ q̃ nõ habebat eẽ filij in alijs, habet eẽ filij in Chr̃o. Alio modo accipit̃ ſm singularem substantiã, & ita nequaq̃ adoptat̃ in filio. Auctoritas verò Augustini intelligitur de gr̃a increata, q̃ est spũssanctus, cuius gratiosa pietate hõ fit Christianus, & ille hõ factus est Christus, iuxta sensum ꝑhabitũ, quo, & Deus factus est hõ, & econtrario Gratia verò creata non est eadẽ, qm̃ illa in puro hoĩe est gratia adoptionis, in Christo aũt est gratia vnionis. ¶ Ad obiectũ aũt dicẽdũ, ꝙ Adoptio ponit differentẽ statũ humanæ naturæ, vnũ videlicet statũ, in quo nõ sit filius, qđ nunq̃ fuit in Christo: creatura verò non ponit statũ differẽtẽ, sed solũ esse de nihilo, quod conuenit Christo ſm quod hõ. Creatura quoq; ponit esse post non esse, adoptio aũt dicit bene esse post male esse, quod nõ conuenit Chr̃o inquantũ est hõ. Hæc Alexander. cui in ista solutione ꝯdicitur à q̃busdã, sicut patebit.

Hilarius.

August.

Exponũtur verba August.

Christus est creatura non tñ filius adoptiuus

Bonauẽt.



¶ Hoc idẽ Bonauẽtura diffusiùs exprimens: Christum, inquit, esse filium Dei adoptiuũ, nequaquã admittat̃ siue ꝓferat̃ simpliciter, siue cũ determinatione, dicẽdo, inquãtũ hõ. filiatio nãq; (iuxta ꝑhabita) concernit personã. Adoptio quoq; in adoptato supponit extraneitatẽ, q̃a non ꝓprij filij adoptant̃, sed alieni. Ponit ẽt adoptio gratificationẽ, & ordinat ad possidẽdã hæreditatẽ. Istaq; tria adoptioni sunt substantialia. Ad hoc ergo, ꝙ aliq̃s sit filius adoptiuus, opꝫ, ꝙ ante adoptionẽ habeat aliquo mõ extraneitatẽ, & gratiæ donũ suscipiat, ꝑ quã ordinet̃ ad hæreditatẽ possidendã. Quãuis aũt Chr̃o conueniant duo hęc vltima, vtpote susceptio gratiæ, & hęreditatio ſm naturã assumptã, extraneitas: tñ à filiatione ei nõ competit, qm̃ ille à filiatione extat extraneus, qui non est filius. Potest verò quis dici non filius dupliciter, s. negatiuè, & contrariè. Negatiuè, qui non habet filiationẽ Dei siue habeat extraneã, siue non. Contrariè autem seu priuatiuè, qui est filius iræ, quorũ nullũ competit ꝑsonæ filij Dei. Oẽs demũ alię personæ gratiam Dei habentes, aliquam habent extraneitatẽ. hinc de oĩbus gratiã habentibꝰ dici põt, ꝙ sint filij adoptiui, dempta Christi ꝑsona. Præterea si q̃rat̃, an Christus filius Dei ſm quod hõ, potest concedi. ꝙ sic. Et si quæratur, an per gratiã, uel naturam: dicendum, ꝙ per gratiam: non tamen per gratiam adoptionis, sed vnionis, quæ multo præclarior est, idcirco non sequitur, ꝙ sit filius adoptiuus. Hæc Bonauentura.

Filiatio adoptiõis an cõueniat hoĩbus ꝑ Christũ.

Insuper quæri circa hæc potest, vtrũ filiatio adoptionis conueniat hominibus per Christum. ¶ videtur, ꝙ non, quia, & ante incarnationem ipsius, electi Dei in lege naturali. & scripta, fuerunt adoptiui filij Dei. ¶ Et respondendum, ꝙ quæstio ista intelligi potest dupliciter, quia hæc præpositio, per, notare potest causam effectiuã principalem, & item meritoriã seu dispositiuã, & si dicat meritoriam cãm, verum est, ꝙ sumus filij adoptionis per gratiam Christi, quia hanc meruit nobis, inquantum est caput ecclesiæ. Si verò importet causam effectiuam, adhuc verum est istud. Pater nãq; nos adoptauit ꝑ filium, & spiritumsanctum, & appropriatè loquendo, per filium, quantum ad inchoationem, atq; ꝑ spiritumsanctum, quantum ad consummationem, Nempe ad nostram adoptionẽ duo concurrunt, puta redemptio, q̃ facta est per filij missonem, & gratificatio, facta per missionem spiritussancti. Hinc in libro de spiritu, & anima legitur: A patre per filium, & spm̃sanctũ ad nos diuina descendunt. Pater quippè tradidit filium, quo nos redemit, misitq; spm̃sanctum, q̃ seruos adoptaret in filios: filiũ dedit in preciũ redẽptionis, spm̃sanctum in priuilegium adoptionis: sicq; tã per proprietatẽ, q̃ per appropriationẽ sumus Dei filij adoptiui ꝑ Christũ. Ex q̃bus patet, quõ verificet̃ illud Apostoli ad Rom. Accepistis spiritũ adoptionis filiorũ. Filiatio eñ adoptionis, appropriat̃ spirituisancto rõne gratificationis. Nihilominus cõpetit filio, q̃a ꝑ ꝓprietatẽ loquẽdo, indiuisa sũt oꝑa trinitatis: ꝑ appropriationẽ verò loquẽdo, põt al q̃d ſm diuersas rões appropriari pluribus diuinis personis. ¶ Ad obiectũ ergo dicendũ, ꝙ quãuis quidã fuerunt adoptiui filij Dei ante aduẽtũ Christi ſm rẽ, nõ tñ ante fidẽ Christi futuri: q̃a vt asserit Augustinus, nemo saluari potuit sine fide mediatoris, nec ante aduentũ saluatoris fuit plena rõ filiationis, qm̃ hęreditatẽ salutis nemo esse, q potuit quãtũlibet iustus. ¶ Quod si obijcias de angelis, ꝙ sunt filij, dicendum, ꝙ quãuis sint filij non mediantibus meritis saluatoris: attñ filij sunt ꝑ effectum, & ꝯformitatẽ filij Dei. nã ut August. fatet̃, opꝫ nos ĩ Dei filios adoptari ꝑ eũ, q ẽ filius ꝑ naturã. Porrò, si quæras: per quã gratiã efficiamur adoptiui filij Dei: Dicendũ, ꝙ in eo sumus adoptiui filij, in quo sumus ꝯformes imagini filij naturalis, ſm illud Apostoli ad Rom. Quos ꝑdestinauit ꝯformes fieri imaginis filij eius, quod dupliciter agit̃, s. ꝑ remotionẽ à malo, & hoc est ꝑ gratiã baptismalẽ, q̃ inquãtũ ẽ sacramentalis, medela est ꝯ malũ, & ꝑ ordinationẽ ad bonum, & hoc dupliciter, s. ex parte intellectus, & ita est fides: aut ex parte effectus, & sic est charitas. Si autem dicatur timor, aut humilitas facere filios Dei, hoc est dispositiuè. Hæc idem.

August.

Rom 8

August.

Obiectio. Dilutio.

August.

Rom. 8.

Thomas. ĩ hac dist.

Adoptio. quid

Circa hæc quærit in primis Thomas, vtrum Deo conueniat aliquẽ adoptare in filiũ. ¶ Rñdet, Adoptio trãsfertur ad diuina ex similitudine hũanorũ. Homo enim dr̃ aliquem in filium adoptare, ſm qđ ex gr̃a dat ei ius percipiendæ hæreditatis suæ, cui illud ius per naturã nõ cõpetit. Vñ adoptio dr̃ alicuius extraneæ ꝑsonæ in filiũ, vel nepotẽ uel deinceps, legitima assumptio. Porrò, hæreditas hoĩs dr̃ illa, qua diues est. Id autem, quo est diues, est suijpsius fruitio, quia ex ea est beatus, & ita hæc est hæreditas. Idcirco inquantũ dat gratiã perueniendi ad illã fruitionem hominibus, qui ex naturalibus suis ad illam pertingere nequeunt, dicitur eos adoptare, atque ex hoc competit eis ius percipiendi hæreditatem cælestem. ¶ Si autem quærat̃, an adoptare sit tantum Dei patris: Dicendum, ꝙ adoptare conuenit toti trinitati, quia vna, & indiuisa est oꝑatio eiꝰ adextra, sicut, & vna est eius essentia, nihilominus adoptare potest Deo patri appropriari, inquantum habet similitudinem cum proprio eius, quod est paternitas respectu filij naturalis. ¶ Sed obiici potest, q̃a per adoptionem efficimur fratres Christi, iuxta illud ad Hebræos: Vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Christus autem non est filius nisi Dei patris, ergo per adoptionem non sumus nisi Dei patris filii adoptiui, sicq; soli pr̃i conuenit adoptare. ¶ Respondendum, ꝙ ex adotione, q̃ est per gratiã, efficimur fratres Christi, inquantum per hoc efficimur filii Dei patris: non autem, inquantum efficimur filii Christi, aut spiritussancti: attamen adoptionis gratiam à tota trinitate effectiuè consequimur. ¶ Insuper quæri põt, an per solũ filiũ fiat adoptio. Dicendum, ꝙ præpositio, per, duplicem potest causam notare, videlicet causam agentem mediam. sicque adoptati sumus à patre per filium, appropriate loquendo: quia per filium Deus pater multos filios in gloriam adduxit. vt dicitur ad Hebræos, ſm quod filium misit saluatorem in mundum. Potest quoque notare causam formalem, & hoc dupliciter, vtpote inhærentem, & exemplarem. Si inhærentem,

An solos Deus pater nos adoptet.

Obiecto. Hebreæ 2. Dilutio.

Hebr 2.

tē,sic,adoptati sumus p̄ spiritū sanctū, cui charitas
appropriat̃,qua formaliter adoptamur, ac ꝓmere-
mur,iuxta illud ad Ephesios:Signati estis spiritu ꝓ-
missionis sancto,qui est pignus hæreditatis nostræ.
Ephes. 1. Si exēplarē,sic adoptati sumus per filiū.sicut ad Ro
manos asseritur: Quos præsciuit conformes fieri
imaginis filij sui. ¶ Præterea non oībus creaturis,
Roma. 8. Angeli adoptantur. sed solis rōnalibus,& intellectualibus cōuenit ado
ptari,qm̄ ipsæ duntaxat capaces sunt beatificæ frui
tionis:hinc nō solū hoībus,sed Angelis quoq; ꝯue-
nit adoptari.nā,& amborū naturalē cōditionē trā-
scēdit supnaturalis illa fruitio,nec obest, ꝙ Angeli
creati sunt in cælo empyreo,& itē ī gratia, nec vnq̄
fuerunt filij iræ:qm̄ domus Dei,in quā adoptiui ei⁹
filij inducunt̃, non est cælū empyreū principaliter,
sed beatitudo p̄fata,per quā Deus in seipso quiescit,
& electos in se requiescere facit.Accidit demū ado
ptioni,ꝙ adoptatus filius iræ,aut, ꝙ priùs tp̄e fue-
rit non filius.idcirco hoc ponit̃ in litera magis ad
euidētiā,q̄ ad neccessitatē adoptionis. Verū hoc est
de adoptionis necessitate, vt priùs natura sit nō fi-
lius,q̄ filius,quatenus filiatio ex natura sua non cō
petat sibi,sed ex gratia qñcunq; collata,quod inue-
nit̃ in Angelo.Hæc Thomas in Scripto.¶ De hoc au
tem,vtrum Christus sit filius odoptiuus, respondet
sicut ex Bonauentura responsum est.

art. 1. ¶At verò in tertia parte, quæstione 23. Aliquis,
ait,homo adoptat alium sibi in filium, inquantū ex
sua bonitate,& gratia ad suæ hæreditatis participa-
tionē illum admittit.Deus autem infinitæ est bonita
tis,ex qua contingit,ꝙ ad suorum participationem
bonorum creaturas suas admittit,p̄sertim rōnales,
quę inquantum ad imaginem Dei factæ, capaces
sunt felicitatis æternæ. Etenim filiatio adoptionis,
Gene. 1. similitudo quædam est filiationis naturalis. Filius
verò naturalis Dei patris,procedit à patre vt intel-
lectuale verbum ipsius,& vnum cum ipso existens.

Verbo æterno pōt aliquid trifariā assimilari. ¶Huic itaq; verbo potest aliquid tripliciter assimi-
lari.Primò,secundum rōnem formæ, non ꝯm rōnē
intelligibilitatis ipsius, quemadmodum forma do-
mus exterioris assimilatur formæ domus in
mente artificis, sicq; verbo æterno assimilatur
Iohan. 1. quælibet creatura,vtpote facta per verbum.Secun-
dò,vltra hoc etiam quantum ad intelligibilitatem,
sicut scientia in mente discipuli, verbo seu scientiæ
quæ est in mente magistri,& ita rōnalis creatura ēt
per suam naturam assimilatur verbo æterno. Ter-
tiò,creatura assimilatur verbo secundum vnitatem
quam habet verbum cū patre. Vnde Christus orat:
Sint vnum ī nobis, sicut, & nos vnum sumus, quod
Iohan. 3. fit per gratiam adoptionis,& charitatē,quia sic assi-
milatis cum Deo,debetur, & conuenit cælestis illa
hæreditas.Hæc in Summa.

Tarātasius Richar. ¶Cōcordat Petrus.¶Richard⁹ verò addit:Quidā
dicere voluerūt, ꝙ quāuis Chr̄s non sit Dei filius
adoptiuus,tñ hoc dici possit cū hac, aut simili re-
duplicatione,inquātū hō:qm̄ sic nō notat̃ esse filius
Dei adoptiuus,nisi rōne naturæ assumptæ,q̄ adopta
ta fuisse vr̃,quia ordine natura priùs fuit, q̄ gratiā
habuit,& qm̄ suū eē actuale,atq; reale est ipsam in
verbo assumēte esse, nec vnquā habuit aliud esse in
tp̄e,vel instanti:sicq; nō priùs tp̄e fuit verbo vnita,
q̄ gratiā in esse reali habuerit.¶ Alij cōiùs tenēt op
positum pp̄ motiua p̄tacta,& qm̄, nec priùs dura-
tione,neq; natura Christus ꝯm quod hō, fuit nō fi-
lius patris,q̄ filius,imò priùs ordine naturę huma-
na Christi natura habuit gratiā, q̄ fuit assumpta à
verbo,à quo p̄ gratiam vnionis assumpta est, ita,ꝙ
gr̄a illa antecedēter se habuit in mente p̄ordinatio
ne verbi æterni,ꝯm sensum p̄habitū:hinc ꝯm q̄b ho-
mo,dici non potest filius adoptiuus. Hæc Richar-
dus,qui tñ opinionem primam non reprobat.

¶At verò Albertus:Adoptio,asserit,dupliciter fit Albertus Magnus.
per leges.Primò,dū aliquis,qui sui est iuris,adoptat̃
in filium,& transit in tutelam, atq: dñium adoptā
tium, & consimiliter filij sui, quos habet, q̄ adopta
tio arrogatio appellatur.Alia est adoptatio eius, q̄
non est sui iuris,sed adhuc sub gubernatione est pa
tris naturalis,& ille non transit ad dñium adoptan
tium. Itaq; dico, quod adoptio gratiæ partim est
similis adoptioni legali, partim dissimilis. nempe
quantum adhoc,ꝙ adoptio fit per adoptantis fauo
rem ad adoptatum,& quod adoptatus arrogatio-
ne transit in potestatem patris adoptiui, & quo ad
ius percipiendi aliquid de hæreditate secundum
portionem filij adoptiui, est simile: verum quo ad
hoc,quod pater adoptiuus filio adoptato non te-
netur dare nisi quartam partem bonorum, & quo
ad hoc, ꝙ extraneus est ab eo,ita,quòd non produ-
xit eum in esse, est aliquantulum dissimile. Aliquid
quoque commune inuenitur vtriq; adoptioni, vi-
delicet quo ad hoc,quòd aliqui per adoptionis gra
tiam inspecialiorem transeunt potestatē Dei adop-
tantis,vt religiosi,qui quasi arrogantur, eo, quod Deut. 33.
primò se faciunt emancipatos,secūdum illud Deu
teronomij:Qui dixerunt patri suo,& matri suæ.Nes
cio uos,& fratribus suis,Ignoro illos, hi custodie-
runt eloquium tuum domine.Alij verò remanentes
in seculo,in cura,& solicitudine huius vitæ, magis
habent aliud simile adoptioni simplici. Hæc quoq;
adoptatio spiritalis, ac diuina, largiori fit modo,
quàm humana. Hæc enim fit ad totam hæredita-
tem,& ab eo,qui naturalem,& proprium filium ha
bet.Hæc Albertus,qui in cæteris concordat dictis Vdalricus
ex Tho.& ꝓtestat̃ Chr̄m nō esse Dei filiū adoptiuū.
¶Præterea circa hæc multa inducit Vdalric⁹ de ado
ptione,eiusq; specieb⁹, q̄ sunt arrogatio,& adoptio
simplex:de quib⁹ iā tactum est ex Alberto, & qua-
liter ab inuicē distinguant̃,q̄ materia potius p̄tinet
ad iuristas,idcirco dimitto.In cæteris ea, q̄ scribit,
nūc ex Thoma,Bonauentura,ac alijs sunt inducta.

## *Vtrum Christus sit creatura, vel creatus, vel factus.* *Distinctio. XI.*

SOlet etiam quæri,Vtrū debeat simpliciter dici,atq; cōcedi,Christū esse fa
ctū,vel creatū,vel creaturā. Ad quod dici pōt,hoc simpliciter,& absq; de
terminatione minus cōgruenter dici. Et si qñq; breuitatis cā simpliciter
denunciet̃,nunq̄ tñ simpliciter debet intelligi:qa vt Augustinus in I.li.de
Aug.c 8. Trinit.ait,Cū de Christo loquimur,quid,ꝯm qd,& p̄p̄ quid dicat̃,prudēs,
& diligens,ac pius lector intelligere debet.Qui Christū,vel Dei filium,non esse factū,
Iohan. 1. vel creaturam,in I.lib.de Trin.ostendit,ita inquiens:In principio erat verbum, & ver-
bum caro factum est,& omnia per ipsum facta sunt.Neq; dicit oīa,nisi,quæ facta sunt,
id est,omnem creaturam.Vnde liquidò apparet,ipsum factum nōn esse, p̄ quē oīa fa-
cta



cta sunt:& si factus nō est creatura non est.Si aūt creatura nō est,eiusdem cū patre sub-
stantiæ est. Omnis em̄ substantia,quę Deus nō est,creatura est: & quę creatura non est
Deus est.sed si filius nō est eiusdē substātię,cuius pater, ergo facta substantia est: & si fa- August.
cta substātia est,non oīa p̄ ipsum facta sunt.At oīa p̄ ipsum facta sunt,facta ergo substā
tia non est,sed unà cū parte infecta substātia est.Idē in eodē:Si uel filiū fecit pater,quem
nō fecit ipse filius, nō oīa p̄ filiū facta sunt. at oīa p̄ filiū facta sunt, ipse ergo factus non
est,ut cū patre faceret oīa,q̄ facta sunt.idē in lib.lxxxiij.quęstionū:Dicitur creatura quic
quid fecit Deus pater p̄ filium,qui nō potest appellari creatura, qm̄ p̄ ipsum facta sunt
oīa.Ambrosius in primò li.de Trinitate:Probemus,inquit,creaturā nō esse Dei filium. Ambro. Mar. 16.
Audiuimus em̄ in euāgelio dñm mādasse discipulis,Prędicatę euāgeliū uniuersę crea
turæ.Qui uniuersam creaturā dicit nullā excipit. & ubi sunt q creaturā Christum ap-
pellant? Nā si creatura esset,sibi mandaret euangelium prædicari,& subiectus esset ua-
nitati:quia testāte Apostolo, Omnis creatura vanitati subiecta est. Non ergo Christus Roma. 8.
creatura est,sed creator,qui docendæ creaturæ discipulis mandat officium.

## *De perfidia, & pœna Arrij.*

Arrij hæc fuisse perfidia legitur,ut Christum creaturā fateret̃.Iō effusa sunt Arrij ui-
scera,atq; crepuit medius:prostratus in faciē,ea quibus Christū negauerat,fęda ora pol Arrij perfidia.
lutus.His, alijsq; pluribus testimonijs instruimur,non debere fateri simpliciter Christū
esse factū uel creaturā:sed addita determinatiōe,recte dici potest,ut si dicat̃ factus secū
dū carnē, uel secūdū hominē,ut factura humanitati,nō Deo attribuatur.Vt enim ait Ambro.
Ambrosius in I.lib.de Trinitate,Non Deus factus est,sed Deus Dei filius natus est: po-
stea uerò secundum carnē hō factus ex Maria est.Misit em̄ Deus filiū, suum,factum ex
muliere,factum sub lege.filium,inquit,suum scilicet,non unum de multis, Cum dicit Galat. 4.
suū,generationis æternę proprietatē signauit.Postea factū ex muliere asseruit, ut factu
ra nō diuinitati,sed assumptioni corporis asscriberet̃.Factum ergo ex muliere dicit,ꝓ-
pter carnis susceptionē: sub lege,propter obseruantiā legis.Generatio generationi non
præiudicat,nec caro diuinitati. Deus enim æternus incarnationis sacramētū suscepit, Coloss. 1. Iohan. 1. & 3.
nō diuiduus,sed unus.& in utroq; unus,s.diuinitate,& corpore.Nō em̄ alter ex parte,al
ter ex uirgine: sed idē aliter ex parte,aliter ex uirgine: q factus est secundum nr̃æ susce
ptionē naturę nō secundū æternæ substātiā uitę,quem legimus primogenitū:& unige
nitum:primogenitū:qa nemo ante ipsum:unigenitū,qa nemo post ipsum.Ex his euidē
ter traditur, qua intelligentia accipiendum si, cum dr̃ Chr̄s factus,uel simpliciter, uel
cum additamento,ut factura,s.uel creatura,non ad assumentem Deū,sed assumptū ho
minem referat̃.In Deo em̄ creatura esse nō pōt, ut Ambrosius ait in I.lib.de Trin.Nun Ambrosi.
qd dico,factus est Chr̄s? Nūqd mādato creatus est Chr̄s? Quō aūt creatura esse in Deo
pōt? Etem̄ Deus naturæ simplicis est,nō cōiunctæ,atq; cōpositæ,cui nihil accidat,sed so
lum qđ diuinum est ī natura habeat sua.Etsi ergo Chr̄s ꝯm hoīem dr̃ creatura, non tñ
simpliciter p̄dicādus eū creatura.Nec ex eo, ꝙ Chr̄s ꝯm hoīem dr̃ esse creatura, potest
qs progredi sic argumētando:Si ꝯm qđ homo,Chr̄s est creatura,uel rōnalis,uel nō:uel
irrationalis. quę est Deus,uel nō,nitens p̄ hoc ꝓbare,Chr̄m esse aliquid nō diuinum: qa quod ipse
est secundum hoīem, ipse est.Et iō si ꝯm hoīem est substātia aliqua non diuina, est uti
que aliqd non diuinū.Sed ex tropicis locutionib⁹ nō est recta argumētatiōis processio.
Illa aūt locutio tropica est, qua Chr̄s dr̃ creatura, uel simpliciter, uel cū adiunctione.

Summa distinctionis. XI. DEclarato quòd Christus nō sit adoptiuus
Dei filius appellandus, hic sciscitatur
an absolutè sit cōcedendum,quòd Chri-
stus sit creatura: & uarijs sanctorum di-
ctis,potissimè Augustini, probat hoc conceden-
dum non esse simpliciter, sed solum cum addi-
tione, & determinatione, dicendo: Christus se-
cundum quod homo, uel inquantum homo, est
creatura.

QVAESTIO I.

DE hoc ergo quæritur primò, *An Christus di*
*cendus sit creatura.* ¶ Videtur quòd sic, quo-
Leo papa Bernard. Anselmus niā Leo papa testatur in homilia: Si homo non pec
casset, creator mundi creatura non fieret. Sanctus
quoque Bernardus atque Anselmus in suis deuotis
tractatibus frequenter illud protestantur, quòd
Christus sit summus, & infimus,creator & creatu-
ra,qui condidit nos,& propter nos factus est crea-
tura.Insuper est homo absolutè loquendo,ergo est
animal,& corpus: sed omne aīal, & omne corpus
est creatura,cum Deus sit prorsus immaterialis,& In oppositum.
incomparabilis.

¶In oppositum sunt,quæ habentur in textu.¶Ad Albertus Magnus.
hoc Albertus respondet:Propositiones istæ, Chri-
stus est creatura,hic homo (Christum demonstrā-
do) creatus est,& eis consimiles falsæ sunt, si sine
determinatione dicantur. Si enim sit Christus ex
parte subiecti cum nota demonstrationis, necessa-
riò stabit pro supposito & persona ex duplici cau-
sa,uidelicet propter demonstrationem, quia non
demonstratur nisi persona,& etiam ratione subie-
cti, non enim subijcitur gratia naturæ, sed per-

sonæ:ideo cū persona nō sit creata,nec creatura,locutiones istę sunt falsæ, Iste homo(Christo ostenso) est creatura,& Chrs est creatura. Etenim si subijciatur Christus seu Iesus in proprio noīe, nomē illud ꝑsonæ est:iō falsa est ꝓpositio talis, si sine determinatione ꝓmatur.Si verò supponatur cū subiecto nominãte personã, aut personalitatē æternã,iterum falsa est:ut cum dr̄, filius Dei est creatura , uel Iesus seu Christns est creatura.Si āt creatura sit ex parte subiecti,& hic homo secūdum aliquod noīatorū ex parte p̄dicati, denuo falsa est,cū inartificialis sit,qm̄ ꝓpter unionē uel nomē, prædicatū stabit ꝓ ꝑsona, & subiectū ꝓ forma creationis, idcirco tūc itelligitur conuerti propositio:ut cum dr̄,aliqua creatura, uel creatura , est hic homo. sicq; rursus tunc falsa est. ideo in omni casu est falsa, dum sine determinatione proponitur. ¶ Si aūt objiciatur,quia ista est vera,Hic hō estDeus,ꝑ hypostaticã unionē: ergo per cōuersionē, Deus est hic hō . Aut ergo creatus hō , aut nō creatus hō . Si non creatus homo,ergo est aliquis homo non creatus,quod falsum est,ergo Deus est creatus homo. Sed creatus hō est creatura,ergo deus seu filius Dei uel Christus,ē creatura.

Obiectio.

¶Dicendum ꝙ hic homo seu Christus,supponit ꝑsona constante in duplici natura,& ideo persona simpliciter increata est, & secundum quid creata,hinc simpliciter dicenda non est creatus homo. Sed istæ duæ, est creatus homo, est non creatus homo:non opponuntur per affirmationē & negationem,cum ambæ sint affirmatiuæ.Si autē hæc detur,nō est creatus homo : nō potest inferri,ergo est nō creatus homo, ita ꝙ nō creatus homo ualeat tã tum sicut increatus . Nam ut ait Magister primò lib.4.distinctione,cū ita arguitur,Deus genuit Deū ergo eundē Deum vel alium Deum:non sequit̄,qa nec alium Deum ꝓpter idētitatem naturæ,nec eundem propter distinctionem personæ. Ita uidet̄ hic dicendum,propter diuersitatē naturarum in una ꝑsona. Cum enim homo seu hic homo,supponat ꝑsonã subsistentem in duabus naturis,propter icreatã naturã non sequitur,quòd sit creatus, & propter naturã creatã nō sequitur,quòd sit increatus.unde non sequitur,quòd sit creatus homo, vel increatus homo. Quemadmodum etiã Christus nō est dicendus esse creatura, nisi cum prætacta determinatione,ita nec dici debet substantia facta, nisi cum determinatione consimili. Hæc Albert.

Dilutio.

Petr. Lon.

¶Hinc scribit Vdalricus: Christus ratione naturæ assumptæ nō est dicendus creatura sine determinatione:quoniam differētia est inter creaturã, & cōcreatū.Creatura quippe est,quæ de nouo & nihilo producta est in proprium esse, quo per se existit: concreatum verò, quod de nihilo productum est non in esse absolutum,sed in esse in alio.Quod uerò in Christo per se existit, est diuina natura, quæ nequaquã ex nihilo est:idcirco non potest dici creatura absolutè, ideo ubicunq; à sanctis & authenticis uiris dicitur creatura,semper intelligēdum est cum implicita conditione,ut cum 3. libro loquitur Damascenus,ꝙ Christus non scãdalizat̄ ad nomē creaturæ.Qđ enim non est aptum conuenire toti,nisi rōne partis, prædicatur sine determinatione de toto, ut cum dicitur,Socrates est crispus, cum in solo capite sit crispitudo. Cum uerò prædicatum natum ē conuenire toti secundum se,& non conuenit nisi parti,tunc sine determinatione est falsa locutio, & cum determinatiōe est vera.Propterea ista, Aethiops est albus,falsa est,& ista, Aethiops secundum dentes est albus,est uera:non tamen est propria,sed figuratiuã s̄m synecdochen.Esse autē creaturã,magis ꝓpriè cōpetit supposito per se existenti,q̃ naturæ in supposito. Christo quoq; nō competit nisi rōne partis,id est,naturæ assumptæ: ideo ista est falsa, Chrs est creatura:istaq; uera, sed figuratiuè Christus secundum quod homo,est creatura. Hæc Vdalricus in Summa sua lib.5.cap.12.ī quo plura adiungit ad cognoscendum qualiter ea,quæ sunt humanæ naturæ,prædicentur de filio dei.Si,inq̃ens,quæratur quomodo ea, quæ sunt humanæ naturæ, ualeant de Dei filio prædicari,cum nec ibi sit p̄dicatio ꝑ idētitatē,sicut filius Dei dr̄ eē diuina natura:nec ꝑ informationē,cum dei naturã seu personã informare nil posit creatum.¶Respondemus ꝙ ista informant humanã Christi naturã,cui substat diuina persona:ideo sicut quælibet creatura cum oībus ad se pertinentibus, prædicat̄ de suo supposito in cōcreto. non in abstracto,sic & ista dicuntur de Christo Hinc sicut dicimus,filius Dei est homo,non autem quòd filius Dei est humanitas:sic dicimus ꝙ Christus est animal,nō animalitas:& rōnale,non rōnalitas:& risibile, non risibilitas ipsa. Nec tamen hæc omnia q̃ sunt humanę naturæ possunt dici de filio Dei:ideo ad habendum in his discretionem, sciendūm ꝙ ea quæ conueniūt humanæ naturæ, quatuor sunt modorum. Quædã nanq; exprimunt rōnē naturæ,prout ipsa est natura formalis atq; communis:ut cū dicit̄. homo est species : & illa de nullo suppositorum dici queunt,non solum in creaturis, sed etiã in diuinis.Non enim dici potest,qđ persona communis sit tribus,aut tribus personis cōicabilis,sicut natura.Hinc nec de filio Dei dici possunt ea,q̃ sic cōueniunt naturæ humanæ:Hæc etem̄ sunt naturæ,s̄m quod à suppositis differunt.Quædã verò exprimunt Dei actionem circa naturã assumptã vt assumere & unire:hæcq; dicuntur etiã de natura humana,q̃ illa actione mutata est:ideo non dicūtur de persona, q̃ fuit harum terminus actionum, imo ipsa potius fuit assumens, ac uniens sibi naturam.Quędam autem dicunt rē,quę de sua ratione potius est personæ quàm naturæ, ut esse creaturã, esse p̄destinatum:& ista de Christo homine absolute p̄dicari nō ualent,sed cum determinatione. Alia sunt ꝑ se p̄dicata naturæ,vt rationale, risibile, animal,substãtia, & cōsimilia,sine q̃bus nec intelligi pōt natura illa: & hæc dicunt̄ de omni hūanæ naturæ supposito eo modo,quo natura p̄dicat̄ de eis utpote in concreto,nō in abstracto. Vnde hæc oīa dicunt̄ de Chro eodē mō. Cumq; hæc sola ꝓpriè cōsequant̄ naturã humanã, cū sint cōditiones reales,principaliter & ꝑ se consequens naturã humanã,iō regulariter tradi pōt qđ omnia concernētia naturã, prædicentur de Christo.Hæc Vdalricus.

Li.5.ca.12.

Io. Dam.

Quæstio.

Respons.

¶Circa hęc Thomas primò interrogat, utrum filius Dei sit creatura,& de hoc satis tractatū est supᵱ primū diffusè,& ostensum qđ nō,ad gloriã unigeniti Dei,& ꝯfusionē sceleratissimi,ac damnatissimi Arrij,nec oportet eãdē sæpius iterare. ¶Secūdò sciscitat̄,an Chrs sit creatura.Rn̄det,creatio ꝓpriè respicit esse rei:onde dicitur lib.de Causis,qđ esse est ꝑ creationem,alia per informationē Esse autē simpliciter,est suppositi.Alia verò dicunt̄ esse,inquãtū suppositum ī eis subsistit:uel essentialiter,ut forma & materia,ac natura. Hinc esse de supposito simpliciter dictū,significat esse ꝑsonale ipsius:sed esse,put cōuenit parti uel accidēti,nō dicitur simpliciter de supposito,quin potius suppositū dr̄ esse ī illo. Hinc cum dico,Christus est, significat̄ esse suæ ꝑsonæ,nō naturę aut partis uel accidētis. Cumq; ī Christo sit unio naturarū in esse, & unitate ꝑsonæ, esse illud simpliciter dictū, est ꝑsonale & increatū:idcirco Christus non potest dici creatura,non solū ad uitandum hæresim Arrii,vt aliqui dicunt,sed & ad uitandum falsitatē. Attamen dici potest, ꝙ aliquid creatum sit in Christo, puta natura humana, nam quamuis esse Chri sit unū,habet tamen respectū ad naturam humanã.Porrò cū dicitur,Christus est hō creatus locutio ex duplex: qm̄ participium illud creatus potest determinare prædicatum in comparatione ad subiectū:& sic potest esse uera, sicut & ista, Christus factus est homo. Si aūt determinet p̄dicatū absolutè,est falsa,quia in homine non intelligitur tm̄ natura,sed & persona æterna,cui non cōuenit eē creatū.Hæc Thomas in Scripto;ubi & cōsequenter ostendit,ꝙ Christus sit creatura secundū quod homo, prout hoc ex Vdalrico est declaratū.

In hac dist. art. 3.

Arius.

Liber de Causis.

¶Tertiò quærit, An ea q̃ sunt humanæ naturę,p̄dicentur de filio Dei.¶Respondet,natura & suppositum in quibusdam differunt re & rōne,ut in compositis: in quibusdã ratione & nomine, ut in diuinis. Differentia uerò quę est secundum rationē, est differentia oppositionis,quia suppositum & natura habent intentiones oppositas: hinc pertinentia ad rationem naturę,nullo modo prædicantur de supposito,nec in cōcreto, neq; in abstracto , uidelicet in diuinis, nec in humanis : sicut pater non dicitur cōmune tribus. Differentia autem realis nō est oppositionis, sed est sicut formalis principij ad formatum.Hinc quæ secundū rē pertinent ad naturã, possunt de supposito p̄dicari, quemadmodū & natura,uidelicet in concreto.Cūq; in Christo sit unū suppositū utriusq; naturæ,possunt de eodē supposito prædicari ea,quæ utranq; consequuntur naturam secundum rem,sicut & ipsæ naturæ,ut supra in Vdalrico.

In hac di sti. art. 3.

Articu. 8.

¶Præterea in tertia parte,16. quæst. respondens ad istud,an Christus sit creatura, affirmat. Ex uerbis inordinatè prolatis incurrit̄ hæresis, ut ait Hieronymus:hinc cū hæreticis nec noīa debemus habere communia, ne eorū errori uideamur fauere. Arriani autem hæretici dixerunt Christum patre esse minorē ac creaturã,nō solū ratione naturę humanæ,sed & ratione ꝑsonę diuinæ: iō nō est absolutè dicendū, Christū esse creaturã aut patre minorē.Ea verò de quibus suspicari non pōt,quod diuinæ naturæ conueniant secundū seipsam, possunt simpliciter dici de Christo ratione naturæ assumptę sicut simpliciter dicimus Christū esse passum,mortuū & sepultū. Quēadmodum etiã in rebus corporalibus & humanis, ea quæ in dubitationē queunt uenire,an cōueniãt toti an parti,si insunt alicui parti,nō attribuimus ea toti simpliciter, sed cū determinatione,quia non dicimus, Aethiops est albus, sed ꝙ albus est secundū dētes.Smpliciter uerò dicimus, ꝙ hō est crispus aut simus seu surdus, qa ista nō insunt nisi secūdū capillos, determinatasve corporis partes.Hinc quoq; sine determinatione nō dicimus, ꝙ Christus est incorporeus, ne uideamur Manichæo consentire, quid dixit nō uerum corpus Christum assumpsisse. Hæc Thomas.In q̃bus īsinuare uidetur,hanc, Christus est creatura, negari solū aut pręcipue ad uitandum hæresim Arrij.

Verba hæreticorum non sunt ī vsum fidelium accipienda.

Tho.3.par te quæstio. 16.art. 10.

¶Insuper,respōdendo ad istud, Vtrum Christus secundum quod homo, sit creatura, differit: Hoc nomen homo potest in reduplicatiōe resumi rōne suppositi,& itē ratione naturæ.Si resumat̄ rōne suppositi,falsa est: quia suppositum humanę naturę in Christo est increatum.Si autem ratione naturæ est vera.Veruntamen nomen ita in reduplicatione resumptum,magis proprie uidetur resumptum rōne naturę q̃ suppositi.Resumitur nãq; in ui prædicati, quod tenetur formaliter: Idem q̃ppe est dicere, Christus secundum quod homo, ac si diceretur. Christus s̄m quod est homo: hinc magis concedēda est hæc q̃ negãdã.Si tamen quod adderetur,per quod ad suppositum traheretur,potius esset negãda.ut si dicatur,Christus secundum quod hic homo,est creatura.Hæc Thomas.

Dionysius contra S. Thomam.

¶Qui in his asserit unum, quod & alibi frequenter asseruit,utpotè ꝙ in rebus cōpositis, puta corporeis,natura & suppositum realiter differunt: ꝯ quod objici potest ꝙ natura in cōcreto p̄dicat̄ de supposito,ut species de indiuiduo, sicut cum dicimus,Petrus est homo, & hoc per realē identitatē, qa inq̄d est:non ergo realiter abinuicē distinguūtur, imò realiter (q̃uis nō cōuertibiliter) idē sunt. Deniq; nec ipsa natura in hm̄oi rebus,etiã si in abstracto sumatur.à supposito differt realiter potissime s̄m Thomã,q̄ asserit materiam,imò & corpus naturale,esse de q̄dditate seu essentia corporalium rerū sic etem̄ ipsa Petri humanitas non est realiter aliud q̄d à Petro, cū sit forma, & materia eius simul sumptæ.Ad hoc ualet quod s̄m Boethium atq; Porphyrium species est tota q̄dditas indiuiduorū.Si aūt dicat̄,ꝙ suppositū suꝑ addat naturæ aut speciei indiuiduantia: q̄ritur an formaliter illa includat,& de quo gn̄e prædicamentaliter sint illa. Qđ si formaliter illa includit q̄rit̄ an illa aliq̄d superaddat naturæ specificæ,qđ sit de gn̄e substãtiæ: etsi sic,nō est species tota indiuidui q̄dditas:si uerò superadditū illud sit aliquo genere accidētis indiuiduum substãtiæ nō erit in substantiæ,sed alicuius accidentis pręedicamento. Quod enim in proprio intellectu, seu formali sua rōne includit accidens, in genere ponitur accidentis quod includit,ut domus, seu domus hæc.

Boethius Porphy.

¶Deniq; Richardus & Petrus Thomistę p̄cipui, aliq̄n ꝓtestant̄,ꝙ in materialibus suppositum & natura realiter idē sunt.Nihilominus in hoc loco Petrus sequit̄ Thomã,ēt in ista assertione,q̄ ēt q̄rit̄ hic an aliquod creatū sit in ꝑsona filij dei.Respondet, aliq̄d esse in deo, q̄d dupliciter pōt intelligi. primò, rōne idētitatis, ut bonitas. Secundò,rōne originis, ut pater in filio.Tertiò,rōne causalitatis,sicut om̄is creatura est in Deo idealiter atq; causaliter.Quartò,ratione unionis,sicut natura humana in filio.& sic duobus his ultimis modis aliq̄d creatū in filio Dei cōsistit.Nec dici pōt, ꝙ Christus secūdū qđ hō sit pura creatura,cū eius humanitas sit diuinæ naturæ ac uerbo unita.Nec sequit̄,Christus est hō,ergo est creatura:cū creatura sit in p̄dicamēto relatiōis, hō in p̄dicamēto substãtiæ.Hæc Petrus. Scripta de mū Richardi de his,in præhabitis cōtinētur. ¶Porrò quod dixi de reali idētitate naturæ & suppositi in rebus cōpositis.Hēricus quoq; ꝓlixē elucidat ac fatet̄ q̄dlibeto quarto,quarta quæstione,q̃uis dicat ea aliud & aliud eē secūdū ꝯsiderationē & modū intelligēdi.unde & addit,ꝙ hãc p̄dicationē, hō est humanitas, nō impedit aliq̄ diuersitas q̃ est in re, sed solū illa q̃ est in mō significãdi & cōsiderãdi.ꝓpter quod 7.Metaphysicę loq̄tur Commentator,ꝙ q̄dditas hoīs, puta humanitas, uno modo est homo,alio modo nō est homo. Hæc Hēricus. ¶Istud quoq; (ni fallor) est de mente sancti doctoris, quamuis uerba eius aliud uideant prætendere.

Richard. Tarantas.

In Deo dicitur aliquod esse quadritariam.

Gãdauus.

Auerrois.

¶Præterea Durãdus circa hæc multa īducit,nec tm̄ absolutè audet asserere ꝙ Chrs sit creatura, sed ꝙ posit admitti ad hūc sensū,Chrs est creatura.i. hēns naturã creatã. Aliqua quoq; ꝓducit quasi ad infir-

Durandus

infirmandum prætacta motiua Thomæ aliorum,
cur Christus non sit absolutè creatura dicēdus. Nā
absolutè dicimus Christum natum ex uirgine. Verū
ea quæ dicit, ex Thoma clare soluuntur nec præua-
lent cōtra prædicta. Etenim absolutè dicitur natas
de uirgine, sicut & absolutè dicitur passus, quoniā
palā est, sibi tale q̄d non conuenire nisi rōne naturæ
Io. Scotus hūanæ. ¶Scotus ēt circa hæc tangit diuersa, & inuo-
lutionem facit, quæ ueritatem hanc uidetur magis
Doctor irrefrag. obscurare quàm declarare. Doctor uero irrefraga-
Doctor deuotus. bilis, & doctor deuotus, dictis ex Thoma, Alberto,
Vdalrico concordant.

## *An homo ille semper fuerit, vel cœperit esse. Distinctio XII.*

POst prædicta quęritur, Vtrum homo ille cęperit esse, vel semp̄ fuerit: sicut sim
pliciter enunciamus Christū, vel Dei filium, sp̄ fuisse, nec cępisse. De hoc Augu
Auguſt. stinus ita inquit super Iohannem: Habuit aliq̄n Dei filius, quod nondū habuit
idem ipse homo Dei filius, q̄a nondum erat hō. Itē idem in eodē: Priusquam mundus
esset, nec nos eramus, nec ipse mediator Dei, & hominum homo Christus Iesus. Idem
Ad partē negatiuā. super Psal. Christus noster etsi forte hō recens est, tn̄ est æternus Deus. Alibi verò legit,
Iohan. 8. quòd puer ille creauit stellas. Et Christus dicit se esse principium, & esse ante Abraam.
His ergo, alijsq́; auctoritatibus in nullo resultantes, dicimus hominem illū inquantum
Auguſt. hō est, cœpisse: inquantum verbum est, semper fuisse. Hic enim absq; distinctione non
est referenda responsio. Nam, & ipse Augustinus huiusmodi utitur distinctione in plu-
Iohan. 1. ribus locis, dicens per Chr̄m oīa esse facta, inquantum verbum est: secundum illud ve-
rò, q homo est, ipsum esse factum, & glorificatū. Si ergo ad personam respicias, confi-
denter dic hominem illum sēper fuisse: si uerò ad naturam hoīs, concede eum cepisse.

## *Si Deus alium hominē assumere potuit, vel aliunde, quā de genere Adæ.*

Solet etiam quæri, Vtrū aliū hoīem, uel aliūde, q̄ de genere illius Adæ, Deus assume
Auguſt. re potuerit. Ad quod sane dici potest, ipsum aliam animā, & aliam carnē potuisse assu-
mere, quia gratia tm̄ assumpta est anima illa, & caro à uerbo Dei. Vt.n. Augustinus. In
rebus per tempus ortis, illa summa gr̄a est, q homo in unitate personæ coniunctus est
Deo. Potuit ergo Deus aliam animam, & aliam carnem sumere, & carnem utiq; aliun
Idem. de, q̄ de genere Adæ. Vnde Augustinus in li. XIII. de Trini. Potuit itaq; Deus hominē
1. Tim. 2. aliunde suscipere, in quo esset mediator Dei, & hominum, non de genere illius Adæ,
qui pctō suo obligauit genus humanum: sicut ipsum quem primo creauit, non de ge-
nere alicuius creauit. Poterat ergo, uel sic, uel alio, quo vellet modo, creare unum ali-
um, de quo uinceretur uictor prioris. Sed melius iudicauit, & de ipso, quod uictū fue-
rat, genere assumere hominē, per quē hominis uinceret inimicum: & tamen ex virgi-
ne, cuius conceptum spiritus, non caro: fides, non libido præuenit. nec interfuit carnis
concupiscentia, qua cęteri concipiuntur, qui originale trahunt peccatum. sed creden-
do, non concumbendo facta est fœcundata virginitas. Ex his apertè ostenditur, &
alium, & aliunde hominem Deum assumere potuisse.

## *Si homo ille potuit peccare, vel non esse Deus.*

Ideo non immeritò quæritur, Vtrum homo ille potuerit peccare, uel nō esse Deus.
Si enim potuit peccare, & potuit damnari. Si potuit damnari, potuit non esse deus, er-
Psal. 5. go si potuit peccare, potuit non esse Deus: quia esse Deū, & posse uelle iniquitatem, si-
mul esse nequeunt. Hic distinctione opus est, vtrum de persona an de natura agatur. Si
enim de persona agitur, manifestum est, quia peccare non potuit, nec Deus non esse po
tuit. Si uero de natura, discutiendum est, utrum agatur de ea vt uerbo unita, an de ea tā
quam non unita verbo, & tamen enti: id est, an de ea secundum quod fuit unita verbo,
an de ea secundum quod esse potuit & non unita verbo. Non est enim ambiguum
animam illam entem unitam verbo, peccare non posse: & est sine ambiguitate verum,
eandem, si esset & non unita verbo, posse peccare.

## *Quorundam opinio quòd potuerit etiam unita peccare.*

Obiectio. Quidam tamen probare conantur, etiam eam unitam uerbo posse peccare, quia li-
Dilutio. berum arbitrium habet, & ita potest flecti in utrāque partē. Quod friuolum est, cū &
angeli liberum arbitrium habeant, & tamen gratia adeo sunt confirmati, ut peccare
Iohan. 3. nequeāt. Quanto magis ergo ille homo, cui spiritus est datus sine mensura: inducunt
quoque auctoritatem ad probandū idē. Scriptum est.n. in lib. sapiē. Qui potuit trāsgre
Eccl. 31. di, & non est transgressus, facere malū, & nō fecit. Sed hoc accipiendum est secundum
membra, uel partim de capite, uel partim de membris. De capite, Non est trans-
gressus, & non fecit malum: de membris, Potuit transgredi, & facere malum.

## *Si Deus potuerit assumere hominem in sexu muliebri.*

Quæstio curiosa. Solet etiam q̄ri (quamuis curiosè) è nōnullis, si Deus humanā naturā potuit assume
re secūdū muliebrē sexū. Quidā arbitrant nō potuisse assumere hoīem in fœmineo se
xu,



xu, vt assumpsit in uirili. Sed oportuniùs, atq; conuenientiùs factū est, ut de fœmina na-
sceretur, & uirum assumeret, ut ita utriusq; sexus liberatio ostenderetur. Vnde Augusti
Auguſti nus in lib. LXXXIII. quæstionum: Hominis liberatio in utroq; sexu debuit apparere
ergo quia uirum oportebat suscipere, qui sexus honorabilior est consequens erat & fœ-
minei sexus liberatio. Hinc apparet, quia ille uir de fœmina natus est. Sapientia ergo
Dei quæ dicitur unigenitus filius, homine suscepto in utero & de vtero uerginis, libe-
rationem hominis indicauit.

Summa distinctionis XII. DIscusso in pcedēti distinctione, an Christus
fuerit creatura, opportunè hic q̄rit vtrum
hō ille, uidelicet Christus, cęperit esse, an
sēper & ab æterno extiterit. Huic quoq; q̄-
stioni alias tres adiūgit. Prima ē, an filius Dei potuit
humanitatē assumere aliūde, quàm de gn̄e & semine
Adæ. Secūda, an peccādi potētiā habuit. Tertia, an
potuit humanā naturā in fœmineo sexu assumere.

QVAESTIO I.

PRimò ergo hic quæritur. *An iste homo (Christum monstrando) incepit esse.* ¶Videtur, q non,
In partem negatiuā. quia hic homo (Christo ostenso) designat, & sup-
ponit æternā, & increatā personā, uidelicet verbū
incarnatū: quod cum sit patri coæternū, nequaquā
esse incepit. ¶Secūdò, quod esse incepit, habet esse
post nō esse: & omne tale creatū est, ac de potētia
exiuit in actum, atq; ex se nihil est, q̄ Deo vero nul
latenus competunt. ¶Tertiò, Christus in Apocaly-
Apoc. 1. psi testatur: Ego sum alpha, & ω pricipiū & finis, pri
mus & nouissimus. Quod autem principium est,
non incepit, alioquin quod in potentia est, seipsum
eduxisset in actum. Aliàs quoque testatur: Ante-
Iohan. 8. quam Abraam fieret, ego sum.

In partem affirmatiuam. ¶In oppositū est, quia hic homo est filius Virgi
nis gloriosę, utpotè uerè natus ex ea, ergo est ea po
sterior & cœpit esse ī ea. ¶Rursus, nullus homo fuit
semper & ab æterno, ergo nec iste hō, & ita incepit.
iste homo, utpotè Christus, cœpit esse homo, ergo
incepit, cum esse hominem sit esse, simpliciter.

Determinatio in hac dist. ¶Ad hoc Thomas respondet: Quidā distinguūt
hanc, iste homo incepit esse, quia pronomem hoc,
iste potest demonstrare personam uerbi, & ergo est
falsa, & item singulare hoīs, sicq́; est uera. ¶Sed cū
Opinio 1. dicitur, iste homo, hoc pronomen iste, non potest
demōstrare nisi id, quod supponitur per nomē hoc
Reprobatio. homo: suppositum autem per hoc nomen homo,
nō est aliud, quàm persona uerbi ideo stare nō pōt.
Nam quamuis ponat in Christo esse aliquod singu
lare, puta hanc naturam humanam, tamen hoc sin
gulare non supponitur per nomen hoc homo, nec
de supposito prædicatur: & sic ista distinctio non
Opinio 2. procedit. ¶Hinc alij dicūt, q verbum hoc incipit,
potest notare inceptionem respectu suppositi sim-
pliciter, & ita est falsa, q̄a suppositum illud ęternū,
est item respectu suppositi ratione formæ significa
tæ, & ita est vera, ponuntq́; exemplum de hac, scu-
Reprobatio. tum album incipit esse hodie, dato q scutum heri
factū, hodie dealbet. ¶Sed hoc non uidetur efficaci
ter dictū. Primò, q̄a etsi natura humana habeat ali-
quid simile accidēti in Christo: tamen hoc nomen
homo, substantiuū est, non adiectiuū, etiam si huma
na natura esset in Christo merè accidenteliter adue
niens, atq; in talibus plus facit modus significandi
quàm pprietas rei significatæ. Secūdò, nam dato q
esset adiectum, oporteret tn̄ q pdicatum conueni-
ret ei, quod copulatur aut supponitur per nomen
positū in subiecto, aut ratione sui, aut ratione alicu-
ius existentis in eo. Prædicata uerò, q̄ nata sunt sup-
posito cōuenire, nō prædicātur de eo simpliciter rō
ne alicuius existentis in eo, uel partis, uel acciden-
tis, uel naturæ, nisi id, ei secūdū se conueniat, aliàs
affirmatio, & negatio verificarētur de eodem. Nam
ratione alicuius existentis in ipso, de eo verificaret,
quod ratione sui de ipso veraciter negaret, qđ in
proposito patet. Ei namq; quod supponitur cum di
citur, iste homo, conuenit esse semper, iō de eo non
potest uerificari negatio, ut dicatur simpliciter, Nō
fuit semper: & per consequens nec aliquod, quod ne
gationem hanc implicet, vt verbū hoc, incipit. ¶Vn
Vera responsio ad quęst. de dicendum, q ista est simpliciter falsa, Iste homo
incepit esse: & est s̄m q̄d vera, uidelicet cum deter
minatione hac, s̄m naturā assumptam, quemadmo-
dum ista, iste hō est creatura: & tūc quoque est tropi
ca seu figuratiua, ut supra dixit Magister. Hinc non
intēdit eā hoc loco distinguere tanquā multiplicē,
sed exprimere quomodo possit esse vera, aut falsa.
Itaq; ab ęterno uerū fuisset dicere, nullus hō est, q̄a
diuina persona nondum fuit hypostasis naturæ hu-
manæ: nunc autem incarnatione iam facta, uerū est
dicere: Aliquis (uidelicet iste homo) est æternus. De
niq; idē iudicium est de ista, hō incepit eē Deus, &
hō factus ē Deus, & eædē rōnes in vtraq; fieri queūt:
Supra dist. 8. q. 16. ar. 9. iō reqrat supra distinctione 8. Hęc Tho. in Scripto.
Hinc in 3. parte. Hæc, inquit, locutio, ille hō ince-
pit esse, demonstrato Christo; est simpliciter falsa
secundùm catholicę fidei sententiā, qua ponimus
in Christo tm̄ unum suppositū, & unā hypostasim,
sicut & unā personā. Sic enim in propositione illa
supponitur persona æterna, cuius æternitati repu-
gnat incipere esse: nec obstat, quòd incipere esse cō
uenit naturæ humanæ, significatæ hoc nomine ho-
mo: q̄m terminus in subiecto positus, non tenetur
formaliter pro natura, sed potius materialiter pro
supposito. Itē, dato qđ uera esset tn̄ nō eēt ea utēdū,
Arrij perfidia vitanda. ad uitandum perfidiam Arrij, q̄ dixit de Chr̄o. Erat
quando nō erat. nec sequitur, Chr̄s incepit esse hō,
ergo incepit eē, sicut nec seq̄tur, hoc incipit esse albū
ergo incipit esse coloratum, quia non sequitur ar-
gumentum ab inferiori ad superius. Hæc in Summa.
¶Huic respōsioni cōcordāt Petrus & Richardus.
Bonauen. ¶Porrò Bonauēt. rn̄det: Pronomen hoc, iste, pōt
demōstrare psonā verbi, uel singulare hoīs, & si de-
monstret singulare hoīs, sic oportet concedere istā,
homo iste incepit esse, & hō iste fuit ab æterno, quem
admodum conceditur, quòd iste homo est mor-
tuus & immortalis; quorū unum dicitur per com-
municationem idiomatum, alterum per proprieta-
tem naturę. Nēpè si natus est Christus ex Virgine,
aliquis homo mutatus est de non esse ad esse, sicque
incepit esse, & hoc quantum ad singularitatem natu
rę, ideo propositio ista non est simpliciter neganda
neq; simpliciter concedenda, sed distinguenda. Hæc
Bonauentura, qui etiā ponit aliàs duas respōsiones
hic per duas distinctiones, quas & aliqualiter repro
bat. ¶Qui autem vellet hanc sequi responsionem,
Ad rōnē Thomæ. ad obiectum illud Thomæ posset faciliter respon-
dere, q̄m inconueniens nōn est, idem de eodem ne-
gari & affirmari respectu diuersorū, quod in Chri
sto potissimè verū est, in quo solo sunt duæ pfectę
naturæ, in infinitū diuersæ, distinctæ, & distātes ab-

Io. Dama. inuicem, secundum illud, quod substantialiter sunt propter quod Damascenus 3 lib. multa talia pfert de Chro, uidelicet quòd sit mortalis & immortalis æternus & temporalis, increabilis & creabilis.

Albertus Magnus. ¶Præterea Alberti responsio circa hæc, eadē est cum responsione B. Thomæ, atq; ad longum hic recitat opinionem Antesiodorensis de ista materia, & de ueritate propositionum istarum, hō factus est Deus, hic homo fuit ab æterno, Deus incepit eē homo, homo incepit esse Deus: de q̄bus omnibus tractatum est supra. Fatetur quoque Albertus, quòd in istis, & de ueritate ꝓpositionis istius, iste homo incipit esse, Christo demostrato, nemo cautiùs respōdet aptiùsque distinguit q̄ Magister i litera. ¶ Cōcordat demum præfatę responsioni Thomæ & Alberti Vdalricus, & addit: Proposito, ista homo cœpit esse Deus potest esse de re, & de dicto: Si sit de re tunc inceptio attribuitur subiecto in respectu ad prædicatum, quod est esse Deum, & ita est falsa. cū enim illud prædicatum per sit suppositi, facit termi num communem in subiecto stare pro suppposito, & non pro forma: hoc autem suppositum nō incepit esse Deus, Est autem de dicto, cum inceptio significatur circa totum, & sic uera est quoniam sensus ē homo incepit, qui homo est Deus. Hæc Vdalricus, quæ Albertus ex Antisiodorēsi pleniùs scribit.

Durandus ¶Amplius, Durādus reprehēdit quorundā respōsionem doctorum, & tenet opinionē Antisiodorensis prætactā. Veruntū discreptatio dissensionis istius verbalis est: nec cōsistit in re, sed in usu & significatione verborum, ideo parum curāda uidetur. Præallegati namq; doctores affirmant, terminum in subiecto positū, non sumi pro natura formaliter, sed potius naturaliter pro suppposito, ideo ratione naturæ humanæ nō potest sine determinatione dici de Christo, Christus incepit esse, seu iste homo (Christo mō strato) incepit esse. Cōtra quod objcit Durandus, quòd nihilominus aliquid potest verificari de subiecto pro suo formali significato, sicut cum dicimus, album disgregat uisum: uel, homo est rationalis.

Obiectio Durandi. ¶ Verū ista instantia nō est cōtra præfatorum mentē doctorum, nec contra uerba eorum sanæ intellecta, Vt præinducta perspicientibus satis potest patere. Finaliter quoque Durandus præfatas propositiones distinguit sicut Magister in litera & non est nisi nomi nalis dissensio.

Dilutio. ¶Postremo Scotus hic scitaꝫ, an Christus secundū quod homo, sit aliquid nō increatum. i. aliquid creatum. Ad quod respondens, inter cætera dicit: Reduplicatio propriè sumpta, nō dirimit alterum extremū, quod est determinatio extremi ad extremum. ió non verificat aliquā propositionem quę sine reduplicatione fuit falsa. Hinc ista, Christus secundum quod homo est creatura, non est magis uera, quàm hæc, Christus est creatura. Verum ad huius dicti reprobationem reor sufficere tot uerba doctorum iā rationabiliter introducta. Nempe reduplicatio ista secundum quod restringit subiectum hoc Christus vt accipiatur in hac locutione non pro persona diuina simpliciter, sed inquantum subsistit in humanitate assumpta: & ita est uera, quoniā sensus est Christus secundum quod homo. i. prout unitam sibi habet humanitatem, uel secundum assumptam humanitatem, est creatura. Quæ tamen locutio falsa esset sine huiusmodi reduplicatione seu determinatione.

Scotus.

## QVAESTIO II.

Obiectio Aduersus ueritatem Secundò hic quæritur. *An Christus potuit peccare.* ¶Et probari posset quòd imò ut supra est probatum, quòd angeli quoque beati peccare queant, eo quod liberi extent arbitrij. Oīs quoq; creatura, ex se mutabilis flexibilis, imò & uanitati subiecta dr.

Rom. 8. Bonauen. ¶Ad hoc Bonauētura: Anima, inquit, Christi non potuit deprauari aliqua culpa. & huius triplex est ratio: Prima est gratiæ plenitudo, quia secundum naturam assumptam habuit gratiam confirmationis, q̄ liberū arbitrium in tātum corroborat, quòd nullo modo potest infirmari per culpam. Secunda est cōsummatio gloriæ, quæ fuit in Christo à suæ conceptionis exordio: ex tunc nanq; fuit beatus, & comprehensor, & sicut beatus non potest damnari, ita nec ꝑuaricari. Tertia & efficacissima rōfuit immediata unio diuinæ atq; humanæ naturæ in unitatem ꝑsonæ, quæ facit ut idiomata communicentur, nec potest frangi, si ergo Deus non potest esse peccator nec potest modo non esse homo: sequitur, qđ unio illa nullatenus sustinet, Christum secundum naturā humanam potuisse peccare.

Christus habuit liberum arbitrium. tamen nō potuit peccare. ¶Præterea si quæratur, an Christus habuit peccādi potentiā: Respondendū, ꝙ potētia, peccādi dupliciter dicit. Primò, ipsa potētia, qua peccatur, quæ est liberum arbitrium creatū, quod per gratia potest in bonū, atq; ex sua natura est defectiuū: sicq; illa potētia seu facultas, potest uocari potentia benefaciendi & item peccandi: qm̄ nemo peccat nisi per illa. Secundò, potētia peccandi dicitur potentia ordinata ad peccādum, ut potentia dicat quid mediū inter substantiam & peccatum, per quod substantiā exit in actū peccandi. Primò modo fuit in Chro peccandi potētia, cū sit potentia naturalis. & cōstat qđ Christus assumpsit integrā naturā cū omnibus naturalibus viribus suis, Secūdò modo nō fuit in Christo: qm̄ talis ordinatio, imò potius deordinatio, minuit de perfectione & plenitudine libertatis, nec est in eo, qui peccare non potest. Christus autē peccare nequiuit ob rōnes ꝓhabitas, Hæc Bonauentura.

Tho. ihac distinctione. ¶Concordat Alexāder & Antisiod. Insuper Thomas: Christus, ait, considerari potest tripliciter, ut pote ut uiator, ut comprehensor. ut deus. Vt uiator est dux noster dirigens nos in recta uia. In quolibet autem genere oportet primum regulans detorqueri nō posse aliàs esset error in omnibus, quæ regulantur per ipsum. Hinc Christus tātam gratiæ plenitudinem habuit, ut etiam inquantum uiator, peccare non posset. Vnde & ij, qui proximi ei fuerunt, sicut apostoli. ita fuerunt confirmati in bono, ꝙ peccare mortaliter non ualebant. Porro ut comprehensor, inauertibiliter & impeccabiliter coniunctus fuit ultimo fini, quemadmodum angeli sancti. Porrò vt Deus, non fuit inquē cadere posset peccatum, cum ut sic, ipsemet sit omnium ultimus finis. imò vt sic, indeuiabiliter rexit & mouit corpus & animam sibi unita, quæ erant organum deitatis. Veruntamen concedendum est, quod potuisset peccare si uoluisset, quamuis antecedens eius conditionalis sit impossibile: quia ad ueritatem conditionalis non requritur ueritas antecedētis, nec ueritas consequentis, sed necessaria habitudo unius ad alterum. Quamuis autem posse peccare & non peccasse, pertineat aliquo modo ad laudem iusti, iuxta illud Ecclesiastici Qui potuit transgredi, & non est transgressus, non tamen id pertinuisset ad Christi prȩconium. quoniam aliquid potest pertinere ad laudē inferioris, qđ ꝑtineret ad uituperiū superioris, quemadmodū ſm diuinū Dionysiū 4. ca. de diuinis nominibus esse furibūdū laudat in cane, uituperat in homine. Philosophus quoque 10. Et hic fatet, ꝙ laudes hoīm in deos trāslatæ, derisiones uident. Hoc ēt qđ possepeccare spectat ad laudē, est ꝑ accidēs, iquātū ostēdit

Apostoli. post cōfirmationem non peccauerūt mortaliter. Eccl. 31. Dionys. areopag.





opus bonum ex necessitate non esse. Et quamuis à Christo remoueatur peccandi potentia: non tamen ponitur in eo coactio, q̄ uoluntario contrariatur, & laudis remouet rationē. ¶Sed obijci potest illud 4. Topicorū: Pōt Deus praua agere, & etiā studiosus. Rursus Christus testatur: Si dixero, non nouī eum, uidelicet Deū patrē, ero similis uobis mēdax. Christus aūt Potuit uerba illa proferre, potuit ergo mētiri. ¶Et rndendum, quod uerbum illud philosophi intelligendum est conditionaliter, quod. s. posset si uellet. Christus quoq; potuisset illa verba ꝓferre, si uoluisset, sed hoc uelle non potuit. Hinc si q̄ratur, An Christus habuit peccandi potentiam rūdendum, ꝙ actus ad potentiam se habet dupliciter. Actus q̄ppè à potētia egreditur, & potentia ꝑ actū specificatur: idcirco cum dicitur potentia aliquid faciendi, dupliciter intelligi pōt: qm̄ designari pōt, uel ordo potentiæ ad actum, ſm quod actus sumit ut effectus potētiæ: uel designatur ipsa potētia specificata per actū. ſm quod actus accipitur loco differentiæ specificæ ipsius potētiæ, & primo mō dici non pōt, quod habens uisum impeditum, potentiam habet uidēdi: sicut nec dici pōt, quod possit uidere. Secundo aūt modo dici potest, qđ habet uidē di potētiā, sic quod possit uidere, hæcq; distinctio locū fortitur in actibus illis, quibus specificanē potentiæ, ut sunt actus, ad quos ordinantur potentiæ. Cūq; liberum arbitrium non ordinetur ad peccandum, imò peccatum contingat ex defectu ipsius, hinc peccare non specificat potentiam liberi arbitrij. Vnde dum dicitur, quod quis habet peccādi potentiam, non intelligit, quod habeat liberū arbitriū sed, quod habeat ipsum ordinatum ad peccandū, ita, ut possit peccare. Hinc sicut de Christo non dicitur, quod possit peccare, ita nec quod peccandi potentiam habeat, propriè loquēdo, atq; ſm se, sed potest concedi ad sensum hūc, quòd habet potentiam, q̄ in alijs est potentia peccandi, Qualiter uerò potentia peccandi, quantū ad id, quòd est. sit à Deo. non, ut peccādi principiū, dictū est lib. 2. 44. distinctione. Naturalis demum uertibilitas liberi arbitrij in Christo, perficitur, ac confirmatur ꝑ plenitudinem gratiæ, quemadmodum potētia materiæ terminatur per formam, tollentem totam materię potentialitatem. Hæc Thomas in Scripto.

Obiect io. Lib. arbitriū nō ordinat ad peccandū Iohan. 7. Diluitur obiectio. Verba illa Aristotelis uera sūt de Deo Aristotele, nequaquam de Deo Christianorum. Tarantasius. Richardus.

¶Circa hæc loquitur Petrus: Dum quæritur, an Christus potuit peccare: aut q̄ritur de persona, aut de natura assumpta. Si de persona, dicendum simpliciter quod non: si de natura, distinguendum, q. a aut consideratur ſm se, & sic habuit peccandi potentiā potuitq; peccare. Sic namq; remouetur ab ea omnis conditio, quæ conuenit ei ex gratia unionis, puta perfectio gratiæ cōfirmatæ, & gloriæ. Aut consideratur, ut uerbo unita: aut ergo quæritur de potestate propinqua, à qua dicitur quis absolutè potens, & hāc Christus non habuit: idcirco loquendo simpliciter, peccare non ualuit, aut de possibilitate remota, qua quis dicitur nō simpliciter posse: hāc habuit, tū ꝓpter inreducibilitatē eius ad actū peccare nō potuit. Hæc Petrus, q. consequēter breuiter tangit causas impeccabilitatis naturæ hūanæ in Chro, q̄ iā ex Thoma, & bonauēt. inductæ sunt.

Richardus. ¶Responsio quoq; Richardi in uerbis Thomę sententialiter continetur. Ad hoc autem, an Christus habuit potentiam peccandi, respondet, quòd hæc quęstio dupliciter potest intelligi. Primò, an habuit potentiam, qua potuit exire in actum peccandi, sicq; negatiue ē rndēdū: Secūdò, an habuit potētiam similē in specie potentiæ, qua alij peccāt, & ita est concedendū: habuit namq; voluntatem liberū; arbitrium, Hæc Richardus.

Albertus Magnus. Psalm. 5. ¶Denique Albertus circa ista deprōpsit: Chrs nō uoluit iniquitatem, & nō fuit in eo coactio, sed immobilitas honestatis ex unione ad deitatē. Hinc bonitas actionū Christi laudabilissima fuit, ex hoc, quod peccare non potuit: q. a hoc non posse, nobilissimū posse est, immobilitatē uoluntatis designans ex perfecta affectione aię Christi ad summum bonum. Iō simpliciter dico, ꝙ Christus peccare non potuit. Et q̄uis Magister dicat, distinctione hic opus esse: hoc tamen non dicit idcirco, ꝙ locutio multiplex sit, cū dicitur, Christus peccare, potuit, uel peccandi potē tiam habuit, q. a simpliciter falsa est, sed intendit, ꝙ si quæstio fiat de natura assumpta, quod tunc intelligi pōt de ea ut unita, uel ut secundum se sumpta. Magister. Porrò quod tertiò Topicorum dicit Philosophus Potestates malorum esse eligendas, intelligendum est, ꝙ sint eligendæ, ut sunt potestates, & nō, vt sunt potestates malorum, sed bonorū, Conformiter qđ ait, Deum posse facere praua, quidā ita intelligunt, quòd facere valet nonnulla: q̄ si ipse faceret, essent bona, cum ipse sit prima, & sūma totius uirtutis, & rectitudinis regula, ac mensura. Hæc Albertus. Aristot.

Vdalricus. ¶Porrò Vdalricus: De potētia, inquit, peccandi specialis est quæstio, an fuit in Christo. Ad quod dicimus, ꝙ hoc gerundiuum, peccādi, uel est uerbiim ꝑsonalis, estq; sensus potētia peccādi. i. potētia, qua eadem ſm speciē peccat quis, & sic fuit in Chro: uel est uerbi actiui personalis, & est sensus: Christus habet potentiā peccandi. i. qua ipse pōt peccare, qđ falsum est. Et si objciatur illud Philosophi, Deus & studiosus pōt agere praua: respondemus, quod non loquitur de Deo subst. ātialiter dicto, sed participatiue nuncupato, iō addidit, & studiosus. Vñ & 7. Physicorum fatetur: Quare si (ut aiunt) ex hoibus fiūt dij propter uirtutis excellātiā, talis vtiq;, ꝙ habitus est bestialitati oppositus: Et enim quēadmodum bestiæ nō est malitia, neq; uirtus, ita nec Dei. Nisi enim uerbum illud prędictum præfato modo intelligat, uerba hæc essent conditionaria. Hinc nō approbo quod Rabbi Moses asserit, uerbum illud philosophi intelligendum cum conditione, puta ꝙ Deus potest agere praua si uult ad cuius conditionalis veritatē sufficit ueritas consequentiæ, quamuis antecedens sit impossibile, & etiā consequens, nec concordat intentioni Aristotelis, quia exemplum hoc est de eo quod dixerat, quod aliqui aliquod uituperabilium male, posuerunt in ptāte, ut q. aliquē dicit paruum, qm̄ pōt agere praua, quo cōstat, ꝙ Philosophus fatur de ptāte, q̄ potest i actū ꝓcedere. Hæc Vdalricus Aristot. Rab. Mo. Obiectis aduersus Vdalricū.

¶Quibus objci potest: qm̄ nō uidetur ꝙ Philosophus de Deo ꝑ participationē (ꝓsertī de hoīe diuino) tā absolute diceret, Deus. Nec de tali Deo simpliciter, uerū est, quod eius nō est uirtus: imò ꝑ excellētiā virtus inest & cōpetit ei, utpote uirtus heroica.

Durādus. ¶At Verò Durandus inquirit. an Christus potuisset peccare, dato, ꝙ eius humanitas fuisset assumpta sine gratuitis, utpote in puris naturalibus, prout alii qui opinantur fieri potuisse: & uidetur huic Durando, ꝙ imò, quia actiões ad extra cum sint totī super beatissimæ trinitati cōmunes, hinc in isto casu persona filij nō plus moueret humanitatem assumptā ad operandum, q̄ pater aut ſpūs ſctūs, q. non sunt humanitati uniti, seu trinitas creaturam quancunque. idcirco Durandus concedit, ꝙ Christus in tali casu posset dānari, q. a cū dānatio sonet in pœnā, nō est magis inconueniēs dicere Christum esse damnatum, quàm passum, & mortuum. Hęc Durandus. Caue.

Dion. cōtra Durădum.

¶ Quę uidentur prorsus absurda. Et enim eo ipso, quo persona unigeniti Dei assumpsit naturam humanam ad suum hypostaticum esse, supposităndo eă in suo esse personali æterno, & increato, sequitur qđ communicauit ei maius bonū, q̄ toti residuo uniuerso, atq; ex consequenti, quòd magis eam dilexit, q̄ cętera cuncta, etiam simul sumpta, Ideo implicat, & prorsus impossibile est, quòd permisisset eam peccare, præsertim finaliter, & dănari. Rursus, ex unione illa hypostatica necessariò sequitur in Christo communicatio idiomatū, sicq; sequeretur, ꝙ verè Deus peccasset, & ingratissimus extitisset, dănatusq; esset quę oia sunt uitiosi, & indecentissimi in Deo defectus. ¶ Falsum est quoq;, & penitus alienum, ꝙ non esset magis inconueniens, dicerē, esse Christum dănatum, q̄ esse passum, & mortuum: quoniam esse dănatum, non solū designat malum pœnę, sed insuper includit, ꝓ propria culpa esse punitioni iustę adiudicatum. Christum uerò non dicimus passum, & mortuum: nisi ex honestissimis, & saluberrimis causis, excellentissimisq; uirtutibus. ¶ Erroneum item est, quòd in tali casu persona uerbi non plùs, nec specialiùs moueret naturam assumptam, quàm pater, & spiritussanctus, seu trinitas quamlibet creaturam, quia persona uerbi moueret naturam assumptam tanquam sibi excellentissimo, propinquissimo, ac specialissimo modo unitam, imò tanquam unam secum hypostasim constituentem. Hæc sic breuissimè tangere reor sufficere.

## QVAESTIO III.

In parte negatiuă. Roma. 8.

Tertiò quæritur, *An humanitas a uerbo æterno assumpta, debuit esse nostri generis. i. ex Adă propagata, quantum ad carnis origionem*, ¶ Videtur, quòd non, quia hoc eccellentiam Christi decuisse videt, ut singulari nasceretur origine, neque ex peccatoribus duceret ortum, nec similitudinem carnis peccati haberet.

Responsio Hales.

¶ Ad hoc Alexăder ex uerbis Anselmi respondet: Humanitas Christi debuit esse generis nostri. Si enim nouum conderet hominem non ex semine primorum parentum, non pertineret ad genus humanum: ergo nec satisfacere debuit pro eodem, qa non uenit de illo. Sed sicut iustum est, ut pro culpa hominis satisfaciat homo, sic iustum est, ut satisfaciens sit idem, eiusdemve generis cum illo, qui peccauit. Aliter nec Adam, nec alius satisfaceret pro se Si ergo oportet, ut satisfactio sit ab illo, qui satisfacere debuit, necesse est, vt homo ille nostri sit generis; non alterius stirpis. ¶ Secunda ratio est: Adam & totum genus humanum per se stetisset, sine sustĕtatione creaturæ alterius: si nō peccassent: si ergo oportuit, ut idem genus resurgeret, qđ cedit, oportet, ut per se resurgat, & releuetur, hoc est. per aliquem generis sui, non per alienum. ¶ Tertia rō est: Quia si Adă non peccasset, non indigeret aliquo releuăte, quod fuit dignitas hominis primo instituti Cumq; reparatio ad illă debeat esse dignitatem recuperandam, oportuit hoc fieri per aliquem ex se natū, non per alienū, nec aliunde exortum. Hæc Alexander. ¶ Qui consequenter interrogat, an hō ille satisfaciens, debuit esse ipsemet Adam. ¶ Respōdet, ꝙ nō, quoniam ex hoc multa inconuenientia sequerentur, uidelicet quòd natura assumpta esset præuaricatrix, & filius Dei incarnatus eēt peccator, & ipse saluator esset peccato obnoxius, non puros, & innocens. Hinc decentissimum fuit, filium Dei carnem sumere ex mundissima. Virgine, nō ex carnali vtriusq; sexus commixtione: & corruptorum reparatorem decuit ex matre incorrupta produci. Denique cum duplex sit aduentus filij Dei, primus in incarnatione, secundus in generali resurrectione: duplex quoque sit secuta corruptio ex originali pctō, uidelicet corruptio naturæ, atque personæ, per primum aduentum abolita est corruptio personæ, quia per Christū in suo primò aduentu, omnes (quantum ad sufficientiă) sunt redempti: in secūdò autem aduentu abolebitur corruptio naturæ, quia tunc mortale hoc induet imortalitatē, & coruptio incorruptelă, fietq; sermo, q scriptus ē: Vbi est mors victoria tua? Vbi est mors stimulus tuus? Cumque naturæ corruptio transfundatur per viam generationis ex uiro, & muliere, quæ non fuit tollenda in primo Christi aduentu: idcirco non decuit eum nasci in carne taliter seminata, sed ex virginè sola imediata, ne & duos pr̄es immediatos haberet, nec decuit filium Dei assumere humanam naturam nisi in sexu præstantiori, puta uirili, Hæc Alexander: cui cōcordant scripta Antisiodorensis, quæ in his virtualiter continentur.

1 Cor. 15. Osee. 13.

Bonauent.

¶ Hinc Bonauentura: Christus, ait, assumere potuit carnem de uiro, & muliere, imò de uiro tătū, sicut assumpsit de fœmina solū Qemadmodū enim operatione spiritussancti purificauit uterum uirginalem, sic purificare potuit uim uiri generatiuă, ut ex eis sanctus, & immaculatus nasceretur sine omni fœditate, & macula: veruntamen congruentiùs fuit, ut ex sola uirgine nasceretur. Primò, ad conseruandum in matre uirginitatis, & integritatis dignitatem, quæ propter priuilegium filij Dei, non amisit virginei splendoris pudorē. Secundò, ad conseruădum honorificentiă Dei patris, qui solus ex sua substantia genuit prolem, quă non debuit in terris habere nisi inuiolabilem matrem. ut sic esset congruētiæ proportio inter utrăq; natiuitatem. Tertiò, ꝓpter complendam perfectionem uniuersitatis in modis producēdi hominem in esse, qui modi quatuor erăt, & tres primi iam præcesserant. Nam Adă factus fuit sine patre, & matre carnalibus, Eua de viro sine matre, posteri de uiro, & fęmina, restabat productio quarta, uidelicet ex fœmina virgine sine virili consortio, quod est completum in Christo.

Congruū fuit Christum ex sola virgine nasci.

¶ Præterea, decentius fuit filium Dei assumere naturam humanam in sexu virili, quàm muliebri. Excellit năq; sexus uirilis muliebrem, quantum ad dignitatē in principando. & quantum ad uirtutē in agendo, & quantum ad auctoritatem in præsidēdo. Quantum ad dignitatem in principando: quoniam omnes tam uiri, quàm fœminę est uno viro progressi sunt. in quo est expressa similitudo emanationis rerum ab uno primo principo. Similiter quătū ad uirtutem agendi: quoniam viri est agere, fęminæ pati, & viri tă in usu rōnis, quă in robore corporis cōmuniter fortiores sunt fœminis. Item quătū ad auctoritatem præsidēdi. Nam uir naturali ordine præficitur mulieri, & caput est eius. Quoniă ergo in uerbo ęterno humanitatē assumente, summa est dignitas in principando, summaq; uirtus in operando, supremū quoq; dominium in præsidendo potissimè decuit sexū uirilem assumi ă uerbo increato, quia assumptæ naturæ cōmunicanda erant tria illa eminentissimè. Hæc Bonauentura.

Ephes. 5.

Tho. Aquinas

¶ Idem Thomas: nullatenus, dicens, cōgruebat, ꝙ ꝑ sexuū cōmixtionem Christus carnē assumeret. Primò, propter matris dignitatem, ut uirgo esset purissima. Secūdò, propter dignitatē patris, nē alius ab ipso esset unigeniti sui pater immediatus. Tertiò, ꝓpter dignitatem concepti, qa nō decuit, ut illa caro formaretur nisi ă spiritu sancto: Quartò ꝑꝑ digni-

tatem



tatem personæ, ad quam caro illa assumpta est, quă carnem decuit infinita uirtute formari, quemadmodū infinita uirtute assumpta est. Decuit quoq; ut de muliere, non de uiro, assumeret carnē, quatenus uterq; sexus in sua incarnatione glorificaretur atq; ut habitudinem haberet naturalem ad genus humanū. sī. n. ex uiro fuisset non per actionem uiri, non esset filius eius. Postremò, qm̄ Chr̄s uenit in mundū ut doctor, propagator, rector & legifer hominum, omnino decuit eū uenire in sexu uirili, sexus namq; fœmineus, est sexus subiectionis: quē nō decet publicè prædicare, docere, legemq; dare, aduersarios expugnare, ac sermocinando hincinde discurrere. Hæc Thomas in Scripto.

q. 31. ar. 1.

¶ In 3. quoq; parte eadē scribit, & addit: Decuit Christū nasci de incorrupta mr̄e, sicut genitus fuit ex corde patris sine omni corruptione, & cōtaminatione ipsius: & item propter finem incarnationis, quæ ad hoc facta est, ut homines renascantur spiritaliter ī filios Dei ex incorruptibili semine, seu grā spūs sancti, sine uoluptate carnali. Hæc in Summa. Porro in Scripto asserit Thomas, ꝙ Christus assumpsit sexum non ad usum, sed ad decorem, & complementū. ¶ Cui obijci posset, ꝙ sexus non solum deseruit carnali propagini, conseruationiq; speciei sed & necessitudini indiuidui proprij, seu emissioni humoris superflui.

Iohann. 3.

¶ In pręhabitis demum sententialiter continentur, quæ Albertus, Petrus, Richardus, Vdalricus, & alij scribunt de ista materia.

## *Si Christus secundum naturam hominis, in sapientia, & gratia proficere potuit, vel proficit.* Distinctio XIII.

Coloss. 1. & 2. Augustin. Colo. 2.

PRæterea sciendū est, Christum s̄m hoīem ab ipsa conceptione grē plenitudinē recepisse, cui spūs datus est nō ad mensură, in quo plenitudo diuinitatis corporaliter habitat. Ita uerò habitat, ut ait Augustinus ad Dardadum, ꝙ omni gratia plenus est. Nō ita habitat in sanctis. ut in nostro corpore inest sensus singulis membris, sed non quătū in capite: ibi. n. & visus est & auditus & olfactus, & gustus, & tactus, ī cæteris aūt solus est tactus. Ita in Chr̄o habitat omnis plenitudo diuinitatis, qa ille est caput, in quo sunt oēs sensus: in sanctis uerò quasi solus est tactus, quib. datus est spiritus ad mensură, cum de illius plenitudine accepērūt. Acceperunt autem de illius plenitudine non secundum essentiam, sed secundū similitudinem, quia nunquam illam eădem essentialiter, sed similem acceperunt gratiam. Puer ergo ille plenus sapiētia, & gratia fuit ab ipsa cōceptione. Vnde Ieremias rectè dicit: Nouum faciet dominus super terram mulier circundabit uirum: quia in utero uirginis perfectus uir extitit, non solum propter animam, & carnem, sed etiam propter sapientiam & gratiam, qua plenus erat.

Ephe. 1. Iohan. 1. Lucæ. 2. Iere. 31. Iohan. 1.

### *Auctoritatem ponit, quæ videtur obuiare.*

Lucæ. 2.

Huic autem sententententiæ vr̄ obuiare, quod in Lucę euangelio legitur: Iesus proficiebat sapientia, & ętate, & gratia apud Deum, & hoīes. Si. n. proficiebat sapientia, & gratia non vr̄ conceptione habuisse plenitudinē gratię sine mēsura. Ad quod sanè dici potest ipsum secundum hominem tantam à conceptione accepisse sapientiæ, & gratię plenitudinem, ut Deus pleniùs cōferre non potuerit: & tamen uerè dicitur profecisse sapientia, & gratia, non quidem in se, sed in alijs, qui de eius sapientia, & gratia proficiebăt, dū eis sapientiæ & gratię munera secundū processum ætatis magis, ac magis patefaciebat. Vn̄ Gregorius in quadam homilia ait: iuxta hominis naturam ꝓficiebat sapientia, non ꝙ ipse sapientior esset ex tempore, quia à prima conceptionis hora, spiritu sapientię plenus permanebat: sed eandem, qua plenus erat, sapientiam cæteris ex tempore paulatim demonstrabat: Iuxta hominis naturam proficiebat ætate, de infantia ad iuuentutē. Iuxta hominis naturam proficiebat gratia, non qđ ipse, quod non habebăt per accessum tēporis accipiendo, sed pandendo donum gratiæ quod habebat. Apud Deum, & homines proficiebat, quia quantum proficiente ętate patefaciebat hominibus dona gratia, quę sibi inerant, & sapientiæ, tantum eos ad laudem Dei excitabat: & sic Deo patri ad laudem, & hominibus ad salutem proficiebat. In aliis: ergo, non in se proficiebat sapiētia, & gratia. Vnde in eodem euangelio puer ille sapientia plenus, & gratia perhibetur. Sic ergo dicitur profecisse sapientia, & gratia, ut aliquis rector ecclesiasticus dicitur proficere in cura sibi tradita, cum per eius industriam alij proficiunt.

Diluitur obiectio. Gregorius. Lucę. 2.

### *Prædictis videtur aduersari, quod Ambrosius ait.*

Ambrosius

Alibi tamen scriptū reperitur, quod secundum sensum hominis profecerit, sicut ętate hominis profecit. Ait. n. Ambrosius in lib. III. de spiritusancto: sic Deus perfectionem naturę suscepit humanę. suscepit sensum hominis, sed non sensu carnis fuit inflatus. Sensu hominis animam, dixit conturbatam, sensu hominis esuriuit, & rogauit, sensu hominis profecit, sicut scriptum est: Iesus proficiebat ætate, & sapientia, & gratia, Quomodo proficiebat sapientia Dei? Profectus ætatis, & profectus sapientię, non diuinę

Iohan. 12. Lucæ. 2.

sed

sed humanæ naturæ est. Ideo ętatē cōmemorauit,ut secundum hoīem crederes dictū. Aetas.n.non diuinitatis,sed corporis est: Ergo si pficiebat ętate hoīs, proficiebat sapiētia hoīs.Sensus aūt pfecit,qa sensus,ideo sapiētia.Quis sensus pficiebat?Si humanus: ergo ipse p incrementū susceptus est.Si diuinus,ergo mutabilis p pfectum.Qđ.n.proficit, mutat in melius,sed quod diuinū est,non mutat.Qđ ergo mutatur,non est diuinū.Sensus ergo proficiebat humanus. Sensum ergo suscepit humanū. Nec poterat confortari uirtus Dei,nec crescere Deus,nec altitudo sapientię Dei impleri. Quæ ergo implebatur,non erat Dei,sed nostra sapientia.Nam quomodo impleatur, qui ut omnia impleret descendit? (Ephe. 4.) Per quem aūt sensum dixit Isaias,ꝙ patrē nesciebat puer aut matrē? (Isa. 8.) Scriptū ē.n.priusquā sciat puer uocare patrem aut matrē,accipiet spolia Samarię.Sapiētiā .n.Dei futura,& occulta non fallunt. Expers aūt agnitionis infantia,per humanam utique imprudentiā, qđ adhuc non didicit, ignorat. Sed uerendū est inquam, ne si duos principales sensus, aut geminā sapientiam Christo tribuamus,Christū diuidamus.Nunquid cum & diuinitatem eius, & carnem adoramus, Christum diuidimus? Nunquid cum eo imaginem Dei,crucemq; ueneramur, diuidimus eum? Apostolus certè,qui de eo dixit: (2 Cor. 13.) quoniam & si crucifixus est ex infirmitate nostra: uiuit tamen ex virtute Dei, ipse dixit,quia non diuisus est Christus. (1. Cor. 1.) Nunquid etiam cum dicimus, quia aīam rationalē,& intellectus nostri suscepit capacem diuidimus eum? Non enim ipse Deus uerbū pro anima rationali,& intellectus capaci in carne sua fuit,sed animam rationalem, & intellectus nostri capacem, & ipsam humanam, & eiusdem substantię, cuius nostræ sunt animę,& carnem nostrę similem, eiusdemq; cuius caro est * nostræ substantiæ,suscipiens, perfectus etiam homo fuit. (* nostra.)

## *De intelligentia præmissorum verborum.*

Hęc uerba Ambrosij, pia diligentia inspicienda sunt, q̄ ex parte hominis ignorantiā instruunt & illuminant,ex parte errandi fomitē malè intellecta ministrant.His etenim euidenter traditur, duos in Christo esse principales sensus,siue geminā sapientiam.Neque ideo unitas,& singularitas personæ diuidit,sed iuxta duas naturas, duas habet sapiētias:unam non creatam,sed genitam, quæ ipse est alterā non genitā, sed creatā, & per gratiā ei collatam.Nā Isaias de eo protestatur:Requiescet super eū spiritus sapientiæ,& intellectus. (Isa. 11.) Spiritus ergo sapientiæ,& intellectus,id est,sapientia & intelligentia p Spiritum Sanctū gratisdata, Chrs erat sapiens ſm animam: ſm Deum verò sapiens erat sapientia ęterna,quæ Deus est. Et sicut inquantum Deus est, bonus est bonitate naturali, quę ipse est,& iustus iustitia naturali,quę ipse est, ita sapiens sapientia naturali, quę ipse est. Anima uerò eius sicut bona est,& iusta bonitate,uel iustitia gratisdata,quæ ipse vel ipsa non est,ita est sapiens sapientia gratis data,quæ ipsa non est:Et licet gemina in Christo sit sapientia,una tamen,eademq; persona est:quę inquantum Deus est, & inquantū natura diuina est sapientia ingenita,scilicet,sapientia æterna,quę est pater:& sapientia quæ non est ingenita, quę communis est tribus personis: non tamen gemina sapientia, quia non est alia,& alia sapientia, sapientia ingenita:quæ tm̄ filius est, & sapientia, quę communiter pater est,& filius & Spiritus Sanctus.Inquantum uerò eadem persona est homo,id est,secundum, hominem acceptum est subsistens ex anima, & carne, sapiens est sapientia gratuita. Sapiens ergo est humano sensu, & diuino.

## *Quomodo intelligendum sit illud, Sensus proficiebat humanus.*

Sed ex qua causa illius dicti intelligentia, s. sensus proficiebat humanus, assumenda est? Apertè enim uidetur Ambrosius innuere, ꝙ secundum sensum Christus profecerit,& ꝙ infantia eius expers cognitionis fuerit,& patrem,& matrem ignorauerit: (Isa. 8.) quod nec ecclesia recipit, nec præmissæ auctoritates patiuntur sic intelligi.Sed ita sanè potest accipi,ut quantum ad visum hominum,& sui ostensionem Christus profecisse dicatur. Proficiebat ergo humanus sensus in eo secundum ostensionem, & aliorū opinionem. Ita etiam patrem, & matrem dicitur ignorasse in infantia,quia ita se habebat, & gerębat,ac si agnitionis expers esset.

Summa distinctionis XIII.

Postq̄ auctor tractauit de Chri humanitate quātū ad eius quidditatē,& inceptionē, ac unionē cū uerbo: hic mō, psequit de accidētalib. eius pfectionibus, puta de pfectione grę,& sapiētiæ, ac virtutū ipsius: deīde de alijs eius mysterijs, ut in pcessu patebit.Primò ergo hic tāgit,qđ aliàs prætactum est,utpotè ꝙ Christus à primo suę incarnationis, seu maternæ conceptionis instanti, omni gratia extitit plenus.Deinde contra hoc ex euangelo obijcit,& soluit.Tertiò contra solutionem instat ex uerbis Ambrosij. Quartò uerba sancti illius explanat.

QVAE-



### QVAESTIO I.

(In ptē negatiuam.) HIc quæritur primò, *An in anima Christi fuit gratia habitualis ei concreata.* ¶ Videtur quod non: qm̄ anima Christi fuit deitati immediatè unitate:ergo lux illā infinita per se sufficientissime animā illā perfecit ad omnia: nec vr̄ aliquod donum creatū ultra tā infiniti boni immediatā unionē fuisse necessariū aīæ illi: pſertim cū cuncta bona, & dona creata, ita se habeāt ad incircumscriptibile illud bonū, sicut pūctus ad lineā, quā non facit maiorem, (In oppositum.) & sicut tenuissimus puluis ad totum uniuersum.

(Hales.) ¶ In oppositum sunt auctoritates scripturæ, quæ partim habentur in litera.

¶ Ad hæc Alexāder: In Christo, asserit, fuit gratia sanctitatis singularis, ſm quod fuit quidē homo singularis, per quam fuit homo sanctissimus, ita ꝙ nihil defuit ei de gratia, q̄ possit haberi ab hoīe. (1.Tim. 2.) Ipse quoq; fuit homo Deus: Ideo necessariò fuit in eo gratia unionis. Fuit item mediator Dei, & hominū, idcirco fuit in eo gratia, qua extitit caput, & mediū influētiæ gratię in nos, quemadmodū caput ad mēbra. Veruntn̄ in his vna est gratia ſm essentiā, multiplex uerò p cōparationē ad actus, & operatiōes: qm̄ alius est unire dispositiuè humanitatē deitati, alius actus influere gratiā alijs, & esse exemplar omnium gratiarū spiritussancti. Aīa etiam Christi contēplabatur, & diligebat summā ueritatē, ac bonitatē. Secundum primū actuū horū, ponitur in Christo gratia unionis: quantū ad secundū, gratia capitis: quo ad tertium, gratia singularis personæ, ac sanctitatis Cumq; hi actus nequaquam superfluant, sed uerissime sint in Christo, non est vanum in eo ponere gratias istas.

(Quæstio. Obiectio. Iohan. 1. In oppositum.) ¶ Præterea querit, Vtrum gratia Christi, ſm qđ fuit singalaris homo, fuit gratia plenitudinis. ¶ Vr̄ ꝙ sic, p illud Iohannis. Videmus gloriā eius, plenū gratiæ, & ueritatis. ¶ Oppositū uerò appareat, quia in Christo nō fuerūt fides, & spes, acpœnitentia, sed uisio clara, & innocentia pura. ¶ Dicendū, ꝙ cū in Christo sit gratia unionis gratia capitis, & gratia singularis pſonæ: gratia ista tripliciter dicta uocat gratia plenitudinis, secundū rōnem causæ finalis. Et.n.gratia unionis appellatur gratia plenitudinis quoniam summa, & pfectissima fuit in saluatore Vltimus namq;, perfectiorq; effectus gratię est, Deo unirè: in Christo qdem in vnitate pſonæ, in alijs uerò p cogntionē, & amorē. Vnio autē illa humanitatis cū verbo, est maior, q̄ esse excogitari nequeat ideo ille est plenissimus effectus gratiæ, qui potest consistere. Secundum uerò rōnem causæ efficientis gratia Christi, quæ est caput, est gratia plenitudinis Nā sicut quędā sunt luminaria, q̄ pficiunt pprio lūmine solū, nec ualent alia illuminare, ut carbo; alia uerò nō solū retinent lumē suū in se: sed & aliis influūt illud, ut flāma, sic gratia Christi splendet in ipso, & alios quoq; irradiat: nō sic gratia aliorū, sed ipsorū dūtaxat pficit aīas. Porrò secūdū rōnē cāæ formalis, dr̄ gratia ipsa singularis pſonæ Christi, gratia plenitudinis, quia plenissimè informat animam Christi, & oēs uires ipsius; (Eccl. 44.) tā quantū ad actus rōnis, q̄ ad actus cōcupiscibilis, ac irrascibilis. Cumq; in alijs sit præeminentia quantū ad aliquod certum donū, quemadmodum in ecclesiastico legitur. Nō est inuentus similis illi: in Christo est præeminentia quantum ad omnia, quæ imperfectionem non includūt; idcirco nō extiterunt in Christo fides. quæ est cū obscuritate notitiæ: nec spes, quę est præstolatio nōdū adeptę felicitatis; ne pœnitentia, quę est dolor de malo propriæ culpæ. Veruntn̄ id, quod perfectionis est in istis uirtutibus, perfectissimè fuit in anima Christi, puta assensus ueri, adhęsio boni, detestatio mali.

¶ Insu p quærit, qualiter plenitudo gratiæ Christi differt à plenitudine gratiæ aliorum sanctorum. (Lucę. 1. Actu 6. Ac. 2. & 13.) Nam & sacratissima Virgo fuit gratia plena: atq; de Stephano scriptum est, Stephanus plenus gratia, & fortitudine: & de Apostolis, repleti sunt omnes spiritu sancto.

(Gratię plenitudo multiplex) ¶ Et rn̄dendum, quòd multiplex est gratiæ plenitudo: Vna ad sufficientiam, q̄ scilicet sufficit ad promerendū uitā æternā, atq; aureolā, q̄ plenitudo fuit in Stephano. Secunda est plenitudo gratiæ quātum ad numerositatem, sicq; ecclesia dicitur gratia plena: qm̄ non est aliquod gratię genus, quod non sit in ea quantum ad aliquod mēbrum eius. Tertia est plenitudo gratiæ ꝓrogatiuè super omnē purā creaturā: & hæc fuit in uirgine gloriosa, eo ꝙ ipsa sit mater vnigeniti Dei: p p quod nulla pura creatura potest tantæ Virgini cōparari, quā (ut ait Anselmus) (Anselmus) decuit ea puritate nitere, qua maior sub Deo neqt intelligi. Quartò dicitur gratiæ plenitudo, quantum ad ꝯsummationem seu pfectionē: & hæc fuit ī Chr̄o Alex. ¶ Qui nihilominus (ut patuit supra) aliqn̄ dicit quòd gratia unionis est gratia increata; uidelicet Dei benignitas. Gratia, inquit, unionis dicitur gr̄a creata & gr̄a increata. Similiter gratia secūdū quā dr̄ caput aliorū, intelligit gr̄a creata, & increata. si ergo (Hugo.) ex utraq; parte intelligas gratiam increatā, dico, qđ eadem est gratia unionis, & gratia capitis. Vn̄ Hugo lib de Sacramentis: Vnus est spiritus, q p Christū uenit ad Christianos, cuius plenitudo in capitè, & participatio est in mēbris. si uerò intelligas gratiā unionis creatam. similiter gratiā capitis: sic una differt ab alia ratione, non re: quemadmodum eadem est lux in sole, & inde se diffundens ad alia, Hęc Alexander. (Bonauen.)

¶ Pręterea Bonauentura: In Christo, inqt est gr̄a singularis pſonæ creata, qa hoc donū assimilat animā Deo, atq; ad uirtuosas, ac meritorias actiones habilitat. Nec potuisset hęc gr̄a aīam Christi p inhærentiā informare, nisi creata fuisset sine hac gr̄a spūssancti nec mētē creatā īhabitat, nec illa Deo accepta, ac placita phibet, atq; (ut ante ostēsum est) nō decuit Chr̄i humanitate assumi à uerbo, nisi omni charismate gratiæ decuratā. Et quāuis uerbum æternū quantū est ex parte sui, ppotēs sit aīam Christi in oībus gubernare sine auxilio gratię createę, aīa tn̄ indiget multiplici dispositione ad suscipiendū influxū, & gubernationē uerbi æterni. Hec Bonauentura. Qui ad q̄stionē de plenitudine gr̄æ huius rn̄det: In Christo ab incarnationionis exordio fuit cōsumata, & pfecta gratiæ plenitudo, qa non decuit uerbū æternū uniri aīæ rationali in unitate pſonæ, nisi tā deiformissime sicut erat possibile; idcirco super omnē gratiā, & gloriā cœterorum sanctorū ac beatorū, habuit aīa illa deiformitatē gratiæ, & glorię, & superbundantiā in eisdem. Idcirco quod (Lucæ. 2.) Christus dicitur gratia & sapientia profecisse, exponitur de profectu quātum ad ostensionem, & usum exteriorē, ædificationēq; aliorū. (Obiectio) ¶ Si autē obijciat, quia gratia quo maior, eo plus auget, & ampliat capacitatem animæ ad gratiam; ergo tota capacitas (Dilutio.) animæ Christi non fuit impleta hac gratia, nec fuit consummata, sed augebat assiduè, & perficiebatur gratia ampliori. ¶ Dicendum, quod duplicicer ampliatur capacitas animæ: Primò, ratione maioris possibilitatis in suscipiendo: secundò, ratione maioris uirtutis in cooperādo. Eadem qppe est

potentia

potentia, quæ gratiâ suscipit, & susceptæ gratiæ coperatur, & quantum ad uirtutẽ cooperandi uerum est, q̃ aduenies gratia auget potẽtiæ habilitatẽ: nõ autẽ quantũ ad posibilitatẽ in suscipiendo: qm̃ gratia cũ sit actus, & complementũ potentię, quanto plus daꝫ, atq; infunditur, tanto plus minuit de possibilitate: hinc habilitas ad gratiam est in Christo p̃ gratiã, oino perfecta, & ad cõplementũ p̃ducta, eiusq; capacitas est impleta. Vñ non debemus hic imaginatione seduci. Non. n. ita impletur capacitas animę gratia, sicut locus uacans impleretur corpore, sed potius sicut posibilitas materiæ actualitate formæ. Hæc Bonauentura.

Tho. Aqu. 2. hac dis. ¶ At uerò Thomas Gratia, ait, duo principaliter facit in aĩa Primò. n. pficit eã formaliter in esse spirituali, p̃ quod Deo assimilatur: vnde & uita aĩæ nũcupat. Scd̃ò perficit eã ad opus, s̃m quod à gratia manãt uirtutes, quemadmodũ uires ab essentia: qa nõ põt operatio esse pfecta, nisi p̃grediatur à potẽtia pfecta p̃ habitũ, & pp̃ hęc duo oportet in aĩa Christi ponere gratiã. fuit n. ãq; aĩa illa perfectissima in esse spũali, in actibus quoq; suis pfectissima fuit, habuitq; actiones proprias, & creatas, realiter alias ab actione verbi æterni: habuit etiam Chr̃s plenitudinem, gr̃æ: qm̃ illud plenè habet, quod hr̃ s̃m oẽs differentias, modos, & effectus suos: ficq; Chr̃s habuit gratiã: qm̃ in seipso plenus extitit ea, cõicauit ẽt alijs cã, imò q̃busdã tã copiosè, q̃ & ipsi fuerũt cooperatores ipsius in aliorũ puersione ad ipm 1. Cor. 3. atq; ex ipso sicut ex capite redundat in alios, iuxta illud Ioh. De plenitudine eius oẽs accepimus. Hæc Thomas in Scripto, ubi & plura conscribit de his, q̃ nunc ex Alexandro, & Bonauẽtura inducta sunt.

q 7. art. 1. ¶ Porrò in 3. parte testatr̃. Necesse est in Christo habitualẽ gratiã ponere, primò propter unionẽ aĩæ eius cũ uerbo. Quãto. n. acceptiuũ p̃pinquiꝰ est causæ influenti, tanto plus participat de influẽtia eius. Cumq; influxus gratiæ sit à Deo, constat quòd aĩa illi tã summè, & immediatè unita, copiosissimè influxum gratiæ suæ suscepit, Scd̃ò propter nobilitatẽ aĩæ illius, cuius operationes oportuit p̃pinquissimè Deũ attingere per notitiã, & amorem, ad qd̃ opus fuit eam eleuari per gratiã. Tertiò p̃pter habitudinẽ aĩæ huius ad genus humanũ. Chr̃s namq; ut homo, est mediator Dei, & hoiẽm̃ ideo oportebat ut haberet gratiã ẽt in alios redũdantẽ. ¶ Hinc fuit in Christo gratiæ plenitudo. Id. n. plenè hr̃, quod totaliter ac pfectè hr̃. Totalitas aũt, & perfectio attendi põt dupliciter. Primò quo ad quantitatẽ intensiuã, quemadmodum perfectè, & plenè album uocatur, quod habet albedinẽ tã eminentem, sicut est nata haberi. Alio modo s̃m uirtutẽ, seu quantitatem extensiuã, ut si q̃s dicatur plenè habere uitã, qa hꝫ eam secũdũ oẽs effectus, uel opera uitę: ficq; homo non brutũ, uitã habet plenariè. Vtroq; autem modo Christus habuit plenitudinẽ gratiæ, primò quidẽ: qm̃ habuit eã in summo secundũ perfectissimũ modũ, quo põt haberi: quod primò ostendit ex maxima p̃pinquitate aĩę suæ ad causam gratiæ, p̃ uerbũ ęternum, ex qua p̃pinquitate abundantissime gratiã participauit. Secundò ex comparatione gratiæ Christi ad suos effectus: quia cũ esset Christus caput aliorũ, sic aĩa eius gratia sortiebatur ut transfunderetur in cæteros: quemadmodum ignisq; est causa caloris in alijs, est maxime calidus. Tertiò, quoniam habuit gratiam ad omnes effectus, operationesq; gratiæ, quia collata est ei gratia tanq̃ uniuersali principio in genere habẽtiũ eam. Virtus autem primi principij generis cuiuscunq; naturaliter se extendit ad uniuersos gn̄is illius effectus: sicut solius uirtute est uniuersalis causa gn̄ationis, ut ta- Dion. Areopagita. ctus Dionysius 4. de diuini. nominibus capitulo loquitur.

¶ Præterea si quæratur, an gratiæ plenitudo fuerit p̃pria Christo, respondendum, q̃ plenitudo gratiæ attẽdi potest dupliciter. Primò ex parte ipsius gr̃æ secundò, ex parte subiecti. Et primò mõ dr̃ plenitudo gratiæ, sicut iam dictum est, hæcq; Christo est p̃pria: sed secundò modo plenitudo gratię appellatur, dum quis gratiã plenè habet secundũ suã conditionẽ, siue secundũ intentionem, put gratia in eo intẽsa est usq; ad terminum ei, à Deo præfixũ, iuxta illud Apostoli: unicuiq; nostrũ data est gratia secundũ mensurã donationis Christi, seu etiam secundũ uirtutem, in quantum habet gratiæ facultatẽ ad oĩa ad suum statum, officiumve spectãtia, iuxta illud ad Ephesios: Mihi oĩum sanctorũ minimo, Ephe. 4. data est gratia hæc, illuminare oẽs, & talis gr̃æ plenitudo non est propria Christo, sed alijs quoque communicatur. Hæc Thomas in Scripto.

¶ In p̃inductis sententialiter cõtinentur scripta Alberti, Petri, Richardi, Vdalrici de ista materia. Albertus Magnus

¶ Durandus uerò his adijcit: Gratia dupliciter sumi: Primò, p̃ acceptione diuina, quemadmodũ inter homines dicitur qs alteri gratus, seu gratiam eius habere, qa acceptus est illi, ficq; gratia non dicit aliquid subiectiuè in hoie grato, sed est denominatio extrinseca ab actu diuino, seu humano, nec tãlis gr̃a fuit in Christo subiectiuè, sed obiectiuè: & tãliter dici potest, quòd in Christo fuit gratię plenitudo: quoniam fuit Deo summè acceptus. Scd̃ò accipitur gratia pro dono creato, & diuiditur in gratiã gratũfacientem & gratis datam: & utriusq; plenitudo fuit in Christo, quod de gratia gratũfaciente iam patuit. De gratijs quoq; gratis datis probatur. Nã Christus uenit euangelicã legẽ, & fidẽ catholicã prædicare, in quibus multa sup̃naturalia cõtinẽtur, q̃ rõne nequeunt probari humana: ideo necessaria erãt ad eorũ roborationem miracula, atq; huiusmodi, quæ ad huius legis, ac fidei conferunt ostensionem, ac munimentum. Hæc Durandus. Durandus

¶ Quibus obiici potest, quod ait in Christo non fuisse gratiam primo modo acceptam subiectiuè, sed obiectiuè. Fuit enim in ipso secundum quod est realiter, sicut in patre, & spiritu sancto. Sed loquitur de filio, secundum naturã assumptam. Quid aũt sit gratia gratum faciens, & de multiplici eius diuisione, & qualiter à gratia gratis data distincta sit, dictum est super 2. Obiectio contra randum. Diffinitio eiusdem.

¶ Amplius Scotus circa hæc scisitatur: Vtrũ animæ Christi potuit conferi summa gratia, q̃ potuit creaturæ conferri. ¶ Videtur quòd non: quoniam anima Christi non est summum gratificabile, cum non sit summa natura intellectualis, quoniam naturali ordine in ipsa dignitate naturæ est inferior creatura angelica, ergo nec summam gratiam potest recipere: excellentior namq; natura, nobilioris perfectionis est capax, eo quòd qualitas, & gradus, seu ordo perfectionis, sit secundum gradum naturæ perfectibilis. ¶ Ad hoc respondetur, quòd animę Christi dabatur quidam habitus supernaturalis, per quem augebatur capacitas suę naturæ. ¶ Sed contra hoc obijcitur, quia & natura superior capax fuit eiusdem habitus, aut alterius perfectionis, & per illũ esset capax maioris perfectionis, sicq; natura sublimior semper est magis gratificabilis. ¶ Præterea, Christi gratia fuit finita, atque incerto gradu, sed ultra illum posset fieri gr̃a maior: nã, & illa Id. Sco. Obiectio contra ritatem. Respon. Obiectio prima. Secunda. Obiectio



si causaretur, adhuc esset finita. Gradus autem finitus non repugnat creaturæ: Deus quoq; quolibet finito potest facere maius. ¶ Præterea, si gratia aĩæ Christi in termino, ut maior illa omnino esse nõ valeat: aut hoc esset p̃ rõnem formæ in se, aut p̃ aliquid ex parte efficientis, aut p̃ aliquid ex parte susceptiui. Non primo modo: qm̃ gratia est participatio charitatis infinitæ, & increatę, & ita põt crescere anteq̃ deueniat ad charitatẽ, quã participat: nec secundo modo, quia efficiens illud est infinitæ potentię, nec tertio modo: qm̃ forma recepta semper ampliat capacitatem recipientis. Charitas namq; dilatat. ¶ Præterea, si anima Christi habet gratiam summã creabilẽ, sequitur, quòd nulla gratia queat illi esse æqualis: quia vt 5. dicitur Topicorum, qd̃ p superabundãtiã cõpetit uni soli: Sed hoc põs falsũ est: qm̃ posset aliã naturã humanã, assumptę æqualẽ, imò, & Angelicam illa sublimiorẽ, assumere. ¶ Ad hanc q̃stionẽ rñdeo, quòd summũ potest dici dupliciter. Primò, positiuè per excessum ad alia: Secundò negatiuè per non excedi ab alio. Primo modo non potest esse nisi vnũ id, quod superbundantiã dicit. Secundo modo possunt esse plura, sicut sunt plura genera generalissima. Primo modo Deus non potuit animæ Christi cõferre gratiã summã ei posibilem, nam potuit, & potest creare ęqualem. potuit enim, & potest aliam naturam æqualem assumere, æqualẽq; gratiam illi conferre. Insuper dico, q̃ summam gratiam creabilem potuit animæ Christi conferre: summa namq; gratia potest creari. Alioquin non esset status in ascendendo. Hæc Scotus. Tertia. Quarta. Determinatio. Caute.

¶ Qui hanc materiam satis diffusè, subtiliterq̃ prosequitur, & defendit q̃ tanta potest esse capacitas animæ quanta, & angeli, præsertim respectu supernaturalium perfectionum gratiæ, & glorię, cum ad finem ordinentur eundem. Hinc ita q; est tenendũ, q̃ aĩæ Christi conferri potuit, atq; de facto collata est, summa gratia, q̃ cõferri potuit creaturæ: & q̃ omnis forma, ac perfectio creata, necessariò determinata, & limitata est ad certum gradum: & q̃ altior fieri nequit, non est ex impotentia Dei, sed ĩ susceptibilitate, & incapacitate, ac finitione creabilis. Hoc idẽ tenet Henricus, nec charitas potest in infinitũ dilatare, seu capacitatẽ augere, sed sicut in essentia, ita in potestate, & efficientia limitatur. Cãdanus. Dubium Scoticum.

¶ Iterum scisitatur, Vtrum posibile sit voluntatem animę Christi habere summam fruitionẽ, posibilem naturę creatæ. Respõdet, Aĩam summe frui Deo, dupliciter p̃t intelligi, uidelicet formaliter, & elicitiuè. Formaliter, ita quòd summa fruitio informet uoluntatem animæ huius, à quocunque fruitio illa causetur: & sic anima Christi frui potest ac fruitur summe Deo, cùm sit receptiua illius, sicut & gratiæ summæ, vt patuit: probabile tamen est, q̃ non posit summè frui Deo elicitiuè, cũ eius uoluntas non sit tantæ actiuitatis in eliciendo, sicut posset esse alia creatura assumptibilis, utpotè angelus: nec summa gratia est tota causa summæ fruitionis, imò Deus est cã principalis: & uolũtas fruentis extremò suo posse cooperat̃ ad actũ fruẽdi, quẽ & Deus de absoluta sua potentia posset creare in uolũtate sine gr̃a inexistẽte. Nã q̃cquid Deus facere potest p̃ cãm efficientẽ mediã, põt per se facere sine illa. Hæc Scotus. Caute. Prouer.

¶ Qui multa scribit de his, quorũ oppositũ scholastice posset defendi: sed non vr̃ tutũ, in his immoderate scrutari maiestatẽ, & bestiam tangere montem. Subiectio.

## QVAESTIO II.

QVæritur consequenter, *An gratia animæ Christi sit infinita.* ¶ Videtur q̃ sic, quoniam meritum Christi inexhauribile, indeficiensq̃ constitit, ergo & gratia illa, ex qua oritur. Effectus enim non potest suam causam transcendere, & inter gratiam, & meritum ex gratia nascens, proportionem esse oportet. ¶ Secundò, omne finitum paulatim crescendo potest alteri finito æquari, & si incessabiliter augeatur, potest illo fieri maius, cum vnũ finitum non excedat aliud infinite: ficq; gratiæ aliorum succesiuè, & incessanter proficiendo, possent gratiæ Christi æquari, si infinita non est. ¶ Tertiò, Magister ait in litera: Sanè dici potest, Christũ tantã gratiã accepisse, qd̃ Deus ei maiorẽ dare non potuit: ergo fuit simpliciter infinita, cũ omni finito Deus maius facere ualeat. ¶ Quartò: gratia Christi aut potest augeri, aut non: si potest, non est pfecta nec plena: si non potest, ergo est infinita. ¶ Quintò, probatur hoc ipsum per illud Iohannis, Non ad mẽsuram dat Deus spiritum homini Christo, ut Glosa exponit, & Augustinus testatur. Secunda. Tertia. Quarta. Quinta. Iohan. 3. Auguſt. In oppoſ. Sap. 11.

¶ In contrarium est, quòd infinita sapientia creatoris, cuncta creata in numero, pondere, & mensura constituit, & ipse superglorioſissimus Deus cunctis creatis in infinitum perfectior est.

¶ Ad hoc Bonauentura respondet. Aliquid mensura carere, immensumve esse, intelligi potest dupliciter: primò absolutè in se: secundũ, cõparatiuè ad aliud. Gratia itaq; Christi secundum quod est singularis persona in se, est donum creatum finitũ seu mensurarum. Finitum enim, & mensuratio circa creaturam, potius dicit complementum, quàm imperfectionem: sed in comparatione ad gratiam aliorum, gratia Christi improportionabiliter est excedens ratione hypostaticæ unionis cum uerbo: imo ita excedit in infinitum, idest incommensurabiliter gratias aliorum, tam quantum ad uirtutem habitus, quàm quo ad usum, atque effectũ. Quantum ad habitum: quoniam nunquam pura creatura intantum ualet proficere, ut tam perfecti habitus gratiæ sit susceptiua, vt anima illa Deo in vnitate personæ coniuncta. Quantum ad usum: quoniam omnes virtutes habuerunt usum suum in Christo, dummodo ad perfectionem pertineant: idcirco dicuntur in Christo fuisse omnes sensus spirituales, quia completũ habuit usum uniuersorum donorũ, excellentiori modo, quàm ad hoc posit pertingi ab aliquo. Similiter quantum ad effectum, quia hoc quod ille homo fuit filius Dei, pensatur opus, seu meritum eius penes dignitatem personę, à qua emanat. Hinc meritum passionis eius in infinitum excedit nostrarum merita passionum, atque ob hoc qd̃ Deus erat, mors eius pensata fuit à Deo in tantum, quantus extitit ille, qui moriebatur. Hinc quantum ad sufficiẽtiam. si infinita fuissent millia hominum reatu originalis peccati adstricta, potuissent p effectum & meritum passionis illius liberari, atque saluari. Gratia igitur Christi quantũ ad suam essentiã, est finita. Quòd uerò spiritus dr̃ ei datus non ad mẽsurã, põt intelligi de datione æterna vel de datione per cõicationẽ idiomatum, ficq; priuatur ibi mensura simpliciter. Si aũt per spiritum datum, intelligamus ipsam donationem donorum spiritus sancti, sic non priuatur ibi mensura simpliciter, sed commensuratio respectu nostri, quibus datur spiritus quantum ad certos usus quorundam donorum, iuxta illud Apost. Alij datur per spiritũ sermo sapiẽtiæ, alij, sermo scientiæ. Porrò infinitas meriti Christi non solum consurgit ex gratia illa, sed magis ex unione humanitatis ad verbi personam, ob quam unionem non tantum homo, sed & Deus passus & mortuus Determinatio. Bonauen. Iohan. 3. 1. Cor. 12.

tuus dicitur:& ex illa dignitate dicitur meritum infinitũ:Vnũ quoq; creatum infinite excedit aliud,qñ non sunt eiusdem generis : vt linea punctum , superficies lineam.Hæc Bonauentura .

¶ Hinc Thomas cõscribit:Gratia dicitur donum gratia collatũ.Donũ aũt homini Christo sine precedentibus meritis suis collatũ,extitit duplex,uidelicet creatũ, & increatũ. Increatũ fuit, & est spiritus sanctus,q in Christi anima requieuit,iuxta illud Isaiæ.Requiescet super eũ spiritus domini.

Esaię.11.

Ipsa quoq; persona uerbi:qm̃ datũ est naturæ assumptæ,ut verbi persona sit ipsius,atq; secundũ hoc,datum est ei nomen qđ est super omne nomen:sicq; gratia Christi est simpliciter infinita.

Philip. 2.

Donũ uerè animæ Christi creatũ,est gratia formaliter eã pficiẽs,& hęc quodã modo finita fuit,& quodammodo infinita:quia secundũ essentiam fuit finita . ¶ Attamen tribus modis infinita uocatur.

Gratia hominum Christi collata trib⁹ modis dicitur infinita.

¶Primò.ex cõiunctione ad deitatẽ,inquantũ concurrit ad eundẽ actũ cum ea, ita ut actus illa gratia informatus, non tãtum sit actus hominis,sed ẽt Dei.¶ Secundò quantũ ad rationem gratiæ. in his quippe,q̃ mole magna non sunt,non est accipere finitũ,& infinitũ secundum numeralẽ, uel dimensiuã quantitatem, sed secundum quod aliquid est limitatum ,uel non limitatum.Limitatur aũt aliquid ex capacitate recipiẽtis. Vnde quod nõ habet esse receptũ in aliquo, sed subsistens in se,nõ habet esse limitatũ, sed limitatũ, vt Deus.Si aũt sit aliqua forma simplex subsistens,quæ non sit suũ esse,ut intelligentia: habet quidem finitatem quantum ad esse particulatum , quantum ad formam illam:sed forma illa: non esse limitata, quia non eẽt recepta in aliquo,ut sic ponatur in calor per se subsistens,sicq; formę uniuersales intellectiuæ habẽt infinitatẽ.Si uerò sit forma talis recepta in aliquo,de necessitate est limitata, quãtũ ad esse debitũ illi formæ, non quantum ad esse simpliciter : quia nõ solũ non habet plenitudinẽ essendi simpliciter, sed nec totũ esse qđ naturæ illius possibile est fore:sed possibile est qđ nõ sit limitata quantũ ad rationẽ illius formæ, ut scilicet habeat illam formã secundũ omnem modũ completionis illius , ita ut nihil sibi desit de pertinentibus ad completionẽ formę illius,& hoc, si ex parte recipientis non sit defectus , uel ex parte agentis.Et hoc modo gratia Christi dicitur infinita ; qm̃ quicquid ad perfectionem potest gratię pertinere,totum in ipso fuit.¶ Tertiò, quantũ ad effectũ: qm̃ nõ determinaẽ ad determinatos effectus, sed põt esti infinitos operari redemptioẽ.

Liber de Causis.

Hinc ferẽ in libro de Causis ,quod uirtus intelligentiæ est infinita inferiùs, & hic modus respicit gratiam capitis,secundus uerò grãm hoĩs singularis,primus gratiam unionis.¶ Si uerò quęratur , an gratia Christi queat augeri:

Gratia Christi hominis non potuit augeri.

dicendum , quod augmentum non cõpetit rei secundum quod est in termino,sed prout est in uia ad terminum: quia secundum quod est in termino,tota potentialitas eius seu capacitas impleta est ex fine,idcirco non habet quo crescat vlteriùs. Cumq; aĩa Christi ab initio conceptionis fuerit ultimo fini unita,non solum per fruitionem perfectã,sed & communicando in personali esse ipsius uerbi,nõ potuit crescere gratia eius.¶ Cumq; obijcitur . quod cuilibet finito fieri potest additio. Respondendum,quod uerum est mathematicè loquẽdo : quoniam ratio quantitatis quam solam considerat mathematicus , non prohibet quin infinito aliquid addi possit, quã tamẽ additionem prohibet forma quam considerat naturalis : ideo secundum naturalem illud non est uerum, sed secundum imaginationem duntaxat, & ita est in proposito , quia nec gratia potest esse maior q̃ gratia Christi comprehensoris,nec gloria maior quam creaturæ Deo in unitate personæ unitæ. Hæc Thomas in Scripto . In quibus satis contineri videntur , quæ super his scribit in 3 parte.7.quæstione .

Obiectio. diluitur.

¶ Concordat Petrus , qui ad ultimum istud de gratiæ augmentatione,respondet.

Petrus de Taran.

Gratiam nõ posse augeri,ex triplici potest causa contingere.Primò ex imperfectione agentis,qui dare non ualet maiorem.Scđò,ex perfectione infinita ipsius formę.Tertiò,ex incapacitate suscipientis , qui nequit maiorẽ suscipere. Primis duobus modis dici non potest , quod gratia aut alia quæcunq; forma creata , nequeat esse maior,cum Deus omnipotens sit, & omnẽ creata eẽntiã oporteat esse finitã in q̃dditate , & potestate:sed tertiò modo .Capacitas namq; creaturæ terminata est in genere,quam si excederet,genus transcenderet creaturæ.Hæc Petrus .

¶ Idem Richardus,q addit hic qualiter q̃dam dicunt,habitualem gratiã Christi non esse eiusdẽ speciei cum gratia aliorum:quod dicit difficulter posse uideri præsertim cum gratia & charitas realiter idem sint.Quocirca apparet,quod q̃uis alia opinio q̃ tenet eas distingui realiter , probabilior sit.attñ uerius æstimatur,quod gratia Christi,& gratia aliorum cõueniant specie, sicut & charitas. Addit quoque Richardus, qđ gratia Christi habitualis , essentialiter sit finita . Nam uersus superiùs est finita, q̃a à Deo pducta, & ab,eis actualitate deficiẽs : & item uersus inferiùs: quoniam in subiecto recepta, & in seipsa,quia ad terminatum gradum perfectionis est limitata.Hæc Richardus.

Richardus

¶ Vñ , & quamuis ex Thoma inductũ sit, quod forma in se subsistens,vt intelligentia, & non recepta in aliquo,non est limitata:non vř idoneum:qm̃ forma talis intrinsece est finita limitibus suæ essentiæ & certæ differentiæ , ac determinatæ pfectionis tã eẽntialis,q̃ accidẽtatis.Vñ & dř eẽ ĩ loco diffiniti uè,prout super secundũ pleniùs est expressum.Hinc absolutè loquendo,omnis forma creata est limitata,quemadmodum & finita. Quomodo autem in libro de Causis intelligentia asseritur infinita , inferiùs suis locis expositum est .

¶ Consonat quoq; Albertus prædictis de infinitate gratiæ Christi,& inter cætera dicit uerbum notabile:Christus,inquiẽs, in veritate non potuit nec debuit peccatorem assumere ,quia hoc nec naturæ deitatis,neq; officio redemptoris congruebat,redimendis quoq; intulisset totius redemptionis impedimentum. Hoc uerbum Alberti concordat his , quæ dixi superiùs contra quosdã aliter imaginãtes .

Albertus magnus.

¶ In pħabitis item scripta Vdalrici uirtualiter includuntur,qui & inter cætera loquitur : Quamuis gratia habitualis Christi fuit finita,fuit tam en infinitę uirtutis in promerendo.Hoc namque non habuit ex se,cum impossibile sit finitæ essentiæ,infinitam inesse uirtutem:sed habuit illud ex eo , ꝙ operationi Christi humanæ semper fuit coniuncta atque cõmunicans operatio diuina quia humana natura in Christo est instrm deitatis unitę.Hæc Vdalricus.

Vdalricus

## QVAESTIO III.

Amplius restat quarẽdũ de gr̃a capitis in Chr̃o đ qua nũc dictũ ẽ, ꝙ sit realiter idẽ qđ gr̃a habitualis singularis illius psonæ.¶Quæritur ergo, *Respectu quorum Christus sit caput , & quorum respectu ponatur in ea gratia capitis , an .s.sit caput totius triumphantis ac militantis ecclesiæ* . ¶ Et uidetur, ꝙ non sit caput Angelorum. Caput nãq; & mẽbra seu corpus, sunt unius naturæ. Christus aũt nec secundũ diuinã nec scđm humanã naturam, est unius, & eiusdem naturæ cũ Angelis.¶ Secũdò,Chr̃s secũdũ naturã assumptã est inferior Angelis,nõ ergo scđm illam est caput illorum.¶ Tertiò, tota superglorioſissima trinitas est principium,& immediatũ unicũ caput totius triumphantis ecclesiæ:ergo Chr̃s post incarnationẽ nõ magis est caput illius,q̃ ante.

Quæritur primo.

Obiectiones cõtra veritatem.

¶ Secundò q̃ritur,an Chr̃s sit caput militantis ecclesiæ.

Quæritur secundo. Obiectio contra veritatem.

Vř ꝙ nõ,q̃a secundũ Apost.Caput Chr̃i Deus:ergo Chr̃s est mẽbrũ & cõmẽbrũ ipsius ecclesiæ,atq; à sola Dei gr̃a effectiuè pcedit. Rusus , Chr̃s subditus fuit beatissimæ virgini matri,& factus est sub lege, fuitq; discipulorũ minister.: quę ꝯstat capiti nõ cõuenire,sed seruo Apostolus quoq; Christum noĩat mẽbrum:vt simus,inquiens ,membra de mẽbro. i. de Christo secundum Glossam,non ergo est caput. Multa consimilia hic quæruntur.

1.Cor. 11. Luc.2. Galat 4. Luc.2. Ephe. 5.

¶ Circa q̃ scribit in Summa sua 3.lib.Antisiodor. Hic quæritur primò , cũ ecclesia dicatur incepisse ab Abel potius, quã ab Adã, cũ Adã fuerit iustus, & sanctus , tã ante suã transgressionẽ quã postea. Rñdet, iõ ecclesia nõ dř incepisse ab Adam:qm̃ Adã cecidit in mortale pc̃tm̃ post sanctitatem, quã habuit, ideo si ecclesia incepisset ab Adã, ipsa desijsset esse postq̃ incepisset, quod inconueniens esset.Secunda cã est:qm̃ Abel primus apertè gessit,& expressit typũ ecclesiæ p virgitatẽ,& innocẽtiã suã,q̃ designat spiritualẽ uirginitatẽ,innocentiamq; ecclesiæ.Tempore quoq; Abel fuit ecclesia.i.congregatio fideliũ. Nam,& Adam, & Eua tũc iusti fuerunt .

Determinatio. Gulielm. Antisiod.

Ephe 1. 1.Cor.11.

¶ Secũdò quærit hic doctor , secundũ quã naturã Chr̃s dicaẽ caput ecclesiæ.¶Rñdet,hoc nomẽ caput multipliter sumitur,vt patet ex verbis Apostoli.asserẽtis:Caput mulieris uir, caput aũt uiri Christus,caput aũt Christi deus. Porrò uir dicitur caput mulieris,qm̃ eã regere hẽt,quẽadmodũ caput multũ totũ corpus gubernat,Deus aũt est caput Christi,secundum quod ipse per generationem accepit à Deo patre quicq̃d habet . Christus uerò est caput uiri .i. omnium sanctorum secundum utranque naturam.Dicitur quippè Deus caput sanctorum,quoniã spiritualiter eos uiuificat , atque sensificat, & utitur eis ad libitum suum ut membris : sicq; tota trinitas est unum caput ecclesiæ, habetq; membra : sicq; membra ipsos sanctos,ut patet p illud Malachiæ:Si configet homo Deũ, quia uos configitis me,dicit dñs?Sic quoq; dicitur Deus pati in membris suis.Dicitur etiam Christus caput ecclesiæ secundum quod homo, metaphoricè . Nam sicut caput uiuificat & sensificat totũ corpus,ita à Christo pcedũt sensus & motus spirituales in ecclesiã tanq̃ in corpus,q̃a de plenitudine oẽs accepimus: & pp confirmitatem naturę,quã debet habere ad totum corpus,& iuxta hãc rõnem nõ est Chr̃s caput Angelorũ,q̃a nõ est eis naturæ cõformis,sed tm̃ cũ ecclesia.Verũ inquantũ Deus, est caput illorum , sicut & hoĩm. si aũt obijciatur qđ à Christo,secundũ quod hõ est,non fluũt motus, sensusq; spũales.¶ Dicẽdũ, qđ à Christo secũdũ qđ hõ est, fluxerũt sensus gratiæ in ecclesiã trib.modis. Primò per modum meriti:qm̃ meruit nobis cũcta charismata.Secundò,per modum doctrinę: qm̃ ore pprio nos instruxit, atq; adhuc per suos docet pdicatores.Tertiò, p modũ fidei , q̃a per fidẽ, qua credimus in ipsũ, uolumus ei assimilari & assimilamur. A Christo aũt secundũ qđ hõ est, nõ fluunt charismata per modũ auctoritatis.Est itaq; in Christo duplex uirtus influendo charismata , utpotè creata , à qua fluunt sicut à causa principali, & prima:& creata,utpotè plenitudo gratiarum.

Mala.3. Actuum 9 Ephesi.1. Iohan.1.

¶ Tertiò quærit, an Abel extitit mẽbrũ Christi .

Abel erat membrũ Christi.

¶ Rñdet per nomẽ hoc caput,supponiẽ filius dei in humanitate nõ simpliciter,sed in humanitate credita, sicq; Abel in carne uiuens fuit mẽbrũ Chr̃i,quẽ credidit incarnãdũ, sicut,& nos credimus incarnatũ.Nẽpè ut asserit Aug. eadẽ fuit fides ĩcarnationis futurę, & pteritæ.

August.

¶ Quartò interrogat,cur Chr̃s dicaẽ potius caput,quã cor ecclesiæ,psertim cum in corde motus,& sensus uitales principaliter uigeant.Alijs namq; mẽbris mortificatis,adhuc manet uita in corde .¶ Dicendũ,qđ q̃dã motus sunt purè naturales , vt motus hepatis deriuantis humores ad alia mẽbra . Quidam uerò sunt partim uolũtarij,partimq; naturales,ut motus qui sunt in corde.Aliquo.n.mõ subiacent rõni,non ut deriuenẽ,sed ut penitus inde fiãt.Motus autẽ purè uoluntarij , sunt magis in capite. Cumq; motus gratiarum,q fluunt à Christo, sint purè uoluntarij, potius dř Christus caput quàm cor ecclesiæ.

Christus dicitur caput ecclesię nõ cor.

Quintò quærit, quæ mẽbra habuit Christus in sui cõstitutione.¶ Rñdet,Corpus Christi est duplex,utpotè naturale,& mysticum. Naturale traxit ex uirgine.Mysticum seu gratuitum est ecclesia, q̃ metaphoricè dř corpus: qm̃ sicut oĩa membra hominis uiuificantur ab anima una, q̃ sedem habet in capite , sic uniuersi fideles uiuificantur ab uno spiritusancto , sedem habente principaliter in capite. Christo. Quemadmodum ẽt naturale corpus Christi ꝯstat ex purissimis mẽbris , sic mysticum corpus Chr̃i ex puris ac mundis fidelibus : propter quod corpus Christi dicitur sacramentum.i.sanctum signum corporis mystici.

Ephesi. 4.

¶ Sextò quærit,an Christus sit membrum Christi.

An Christus possit dici Membrum suiipsius.

¶ Videtur quod sic:qm̃ omnis homo,aut est mẽbrum Christi,aut membrum diaboli: sed Chr̃s non est membrum diaboli:ergo est membrum Christi.i. suijpsius. ¶ Dicendum , quod hæc nõ est uera. Oĩs hõ est mẽbrum Christi aut diaboli, nisi intelligatur de omni homine puro , aliàs instantiam habet de Christo , q non est mẽbrum Christi neq; diaboli , sed ecclesiæ. Veruntũ Christus dupliciter sumitur. Primò pro filio sacratissimæ Virginis , & sic Christus nõ est mẽbrum Christi . Secundò p toto Christo.i. pro capite, & mystico corpore,ꝙ ita est Chr̃s mẽbrum Christi, diuersimodè Christum sumendo. Cõformiter corpus mysticum , seu ecclesiæ, q̃nq; vocatur caput cũ corpore,sicq; Christus est caput, & membrum ecclesię,secundum qđ caput notat impatibilitatẽ . Interdũ verò corpus mysticum seu ecclesia, appellaẽ residuum illud à capite : sicq; Chr̃s est caput ecclesiæ.¶ Postremò q̃rit de unitate capitis & corporis . Loquitur namq; ecclesia de capite & corpore,de spõso,& spõsa,quasi đ vna psona, dicẽs in Isaia:Alligauit mihi mitram , & sicut sponsã ornauit me.

Isaiæ.61.

¶ Et rñdẽdũ, qđ duplex est forma siue pfectio Chr̃i.itẽq; ecclesiæ.Est. n. forma siue perfectio Chr̃i naturalis, & ecclesiæ , q̃ est humanitas: & quãtũ ad hãc pfectionẽ,spõsus est alius quã sponsa. Alia est perfectio Chr̃i, & ecclesiæ gratuita,q̃ est spiritusſctũs & inhabitatio eius: & ſm istam pfectionẽ est unitas & spõsi spõsæ, & unũ interdũ pdicatur de alio,& sic oẽs sumus unũ ĩ Chr̃o,multitudinisq; credentiũ erat cor unũ,& aĩa una Hæc Antisiodoreñ.

Galat. 3. Actu 4.

¶ Præterea de his scribit plenissimè Alexander : In Christo,inquiens, ponenda est gratia,per quam est caput ecclesiæ, cum ad Ephesios dicatur:Ipsum dedit caput super oẽm ecclesiam,q̃ est corpus eius: hoc conuenit Christo secundum naturã assumptã. Quo circa notandum, quod influentia gratiæ est à Deo dupliciter,hoc est,sine medio,&per medium.

Alexand. de Hales. Ephesi. 1.

Nam

Nam Christus vt Deus, est immediatus gratiæ dator, auctoritatiuè, & in ꝓpria ratione causæ efficientis: Per mediũ uerò, secundũ ꝙ homo, pluribus modis, puta ꝑ modũ fidei, ꝓut ipse considerat̃ ꝑ fidem. Fides namq; de Deo hoĩe, disponit aĩam mediatè ad gratiã, cũ ĩpossibile sit sine fide Deo placere. Vñ Augu. Sine fide mediatoris nunq̃ aliq̃s placuit Deo. Itẽ ꝑ modũ meriti: qm̃ sua passione meruit hoĩbus gratiã. Hinc cum dñs ꝓtulisset, Inquietudines ipsorum ipse portauit, mox addidit: Iõ dispertiã ei plurimos. Itẽ ꝑ modum desiderij seu orõnis. Orat nãq; ꝓ electis, iuxta illud ad Rom. Iesus Chr̃s ĩterppellat ꝓ nobis. Itẽ per modum dispositionis quãtum ad naturã, q̃ añ eius aduẽtum fuit odio digna, & ꝑ ipsum est reconciliata, dum ĩ ipso est in unitate ꝑsonæ assumpta Hinc Hugo lib. de Sacramentis fatet̃: Sicut spũs hoĩs mediãte capite ad mẽbra uiuificanda descẽdit, sic spũs sanctus per Christũ uenit ad Christianos, cuius spiritus plenitudo ĩ capite, participatio ẽ in mẽbris. ¶ Si autẽ q̃ratur, secundum quã rõnem Chr̃s dicat̃ caput. ¶ Dicendum, q̃d caput dr̃ metaphoricè in alijs multis modis. Nã rex dicitur caput regni, inquantum suo imperio mouet illud: sic Chr̃s ẽt scd̃m quod homo, est rex regum, & dñs dominãtium, secundum illud Apocalip Habet in uestimento, & ĩ femore suo spiritum, Rex regum & dñs dñantium. Rursus, meliùs, & digniùs in genere uno quoque, dr̃ caput in illo, unde leo caput animalium dr̃: sic Chr̃s, cum sit melior, atq; p̃stantior in uniuersitate rõnaliũ creaturarum, rectè uocat̃ caput earum. Iterum, pr̃familias nuncupãt̃ caput suæ familię: sic & Chr̃s ecclesiæ, cum sit pastor, atque episcopus aĩarum, iuxta illud Petri: Cõuersi estis ad epm, & pastorẽ aĩarum uestrarum. Quãuis igitur Chr̃s dici ualeat caput secundum p̃fatas mta phoras, & ẽt rõne ꝓuidentiæ, ac plenitudinis gr̃æ suæ, attñ ꝓpriè dr̃ caput rõne influentiæ: q̃a sicut à capite est influentia motus, & sensus ẽm diuersas capitis partes, quia ab anteriori eius parte fluunt nerui, per quos fluit sensus ad mẽbra. A posteriori verò parte eius fluũt nerui per quos fluunt motus ab aĩa ad singula mẽbra. Similiter Chr̃s influit ecclesiæ spiritualiter sensum, motũq;: sensum per fidẽ, motũ per charitatẽ. Nec dr̃ cor ecclesiæ sicut caput, quia (ut ait Aug. in li. de spũ & aĩa) Triplex est aĩę uis ad corpus, puta uis naturalis, quę operatur in hepate: uis uitalis, q̃ operat̃ in corde: & uis animalis, quæ operatur in cerebro. Vis naturalis est nutritiua, ut degestiua, retentiua, expulsiua, & augmentatiua. Aui uitali est motus cordis cõtinue Aui animali in cerebro est motus, & sensus in mẽbris, & secũdũ hoc diuidunt̃ motus, & spiritus, qui sunt uirtutum uehicula, in spiritum naturalem uitalem, & animalẽ. Operationes autẽ principales nequaq̃ sunt subiectæ rõni, aut uolũtati. Operationes autem uitales partim subdũtur illis, & partim: non sed operationes animales uoluntate sunt omnino. Cũq; motus Christi in corpus ecclesiæ uoluntarius, sit magis dicendus est Christus caput ecclesię, quam hepar, aut cor.

Heb 11. August. Isaiæ 53. Rom. 8. Hugo. Apoc. 1. 1. Pet. 2. August.

¶ Insuper si quærat̃, secundum quã naturã Christus sit caput ecclesiæ. Respondendum, quòd caput ecclesiæ dicitur communiter, & propriè. Cõiter tota trinitas est caput ecclesiæ. Tota. n. trinitas, & regit ecclesiã, infundens ei gratiam, moue nsq; eã per dilectionẽ. Propriè aũt caput ecclesiæ est Chr̃s. Deus & hõ seu Chr̃s ẽm assũptã humanitatẽ: q̃a sic h3 cõformitatẽ ad eã ꝑ gratiã, & nãm. Hinc sup illud ad Ephesios. Ipsum dedit caput, loquit̃ Glossa. Chr̃s ꝓpriè dr̃ caput secundum humanitatem, secundum quam coniungitur ei ecclesia natura, & gratia.

Christus iuxta quã naturã dicatur caput ecclesiæ. Ephe. 1.

¶ Præterea si quæratur, an pater, seu spũs sanctus rectè uocent̃ caput ecclesiæ: rñdetur, q̃d caput cõiter dictum nõ importat nisi rõnẽ principij. Principiũ autẽ in diuinis dupliciter sumit̃, utpotè, relatiuè quo ad emanationẽ ad intra, sicq; pr̃ est principiũ filij. Pr̃ quoq;, & filius principiũ sunt spũs sancti, & hoc in identitate substãtiæ. Trinitas aũt, & q̃libet diuina ꝑsona est principiũ creaturæ in diuersitate substantiæ, & absolutè: sic & caput in diuinis dr̃ relatiuè, & ita pr̃ est caput filij, pater ita, & filius caput sunt spiritus sancti, sunt etiam caput cõiter dictum respectu creaturarum in diuersitate substantiæ.

Amplius, si quæratur, An Christus sit caput Angelorũ. ¶ Dicendum, q̃d Chr̃s secundum q̃d homo potest dici caput angelorũ, prout rex dicitur caput regni, ut dictum est. Si autẽ caput dicatur propter naturæ conformitatẽ, non est caput Angelorum nisi secundũ q̃d, inquãtum aĩa eius (quantum ad partẽ suã superiorẽ) per intellectualitatẽ suã conformis est Angelis. Porro reprobi quã diu sunt in fide, & charitate, sunt mẽmbra Christi, & ipse est caput eorum. Existentes uerò in pc̃õ mortali, non pertinent propriè ad unionem, & unitatẽ mystici corporis, attñ refert dicere, unitatẽ ecclesiæ, & unitatẽ corporis ecclesię. in unitate namq; ecclesiæ sunt boni, & mali dummodo fidem habeant rectã. Vñ legitur, q̃d tritico zizania sunt adiuncta. Propter quod dicit Augustinus, quòd ecclesia est ager, in quo radicat̃ triticũ. i. electi, & zizania. i. reprobi simul, q̃ in fine separabunt̃. Vnitas verò corporis ecclesię non est nisi per fidẽ charitate formatã, & de hac loquitur Hugo. Per fidẽ accepimus vnionẽ, scilicet formatam. Hinc secundũ propriã corporis rõnẽ, mali nõ sunt de corpore ecclesiæ, quãuis sint de ecclesia. Demũ dum ait Hugo. per fidem accepimus vnionem, per charitatẽ viuificationẽ: loquitur per similitudinem corporis humani, in quo est quædã unio mẽbrorũ materialis, vt vnio per neruos. Alia est formalis, q̃ est mẽbrorũ ꝑ participationẽ vnius vitæ cõis ab aĩa: sicq; in corpore ecclesiæ ponit duplicẽ unionẽ, unã quasi materialẽ, quã nominat unionẽ per fidẽ: aliã formalẽ, quę est per charitatẽ. ¶ Deniq; Christus hõ influit corpori ecclesiæ, & membris ipsius tripliciter. Primò per modum meriti, ut dictum est. Secundò per modum exemplaris, qm̃ ipse est exemplar cui nos coaptari, & conformari oportet. Tertiò per modum capitis, vt patuit. Est equidem quidã naturalis amor, & appetitus capitis ad membra, propter quod spiritus animales in capite existentes, ex hoc amore decurrunt ad membra, specialiter tamẽ ad membrum Iesum, & colliguntur ibidem. Hęc Alexander. Qui addit his, quòd angeli sancti suscipiunt à Christo cognitionem ueritatis, q̃a illuminantur ab eo, ut dictũ est pleniùs super secũdum: honorem quoque in recuperatione suæ ruinæ, iuxta illud Psal. Iudicabit in nationibus, implebit ruinas. Dulcedinem etiam, & iucunditatem in ipsius humanitate, quia in ipsum desiderant Angeli gloriosi prospicere, ut princeps ait Apostolorum.

An Christus sit caput angelorum. Matth. 13. Augu. Hugo. Christus influit ecclesię tripliciter. Psal. 109. 1. Petri 1. Bonauẽ.

¶ Præterea Bonauẽ. circa hæc pulchrè ꝯscribit cuius scripta iam (quantum ad sensum) quasi totaliter sunt inducta. Caput, inquit, in spiritualibus trãssumptiuè dicitur à capite in corporalibus. Omnes autẽ trãsferentes, secundũ aliq̃ similitudinẽ transferunt hinc caput in spiritualibus dicitur secundũ aliquã ꝯueniẽtiã cũ capite corporali, in quo tria reperiunt̃ vc3 quod est mẽbris ꝯforme. Principium quoque membrorũ & influxuũ, sensus, ac motus in ea, quæ tria



tria reperiuntur in Christo respectu bonorum. Cõformitas tñ naturę cõpetit ei ex natura assũpta. Vñ super Iohan. loquit̃ Augustinus: Vnius quippè naturæ sunt vitis, & palmes, propter q̃d cum Christus esset Deus, cuius naturæ non sumus, factus est hõ, vt in illo esset vitis humana natura, cuius & nos palmites esse possemus. Idem nãq; intelligendũ est de uite, & capite. Porrò scd̃a proprietas capitis, q̃ est esse principium, potissimè conuenit diuinæ naturæ, ẽm quod est uniuersorum principiũ. Tertia verò proprietas cõuenit Christo rõne utriusq; naturæ. Dupliciter namq; contingit motũ, & sensum influere, vtpotè per modum p̃parantis, quod cõpetit Chr̃o ex parte naturæ assumptæ, per quã meruit gratiam nobis: atq; per modũ imperantis, q̃d cõuenit Christo, ex deitate. Hinc influere ad remissionẽ culpæ, est Chr̃i, ut Deus est: influere uerò ad remissionem pœnæ, est Christi inquantũ est hõ. ¶ Insup ad istud. Vtrum Deus mediante gr̃a capitis Christi, influat motum in oẽm creaturã habentẽ gr̃am, tã angelicam, q̃ humanã: rñdet, sensus in spũalibus attenditur quantum ad cognitionem motus, quantũ affectionem, & delectationẽ, quæ est pondus inclinans spm̃ vnunquẽq;, & trahens ad congruum, seu debitum sibi locũ. Influere ergo motũ, & sensum, ẽ causare in nobis fidem, & dilectionẽ, seu fidẽ operantẽ per cognitionẽ, & delectationẽ, atq; amorẽ. Cognitio aũt, & dilectio in triplici differentia sũt. Nam quædã respiciunt statum meriti, & uocantur gratuitæ: Quædam autem in quibus consistit substãtia præmij, quæ uocatur gloria. Quædam quoq; cognitio, & dilectio est illis annexa, q̃ nec est de essentia meriti principalis, nec præmij substantialis. sed est de bene esse, ut reuelatio quorundã, quæ ad accidentale pertinent p̃mium, et de talibus illuminantur ciues cælestes à Christo: sicq; omnes gr̃am habentes in triumphanti, ac militanti ecclesia, sortiuntur illam aliquo mõ mediante gratia capitis Chr̃i: & magis illi, qui post Christi aduentũ, & passionẽ fuerunt, q̃ præcedentes. Si præcedentes. etenim passio Christi promissa, & credita tanti fuit uigoris, ꝙ credentes perduxit in uiam salutis, quanto plùs ualebit exhibita, & impleta? ¶ Si demũ dictis objiciat̃, ꝙ caput non influit in cor, sed magis econtra: dicendum, ꝙ in veritate influentia cordis gñalior est, q̃ influẽtia capitis: nihilominus influẽtia capitis gñalior est ẽm manifestationem: ideo aptior ad declarandũ spũales, atq; latentes proprietates, & influentias Chr̃i in membra sua, Hæc Bonauentura.

August. Iohan. 15.

¶ De his itidem multa conscribunt Albertus, & Vdalricus, quæ pro maxima parte in præhabitis cõtinentur, & addit Vdalricus: Augustinus ad Dardanum, tractans illud Apostoli, In quo habitat oĩs plenitudo diuinitatis corporaliter: Ita. inquit, in Christo habitat oĩs plenitudo hm̃õi, ꝙ omni gr̃a plenus est: sed ita in sanctis non habitat, quẽadmodum etiã in corpore nostro inest sensus singulis mẽbris, sed non quantũ in capite, in quo sunt oẽs sensus, in cæteris aũt mẽbris solus tactus: ita ĩ Chr̃o habitat oĩs plenitudo diuinitatis corporaliter: qm̃ ip̃e est caput, in quo oẽs sensus sunt. In sanctis uerò quasi solus est tactus, q̃bus datus est spũs ad mẽsurã. Ad cuius dicti intelligentiã aduertendum, ꝙ sensus spũales transsumunt̃ à corporalibus sensibus, ẽm duplicem corporalium sensuum cõparationẽ: q̃a vel cõparantur adinuicem, uel ad suos actus. Primo mõ tactus est fundamentum sensuum cæterorum, nec solum est sensus specialis, sed & generalis: & est differentia potiùs completiua alijs, q̃ specialis: qui solus sufficit ad hoc, ꝙ aliquid sit animal. Alij verò sensus superadditi sunt ad aĩalis perfectionem, secundum Philosophũ 3. de anima, ita, ꝙ nec gustus de necessitate est animalis, nisi inquantum est, quidam tactus Sicq; loquit̃ Augustinus, ostendere volẽs, ꝙ gratia ẽm sufficientiã necessitatis, est in oĩbus sanctis: ẽm oẽm uerò plenitudinis modũ, in Chr̃o duntaxat. Porrò secundo mõ non solũ in Chr̃o, sed in alijs quoq; sanctis sunt oẽs sensus spũales: quia (ut super Leuiticum loquitur Origenes) Visus spũalis est, Deum cognoscere: auditus, audire quæ loquitur: odoratus, mente percipere bonum suæ famæ odorẽ: gustus, experiri, q̃ dulcis sit dñs: tactus, manibus contrectare uerbum incarnatum. Deniq; Christus non tm̃, ut Deus, nec tm̃, ut homo, sed ẽm quod Deus, & hõ, est caput ecclesię, quæ per similitudines suas ad corpus naturale, uocatur unũ corpus, quia in cunctis fidelibus est una natura, unus spũs uiuificans, & gubernans, unus fidei sensus, & vnum caput: diuersi verò secundum diuisiones, diuersitatesq; gratiarum, diuersa habent officia. Cumque corpus Chr̃i sit ecclesia, constat, ꝙ ipse non est caput illorum, q̃ nec numero, nec merito sunt de ecclesiæ, ut illis, q̃ nec fide, nec fidei sacramento de ecclesia sunt, imò per hæc oportet eos Chr̃o incorporari, ut sit ip̃e caput illorum. Qui autem sunt de ecclesia numero, & non merito, ut qui fide informi, aut fidei sacramento sunt in ecclesia, quamuis careant fide, sicut hr̃ætici, nõ sunt ꝓpriè mẽbra corporis huius. Nã, ut ait Philosphus, Manus mortua, æquiuocè manus est cum manu viua: & ita est de alijs mẽbris. Fides quoq; sine operibus mortua est. Vnde, & hi non habent ꝓpriè Chr̃m pro capite, sed sunt mẽbra Leuiathã. Illorum uerò ꝓpriè Christus est caput, q̃ de ecclesia sunt numero, & merito Postremò, cum gratia vnionis, & gr̃a singularis ꝑsonę insint Christo ẽm se, gr̃a aũt capitis in respectu ad alios, ideo illæ duæ gratiæ priores sunt ista, non duratione, seu tp̃e, sed natura: qm̃ priùs est in re, q̃d cõuenit ei in se, q̃ q̃d in comparatione ad aliud. Gr̃a quoq; vnionis prior est gratia habituali. Quamuis enim gr̃a habitualis fuerit dispositio ad unionẽ, nõ tñ fuit dispositio necessitatis, sed conuenientiæ: iõ gratia vnionis ordine naturæ est prior, imo oĩs ꝑfectio gratię est in natura assumpta ex vnione eius cum uerbo, & propter unionem eius cum diuina natura. Cumq; id, quod est causa, & ratio alteriùs, priùs sit illo, patet, ꝙ gr̃a unionis sit priùs in Chr̃o mõ p̃fato. Hæc Vdalri. in Sũma. sua li. 5. ¶ Præterea S. Tho dæ his, quẽadmodum, & de cęteris, elegantissimè scribens: Christus, inquit, est caput ecclesiæ per similitudinem capitis naturalis, in quo sũt tres proprietates, seu conditiones respectu membrorum. Prima, ꝙ ea excellit dignitate in tribus, in altitudine situs, in nobilitate suæ virtutis: qm̃ nobiliores vires sensusvè, ut imaginatio, memoria, sunt in eo: atq; ĩ ꝑfectiõe, q̃a in capite ꝯgregant̃ oẽs sensus interiores, & exteriores, cum in alijs solus sit act9. Scd̃a est, ꝙ à capite sunt oẽs vires aĩalis mẽbris, sicque vocatur principium aliorum mẽbrorũ, dãs eis sensũ, & motum. Tertia, ꝙ dirigit alia mẽbra in actu eorum, ꝑ imaginationem, & sensum. Habet ẽt quartã cõitatẽ cũ alijs membris, q̃a cõforme est eis in natura. Quãtum ad has ꝓprietates, Christus est caput ẽm suã utrãq; naturã. Nẽpe, ut Deus. habitat in eo plenitudo diuinitatis, & ĩfluit ab ip̃o oĩs gr̃a spũalis, & dirigit ĩ seip̃m. Scd̃m naturã quoq; assũptã ẽ in eo altitudo p̃cipua: q̃a natura hũana ĩ ip̃so, sup oẽ creatũ ẽ eleuata vsq; ad ꝑsonalẽ unionẽ cũ

Albertus. Vdalricus Augustin. Coloss. 2. Origines sup Leuit. Psal 33. 1. Iohan 1. Iacob 2. in hac di. Gloss 2.

verbo æterno.Dignisſimos ēt in eccleſia habuit a-
ctus,uidelicet liberare,ſaluare,euangelicam cōfer-
re legem , Cætera,quæ ſcribit Thomas,ſatis ꝓbabi-
ta ſunt.¶ De corde aũt,& capite ait: Cor eſt prin-
cipium uirium vitalium in toto corpore,& influit
capiti,& eſt principium mēbrorum quantũ ad eſſe,
ſm Philoſophũ.Caput aũt eſt principiũ aĩaliũ uiri-
um,quę pertinent ad ſenſum,& motũ.Et q̃a dũ di-
cimus Chr̃m eſſe principium mēbrorũ eccleſiæ,nō
intendimus hoc quantũ ad eſſe naturale , quo sũt
hoĩes,ſed quantũ ad fidē,& charitatē,quibus mē-
bra eccleſiæ uniunt̃,ideo accomodatiùs dr̃ caput,q̃
cor.¶ In ſuper de hoc,an Chr̃s ſit caput oĩm homi-
num,ſcribit:In corpore naturali inuenit̃ quadru-
plex unio mēbrorũ adinuicē.Prima ē ſm ꝯformita
tem naturæ: qm̃ oĩa mēbra conſtant̃ ex ſimilibus
partibus,puta osſibus,& carnibus.Scd̃a ē per colli
gationē eorũ adinuicē ꝑ neruos,& iuncturas,ſicq;
dicunt̃ unũ continuatione.Tertia eſt,ſm qđ diffun-
dunt̃ uitalis ſpũs,vireſq; aĩæ per totũ corpus.Quar
ta eſt,ſm qđ perficiunt̃ oĩa mēbra per eādē nume-
ro animã . Hæ quatuor uniones ſunt in myſtico
corpore eccleſiæ.Prima eſt,inquãtũ oĩa mēbra sũt
vnius naturæ,gn̄e,aut ſpeciei.Scd̃a eſt,inquantũ a-
dinuicē colligata ſunt ꝑfidē, q̃a ſic continuant̃ in
credito uno.Tertia eſt,ſm quod viuificant̃ per gra-
tiã,& charitatē.Quarta,ſm qđ in eis ē ſpũſſanctus,
qui eſt ultima,& principalis ꝑfectio totius corpo-
ris myſtici,quaſi aĩa in corpore naturali. Porrò pri
ma unio non eſt unio ſimpliciter:qm̃ id,in quo eſt
vnio illa,non eſt unũ numero ſicut in tribus ſequē-
tibus,q̃a ꝑ fidē,&charitatē in eodē ſm numerũ cre
dito,& amato uniunt̃:ſimiliter ſpũſſanctus vnus nu
mero oēs implet.Itaq; hoĩes infideles nō pertinent
ad unionē corporis eccleſiæ, ſm qđ corpus illud ē
vnum ſimpliciter:iō reſpectu horũ Chr̃s non eſt ca
put,niſi in potentia , ſm qđ vnibiles ſunt corpori
huic.Hoĩes.verò fideles iniqui pertinent aliquo mō
ad unitatem eccleſiæ,inquantum continuantur ei
per fidem,quæ eſt unitas materialis:non tñ poſſunt
propriè dici membra,ſicut nec mēbrũ mortuũ,niſi
æquiuocè.Cumq; vnitas corporis ex membris con
ſiſtat,dicunt aliqui,ꝙ non pertinēt ad vnitatē cor-
poris eccleſiæ,q̃uis ꝑtineant ad unitatē eccleſiæ:&
ſicut oꝑationes,quæ ſunt ad alterũ , pñt aliquo mō
fieri ꝑ arida mēbra, ſicut ꝑcutere,nō tñ oꝑationes,
quæ ſunt aĩæ in ꝓprijs mēbris,ita nec mali recipiũt
oꝑationem ſpũalis uitæ à ſpũctō , attñ ſpũſſanctus
ſpũalem uitã oꝑat̃ ꝑ eos ĩ alijs, ſm qđ alijs ſacramē
ta miniſtrant,eoſue docent . Hoĩes verò fideles in
gr̃a exiſtentes,vniuntur tertio mō.puta per charita
tē,quæ unio eſt formalis reſpectu ſecundæ:& item
ſm quartam,quæ eſt cōpletiua totius . Iō horũ ca-
put proprie dr̃ Chr̃s.Hæc Tho.in Scripto. ¶ Verũ- Dionyſius contra Thomam.
tñ,qđ ait de quarta unione,non ur̃ multũ differre à
tertia,nec una earum pōt in numerũ cũ alia. imo in
cludunt ſe inuicē inſeparabiliter Quicunq;.n. ha-
bent charitatē,habēt ſpm̃ſanctũ,& e ꝯrio.Nec ſpũſ-
ſanctus eſt ultima,& principalis ꝑfectio totius cor
poris myſtici,niſi effectiua,& finalis,exēplaris,& o-
biectiua.Aĩa uerò eſt ultima perfectio ſui corporis,
loquēdo de perfectione formali intrinſeca, infor-
mante,& q̃dditatiua:nec ita eſt ſpũſſanctus ultima
perfectio myſtici corporis,ſed potiùs beatifica ui-
ſio,ſeu fruitio eius.Nihilominus fideles vniuntur in
ſpirituſancto ſicut in ultimo fine extrinſeco , & o-
biecto,ac cauſa,talisq; unio differt à tertia.
q.8. art. 3. ¶ His concordãt ſcripta in 3. parte, ubi & inter
cætera ſcribit: Hæc eſt differentia inter caput hoĩs
naturale,& corpus eccleſiæ myſticũ , quòd mēbra
corporis naturalis ſunt oĩa ſimul,mēbra uerò cor-
poris myſtici non ſunt oĩa ſimul,nec quantũ ad eē
naturę,q̃a corpus eccleſię conſtituitur ex hoĩbus,q̃
fuerunt à principio mundi uſq; ad finē ipſius : nec
quantum ad eē gr̃æ,q̃a eorum,qui ſunt ēt uno tēpo
re,q̃dã gr̃a carent,hanc poſtea habituri, alijs iã eã
habentibus.Hinc mēbra corporis myſtici accipiun
tur non ſolum ſm qđ ſunt in actu,ſed & ſm qđ sũt
in potentia.Quædã tñ ſunt in potentia, quæ nũquã
ad actũ reducunt̃.Quædã uerò in potentia,q̃ redu-
citur qñq; ad actũ,& hoc ſm triplicē gradũ, quo-
rum primus eſt perfidē,ſecundus per charitatē vię,
tertius per fruitionem patriæ Gn̄aliter ergo ſumen
do ſm totũ tp̃s mundi, Chriſtus non eſt caput oĩm
hoĩm,ſed ſecundũ diuerſos gradus eſt hoĩm caput.
Primò nãq; & principaliter eſt caput eorũ,q̃ ſibi a-
ctu uniunt̃ per gloriam.Secundò,eorum,q̃ actu u-
niunt̃ per charitatē ſibi.Tertiò,eorũ,q̃ actu uniunt̃
ſibi per fidē,Quartò,eorum,q̃ ſibi uniunt̃ ſolum in
potentia,nondum ad actum reducta , quæ tñ ad a-
ctuum eſt reducenda ſm prædeſtinationē diuinã.
Quintò eorum,q̃ ſibi in potentia ſunt uniti,quæ nũ
quã reducet̃ ad actum:ut hoĩes hic uiuētes iniquè ,
non ꝑdeſtinati,q̃ hinc emigrando oĩno deſinũt eē
mēbra Chr̃i.Nec his obuiat illud Apoſtoli , Chr̃s Ephe.5.
tradidit ſemetipſum ꝓ eccleſia,ut exhiberet ſibi glo
rioſam eccleſiã,non habentē maculã, nec rugã: q̃a
eccleſiã eē glorioſã,nō habentē maculã, nec rugã, 1.Iohã. 1.
eſt ultimus finis, ad quem per Chr̃i paſsionē perdu
cimur,qđ eſt in ſtatu patriæ,non uiæ: in quo ſi dixe
rimus,q̃a pc̃tm̃ non habemus,noſipſos ſeducimus.
Veruntñ mortalibus culpis carent hi,qui mēbra sũt
Chr̃i per actualem unionē charitatis.Qui verò ſub
duntur mortalibus, nō ſunt mēbra Chr̃i actualiter,
ſed potentialiter. niſi forſitan imperfectè per fidem
informem,quę unit Chriſto ſecundũ quid , & non
ſimpliciter. Percipiunt tñ tales à Chriſto quendam
actum uitę,qui eſt credere:uelut ſi membrum mor
tuum moueatur aliqualiter ab homine.
¶ Inſuper ſi quæratur, An Chriſtus ſecũdum qđ Thomas vbi ſupra art.4.
homo,caput ſit angelorum: reſpondetur,Vbi unũ
eſt corpus,neceſſe eſt ponere unum caput . Vnum
autem corpus ſimilitudinariè dicitur una multitu
do,ordinata ad unum ſecundum actus diſtinctos,
ſeu diuerſa officia . Angeli uerò, & homines ad u-
num ultimum finē, qui eſt beatifica Dei uiſio,ordi-
nantur.Hinc myſticum corpus eccleſiæ non ex ho-
minibus tantum,ſed ēt ex angelis conſtat, totiuſq;
multitudinis huius caput eſt Chr̃s:q̃a ꝓpinquiùs ſe
hēt ad Deũ,atq; ut hō,perfectiùs participat dona il Ephe.1.
lius,q̃ homines , & angeli. Vnde de eius influentia
non ſolum homines , ſed angeli quoq; recipiunt.
Propter quod ad Epheſios ait Apoſtolus:Cōſtituit Thomas vbi iã a.6
eum,vc3 pater Chriſtum,ſuper omnem poteſtatē,
& principatum,& cę.¶ Si demum quærat̃, An eſſe
caput ſit ꝓprium Chriſto.¶ Dicendum,Caput in a-
lia influit membra dupliciter. Primò,quoddam in-
fluxu intrinſeco,prout uirtus motiua,ac ſenſitiua à
capite deriuatur ad cætera membra.Sccundo,ꝑ mo
dum cuiuſdam exterioris gubernationis ,ꝓut per
uiſum , & alios ſenſus exteriores in capite radi-
catos,dirigitur hō in exteriobus actibus . Itaq; in-
terior effluxus gr̃æ non eſt niſi à Chr̃o,cuius huma
nitas cũ ſit deitati coniuncta,uirtutē iuſtificãdi ſor Amos.6
tit̃,& hēt.Influxus verò in mēbra eccleſiæ. quãtum
ad exteriorē gubernationē,pōt alijs cōuenire:ſicq;
alij poſsũt dici capita eccleſiæ,iuxta illud Amos:O-
ptimates capita populorũ.Differũt tñ à Chr̃o. Pri-
primo



mo:qm̃ Chriſtus eſt caput oĩm ad eccleſiam perti-
nentium,ſecundum oēm locum,& ſtatum:alij aũt
hoĩes ſm quædam ſpecialia loca,ſicut epiſcopi ſua
rum eccleſiarum:uel ſm determinatũ tp̃s, ſicut dñs
papa eſt caput totius eccleſiæ tꝑæ ſui pontificatus :
aut ſm ſtatum determinatũ, vc3 prout ſunt uiato-
Tarantaſius Richard9. res.Scd̃ò,quia Chr̃s,ut Deus,eſt caput eccleſiæ pro
pria uirtute,& auctoritate:alij aũt,ſm quod uicem
Chr̃i gerunt. Hæc Thomas in Summa. ¶ In quibus
cōpræhendunt̃ ſcripta Petri,& Richardi de iſta ma
teria,& addit Richardus : Præinductã ſimilitudinē
inter caput naturale,& myſticũ corpus,intelligen-
Durãdus. dã eē de capite naturali corporis aĩati heterogenij,
non hōgenij : atq; ( vt addit Durandus ) de corpo
re rōnalis creaturę in quo sũt mēbra multa,officijs
ſuis,actibus,dignitatibuſq; diſtincta Corpus verò
hōgeniũ , ut aer , & aqua,eiuſdem eſt rōnis,ꝓpri-
etatis,dignitatis,& actionis in ſe,& in partibus ſuis.

QVAESTIO IIII.

T. Aq̃nas in hac diſtinctione POſtremo hic quæritur, *Quid ſit gratia unionis,
& an ſit idem in re cum gratia capitis,ac ſingu-
laris perſona* . ¶ Verum de iſta quęſtione iam dicta
ſunt multa. Vnde,& Thomas: Quemadmodum,in-
quit Magiſter dixit libro.2. diſtinctione. 27. Gratia
duplex eſt,utpotè gratis dans,quæ eſt gratuita Dei
voluntas,aliquid ſine meritis tribuens.Scd̃ò gr̃a di
citur donum gratis datum: hinc gratia vnionis u-
no mō uocatur diuina voluntas, naturam humanã
ſine meritis ſuis verbo uniens,quæ eſt gratia increa
Ad unionē aliquorũ diſponit aliqđ tripliciter. ta. Sumendo aũt gratiam ſcd̃o mō,gr̃a unionis du-
pliciter pōt intelligi,utpotè unio ipſa,quæ eſt quid
creatum: & itē qualitas quædam ad unionē diſpo-
nens,ad quam aliquid diſponere poteſt tripliciter.
¶ Primò, ita, qđ cadit mediũ inter ſubiectũ, & illã
ꝑfectionē,tanq̃ ꝑfectionis ipſius ſtramētũ,ſicut dia
phaneitas diſponit ad lucē:& ſic nihil potuit diſpo-
nere naturã humanã ad unionē:qm̃ natura illa uni
tur ꝑſonæ verbi immediatè. ¶ Scd̃ò,præparãdo ma
teriã ad formæ ſuſceptionē,ita,ꝙ ꝑexiſtat in mate-
ria ante formã ordine fiēdi,nō ordine eſſendi,ſicut
calor diſponit ad formã ignis:ſic quoq; nil pōt di-
ſponere naturã ad vnionem ,q̃a natura humana eo
ipſo,quo rōnalis, eſt aſſumptibilis à diuina perſona.
¶ Tertiò aliquid diſponit ad aliquã ꝑfectionem,fa-
ciendo aliquid ad bonitatē, atq; decentiã perfecti-
onis illius,ſicut pulchritudo perſonæ ad regiam di
gnitatem , iuxta illud : Spēs Priami digna eſt impe-
rio.ſicq; gratia vnionis dici pōt id,quod decet na-
turã humanam uerbo unitam,ſiue ſit ex parte cor-
poris,ſiue animæ:& ſic gratia unionis eſt,qđ crea-
tũ.Sancti verò vñr primo mō loqui de ea,ſed gr̃a u-
nionis hoc tertiò modo ſumpta,eſt gr̃a habitualis,
atq; realiter eadē cũ gr̃a capitis,& cũ gr̃a illius ſin-
gularis perſonæ . Nēpe inquantũ perficiebat aĩam
Chr̃i ad meritorios actus, uocat̃ gr̃a illius ſingula-
ris ꝑſonæ,ſeu hoĩs Chr̃i:inquantũ verò fuit tã copi Gr̃a ſingularis pſonę.
oſa,ꝙ in alios poterat redũdare, dr̃ gr̃a capitis: in-
quãtum,aũt gr̃am tã perfectã,& plenã decebat ineſ Gratia capitis,& unionis in Chriſto.
ſe naturæ aſſũptæ,dici pōt gr̃a unionis . Hęc Th.in
Scripto . ¶ Quibus ꝯſonant ſcripta ſua ſuꝑ his in 3 .
parte,ubi,& reſpondendo ad iſtud,Vtrum gr̃a ſin- q.8 art. 5.
gularis perſonæ , & gr̃a capitis , ſint idem in Chr̃o,
differuit:Vnũquodq; agit inquãtũ ē ens actu, hinc
oportet, qđ idem ſit actus, ſeu forma, quo aliquid
eſt actu,& quo agit : ſicut idem eſt calor,quo ignis
in ſeipſo eſt calidus,& quo alia calefacit:non tñ oĩs
actus,quo aliquid eſt actu,ſufficit ad hoc,qđ prin-
cipium ſit agendi in alia.Cum.n. agens ſit præſtan- Augu.
tiùs patiente,ut Auguſtinus 12.ſuper Geneſim ꝓte-
ſtatur,Philoſophus quoq; 3. de anima, oportet, ꝙ
agens in alia,habeat eminentiam quandã actuali-
tatis . Porrò aĩa Chr̃i ſortita eſt gr̃am ſm eminētiã
maximã,idcirco ex eminentia illa cōpetit ſibi deri-
uare ex exhuberantia illa gratiæ ſuæ chariſmata gr̃a
rum in alios,quod ad rōnem pertinet capitis:idcir
co unum in re eſt utraq; gr̃a iſta,differens ratione ,
ſicut præhabitum eſt.Hæc idem. Richard.
¶ Concordant Richardus , alijq; communiter. Petrus de Taran.
¶ Petrus quoq; , qui addit dicendo : Gratia vni-
onis quadrupliciter ſumitur , vtpotè tribus modis
præfatis , & quarto pro effectu vnionem ſequente,
qui eſt attributorum communicatio gratuita .

## *Si anima Chriſti habuerit ſapientiam parem cum Deo, & ſi omnia ſcit, quæ Deus. Diſtinctio. XIIII.*

HIc q̃ri opus eſt, cum anima Chriſti eſſet ſapiens ſapientia gratuita , vel geni- Queſtio de ſcĩa aĩę Chriſti. Opinio.
ta utrũ habuerit ſapiētiam æqualem Deo,ſiue oĩm rerum ſcientiam habue
rit,vel habeat.i.vtrũ oĩa ſciat,quę Deus ſcit.Quibuſdã placet,ꝙ nec parē cũ
Deo habeat ſcĩam,nec oĩa ſciat,q̃ De9:q̃a in nullo creatura ęquat̃ creatori .
Cũ ergo aĩa illa creatura ſit,in nullo ęquat̃ creatori,ergo nec in ſapĩa.Nō er
go hēt æqualem cũ Deo ſapiētiã, nec ſcit oĩa,q̃ Deus.Itē,ſi aĩa illa æqualē habet cũ Deo
ſapientiã,non ergo Deus in oĩ bono maiorē habet ſufficientiã,q̃ eius creatura.Inducũt
etiam auctoritates ad idē probandum.Ait.n. propheta ex perſona hoĩs aſſumpti:Mira- Pſal. 138.
bilis facta eſt ſcientia tua ex me,& nō potero ad eã. Quod exponēs Caſſiodorus,ait. Ve-
ritas humanæ conditionis oſtenditur,quia aſſumptus hō diuinæ ſubſtantiæ non pōt ę- Caſſiodorus
quari,vel in ſcentia, uel in alio, Apoſtolis quoque ait : Nemo nouit,quæ ſunt,Dei, niſi 1.Cor. 2.
ſpũs Dei,q̃ ſolus ſcrutat̃ oĩa,ēt ꝓfunda Dei.His,alijſq; pluribus rōnibus , & auctoritati-
bus nituntur,q̃a animã Chr̃i aſſerunt,nec parem cũ Deo habere ſcientiã,nec oĩa ſcire,
q̃ Deus ſcit. Quia ſi oĩa ſcit , quæ Deus ſcit: ergo creare mundum , ſcit ēt creare ſeipãm

## *Reſponſio quæſtionis diffinitiuam continens ſententiam.*

Vera ad q̃ſtionē reſponſio.

Quibus rñdentes,dicimus aĩam Chr̃i per ſapientiam gratis datã,in verbo Dei,cui u-
nita eſt,qđ ēt ꝑfectè intelligit,oĩa ſcire,q̃ Deus ſcit,ſed nō oĩa poſſe,q̃ pōt Deus : nec ita
clarè,& ꝑſpicuè oĩa capit,ut Deus,& iō nō æquat̃ creatori ſuo in ſcĩa,etſi oĩa ſciat , q̃ &
ipſe:nec eſt eius ſapĩa æqualis ſapiētię Dei,q̃a illa multo eſt dignior,digniuſq; , & perfe-
ctiùs oĩa capit,q̃ illiùs aĩę ſapientia:ergo,& in ſcientia maiorē hēt ſufficientiam Deus,

q̄ anima illa,quæ dignior est omni creatura.Illa uerò Apli, qđ inducunt, Nemo nouit, quę Dei sunt,nisi spiritus Dei,qui solus scrutatur oīa:pro nobis facit.Mox.n.addidit Apostolis,Nos aūt spm̄ Dei habemus:ut per spm̄ Dei,quem habebat, profunda se scire ostenderet.Sed aīa illa præ omnibus spm̄ Dei habuit,cui spūs non est datus ad mensurā, vt ait Iohannes euangelista.Dona ergo spūsancti sine mensura habuit, ergo, & sapientiam.Oīa ergo sciuit aīa illa.Si.n.quædam sciuit,q̄dam non,non sine mensura scientiā habuit.Sed sine mensura scientiam habuit,scit ergo oīa. Fulgentius etiam in sermone quodam multa inducit,q̄bus asserit aīam illā:rerum oīm scientiā habere, utens auctoritate Apli,dicentis:In quo sunt omnes thesauri sapiæ,& scientię abscōditi.Quod ēt rōne pōt probari,sic:Nihil scit aliquis,quod eius aīæ ignorat,sed Chīs(scđm oīm concessionem)oīa scit,ergo anima eius oīa scit.Ad id uerò, quod dicunt, si oīa scit, ergo scit creare mundum,uel seipsam:rndemus,q̄ scientiā habet mundum creandi sed non potentia,& creandi animam,& scit quomodo Deus seipsam creauit. Habet ergo scientiā sui creatæ,sed non sui creandæ,quia non est creanda,sed creata.

Iohan. 3. Fulgēcius

Coloss 2.

Ad obiecta primę opinionis.

## *Quare Deus non dedit ei potentiam omnium,vt scientiam.*

Quare aīa Chri nōn fuit oīpotens.

Si uerò,quæritur,quare Deus non dederit ei potentiā faciendi omnia , ut scientiam: rnderi pōt,q̄a naturaliter capax est scīæ,& ideo id congrue ei datum est sine mensura, cuius ipsa naturaliter capax est.Non est autem ei datum posse oīa facere, qua Deus facit,ne oīpotens,& per hoc Deus putaretur.Veruntamen forte, nec potentiam faciendi oīa ei Deus præstare potuit,& si potentiam faciendi aliqua,quę non facere potest.Scit ergo aīa Chri oīa,quæ Deus scit,in uerbo Dei ,q̄ liquidiùs,& p̄sentiùs omni creatura contēplat,ut ei unita:in quo etiam angeli,& quæ Dei sunt,& q̄ futura sunt,cognoscūt.

## *Quomodo intelligenda sint ,quædam verba Ambrosii super Lucam.*

Obiectio Ambrosij. Lucæ. 1.

Sed si illa oīa non habet tantam potentiam quantam,& Deus,nec homo assumptus tantam potentiam quantam, & Deus: quomodo ergo intelligitur illud Ambrosij sup Lucam,ubi angelus de nascituro filio virginis ait,Hic erit magnus,& filius altissimi uocabitur?Non ideo,inquit,erit magnus , q̄ ante partum uirginis magnus non fuerit: sed quia potentiam, quam Dei filius naturaliter habet,homo, erat ex tpe accepturus, ut una sit persona homo, & Deus Ecce apertè dicit,q̄ homo erat accepturus ex tpe potentiam, quā Dei filius habuit naturaliter. Sed si homo accepturus erat illam potentiam, ergo,uel persona,uel natura hoīs.Sed persona non,quia sp̄ habuit,& habet,ergo natura.Si natura,ergo aīa.Nam de carne constat,quod accipere non posset.Ad qđ dicimus, illud esse accipiendum de persona, sed non inquantum est Dei,imò inquantum est persona hoīs.Vna est.n.persona Dei, & hominis, & filii Dei,& filij hoīs quę inquantū Dei

Dilutio.

persona est,sp̄,& naturaliter omnipotentiam habuit:sed inquantum est hominis, non sp̄ fuit.Illa ergo persona,quæ sp̄ fuerat Dei, futura erat hoīs persona.& s̄m hoc,q̄ futura erat hominis persona,acceptura erat ex tempore potentiam,quam naturaliter,& sp̄ habuerat inquantum Dei persona. Scđm hanc distinctionem illud,& similia sane possunt accipi.Quæ distinctio in pluribus q̄stionum articulis ē necessaria aduersus quorundā pplexā uerbositatem.Sed cū de rebus constat,in uerbis frustra habetur controuersia.

Ompleta pertractatione de Chri gr̄a, & qualiter sit caput ecclesiæ, atq; de eminētia sapientiæ suæ :nunc magis plenè ꝓsequitur de sapientia , & scientia Chri s̄m naturā assumptā, & de ꝓprietatibus eius respectu increatæ sapientiæ, & scientiæ Dei Et primitus monet super his quæstionem,an aīa Chri habuit sapiētiā,aut scientiam æqualem increatæ sapientiæ, atq; scientiæ Dei,circa,quod ponit quorundam responsionem,deinde quæstionem determinat. Quocirca scitcitatur,cur Deus trinitas non dedit aīæ illi oīm potentiam,sicut contulit oīm sciam. Ad quod rndendo,exponit,quædam difficilia uerba Ambrosij.

Summa distinctionis XIII.

### QVAESTIO I.

HIc quæritur primò *An in Christo secundum quod hō, hoc est, utrum in anima Christi fuit creata scientia habitualis, qua cognouit uerbum æternum ,seu totam superbeatissimam trinitatem.*

¶ In hac quæstione multa tanguntur.Primum ē, an in Chro fuit creata, & infusa sciētia Scđ, an illa sit habitualis.Tertiò,an p ea agnoscat trinitatem, seu Deum: quocirca q̄rēdum est, qualiter deitatem cognoscat,an scilicet cōprehensiuè. ¶ Vr autē, q̄ in Chro non fuit creata cognitio:qm̄ non est plura litas sine necessitate ponenda. Chro autem ad oīa suffecit increata scientia,imò per illam cuncta nouit in cōparabiliter pfectiùs,q̄ creatura quæcunq;.

De sciētia Christi.

Obiectio. in partem negatiuā.

¶ In contrarium est, q̄ anima Christi verè fuit cognoscens intellectuali notitia,ergo actio illa formaliter fuit in anima Christi.Videtur quoq;, q̄ illa notitia non fuit habitualis.i.procedens ex habitu: qm̄ anima Chri per dona supernaturalia gratiæ,ac gloriæ fuit multo excellentior angelis sanctis, qui ratione suæ perfectionis non indigent habitu ad cognoscendum,ut super angelicam hierarchiam. Maximus protestatur,ergo nec anima Christi.

In partem affirmatiuam.

Maximus

¶ Ad hæc sanctus doctor respondet : Cum in Chrido sit una persona , & duæ naturæ, pensandum an ea, quæ sibi attribuuntur , pertineant ad rationem personæ, uel ad rationem naturæ : & si spectent ad rationem personæ, oportet,quòd illud in Christo sit unum duntaxat , sicut in ipso est tm̄ una hypostasis,seu persona. Si uerò pertineant ad naturam, aut ergo ad alteram tm̄,aut ad utranq;.

Si



Si ad alterā tm̄,sic rursus est tm̄ vnum,sicut in Christo est solum vna immensitas, vnaq; anima: Si vero ad utrāq;, sic ꝙ naturæ in Chro sunt integræ,ac distinctæ,& duæ : oportet talia in Chro esse duo, ut duos intellectus,duasq; uoluntates. Cunq; sciētia pertineat ad naturam diuinam, atq; humanā,oportet in Chro duas fateri scientias,vnā creatā, aliam increatam. ¶ Ad primū dicendū , qđ nulla passiua potentia potest in actum suum exire,nisi cōpleta ꝑ formā sui actiui,per quā fit in actu : ꝙ nulla res agit nisi s̄m qđ est in actu.Impssiones aūt actiuorū possunt esse in passiuis dupliciter.Primò,per modū passionis,vt dum passiuum est intrasmutari. Scđò, per modum qualitatis , & formæ, vt dum impssio actiui iā facta est cōnaturalis passiuo ,ꝑ ut etiā Philosophus in p̄dicamentis distinguit inter passionē, & passibilē qualitatē,Porrò sensus est passiua potētia,ꝙ non ualet esse in actu oīm,ad quę se extedit operatio sua per naturā potentiæ.Nō.n. potest aliquid esse,qđ actu habeat oēs colores : hinc oportet.ꝙ ujsus sit oīm colorum cognoscitiuus , s̄m qđ est potentia ad oēs colores quodāmodo, sicq; à coloribus patiendo fit in actu,& eis assimilat̄, cognoscitq; eos.Similiter intellectus oīm cognoscitiuus est entiū,qm̄ ens,& verum cōuertunt̄, quę sunt intellectus obiectum . Nulla aūt creatura potest esse in actu totius entitatis,cum sit ens finitū, imo hoc sōlius est Dei: ideo nulla creatura potest intelligere sine aliquo intellectu,qui sit passiua potentia.i.receptiua.Vnde nec sensus,nec intellectus queunt operari,nisi per actiua perficiantur, seu moueantur. Verum:qm̄,sensus non sentit nisi p̄ntia, idcirco ad eius operationē,non requiritur habitus,ō ad perfectam eius operationem sufficit impressio sui actiui per modū passionis tm̄modo . In intellectu uerò ad eius perfectionem requiritur,ꝙ impressio sui actiui sit in eo,non solum per modū passionis , sed per modum ēt qualitatis,& formæ connaturalis facæ:& hanc formā dicimus habitū.Et quia qđ cōnaturale est,firmiter manet,& in prōptu est uti sua naturali uirtute,delectabile ei est,qđ naturæ extat cōueniens: Hinc habitus est difficulter remouibilis, pōtq; hō uti eo cū uoluerit, & delectabilē efficit actionē.Quēadmodū aūt in sensu uisus est duplex actiuum,unū quasi primū agens,ac mouēns,ut lux: aliud quasi mouens,& motum,ut color factus similis actu per lucē:ita in intellectu quasi primum agens est lumen intellectus agentis , & quasi mouēs motū est ipsa species facta actu intelligibilis per lumen illud:iō habitus intellectiuæ potentiæ conficit ex lumine intelligibili speciei horū, quę p̄ speciē cognoscunt.Cūq; intellectus animæ Chri fuerit perfectissimus in cognoscendo,oportebat in eo habitū esse,quo cognouit,quatenus impressio actiui eēt in eo,nō solū per modū passionis, sed & p modū formæ.¶ Ex his innotescit,ꝙ q̄uis increata Chri scientia,sit in se prorsus,& infinitè perfecta,per ipsam tn̄ aīa Chri non est formaliter sciens: sed effectiuè: iō indiget creata scientia ipsam informāte,per qđ patet primi obiecti solutio.¶ Ad s̄m verò dicendū,ꝙ hō ad intelligēdū indiget lumine intellectuali,tā naturali cognitione materialiū rerum , ut p lumē illud fiant intelligibiles actu, cum sint intelligibiles potētia: q̄ in cognitione super naturali,ut p lumē infusum ad ea,quę super se eleuet̄. Angelus aūt nō indiget ita in cognitiōe naturali, quia nō abstrahit fantasmatibus species,sed hēt eas sibi inatas . Indiget tn̄ eo in cognitiōe supnaturali , cū in libro Iob dicatur:Nunq̄d est numerus militia eius?& sup quē non fulget lumen illius ? Hinc angeli in cognitione naturali indigent habitu, s̄m qđ ab habitum lumē exigitur, aut s̄m quod requiruntur species rerum, propter hoc, qđ habēt esse limitatum . Propter qđ fertur in libro de Causis, ꝙ oīs intelligentia est plena formis.Quod aūt anima Chri sit superior angelis,non habet ex sua natura, sed ex vnione cum verbo:propterea oīa , q̄ diuinitus superadduntur animæ Chri ,& angelis , eminentiùs sunt in aīa illa. ¶ Sed rursus obijci potest:qm̄ intellectus agens,aīæ suam operationē exercet sine intermedio habitu, cur ergo non ēt intellectus possibilis ? ¶ Rndetur , ꝙ aīa non rōnalis comparatur ad res intelligendas dupliciter.Primò,ut faciens eas intelligibiles actu,abstrahendo eas à materia,& appendicijs eius, ut sic assimilent̄ quodāmodo intellectui immateriali.Scđò, ut eas cognoscens,sicq; oportet,qđ rebus assimiletur per species earundē,quatenus sic unumquodq; determinate,& distinctè cognoscat.Porrò ad hoc, ꝙ aliquid assimilet sibi multa,sufficit,qđ actualiter habeat tm̄ illam formam,s̄m quam dēt esse similitudo,seu p quā fit assimilatio , quēadmodū ignis per calorem multa sibi assimilat.Sed ad hoc, ꝙ aliquid sit simile multis, oportet, qđ actu habeat illorū oīum formas. Hinc anima intellectiua pōt oīa facere intelligibilia actu, per vnum lumen intellectus agentis.Ad hoc uerò,qđ assimiletur rebus scitis , oportet,ut diuersos habitus scientiales sit habens. Deni que potētiæ naturales,ut calor uisus, & similes,ex se sunt determinatæ ad unum:ideo possunt exire in actum circa illud sine habitu superaddito eis Verū tn̄ anima Christi,quæ clarè per speciem uidet uerbum æternum,non uidet illud ita per habitū creatum scientialem,neq; per speciē rei creatæ, cum oē creatū infinitæ deficiat à clara representatione maiestatis diuinæ. Ideo per ipsam uerbi essentiā videt verbum in sepso sicuti est:nec solum uidet verbū, sed & ea, q̄ relucent in uerbo , prout hoc infra pleniùs exprimetur.Ideo non opportet in aīa Chri ponere modum sciētiæ,quo cognoscit verbum, & eaquæ cognoscit in uerbo : nempe id,in quo aliquid cognoscit̄, est rō cognoscendi illud,qđ in eo uī.Rō autem cognoscendi ē forma rei inquantum cognita,ꝙa per ea cognitio fit in actu.Non ergo est alius modus sciendi ipsum verbum, & ea,q̄ uīr in uerbo.Nihilominus anima Chri ꝑter scientiā rerum in verbo aliā habet de rebus sciētiā. Nam ut. 3.de aīa dicitur,intellectus possibilis est in potentia ad intelligibilia uniuersa. Oē autem, qđ est in potentia ad aliquas formas ē imperfectū, quousq; formæ hmōi sint in eo,& ipm ꝑficiant. Cumq; intellectus Chri non sit imperfectus,oportet formas illas esse descriptas in eo.Et.n. s̄m qđ cognoscit ipsum verbum, & alias res in uerbo,non depingit̄ in eo similitudo verbi aliarūve rerū.Vñ oportet,ut ꝑter uisiōnē, qua videt res in uerbo,habeat scientiā aliā de rebus,s̄m qđ eas cognoscit per similitudines ,ꝓprias in ꝓpria earum natura,Vñ elucescit , qđ in Chro sit triplex scientia.Vna est increata:alia est cognitio verbi,ac rerum in uerbo,q̄ uocatur scientia cōprehensoris: tertia quoq;,qua cognoscit res in ꝓprijs naturis,q̄ conuenit ei, ut est hō in solis naturalibus considerat̄us:& hæ duæ sciētiæ in oībus sunt beatis.Hæc Tho. in scripto.

Obiectio. in partem negatiuā.

Aristote.

¶ In. 13. quoque parte hæc eadem scribit, & addit, ꝙ præter ꝑfatas scientias,fuit in aīa Chri ēt scientia exprimentalis acquisita:qm̄ nihil eorum,q̄ Deus in nostra plantauit natura , defuit Christi humanitati , ut afferit Damascenus . Cumq; Deus

Quæst. 9. Articu 4. Io. Damascenus.

in humana natura plantauerit intellectum agentē,
atq; possibilē, sequit̄, qđ uterq; fuit in anima Chr̄i:
& non frustra, nec ociosè, ergo habuit naturalē, &
ꝓpriā opationē, q̄ est in intellectu agēte, cuius ē spe
cies à phantasmatibus rerum corporearū abstrahe
re, easq; intellectui possibili īmittere, cuius est spe-
cies illas recipere. Hinc oportet fateri, ꝙ in Chr̄o
fuerunt aliq̄ species ꝑ actionē intellectus agētis, in
intellectu eius possibili receptæ, ꝙ ē, esse in ipso sciē
tiam acquisitā: quā aliqui uocant experimentalē, q̄
est in Chr̄o ponēda, q̄uis aliter alibi scripserī. Hęc
Petrus de Taranta.
in Summa. ¶ Concordat ꝑ oīa Petrus, attn̄ circa
hoc, an aīa Chr̄i mediante aliquo habitu cognoue
rit uerbū, scribit: Circa hoc legitur duplex opinio.
Quidā.n. magni dicunt, ꝙ cognitio verbi in anima
Prima opinio.
Chr̄i, & in intellectu glorificato, hēt fieri non ꝑ spe
ciē aliā à uerbo, sed per essentiā verbi, inquantū ip-
sa essentia efficit̄, ac unitur intellectui, ut species,
seu forma. Nēpe, qđ in creatore est simplex, ac unū,
recipi nequit à creatura nisi multipliciter, ac diui
sim. Hinc dicunt, impossibile esse à creatore speciē
aliquā intellectu imprimi, q̄ repsentet ipsum totum
secundum qđ vnum est. Propter qđ totus, & sim-
plex, sicuti in seipso est videri non valet, nisi per se-
ipm, ita, ꝙ eius essentia loco intelligibilis formæ in
intellectui uniat̄. Sed quia oportet intellectū infor-
Secunda opinio.
mari essentia, aut similitudine rei ītellectæ ad hoc,
qđ eā intelligat, nec verbi essentia possit eē forma
inhærens intellectui: ideo alij dicunt, ꝙ ꝑ aliquā si-
militudinē a verbo expressam, & impssam minus sī
plicē ipso uerbo, vr̄ ipm verbum: & non formali-
ter, sed tm̄ efficienter per seipm. Qui aūt primæ o-
pinionis eligit ꝯsentire, pōt ad istud de rn̄dere, ꝙ ar
gumētum ꝓcedit de his, q̄ sunt extra cognoscētis
intellectum, seu extra essentiā intellectus: nō aūt de
his, quæ intra intellectum cōsistunt, ut ꝓpria eius
essentia ꝓpria scientia, ac diuina essentia. Hæc Pe-
Richard⁹.
trus. ¶ Porrò Richardus hic, quęrit, an aīa Chr̄i co
gnoscat uerbū per lumē creatū. Qđ est quærere, an
indigeat per lumē gloriæ eleuari, & disponi ad fa-
cialē, clarum, beatificumq; uerbi æterni, seu deita-
tatis intuitum: Quocirca satis prolixè declarat, qđ
beatifica illa cognitio diuinæ essentiæ transcendit
oēm naturalē totius mentis creatæ capacitatē, ac
dignitatē, ēt animæ Chr̄i. Deinde, qđ per lumē sup
naturale oporteat mentē ad tantā fruitionē aptari.
Et quia de hoc dictum ē supra, pleniusq; dicendū
est super quartū, mō pertranseo. Addit quoq; Ri-
chardus: Quidā nō improbabiliter dicunt, ꝙ q̄uis
in anima Chr̄i non eēt habitus huiusmodi luminis,
tn̄ rōne hypostaticæ unionis cū uerbo videret ipm,
q̄uis clariùs illud cōspiciat per vtrunq;. Nā & plùs
Vtrū aīa Chr̄i mediāte aliqua speciei, videat Deū. Prima opinio.
sublimatur ad talem uisionē per unionē in ꝑsona,
q̄ per habitū luminis gloriæ. Hæc Richard⁹ De hoc
quoq; tactū est s̄ ¶ Insuper q̄rit, an anima Chr̄i me
diāte aliqua specie cōspiciat uerbū clarè in seipso.
¶ Ad qđ rn̄dendo, uarias opiniones recitat aliorū:
Aliq̄, inquiens, dicūt, qđ anima Chr̄i per aliquā spe
ciē creatā uidet uerbū: q̄uis .n. nulla species creata
valeat repsentare uerbum quātum ex parte sua re-
psentabile est, tn̄ species immediatè impressa à ver-
bo intellectui animæ Chr̄i, ipsum uerbū īmediatè
repsentat finitè, sicut, & intellectus aīæ illius videt
Scd̄a opinio.
finite. Alij dicunt, ꝙ anima Chr̄i per speciē creatā,
& per uerbi pn̄tiā simul uidet uerbū, ita, ꝙ uisio cā-
tur ab intellectu animæ Chr̄i per speciē illā inchoa
tiuè, & incōplete, atq; à uerbo, sub rōne, qua obie-
Tertia opinio.
ctū est, cōpletiuè. Alij opinant̄, ꝙ q̄uis aliqđ lumē
supernaturale requirat̄ in intellctu animæ Chr̄i ad
uidendum Deum, non tn̄ requiritur, ut repsentans
Deum, neq; ut intellectum determinās: sed solū ad
confortationē, eleuationemq; intellectus supra suā
naturalē uirtutē, ad cognitionē tā altā. Et.n. dicunt,
ꝙ q̄uis uerbum nequeat esse ipsius intellectus for-
ma inhærens, tn̄ est forma intellectui assistens, ac
intimè pn̄s, ita, ꝙ per eā intellectus se determinat
ad uerbum uidendum. Cæteri dicunt, ꝙ intellectus
Quarta opinio.
aīæ Chr̄i, aliorūq; beatorū uidendo Deū purè passi
uus est. Vn̄ dū intellectus per lumem gloriæ suffici
enter dispositus est ad recipiendum in se hāc pas-
sionē, q̄ est uisio Dei, q̄ passio ē ꝑfectio, & salus ipsi
us intellectus, ipmq; uerbū cū sit pn̄s, & intimū in-
tellectui, potens sit per seipm īmediatè mouere in-
tellectū, sicut obiectum mouet passiuā potentiā: nō
reqrit̄ species ulla creata, qua moueat intellectus
motione pfata, seu per quā ipsa uisio in intellectu
efficiat̄, Itaq; iuxta istā opinionē, q̄uis uisio verbi
sit in intellectu aīæ Chr̄i: nō tn̄ est ab ē ipso intelle-
ctu, sed tm̄ à uerbo, sicut à pn̄ti, & īmediato obie-
cto. Hæc Richar. Qui cōsequēter ꝓsequit̄, qualiter
quolibet harum queat defendi opinionum. ¶ De-
Albertus Magnus. Vdalricus
niq; dictis ex Thoma, ur̄ ꝯcordare Albertus. ¶ Vdal
ricus quoq;: Creata, inqt, Chr̄i sapientia triplex est.
Prima, qua ipsū uerbū, seu deitatē cognoscit. Scd̄a,
cognoscit res in uerbo. Tertia, qua noscit res in ꝓ-
pria earum natura. Prima cognitio nō est ꝑ habitū
speciei rei cognitæ, sicut nec in cæteris beatis, q̄a cū
illa nō sit à uerbo abstracta, eo quòd nihil ab ipso
abstrahi ualeat, cum nil uniuersalius, aut siplici⁹ eo
eē possit: sicut necessariò oīs species abstracta se
hēt ad id, à quo fit abstractio, oporteret, qđ eēt per
similitudinē effectus, q̄ est species ꝑ quā naturaliter
Sapien. 13.
cognoscit̄ Deus, ſm illud Sapientiæ: A magnitudi-
ne speciei creaturæ, pōt horum creator videri. Illa
utiq; uisione, de qua ad Roma. scribit Apost. Inuisi-
Roma. 1.
bilia Dei ꝑ ea, quæ facta sunt, & c. sed cum species
magis sit dissimilis Deo, q̄ similis, magis facit, sci-
re, q̄d nō ē Deus, q̄ qđ sit. i q̄ q̄dditas eius uideat̄ si
cuti est. Qđ cum oībus sanctis cōmune sit, puta vi-
dere Deū sicuti est, blasphemia est hoc de Chr̄o ne
gare. Agnoscit tn̄ uerbum per habitum luminis di
uini, ꝙ eleuat naturale lumē intellectus, & perficit
ipsum ad actum claræ uisionis uerbi, respectu cui⁹
actus naturæ, intellectus animæ. Chr̄i est in potētia
tali, quæ per nullum agens naturale pōt reduci in
actum, q̄ actus ē, quo intellect⁹ cognoscit uerbum,
qđ ſm suam substantiam est immediatum obie-
ctum, intellectus, ita, ꝙ intellectus cognoscit hoc
uerbum ſm ipsius substantiam sicuti in se est, & nō
sicut in similitudine sua apparet. Quod q̄uis beatis
omnibus sit cōe, attn̄ speciali rōne competit Chr̄o,
q̄a cum uerbum oībus partibus naturæ assumptæ
vnitum sit, oībus modis, q̄bus cuilibet parti unibi
le est. (Aliter quippè non eēt unio oīno perfecta)
idcirco est intellectui quoq; unitum, & nō solum
ſm qđ intellectus natura est, sed itē inquantum est
operatiua potentia: & qđ sicut unit̄ ei, oportet esse
passionē, aut habitū, aut obiectū ſm suā essētiā, iux
ta Phn̄i. Certūq; est, ꝙ uerbū respectu ītellectus aīæ
Chr̄i nō sit habitus, nec passio, iō ē eius obiectum.
Nec ad talē uerbi cognitionē sufficit sola unio sub
stātialis, imo ultra requirit̄ unio, quæ est obiecti ad
potētiā, cuius est obiectū, Quāuis demū hæc uisio
tāto altior sit in Chr̄o p̄ cunctis beatis, quāto obie
ctum hoc solum excessum perfectionis unionis in
ꝑsona, p̄ alijs unionibus creaturę ad Deū perfecti⁹,
& strictiùs unit̄ intellectui aīę Chr̄i, sicut obiectum
potētiæ, & etiam quanto per eminentissimum pro-
pin-



pinquissimūq; accessum ad Deū, altissimo lumine
eleuatur ad cognoscedū illud obiectum. Hæc Vdal
Durādus.
ricus, cuius scripta in hac re, oīno consonant scri-
ptis Thomæ. ¶ Durandus p̄terea circa hoc multa
inducit, dissonantia à prædictis. Fatetur tn̄ in pri-
mis, ꝙ in anima Christi à suæ creationis primordio
fuit cognitio beatorū. i. beatifica visio. Asserit quo
que, ꝙ ista cognitio fuit in ipso ita ꝑfecta, ꝙ nō po-
tuit in ipso, nec in aliquo homine esse ꝑfectior. Sed
(vt addit) dubitari pōtest, an in natura angelica va
leat talis cognitio perfectior esse, eo, ꝙ in illa sit alti
or vis intellectiua, quàm in anima Christi. Verum
(vt patuit) istud dici non licet, nec opinari: qm̄ nec
in lumine gratiæ, neq; in lumine gloriæ potest ange
lus aliquis animæ Christi æquari. Potissimè aūt cō-
petit assumptæ humanitati summa fruitio, atq; cla
rissima uisio ratione hypostaticæ suæ vnionis cum
verbo. ¶ Durandus tamen non asserit huius opposi
tum, sed refert, quod aliqui dicunt, essentialē beati
tudinem, quæ in uisione Dei consistit, esse maiorem
in quolibet angelo, q̄ in quolibet hoīe: qđ dictū nō
solum est falsum, imo censetur velut hæreticum, cū
beatissima Virgo sup oēs sit angelorum ordines e-
leuata. Et super ſm euidenter ōnsum est, ꝙ hoīes in
cęlis æquantur angelis in p̄mio essentiali, imò sancti
hoīes multis angelis sunt, & erunt maiores in glo-
Dionysius contra Durandum.
ria. ¶ Item affirmat, quòd potentia vissua in hoīe, &
in brutis, eiusdem sit speciei: & simili mō dici pos-
sit, quòd potentia intellectiua in homine, & ange-
lo, sit speciei unius, quorum utrumq; reprobatum
est super ſm. ¶ Deinde ad istud, an anima Christi
videndo Deum, videat omnia in ipso: respondet, A-
nima Christi videndo Deum cognoscit in eo oīa,
quæ sunt, & possibilia sunt quantum ad id, quod
sunt. De nullo tamen cognoscit ex natura talis visi-
onis, an sit, vel non sit: qm̄ intellectus creatus uidēs
diuinam essentiam, videt in ipsa omnia, quæ per ip-
sam naturaliter, & de necessitate repræsentantur, a-
lia uerò non: Diuina autem essentia naturaliter, &
de necessitate repræsentat omnes res entes, & esse
possibiles, quantum ad id, quod sunt, non quo ad
earum existentiam actualem.

Obiectio contra Durandum.
¶ Contra istud obijcitur: quoniam intellectus
creatus beatus, videt alia in diuina essentia ſm qđ
relucent in ea: non aūt solum relucent in ea quan-
tum ad eē suum quidditatiuum, sed ēt quantum ad
esse suum existentiale, seu actuale. Rursus beati co-
gnoscunt alia in diuina essentia, prout diuina essen
tia est illarum idea: nec solū est ipsorū idea quātum
id, qđ sunt, sed ēt quātum ad actualem esse ipsorum:
p̄sertim cum, & Deus cuncta distinctè, ac perfectè
cognoscat per suā essentiam, scd̄m quod ipsa est u-
niuersorum idea, oīum productiua, quantū ad uni-
uersa positiua eis conuenientia, ut patuit in scd̄o.
Præterea, vniuersa, & singula clariùs, atq; distincti⁹
relucent in diuina essentia, q̄ in quacunq; speciei,
aut forma creata, ergo in illa perfectissimè cogno-
scunt̄, & cognoscibilia sūt ex natura uisionis illius.
Postremò, cognitio rerum in verbo perfectissima
extat, ergo res distinctissimè cognoscuntur in illo.
Insuper infinita repræsentantur, & relucent in diui
na essentia, nec dubium quin Deus omnipotens, &
excelsus infinita possit producere, quantū ex par-
te ipsius est, quæ cuncta in sua resplendent essentia.
Nullus autem beatorum potest actu infinita co-
gnoscere ¶ Deinceps respondendo ad istud, An
in Christo fuit aliqua scientia humana experimen-
talis, humano modo acquisita: De hoc, inqt, sunt
duo modi dicendi, non solum à diuersis doctori-
Thomas.
bus, sed & ab eodem (puta Thoma) in diuersis lo-
cis traditi. Vnus modus est, ꝙ imò: alter, ꝙ non, &
vterq; potest aliqualiter sustineri. Si enim dicatur,
quod scientia infusa, & acquisita differant specie,
sicut uirtutes infusæ, & acq̄sitæ, potest teneri, quòd
in Christo fuit scientia acquisita: sin autem, mini-
mè. Hæc Durandus, qui magis diuertit ad negatiuā
Io. Scotus
quæsiti ¶ At verò Scotus quærit, Vtrum possibile
fuit aīam Chr̄i primò, & immediatè perfici uisione
verbi perfectissima, possibili creaturæ: quo circa cō
scribit, quod sicut in uoluntate aīæ Christi sunt cha
ritas, & fruitio tantæ perfectionis, & eminentiæ, qđ
pura nequit creatura eminentiorem suscipere cha-
ritatē, aut fruitionem: ita in intellectu aīæ Chr̄i est
perfectissima uisio, p̄sertim cū, & summa fruitio ui
Isiodorus
sionem p̄fectissimā p̄supponat. Vn̄, quod ait Isiodo
rus, qđ trinitas sibi soli sit nota, & homini assum-
pto: non uidetur posse intelligi nisi de notitia, vel in
termino simplicitur, aut possibili creaturæ. Et ad-
dit, quòd inquantum intellectus habet rōnem rece
ptiui respectu uisionis, non est necessaria forma pri
or recepta, ad hoc, ut uisio recipiatur in intellectū:
quia per formam istam non aliter erit obiectū pn̄s,
ꝙ potest esse sine ea. Obiectio aūt eodē mō pn̄te in
tellectui, pōt intellectus eodē mō recipere uisionē
obiecti. Hæc Scotus. Qui intendit per hæc, qđ Deus
pōt immediatè producere in intellectu creato bea-
tificā visionē nō p̄existēte in intellectu natura, vel
duratione, imò nec existēte in eo aliquo habitu, a-
ut lumine. Quocirca apparet, qđ p̄allegati doctores
dicētes, p̄requiri lumen gloriæ, & gr̄æ dispositi-
onē, ac puritatē, nō intēdūt negare, q̄n Deus infini-
tæ uigorositatis possit id agere de sua absoluta po-
tētia, q̄a non implicat: sed sicut nō decuit Deū assu-
mere naturā hūanā nisi oī gr̄a, sapientia, ꝑfectione
ornatā: ita nec istud est decens. Nec argumentū iā
tactū aliq̄d obtinet. Deus nāq; prorsus inuariabilis
quātū in se ē, vbiq; & sp̄, ac oībus uniformiter pn̄s
Dionysius Areopagita.
est, quēadmodū, & diuinus Dionysius protestat̄, &
patuit sup primū. Propter quod in libro de Causis
habetur: Causa prima est in omnibus rebus ſm u-
nam dispositionē, diuersitas verò ex parte recipiē-
tium oritur. Hinc, q̄uis obiectum illud increatum
verbum æternum, eodē mō sit intellectui præsens,
attn̄ intellectus creatus non est eodē mō disposi-
tus ad eius influxū, illuminationē, ac uisionem. Vn̄
etsi color eodē mō obiiciatur uisui corporali, non
Obiectio Scotica.
cernitur nisi superueniat lumē ¶ Præterea Scotus
sic arguit: Ad recipiendū visionē nō requiritur ali-
quis habitus prior ipsa uisione: qm̄ habitus nō di-
sponit potentiā ad recipiendū actū, imò actus na-
tus ē priùs recipi, q̄ habitus, cū ex actibus habitus
generetur. ¶ Ad qđ dico, ꝙ supnaturalis illa bea-
Diluitur obiectio.
titudo, q̄ essentialiter ē actio, q̄dā, ut uisio, siue frui
tio: naturaliter p̄exigit habitū supnaturalē disposi
tiuū, ut est gloriæ lumē. Et, q̄uis habitus naturales
acquisiti gn̄rentur ex actibus, actus tn̄ meritorij su
pernaturalē p̄exigunt habitū: sic & actus remune-
ratorius, seu beatificus, supnaturalē habitū p̄para-
torium, & eleuatiuum. vcȝ lumen glorię, p̄requirit
iuxta modū à p̄allegatis doctoribus assignatū. Nec
apparet, qđ intellectus respectu actus beatifici, seu
visionis beatę, habeat se tn̄ passiue, & receptiuè:
imò potiùs reor, qđ mens creata ab oī macula, &
reatu immunis, seu pura, dono sapientiæ eminēter
ornata, lumine gloriæ cōfortata, charitate prorsus
succensa: cooperante, concausante, excitanteq; spi
ritusancto, effectiuè se habeat, causaliterq; cōcurrat
ad beatificam uisionem, qua conspicit creatorem.

## QVAESTIO II.

HIc iterum quæritur, *Vtrum anima Chriſti ver-
bum æternum, ſeu diuinam eſſentiam clarè per
ſpeciem intuendo, cognoſcat vniuerſa, & ſingula quære-*
In partem affirmati.
*relucent in uerbo, & quæ ipſum uerbum cognoſcit.*
¶ Videtur, quòd ſic: qm̃ maius eſt diuinã imme-
diatè uidere eſſentiam, quã quacunq; creata, aut
creanda in ipſa: ſed anima Chriſti intuet̃ præ cun-
Iſidorus.
ctis creatis clarisſimè diuinã eſſentiam. ¶ Scd̃ò, ſi-
cut habetur in textu, Iſidorus loquitur, ꝙ ſuper glo
riſisſima trinitas eſt ſibi ſoli cognita, & aſſumpto
homini .i. aſſuptæ humanitati. quod non uidetur
poſſe intelligi, niſi de cognitione cõprehenſionis
perfecte, aliàs quilibet beatorum dicitur compræ
henſor. Anima igitur Chriſti Dei eſſentiam, & uir-
tutem, ac omnipotentiam plenariè compræhẽdit;
ergo cognoſcit omnia in quæ poteſt.
In oppoſitum.
¶ In oppoſitum eſt, quod anima Chriſti eſt in in-
finitum minoris intellectualitatis, capacitatis, atq;
notitiæ, quàm deitas ipſa. Nec ualet infinita ſimul
cognoſcere. Clarum eſt autem, quòd non cogno-
ſcit tam lympidè ſicut uerbum. Sed queri poteſt an
omnia ſimul agnoſcat vno intuitu, quemadmodũ
verbum. ¶ Circa hæc ſcribit Bonauentura: Quidã
Determinatio. Bonauen. prima opinio.
dixerunt, quòd non ſolum anima Chriſti, ſed cæte-
ri quoq; beati aliquo mõ cõprehendunt Deum, ſeu
verbum, & aliquo mõ non, ita, quòd cõprehendũt
quantum ad eius eſſentiam, quam dicunt finitam;
non autem comprehendunt, quo ad eius potentiã,
quæ reſpicit infinita: quia non poteſt in tot, quin in
plura: atq; per hoc voluerunt concordare ſcriptu-
ras, & auctoritates ſanctorum, in quibus aliqñ dr̃,
quòd Deus eſt incõprehenſibilis, aliqñ uerò, quod
beati habent cognitionem cõprehenſionis de ipſo.
Verum iſta opinio ſup primũ eſt reprobata, Non.n.
potentia excedere põt eſſentiã. Eſt quoq; ſup pri-
mũ multipliciter demonſtratum, qđ diuinũ eẽ in ſe
ipſo eſt infinitũ, & nõ ſolũ in duratione, quantũ ad
Reprobatio. Secunda opinio.
nos. Idcirco, q iſtud dixit, poſtea retractauit. ¶ Qui
dã dixerũt, qđ quãuis anima Chriſti in ſe ipſa finita
ſit, tñ ob grãm unionis ſublimatur ad aliquid infini
tum: qm̃ ob gratiã unionis habet aliquid, qđ eſt ſup
oẽm gradum creaturæ, & quo nil ualet excellẽtiùs
cogitari; & ex hoc posſit cõprehendere ſibi vnitũ,
& hoc ipſius ſolius eſt propriũ. Ideo dicunt dixiſſe
Iſidorum, quòd trinitas ſibi ſoli eſt cognita, homi-
Iſiodorus
niq; aſſumpto. ¶ Sed, nec hoc poteſt ſtare Quamuis
Reprobatur quoq; Iſta opinio
etenim gratia unionis dicat, quid infinitum rõne
alterius extremi, tñ ratione animæ unitæ ſemper ex
primit quid finitum, ac rem uirtutis finitæ: qm̃ aĩa
Chriſti manet infra terminos creaturę. Cũq; in ſe
eſſentialiter ſit finita, & uirtutis finitę, cõprehende-
Tertia opinio.
re nequit immenſitatẽ rei penitus infinitæ, ipſam in
infinitum excedentis. ¶ Hinc eſt poſitio tertia ueri-
or, probabilior, itemq; communior, quòd nec ani-
ma Chriſti, nec aliqua creatura põt immenſitatem
cõprehendere uerbi æterni: & tñ ipſum totum co-
gnoſcit. Quæ ſimul ſtant, cũ dicamus Deũ ſimplicis
ſimũ eſſe, pp quod non poteſt ſecundum partẽ, &
partẽ cognoſci: nihilominus cũ ſit immẽſus, nõ põt
à mente creata totaliter (id eſt perfectè) cognoſci:
vt ſi (gratia exempli) ponamus oculũ, cuius aſpe-
ctus oĩno ſit clarus, & aliquod paruũ albũ intensũ
in luminoſitate, & claritate coloris: oculus ille uide
bit illud albũ totũ: attamẽ eminentiã albedinis eius
non uidebit totaliter, ſeu perfectè: ita intelligendũ
de Deo. eſt. Veruntamen in iſto exẽplo eſt magna
diſſimilitudo, quia in albo illo quidditas differt à
claritate: in Deo aũt omnino ſunt idẽ. Idcirco exẽ-
plum conſueuit poni in puncto, quod ratione ſuę
ſimplicitatis totum attingitur à linea una, non tñ
cõprehenditur: quoniam infinitas poteſt lineas ter-
minare. Sed nec iſtud eſt ſimile, qa in puncto aliud
eſt uirtus, aliudq; eſſentia, q̃ in Deo ſunt idẽ. Hinc
tertium exemplum ponendum eſt in ſubſtantia ſpi
rituali, quæ eſt Dei imago: quoniam tota eſt in una
corporis parte: non tamen diffinitur, ſeu cõprehen
ditur in eadem: imò ita eſt tota in illa parte, quod
& tota eſt extra eã in alia parte: Sic, & Deus totus
eſt in creatura una, & totus extra; ſicq; oportet in
telligere circa potentiam intellectiuã, ſed iſtud me
liùs intelligitur ratiocinatione, quã poſitione exẽ-
pli. Nempe ſi quis uideat, quòd in Deo ſimplicitas
non opponitur infinitati, põt uidere, quomõ Deus
poteſt totus cognoſci non tñ comprehendi. Hinc
Aug.
aduerte, quod infinitum accipitur ẜm quantitatẽ,
vt dicit Philoſophus. Auguſtinus etiã aſſerit, ꝙ eſt
quantitas molis, & quantitas uirtutis: & ita ẜm u-
trunq; poteſt accipi infinitum, ſed differenter. Cum
enim quantitas molis extet partibilis, & ſuper par
tibilem rẽ fundata, ideo infinitum hac quantitate
opponitur ſimplici. eſtq; imposſibile, quòd aliqd
idẽ, & ẜm idẽ, ſit ſimplex, & infinitum. Quantitas
verò uirtutis reperit̃ in ſimplicibus, imo quo quid
ſimplicius, tãto potẽtius. Hinc infinitum ſic dictũ,
ſimplici non repugnat, imò neceſſariò ſequitur, ſi a
liquid eſt ſimpliciſſimum, qđ ſit infinitisſimũ. Sicq;
in Deo ẜm idẽ eſt ſumma ſimplicitas, & ſumma infi
Iſiodorus.
nitas. Vñ uera eſt tertia iſta poſitio. Porrò Iſiodo-
rus in præallegata auctoritate, nõ intendit ab alijs
intellectualibus creaturis excludere oĩmodã Dei
cognitionem: ſed quòd ſoli trinitati conueniat ple
na, & perfecta ſui ipſius cognitio, & animæ Chriſti
Deus totus eſt in lapide, & totus extra.
tã perfecta, ſicut in genere creaturæ poteſt haberi.
¶ Si preterea quæras, cum Deus ſit in lapide, eſt ne
ſecundum aliquid ſui in lapide, & ſecundum aliqd
ſui extra illum? ¶ Dicendum, quòd ẜm totum ſui
eſt intra, & ſecundum totum extra. Cumq; obijcit̃,
quod beati uocant̃ compræhenſores: Reſponden-
dum, quòd comprehendere tripliciter ſumitur. Pri
Bernard.
mò pro adhærere per, charitatem, ut cum ad Euge-
nium ſcribit Bernardus: Si ſanctus es, cõprehẽdiſti.
Ephe. 3.
Secundò pro clarè uidere, & perfectè amare, iuxta
illud Apoſtoli: Si quo mõ compræhendam, in quo,
& comprehenſus ſum. Tertiò pro claudere termi-
nos rei in ſe, & ſic Deus ẽ incomprehẽſibilis. Beati
Dionyſ. contra Bonauẽturam.
autẽ ſcđo mõ compræhenſores cenſentur. Hæc Bo-
nauentura. ¶ In quibus uidetur obſcurum, ꝙ ait de
tertia acceptione compræhenſionis, quia ẜm eã nõ
ſolum creaturis, ſed, & ipſimet Deo Deus in com-
prehenſibilis eſſet, qa non habet terminos ſui eſſe.
Quæſtio.
¶ Inſuper, quærit hic doctor, Vtrum anima Chri
ſti Deum cognoſcendo, defigat aſpectum in ipſum
lumen æternum, an in aliquid infra ipſum. ¶ Vide-
1. Timo.
tur, quòd non, per illud Apoſto: Deus lucem habi-
tat inacesſibilem, quam nullus hominum uidit, nec
videre põt. Rurſus ſuper illud Iohãnis, Deum ne-
Iohan. Chryſoſ.
mo uidit unq̃, teſtat̃ Chryſoſtomus; Solus filius ui-
dit patrẽ, & ſpiritus ſanctus. Quomõ.n. qui creabi-
Reſponſio.
lis ẽ naturę, increabilis ẽ naturæ, increabilẽ põt ui-
dere? ¶ Et rñdẽdum, ꝙ qdã dixerunt, tm̃ eſſe fulgo-
rẽ lucis increatæ, ac infinitæ in ſeipſa, qđ nulla crea
tura pura põt ad eius contuitum ꝑuenire, ſed ſolũ
Gregorius Iob.
in quadã, ſui claritate cõſpicietur. Sed hunc erro
rẽ beatus reprehendit Gregorius ſuper illud Iob,
Nõ adæquabitur ei aurũ, uel uitrũ: quia non aliud
eſt Dei natura, & aliud claritas eius. ¶ Hinc qdam
moderniores dixerunt, lumen ĩcreatũ à nulla crea-
tura



tura conſpici poſſe in fonte claritatis ꝓpriæ, ſed in
condeſcenſionibus, & in theophanijs: & hoc pp im
proportionalem, & infinitũ exceſſum lucis illius, q̃
ſua immenſitate opprimeret intellectũ creatũ ma-
gis, q̃ delectaret, queãdmodum lux ſolis noctuę vi-
ſum. Iõ op3 lumen illud immenſum oculo creatu-
Hugo de S. Victo.
ræ contẽperari. Sed iſta opinio non minus erronea
eſt q̃ prima: pp, quod magiſter Hugo ſup angeli-
cam hierarchiã reprobat eã: Quid eſt, inquiens, Deũ
theophanijs videre, niſi eũ nunq̃ verè videre? Si et-
eñ ſola imago ſemper vr̃, veritas nunquã vr̃, tollãt
ergo phãtaſias ſuas, quib. lumẽ mẽtiũ noſtrarũ tene
brare nituntur, neq; ſimulacris exterminationũ,
& imaginationũ ſuarũ Deũ noſtrũ intercipiant no-
bis: qm̃ ſicut nihil citra, aut ꝑter ipſum põt nos ſacia
re, ita, nec ſiſtere põt mẽs noſtra, niſi pertingat ad ip
ſum. ¶ Hinc eſt poſitio tertia vera, atq; catholica, qđ
beatiſsima Chriſti aĩa, & cæterorũ aĩæ beatorũ vi-
dent fontem luminis clarè in ſemetipſo, & refficiun
tur, ac beatificant̃ ab ipſo, vt Deus vndiq; conſpi-
ciatur, & videat̃ ab eis ẽt in ipſis Non enim quieta
ri poſſunt, neq; quieſcere in cognitione effectuũ. De
niq;, aut vident Deum immediatè, aut per me-
dium. Si immediatè, habetur ꝓpoſitũ. Si per me-
dium, aut proportionabile, aut improportiona-
bile. Si per mediũ proportionabile, aut illud eſt in-
creatum, aut creatum: non increatũ, quia illud eſt
unũ ſolum, & perfectè repreſentat ſeipſum: ſi per
creatũ, ergo creatura põt eſſe ꝓportionabilis crea-
tori aliquo, tñ deficit infinite, & ſi hoc, cũ nil aliud
impediat, quin creatura videre valeat Deũ in ſua
ſubſtantia, reſtat, quòd aĩa Chriſti ſic videat eũ, &
1. Iohan. 4.
cæteri iã beati. ¶ Auctoritates verò in oppoſitũ al-
legatæ, quintupliciter exponunt̃. Primò, nemo Deũ
videre põt, ꝓprijs ſ. & naturalibus viribus, ſed bene
1. Timo. 6.
põt dono, & gratia Dei. Vñ ſuper illud, lucẽ habitat
inacceſſibilẽ, ait Gloſſa: Inacceſſibilis eſt viribus no
ſtris, acceſſibilis muneribus ſuis. Secundò, ꝙ videri
Ibidem.
non põt in vita præſenti. Hinc ſup illud primæ ad
Exod. 33.
Timotheũ, Quẽ nullus hoĩm videre põt, ait Gloſſa:
Nunc, poterit tñ aliqñ. Vñ in Exodo dñs ait: Non vi
debit me hõ, & viuet. Tertiò, non põt videri .i. ple-
Hales.
ne comprehendi. Quartò, non poteſt videri .i. ratio-
ſubſtantię ſuæ non poteſt compræhendi, cum indif
finibilis, incircunſcriptibiliſq; conſiſtat. Quintò, nõ
poteſt videri, i. non facit ſe videri à creaturis. Hæc
Bonauentura.
¶ Circa hæc q̃rit Alexander: Vtrũ ſcientia animæ
Chriſti fuit æqualis ſciẽtię Dei. ¶ Rñdet diuina ſciẽ-
cia conſideratur reſpectu ſui, & itẽ reſpectu rerum
creatarũ. Primo mõ eſt ſcia infinitæ eſſentiæ, ac vir
tutis: ſicq; nihil eſt ei æquabile. conſiderata aũt re-
ſpectu rerũ creatarũ, tripliciter dr̃. Primò, reſpectu
eius quod ſcit̃. Secundò, ꝓ reſpectũ ad mediũ per
qđ ſcit̃. Tertiò, reſpectu modi ſciendi. Ad hoc aũt, ꝙ
aliquid æquat̃ ſcientiæ Dei, op3 vt ei ẜm hæc tria
æquat̃, quod creaturæ nequaq̃ extat poſsibile. Verũ
tñ habita comparatione ſcientiæ aĩę Chriſti ad ſci-
ta, æquat̃ Deo in ſciendo, qa ſcit oĩa, q̃ Deus; compa
ratione verò habita ad mediũ ſciendi, ſeu ad ſciẽdi
modum, nõ eſt ibi æqualitas: qm̃ Deus ſcit oĩa per
ſeipſum ſicut per oĩm cãm, non autem ſic aĩa. Hinc
Hugo de S. Victo.
Deus clariùs, & luculentiùs illa cognoſcit. Hinc aſſe
rit Hugo: Vnum ſcio, & indubitanter affirmo, quia
aut alia ſcientia præter diuinam in anima Chriſti
non fuit, aut ſi alia fuit, illi non erat æqualis. Idcir-
co, quod iterum ait. Anima Chriſti æquè ſapiens eſt
vt Deus, verum eſt ſecundum quid. & per compa-
rationem ad ſcita. Hæc Alexander.
¶ Porrò, ꝙ aĩam Chriſti, quo ad ſcita, dicit æqua
ri ſcientię Dei, & omnia ſcire, quæ ſcit Deus, acci-
Dioniſius.
piendum eſt de ſcientia viſionis, non ſimplicis intel
ligentię, vt aliqualiter tactum eſt, pleniusq; dicetur.
¶ At uerò Thomas de hoc, an aĩa Chriſti cõprehẽ
dat verbum, conſcribit: Id ꝓpriè cõpræhẽdit̃, quod
ab intellectu attingitur ẜm totam ſuæ cognoſcibi-
litatis rõnem, & hoc eſt fines eius conſpici, nõ qui-
dem fines rei, quia ſic Deus non compræhenderet
ſemetipſum, cũ finem non habeat, ſed qa ẜm oẽm
rõnem, q̃ cognoſcibilis eſt, ſeipſum cognoſcit, idcir
co ſe cõpræhendere dr̃. Cũq; vnum quodq; ſit com-
præhenſibile ẜm quod eſt ens, dicta cõpræhẽſio tũc
eſt, dum efficatia intellectus ad intelligendũ æquat̃
eſſentiæ rei. Deniq;, cũ intellectus duo habeat in in-
telligendo, videlicet lumen intellectuale, & ſimilitu
dinem rei intellectæ, qua ſua opatio intellectualis
determinatur ad cognitũ: quocunq; horũ excedat̃
à re, intellectus illam non cõpræhendit. Attñ in hoc
differt, qm̃ ſi excedat res ſimilitudinẽ ĩtellectus, qua
ipſam intelligit, tunc intellectus non attingit ad vi-
dendum illius rei eſſentiam: quia (ut dictum eſt) in-
tellectus per ſimilitudinem illa ad rem cognitã de-
terminat̃, ſicut̃ ſi ſpecies intelligibilis repreſentet ho
minem inquantũ extat ſimilis, non inquantũ rõna-
lis, non vr̃ eſſentia hoĩs. Quocunq; nãq; ſubtracto
de eſſentialibus rei, remanet eſſentia alteriùs ſpe-
ciei. Si verò res excedat lumẽ intellectus, non ſpe-
ciẽ, videbitur eſſentia rei, ſed imperfectè, ut cogno-
ſcibilis eſt, quia (vt patuit) ex lumine ĩtellectuali eſt
efficacia intelligendi. Vtrum qm̃ eſſe, quod in crea-
tura recipitur, ab eminente deficit creatoris, ideo
oĩs intellectus creatus cognoſcens Deum per ſimi-
litudinem aliquã, ſiue à Deo impreſſam, ſiue à reb⁹
acceptam, non videt eſſentiam Dei, imò ad hoc, qđ
videat Deum, oportet ut eſſentia Dei coniungatur
ei vt forma, quæ determinate cognoſcit, qđ ita eſt
in oĩbus ſanctis Cumq; lumen intellectuale faciat
intelligentẽ, oportet oẽm intellectum intelligere
per lumen intellectuale in ipſo conſiſtens. Lumen
quoq; intellectuale in intellectu creato receptum,
quo Deum videt, deficit ab eſſe diuino. Hinc quam
uis videat Dei eſſentiam; non tamen perfectè. Vn-
de intellectui creato communicari non valet, quod
Deum plenariè compræhendat.
¶ Præterea ſi quæratur, An anima Chriſti oĩa no
Vtrũ anima Chriſti ſciat oĩa ĩ verbo, quę ſcit verbũ.
ſcat in verbo, quę noſcit verbũ. ¶ Dicendum, quòd
quidam dixerunt omnem intellectum Deum viden
tem, videre vniuerſa, q̃ videt Deus. Sed hoc non
oportet, quia cum res videtur in Deo, Deus eſt
quaſi medium cognoſcendi rem. Non autem opor
tet vt cognoſcens medium, noſcat omnia, quæ per
illud queunt agnoſci, niſi medium illud cognoſ-
cẽt perfectè ſecundum totam ſuam virtutem: ideo
Deus, qui ſeipſum plenariè compræhendit omnia,
quæ in ipſo qualitercunq; ſunt cognoſcit, diuerſi-
mode tñ. Nam ea, quæ fuerunt, aut erunt ſecundum
quodcunq; tempus, ſcit ſcientia viſionis. Propriè
namq; videtur, quod habet eſſe extra videntem. Et
quamuis ſcientia, per quam videt Deus, ſit vna tan-
tum: attamen qm̃ per diſtinctas rationes ideales ea
videt, diſtinctam de eis habet cognitionem. Porrò,
quæ nec fuerunt, nec ſunt, nec erunt, in ſeipſis diſtin
ctionem non habent, nec ſunt niſi in potentia Dei,
in qua vnum ſunt, nec per reſpectus ad diuerſa exi
ſtentia diſtinguuntur: ideo hęc nõ cognoſcit Deus
per ideas diſtinctas, ſed per cognitionem ſuæ po-
tentiæ. Hinc dicitur ea cognoſcere ſimplici intelli-
gentia, quoniam ipſius intellectus ſeu intelligen-
tiæ

tiæ eſt, concipere ēt ea,q̄ non ſunt extra concipien-
tē.Sed qm̄ oē agens ſeu aliqua agere potēs ,agit ſe
cundū qđ eſt in actu impoſsibile eſt,ꝙ aliquis ſciat
oīa,q̄ ex aliqua cauſa poſſunt ꝓduci,niſi cōphēdat
entitatē ipſius.Cūq; nullus intellectus creatus diui-
nā cōphendere poſit eſſentiam , impoſsibile eſt vt
oīa ſciat,q̄ Deus facere pōt.Ea verò,q̄ ſunt,fuerunt,
aut erunt,ab infinitate defficiunt diuinæ potentiæ,
q̄ plura facere valet,non ꝓhibetur intellectus creat⁹
oīa illa cognoſcere, imò vnuſquiſq; beatus tāto plu
ra illorū cognoſcit in verbo , q̄to ꝑfectus cōſpicit

Hic rn̄det ad quæſt.

ipſum verbū.Cūq; aīa Chri ꝑ cūctis creatis ꝑfectiſsi
mè verbum æternū intueat̄,ꝑducta eſt ad tertiū hu
ius cognitionis,ita qđ ſcit oīa,q̄ fuerunt , aut erūt,
non ſolū facta,ſed ēt cogitata,ac dicta. Et qm̄ cōp-
dit oēm creatā eſſentiā.ſcit oīa,q̄ ſunt in potentia ſe
minali cuiuſcunq; creaturæ, eo mō, quo Deus ſcit

Obiectio.

oīa,q̄ ſunt in potentia ſua.Sicq; aīa illa videt oīa in
uerbo,q̄ videt verbū.¶ Si ſunt obijciat̄,ꝙ Deus ſcit

Dilutio.

infinita: nō aūt aīa Chri,cū ſit finita.¶Rn̄det̄,ꝙDe⁹
non ſcit infinita ſcientia viſionis.Si tn̄ gn̄atio in fu-
turū nunq̄ ceſſaret,quod Deo poſsibile eſt,aīa Chri

Aīa Chriſti ſcit infinita.

ſti ſciret infinita viſionis ſcientia, vt aliqui dicunt.
nunc aūt ſcit infinita ſimplici intelligentia, inquan-
tū ſcit oīa,q̄ fieri poſſunt per potentiā creaturæ , q̄
infinita ſunt,ſaltē ſm̄ numerū.Nec hoc impedit̄ eo,
ꝙ ſit finita.Primò,qm̄ illa infinita,q̄ ſciret , ſi gn̄atio
ſine fine duraret,non cognoſceret ꝑ infinita , ſed ꝑ
vnū,puta ꝑ verbū:nec tn̄ comprehenderet illud,qa
ex vno illo poſſent adhuc multo plura educi.Poſſet
eīn alias ſpecies ꝓcreare.Infinita quoq;, q̄ cognoſ-
cit in potentia creaturæ,cognoſcit cōprehēdēdo ip
ſas creaturas,quæ finitę ſūt. Virtus aūt cognoſcētis,
ꝓportionat̄ medio cognoſcendi magis,q̄ cognitis.
Secundò, qa contingit aliquā virtutē eſſe finitam
quantū ad eſſe,ſed non quantū ad rōnē ipſius virtu
tis;vt patet de gratia. Et quia rō virtutis determi
natur ad obiectum,idcirco contingit aliquam vir-
tutē finitæ eſſentiæ poſſe in infinita obiecta , non tn̄
operari modo infinito:qm̄ efficatia infinita in agen
do eſſe non valet,niſi ab infinita eſſentia, cum unū
quodq; agat ſm̄ quod ens in actu,ſicut virtus ſolis
eſt,ꝙ infinitas herbas producat,quia quotcunq; ꝓ
ducat,virtus eius nō exhaurit̄,nō tn̄ agit efficacia in
finita.ſic aīa Chriſti,q̄uis in eſſentia ſit finita,nō im
pedit̄,qn poſsit infinita cognoſcere, nō tn̄ infinita
lympiditate.Vnde,nec tā lympidè noſcit vt verbū,
quia,nec tam claræ eſt lucis,nec efficatiæ tantæ.

¶Inſuper,ſi quæratur,an vno cernat intuitu cū-
cta,quæ videt in verbo.¶ Dicendum, ꝙ rō,quam
aſsignant philoſophi,cur intellectus noſter nequit
plura intelligere ſimul,eſt,quia oportet, ꝙ intelle-
ctus figuret̄ ſpecie rei intelligibilis , non aūt pōt ſi-
mul pluribus ſpeciebus figurari , ſicut , nec corpus
pōt pluribus figuris ſimul figurari:hinc,quæ eadem
ſpecie cognoſcuntur,poſſunt ſimul intelligi : ſicut
intelligens quidditatem hoīs,ſimul intelligit aīal,&
rationale:atq; intelligens propoſitionem, ſimul in-
teligit ſubiectum, & prædicatum , quia intelligit ea
vt vnū.Cnmq; anima Chriſti intelligat omnia vno,
videlicet æterno,dico, quod ſimul , & vno intuitu
cognoſcit actualiter omnia illa,& ita eſt de alijs bea
tis,quo ad ea,quæ in verbo cognoſcunt : ſecus de
his,quæ per diuerſas intelligunt ſpecies. Hæc Tho-
mas in Scripto.¶ Quibus conſonant ſcripta eius de
his in tertia parte,decima queſtione,quæ in iam in-
ductis ſatis contineri videntur.

¶Petrus verò prædictis in multis concordat, ſed

Tarātaſi⁹

de hoc,an anima Chriſti cognoſcat omnia,quæ noſ
cit uerbum:reſpondet,ꝙ nullo modo(.i. nec actu,
nec habitu)habet ſcientiam omnium, quæ ſcit ver-
bum,vt pote poſsibilium , & infinitorum : ſed tan-
tum omnium præſentium,præteritorum, ac futuro
rum,bonorum,atq; malorum,ita,quòd habet ſciē-
tiam vniuerſorum,quę ſcit Deus ſcientia approba
tionis,& item ſcientia viſionis,non autem omniū,
quæ ſcit Deus ſcientia ſimplicis intelligentiæ , quia
potentia intellectus creati non eſt capax infinitorū.
Et iterum,quia etſi eſſet capax in potentia paſsiua,
ad perfectam tamen cognitionem exigitur conuer
ſio ſuper recepta ,& iudicium de eiſdem , quod
intellectus creatus,nec ſimul,nec ſucceſsiuè facere
pōt reſpectu infinitorum.Et rurſus,qm̄ hoc vr̄ eſſe
comprehendere,& finire in ſe tantum poſſe ſeu oī-
potentiam Dei. Hæc Petrus. Qui hanc opinionem
teſtat̄ eſſe cōiorē,faciliorem,& veriorē, vt æſtimat.

Richard.

¶Huic opinioni concordat Richardus:Infinitas,
inquiens,virtutis in extenſione,radicatur in aliqua
infinitate virtutis in intenſione ſeu uigore. Vn̄ intel
ligentiæ creatæ,quę habent infinitatem virtutis in-
duratione,non habent eam per ſeipſas tantum,quo
niam propria virtus earum finita eſt in intenſione
ſeu vigore:ſed habent eam per infinitum primum,

Liber de Cauſis.

quod eſt infinitum in vigore.Propter quod dicitur
libro de Cauſis:Virtutes omnes , quibus non eſt fi-
nis,ſunt pendentes per infinitum primum,quod eſt
virtus virtutum.Ille ergo intellectus , cuius virtus
non eſt infinita in intenſione ſeu vigore, non pōt ſe
extendere ad videndum actu ſimul infinita. Talis
autem eſt virtus animæ Chriſti,ergo non videt actu
omnia in verbo , quæ videt verbum. Nihilominus
videt actu ſimul omnia in verbo,præterita, præſen
tia,& futura, loquendo de futuris quorum vnum
alteri non ſuccedit ſine fine:quod dico ꝑꝑ cogita
tiones angelorum , & hominum reſpectu rerum
in proprio genere,quarum vna alteri ſuccedere po
terit ſine fine. Vnde ſi anima Chriſti omnia talia
futura actu videret in verbo , videret actu infinita
in ipſo.Multa tamen videret in verbo fieri poſsibi-
lia,quæ non fient.Hęc Richardus.

An anima Chriſti aliquid ſciat de nouo in verbo.

¶ Qui denuo ſcicitatur. Vtrum anima Chriſti
poſsit aliquid de nouo videre actu in verbo.

Opinio. I.

¶Ad hoc aliquid dicunt, quòd imò , quoniam
verbum voluntate manifeſtat ſe quibus vult,ſimili-
ter ea, quæ in ipſo refulgent,ergo aliquid taliū pōt
de nouo manifeſtare animæ Chriſti Item,poſſe ſem
per plus,& plus cognoſcere vltra omnem numerū

Opinio 2.

determinatum,non requirit infinitam perfectionē:
ergo hoc poteſt animæ Chriſti competere. Alij di-
cunt cōtrarium,quia(vt patuit)capacitas aīę Chri-
ſti eſt finita,deſuperq; repleta tā in donis gratiæ, q̄
glorię,ergo eius perfectio nequit intendi. Et ſicut
repleta eſt tāta gratia,quòd maioris capax non eſt,
ita,& tanta ſcientia, virtute,& perfectione.Iterum,
poſſe cognoſcere vltra omnē numerum determi-
natum,requirit virtutem illimitatam ſeu indetermi
natam,præſertim cum maior perfectio virtutis in
intenſione requiratur ad videndum æquè clarè
plura actu, quàm pauciora. ¶ Harum opinionum
vtraq; poteſt defendi.

Determinato.

Albertus Magnus.

¶Porrò ſcripta Alberti cōſonant dictis Thomæ.
Nam ait animam Chriſti quantum ad numerum
ſcitorum,parificari ſcientiæ verbi:imò tam Alberti

Vdalricus

quàm Vdalrici ſcripta de his, ſententialiter conti-

Durādus.

nentur in præhabitis Thomæ verbis. ¶ Durādus de
mū ꝓhabitis addit:Illud cōprehenditur,cuius fines
attingūt̄,vel poſitiuè terminū ſtatuendo,vel nega
tiuè remouendo exceſſum:ita , ꝙ Actualitas obie-
cti,



cti,intellectualitatem,& actualitatem potentiæ non
excedat.Cumq; entitas,& actualitas diuinæ potētiæ
ſit penitus infinita,certum eſt, quòd à nulla queat
comprehendi mente creata.Hæc Durandus.

## QVAESTIO III.

In partem negatiuā.

Amplius quæritur. *An aīa Chriſti per ſcientiā inditā ſeu infuſam, & ꝑ ſcientiā acquiſitā, agno uerit oīa diſtinctè & plenè.*¶Vr̄,ꝙ non, qa ſciētia ac-
quiſita profecit , & ita fuit in eo ignorantia aliqua.

Heb. 5.

¶Secundò,ad Hebræos ſcribit Apoſtolus : Dicit ex
his,quæ paſſus eſt obedientiā.Diſcere aūt eſt,in co-
gnitionē venire:ſicq; non fuit in aīa Chriſti ad eius
creationis exordio oīm rerum cognitio,imò igno
rantia quædam.¶ In oppoſitum eſt, quod ſuper il-

Luca. 2. Gregorius

lud,Proficiebat ſapientia,dicit Gregorius: Proficie
bat,non accipiendo,quod non habebat, ſed pandē
do gratiam,quam habebat.¶Circa hæc mouet.Ale-
xander dubia multa.Primum,an ſciētia indita,fuit ī
Chriſto à ſuæ conceptionis initio,vel per ſucceſsio
nem tp̄is acquiſita.¶ Ad quod rn̄det:Vnus eſt mo-

Hales 3. ꝑte q̄ſt. 13. mem. 2.

dus ſciendi Chriſti ſm̄ naturam diuinam , & ſic in
eo,idē eſt ſcientia , quod eſſentia , & fuit in filio ab
æterno.Secundus eſt in Chriſto ſm̄ gratiā vnionis,
quā ſciētiā nulla alia habuit creatura:iſteq; modus
diſtinguitur ab oī alio mō ſciendi. Tertius eſt ſm̄
gratiā cōprehenſoris,q̄ eſt ſcientia beatificæ viſio-
nis,q̄ qua Angeli ſancti,& aīæ beatæ cōicāt.Quartus
eſt ſm̄ naturā aīæ integrā,quā habuit Adā in ſtatu
innocētiæ, & hanc ꝑfectiùs habuit Chriſtus, quàm
alij hoīes puri.Quintus ē ſm̄ pœnalē naturā aſſum
ptā.Eſt quoq;,quædam gratia data Chriſto ad co-
gnoſcendum rés ſecundum numerum iuxta tem-
poris progreſſum,quæ fuit à principio data animæ
Chriſti ſecundum intellectum,non tamen ipſa co-
gnitio.Quantum ad primā cognitionem, eodē mo
do ſe habuit ante incarnationem,& poſtea:quantū
uerò ad ſecundam,habuit cognitionem oīum ꝑti-
nentiū ad incarnationis,& humanæ redemptionis
miſteriū,nec hāc habuerunt angeli ſtatim poſt ſuā
confirmationem.Nam in Chriſti aſcenſione,quære

Iſa. 63.

bant:Quis eſt iſte,qui venit de Edom?Et ſi aliqui ha
buerunt,hoc fuit ex ſuperadditionem, non ex glo-
ria.Secundū tertiā ſcientiā,habuit cognitionē oīm
ꝑtinentiū ad gloriā ſuā,atq; ſuorū.Quartus modus
ſciēdi fuit in Chriſto quātū ad naturā integrā, quā
aſſumpſit:de qua ſcientia dictū eſt. Porrò ſecundū
quintū modum ſciendi,diuerſas didicit pœnalita-
tes ſm̄ experientiā in effectiua , quā tn̄ cognouit ēt
ſm̄ aliū modū,puta ſm̄ gr̄am,quia ſm̄ gr̄am vnio-
nis eas ꝑſciuit.ſecundus modus cognitionis eſt ad
cognoſcendum non affectiuè,ſed cognitiuè ex ſen
ſu.Deniq; duplex eſt cognitio in ſenſu per experiē-
tiam.Cognitio namq; in ſenſu eſt duplex.Vna,dum
res eſt in ſenſu per ſimilitudinē , vt color in oculo.
Alia,cum res eſt in ſenſu per ſuā eſſentiam ſiue for
mā.vt dolor in ſenſu quocunq;.Iuxta hoc, duplex
cognitio experientiæ eſt in Chriſto.Vna,quo ad na
turā pœnalē:alia,quantū ad gratiam ſpecialem co-
gnoſcendi res ſecundum numerū per temporalem

Alexāder vbi ſupra.

ſucceſſum.Et per hanc diſtinctionem ſoluunt̄,& cō
cordant̄ auctoritates,quæ videntur contrariæ.¶ Se
cundò quærit.An ſcientia Chriſti fuit ſine ignoran
tia.¶ Reſpondet,quāuis Chriſtus aliquid nouit ali-
quando,quod illo eadem modo non nouit ante,ꝓ
pter hoc non eſt ei ignorantia aſſcribenda,qm̄ igno
rantia eſt alicuius,quod extitit cognitum , & eſt de
his,quæ expedit ſcire.Ea aūt, quæ Chriſtus didicit
per experiētiam,priùs ſciuit per modum perfectio
rem.¶ Tertiò quærit , An Chriſtus habuit ſcientiā
ſm̄ oēm modū ſciendi,hoc eſt, an habuit ſcientiam
deliberatiuā,& ſucceſsiuā,ac collatiuam. ¶ Rn̄det,
Electio dupliciter ſumit̄,ſicut conſiliū Primò,ꝑ ap
petitu inquiſitiuo eius,quod ignorat̄, & electio vt
eſt ꝑoptatio ꝓueniens ex tali cōſilio,nec ita fuerunt
in Chriſto.Secundò electio dr̄ interna diſcretio bo
ni à malo,& electio ꝑoptatio boni:ſicq; fuerunt in
aīa Chriſti,ſimiliter deliberatiua ſciētia.Inſuꝑ Chri
ſtus oīa ſimil intuebat̄,loquendo de eius ſcientia in
creata,& itē de ſcientia gratiæ vnionis. de ſcientia
quoq; beatæ viſionis,nec in his fuit collatio, aut diſ
curſus.Loquendo aūt de ſcientia naturæ integræ,&
de ſcientia experientiæ,non oīa ſimul intuebat̄,&
fuit in eo diſcurſus ab vno noto ad aliud notū , nō
à noto ad ignorū,ſed bene à noto ſm̄ vnū modū,
ad nō notū ſm̄ aliū modū,¶Quartò interrogat , An

Dionyſius areopagi.

Chriſtus aliquā ſciētiā accepit ab Angelis:¶ Rn̄det,
ꝙ nō,ſed econtrario.Et ſi obijciat̄,ꝙ in li. de angeli
ca hierarchia diuinus Dioniſius loquit̄ , ꝑ angelos
ſub patrijs ordinatus eſt legibus:rn̄dendū,ꝙ hoc re
ferendum eſt ad beatiſsimam Virginē,& ad Ioſeph,
atq; ad cæteros, per quorum obſequium exibita
ſunt quædam legalia circa Chriſtū, vt circuncıſio,
præſentatio in templo.Hi namq; de his fuerunt ab
Angelis eruditi.Hæc Alexander.

Bonauent.

¶Præterea ad intelligendū hæc clariùs,& etiam,

Prima opinio.

quædam inducta de hoc, an aīa Chriſti cognoſcat
vniuerſa in verbo,quæ ipſum verbū cognoſcit:opꝫ
inſerere dicta Bonauenturæ,qui ait:Quidā dixerūt,
ꝙ aīa Chriſti cognoſcit infinita in verbo , qa per

Hugo. de S.Victo.

verbū cognoſcit alia,nō participando ſapientiā ſi-
cut aliæ aīæ,ſed poſsidēdo ſapiētiā ipſam.Quod vr̄
ſenſiſſe magiſter Hugo de S.Vigore,in li. de ſapien-
tia Chriſti,dicendo : Plenā , & pefectā, ac totā Dei
ſapientiam in aīa Chriſti fuiſſe credimus , ipſamq;
aīam eadem ſapientia plenè,atq; perfectè ſapientē,
non ex ipſa participando , ſed totam poſsidendo,
quā ſingulariter poſſedit,& ineffabiliter comprehē
dit.Indubitanter credo,quòd aut alia ſapientia in
Chrſto non fuit,aut ſi fuit , æqualis illi non fuit In
q̄bus verbis vr̄ inſinuare,ꝙ aīa Chriſti alia oīa no-

Reprobatur illa opinio.

uit,qa ſapientia ſua non fuit alia à ſapientia qua De
us eſt ſapiens.¶ Verū iſtud difficile,eſt tenere , quia
(vt patuit) opꝫ in aīa Chriſti ponere ſapientiā ſciē-

Alia opi.

tiāq; creatā.¶Alij dixerūt, ꝙ in Chriſto eſt duplex
modus cognoſcendi,quē habuit in verbo. Vnus ꝑ
gratiā vnionis,& ita cognoſcit in verbo vniuerſa,

Reprobatio.

quæ verbū. Alter ꝑ gratiā cōprehenſionis,ſicq; co
gnoſcit nō oīa,ſed ea,q̄ ſpectāt ad gloriā ſuā. ¶ Sed
nec iſtud vr̄,qm̄ aīa Chriſti q̄uis verbo vnita , attn̄

opinio 3.

manet infra terminos creaturæ,& lumē ſeu habitus
quo cognoſcit formaliter,eſt finitus: idcirco neq̄
in infinita in actu.¶ Alij ergo dicunt , ꝙ in Deo eſt
duplex ſcientia rōne cōnotati,videlicet ſcientia vi-
ſionis,& ſcientia intelligentiæ.Prima eſt finitorū ſe
cunda infinitorū:Hinc aīa Chriſti cognoſcit oīa in
uerbo,q̄ verbū,loquēdo de ſcientia viſionis, nō de
ſcientia intelligentiæ ſimplicis. Et iſta poſitio ſatis
eſt facilis,rōnabilis q; vr̄. Veruntn̄ adhuc nō quieſ-
cit mēs dubitātis. Nā eſto, ꝙ Deus nunc faceret
aliquod nouum,quod tn̄ facere nō decuit, vt nouū
mundum,hoc iā Chriſtum lateret, ſequeret̄ quoq;

Obiectio ridicula

Chriſtum aliquid de nouo poſſe addiſcere,ſicq; ple
nitudinem ſciētię non haberet , nec eſſet ſtatus ex
parte capacitatis creaturæ.Hinc eſt alius modus di
cendi,videlicet,quòd eſt duplex cognitio , vt pote
actualis,& habitualis.Actuli ergo cognitione ani-
ma Chriſti nunquam nouit,nec poteſt cognoſcere
infinita,ſeu omnia,quæ cognoſcit verbum.Loquen
do

do verò de habituali cognitione, sic oĩa illa cognoscit, quia cum aĩa Christi cognoscat verbum habitu gloriæ ita ꝑfectè, ꝙ non valet perfectiùs ipsum cognoscere: ipsumq; verbũ promptã habeat volũtatẽ aperiendi aĩæ illi quicquid in ipso relucet, nec quicq̃ in ipso relucear, quod non sit natũ cognosci ab aĩa Christi: aĩa illa aliquid habet, quo facilis est ad cognoscendũ oĩa, q̃ verbũ noscit. Cuius signum est, qa ad hoc, qđ cognòscat aliquid, qđ verbũ, non opꝰ vt deſ ei habitus nouus cognoscẽdi, sed oẽ, qđ uult in eo legere põt. Porrò si quęras de habitu illo, an sit finitus, an infinitus: dico, ꝙ finitus, habens tñ respectus ad infinita. Nec hoc est impossibile in creatura, cũ infinitas respectiuè nõ dicat actualẽ infinitatẽ, sicut, nec cõpositionẽ realẽ. Si iterũ, q̃ras, vñ illi ista respectuũ infinitas, dico, quòd ex voluntate speculi. i. verbi sibi uniti, quòd prõptã habet voluntatẽ propalandi aĩæ illa oĩa, quę in se relucẽt, quod nulli alij aĩæ facit. Ideo de sola aĩa Christi est cõcẽdẽdũ, ꝙ sit oĩsciens habituali scĩa. Hæc Bonauẽtura.

Dionysius contra Bonauentũ

¶Cuius verba videnẽ partim obscura, nec ſm ea videreẽ potentialitas aĩæ Christi ad actũ plenè reducta, nec respectus illi, cũ nil reale habuitui supadat, pñt tã illimitatã efficaciã ei pñtarẽ. Nec videreẽ vnq̃ posse ad actũ perduci. Reprobatio demũ, qua ꝑfatã illã cõem reprobat rñsionẽ, non vꝭ ꝓcedere, tum, quia casus quẽ ponit est impossibilis, vtpote, ꝙ Deus nouũ effectũ produceret, quem ꝓducere ab æterno non disposuit, nec decreuit, qđ infinitæ perfectionis, sapiæ, ac prouidentiæ eius, & imò inuariabilitati ipsius derogaret. Rursus, casus ille impossibilitatẽ includit. Nã dato, ꝙ talem effectum ꝓduceret, dicendũ esset, ꝙ ab exordio incarnationis hoc aĩæ Christi innotuisset. ¶ Præterea q̃rit hic doctor,

Bonauen.

An aĩa Christi cognoscat oĩa actu in verbo, quæ habitu cognoscit in illo: Rñdet. Aĩa Christi quædam cognoscit, quæ sunt essentialia glorię, & oĩa illa cosimul in actu. Quædam etiam nosci, quæ non sunt essentialia gloriæ, & talia non cognoscit oĩa simul actu. Verum his obijci potest, quia vt dictum est, aĩa Christi tã perfectè cognoscit verbum, sicut creatura cognoscere põt, atq; in verbo sic cognito, tãquã per vnum medium, & idem exemplar, cuncta cognoscit, & scit vno intuitu, quæ verbum ipsum cognoscit scĩa visionis. Rursus, si aĩa Christi sic crescere posset in actuali cognitione, posset, & crescere in quædam lætitia, & ita, nec esset perfecta, nec in cognitione, neque in gaudio, oĩario modo fine: hoc est, tam extremè, sicut natura creata est capax.

¶Insuper ad id, Vtrũ ſm scĩam illã, qua aĩa Christi

Thomas.

scit res in proprio gñe seu propria natura, &c. Thomas rñdet. Cognitio rerum in proprio gñe, & cognitio rerum in verbo, differunt: non quantum ad cognita, sed quo ad medium cognoscendi, quia cognitio rerũ in verbo, fit per verbum seu per diuinã essentiam, loco intelligibilis formæ intellectui creato vnitam: cognitio verò terum in proprio gñe, fit per similitudines rerum in intellectu existentes. Lumen verò sub quo res vẽ, vtrobiq; creatũ est, quod est lumen naturale, in his, quæ per naturalem rõnẽ noscuntur, vel lumen gratiæ, in his, quæ cognoscuntur per fidem, seu reuelationem. Porrò Christus ſm aĩam perfectus fuit in natura, & gratia, qđ non fuisset, nisi oĩa cognouisset, quæ per vtrũq; lumen possunt cognosci: iõ oĩa huiusmodi in proprio genere nouit. Sed quia similitudo creata, deficit à similitudine, ac repræsentatione substantiæ increatæ: idcirco hoc genere cognitionis non agnouit substantiã increatã, nec alia oĩa, q̃ ad perfectionem patris intellectiuæ non pertinent, neq; ſm naturã, neq; ſm gratiam: vt sunt gesta particularium hoĩm, & consimilia. qua tamen omnia nouit, & noscit in verbo.

¶Porrò ad istud, An istam scĩam habuit aĩa Christi minorem, q̃ Angeli: rñdet, Ad cognitionem intellectualem tria requiruntur, quæ sunt potentia intellectiua, lumẽ quo intelligit, & rei similitudo ſm quã cognitio rei determinat, & ſm hęc tria põt vna cognitio dici potior alia tribus modis. Primò, quãtum ad efficatiam cognoscendi, seu certitudinẽ, aut lympiditatem cognitionis, quæ idem sunt, & intellectus ex luminũ ipso cònsequitur. Cumq; Christus habuerit lumen gratiæ abundantiùs angelis, habuit in his lympidiorem cognitionẽ, q̃ angeli. Secundò, vna cognitio est potior alia, quo ad multitudinem cognitorũ: ficq; Christi cognitio perfectior fuit no titia angelorum, qñ plurių species infusæ sunt aĩæ Christi, q̃ angelis concreatæ: ꝓp qđ de his, quæ ad illuminationes spectãt hierarchicas, angelos illustrauit, vt 7. de diuinis nominibus sanctus Dionysius ꝓtestatur. Tertiò, vna cognitio est altior alia quantũ ad genus cognitionis, quod consequitur naturam potentiæ intellectiuæ. Et qñ Christus cognouit intellectu possibili, cuius obiectum est phantasma: id circo cognouit cũ continuo, & tpe. vtens phantasmatibus tanq̃ obiectis intellectus, non quasi ab eis accipiens species, & vt circa species ponens, vt cõtingit in eo, qui habitum habet, & aliqua actu considerat. Hoc aũt cognitionis gñe, angeli non cognoscũt, sed altiori, ſm ordinem naturæ, videlicet sine continuo, & tpe. Hæc Thomas. ¶ Amplius quærit, An Christus habuit scĩam per modum collationis. Respondet, hoc ipso, quod intellectu noster à phãtasmatibus accipit, sequitur, ꝙ cognitionem habeat collatiuam, inquantũ ex multis sensibus fit vna memoria, atq; ex multis memorijs vnum experimentũ, ex multis quoque experimentis vnum vniuersale principium, ex quibus alia concludit, ficq; scĩam accipit, vt dicitur primo Metaphysicæ, & in fine Posteriorũ. Hinc sicut intellectus se habet ad phantasma, ita se habet ad collationem. Ad phantasmata verò se habet dupliciter. Primò, vt ab eis scientiam accipiens, quod est in illi, q̃ nondum habent scĩam, ſm motum, qui est à rebus ad aĩam. Secundò, iuxta motũ, qui est ab aĩa ad res, inquantum phantasmatibus vtit quasi exemplis, in quibus inspicit, quod cõsiderat, cuius tñ scĩam priùs habebat in habitu. Conformiter duplex est collatio. Vna, qua homo procedit ex notis ad inquisitionem ignoti, & talis collatio non fuit in Christo. Alia secundum quam homo ea, quę habitu tenet in actum ducens ex principijs considerat conclusiones, sicut ex causis effectum, & talis collatiua scientia fuit in Christo. Et per hanc distinctionem soluuntur auctoritates, & obiecta.

Cognitio, vna dicitur potior alia tribus modis.

Dionisius 9 pagina.

¶Denuo quærit, An hæc Christi scientia rerum in proprio genere, fuit per habitus plures diuisa. Respondet. Ex lympiditate cognitionis cõtingit, ꝙ scientia est magis vnita, & simplex, quanto lympidiùs videt intellectus, tanto ex paucioribus potest plura cognoscere. Cumq; anima Christi, præ cunctis creaturis lypidissimam habuerit cognitionem, scientia eius fuit magis vnita, & per formas magis vniuersales, quàm aliqua scientia creaturæ. Diuisio autem habituum in diuersis rebus cognoscendis, cõtingit in nobis ex hoc, quòd formæ intelligibiles in nobis sunt minime vniuersales. vnde oportet vt diuersas res per diuersas species cognoscemus, diuerseque species secundum genus faciunt diuersos habitus scientiarum. Hinc Angeli, qui habent

An scientia q̃ anima Christi res scierit fuerit per plures habitus diuisa.



bent scĩetiam magis vniuersalẽ, vtpote à rebus nõ acceptã, non habent cognitionẽ de rebus ꝑ habitus diuersos. Cũq; aĩa Christi habuerit scientiã magis vniuersalẽ, q̃ Angelus aliqs, idcirco nõ habuit diuersos habitus, qbus cognosceret, sed vno habitu cuncta cognouit, q̃ ad hanc scĩam ꝑtinent, quãuis speciebus diuersis. ¶Postremò q̃rit, An Christus quo ad hanc scĩam aliquid accepit ab angelis. Rñdet, qñ eminentia scĩæ (iuxta iã dicta) consistit in tribus, scĩetia Christi nunquã creuit quantũ ad genus cognitionis: qa id genus cognitionis sequit naturã hũanã, q̃ in ipso sp permanſit. Nec iterũ quantũ ad numerũ scitorũ. Nã oĩa scĩuit ab instanti conceptionis, q̃ ad istã spectant scĩam. Creuit aũt quantũ ad aliquẽ certitudinis modũ. Cũ etteñ aĩa nostra ſm naturã sit media inter intellectũ purũ, q̃ est in Angelis, & inter sensum, dupliciter de aliquibus certificat. Primò ex lumine intellectus, qualis est certitudo in demonstrationibus eorũ, q̃ ẽt nunq̃ sunt visa. Secundò ex sensu, vt dũ, quis est certus de his, q̃ sensibiliter videt, talisq; certitudo acquirit alicui, ẽt quantũcũque per certissimã demonstrationẽ aliquid sciat, qñ sensibiliter videt, quod priùs non viderat. Hinc delectat aĩa in visis, quãuis antea cognitis: & hæc vocat certitudo experimentalis. Et quantũ ad hanc, creuit scĩa Christi, inquantũ quotidie aliqua sensibiliter vidit, q̃ ante non viderat. Nõ aũt creuit quãtũ ad essentiã ipsius scĩæ. Hæc Thomas in Scripto.

Thomas, 1. hac dist.

¶In quibus interdũ aliqñ loquit iuxta opinionẽ, quã ad tps habebat, utpote, ꝙ intellectus agens aĩæ eius, non abstraxit à phantasmatibus species, & ꝙ non habuit scientiam acquisitam de nouo experimentalẽ. Vñ, & in huius, q̃siti rñsione dixit, per lumẽ intellectus agentis non fuit in Christo aliqua species de nouo recepta in intellectu eius possibili, sed facta fuit cõuersio noua ad species, quæ erãt in phãtasia, quemadmodum est in eo, qui habet habitum scientiæ eorum, quæ imaginatur, aut videt. Verũ de his aliter scripsit, & sensit in tertia parte Summæ, vt patuit.

Thomas.

¶Præterea in tertia parte, q̃stionibus nona, ac decima, super his scribit diffusè, quæ tamen in parte non consonant introductis: Oportet, inquiens, ponere in Christo scientiam inditã, inquãtũ à verbo æterno impreſſę sunt intellectui aĩæ Christi intelligibiles species, ad cognoscendũ oĩa, ad quæ intellectus possibilis est in potentia: sicut à verbo æterno impreſſæ sunt menti angelicæ in principio creationis intelligibiles species. Hinc sicut in angelis ponit duplex cognitio. ſ. matutina, qua cognoscunt res in verbo, & uespertina, quę eas cognoscunt in propria natura per inditas sibi species: sic præter increatam Christi scĩam, ponit in aĩa eius scĩa beatificæ visionis, qua ipsum verbũ cognoscit, & res in verbo: scĩa quoq; infusa seu indita, sicut expositũ est. Si aũt quæraẽ, An aĩa Christi ſm hanc scientiã intelligere potuit, non se ad phantasmata conuertendo, dicendum, ꝙ imò, qñ fuit non solũ viatrix, sed etiam cõpræhendens, & dñiũ habens sup ꝓ priũ, corpus, nec obligata, au t subdita corpori, neq; depẽdens ab illo. Deniq;, si quæraẽ, An scĩa aiæ Christi fuit habitualis: dicendũ, ꝙ scientia indita habitualis in ea est, & potuit ea vti, & non vti. Scientia aũt rerũ in verbo indefinẽter fuit, & est in eo ĩ actu.

Cognitio angelorũ matutina & vespertina.

¶Præterea respõdendo ad istud, An scientia indita Christi, fuit per habitus diuersos: Scientia, ait, indita animæ Chri, habuit modũ aĩæ humanæ conaturalem, cui connaturale est recipere species in minori vniuersalitate, q̃ angeli, ita. ſ. ꝙ diuersas naturas specificas ꝓ diuersas intelligibiles spẽs noscat, ex quo contingit, ꝙ in nobis diuersi sunt habitus scĩetiarum, quia diuersa sunt scibiliũ gña, inquantum ea, quæ reducunt ĩ vnũ genus. eodẽ scientiæ habitu cognoscuntur, ꝓut primo Posteriorũ hr: qa vna scientia est, quæ est subiecti vnius gñis: hinc scientia indita, per diuersos habitus fuit distincta. Hæc in Summa, & ista rñsio a rñsione ad idẽ q̃situm ex Scripto inducta, dissonare videtur. ¶At uerò Albetus circa hæc multa conscribit: Anima, dicens, Christi scit oĩa, quæ scit Deus, sed non omnimodo eodem. Infinitatẽ nãq; Dei non claudit comprahendẽdo, imò solus Deus se compræhendit. Etenim sibi soli ipse finitꝰ est, eo, ꝙ nihil sui sit extra ipsum. Attñ aĩa Christi comprehendit oĩa scita à Deo, quę nõ sunt ipse Deus ergo obijcit, ꝙ Deus scit infinita: hoc dupliciter põt intelligi, vtpote, ꝙ sciat infinita per numerũ, vel infinita quasi in mensura, quæ est ipse. Et hoc secundo modo uerum est, quòd scit quædam, quæ sunt ipse, quæ, & verè, & penitus sunt infinita: vt infinitã sapientiam, infinitam potentiã suã. Infinita aũt per numerum seu numero, non sunt nisi secũdum quid, videlicet in potentia infinitæ additionis, vt ait philosophus: atq; in potentia causæ efficientis: qñ põt facere infinita, & scit se hoc posse, & tñ non sequitur, ꝙ infinitorũ actu species sint in ipso, nec sequit inde, ꝙ Deus sciat ĩfinita, nisi scire sit idẽ, quod infiniti scientiã habere. Hinc quamuis anima Christi sciat omnia, quæ scit Deus, non t ñ sequitur, ꝙ sciat infinita. Verũ quidam hic aliter dicunt, dicentes triplicitẽ esse in Deo scientiam, vtpote approbationis, visionis, & simplicis intelligentiæ, &c. vt supra, ꝙ dicunt, ꝙ aĩa Christi sciat onima, quæ scit Deus primo, & secundo modo, non tertio. Sed ex hoc sequit duplex inconueniens. Vnum, ꝙ aĩa Christi non parificetur Deo in numero scitorum, cuius oppositum dicitur in litera sine exceptione. Aliud, ꝙ nesciat mala, quo n iam illa simplici intelligentia noscuntur. Hæc Albertus.

Albertus Magnus

Diluitur obiectio.

Opinio.

Reprobatio.

Dio. cõtra Albertum.

Verior aũt vñ positio præinducta, ꝙ. ſ. anima Christi infinitè deficiat à numero, vel potius ab innumerabilitate scitorũ, quæ superincomparabilis Deus scit scientia simplicis intelligentiæ, sicut probatum est, & communior tenet sententia. Nec prævalent, quæ contra prætactam objcit rñsionem. Non enim est inconueniens dicere, ꝙ anima Christi non paricetur Deo in numero scitorum scĩa simplicis intelligentię. Quod verò Magister affirmat in textu sine exceptione, intelligendum est sane cum congrua modificatione, sicut in consimilibus multis, non superficialiter tñ, & illimitatè. Nec ex illa rñsione rite concludit, ꝙ anima Christi non sciret mala: nam mala culpæ ſubintelliguntur per bona eis opposita. Scientia quoq; reprobationis, per scientiã approbationis. Nec verũ est, ꝙ huiusmodi mala, aut etiam mala, ſolum sciantur à Deo scientia simplicis intelligentiæ, nisi de quid nominis contendetur. Deniq; Deum actualiter cognoscere infinita cognitione simplicis intelligentię, Augustinus non solum affirmat, sed etiam probat per hoc, ꝙ noscit infinitas species numerorum: imò hoc addo, ꝙ Deus omnipotẽs, & immẽſus cognoscit in finities, infinita nec ſolũ cognoscit infinitas species numerorum, sed ẽt infinita individua cuiuslibet talium specierum. Et nisi vniuersa, & singula, quæ in sua omnipotentia virtualiter, atq; causaliter continentur, cognosceret, nequaquam perfectè, & plenè cognosceret omnipotentiam suam. Nec iterum uerum est istud, si infinitæ species numerorum essent in scientia Dei,

Augusti.

ipse

ipse produceret eas. Multa namq;, & innumerabilia, ac simpliciter infinita, sunt in omnipotētia, & scīa Dei, q̄ nunq̄ fuerunt, sunt, nec erunt, nec superfelicissimus Deus pōt tot, aut tāta ꝓducere, qn possit (quantū in ipso est) in infinitū plura, atq; maiora efficere. Nec dubiū, qn oīa illa distinctè cognoscat nisi stemus in terminis, vocabulorūq; vsu, ꝙ vile, & friuolū est. Ampliùs, supprimū est declaratū, an, & qualiter in Deo sup benedicto sunt infinitæ ideæ, infinitæq; rōnes exēplares, ac ēt infinita attributa, ꝓut Aegidius, & Hēricus exponunt. Si tñ nomē ideæ, seu exēplaris, restringat̄ ea duntaxat, q̄ cognoscunt̄ à Deo scīa visionis, palā est, ꝙ in Deo nō sunt infinitę ideæ, īfintæve rōnis exēplares. Hoc quoq; pēsandū, ꝙ triformis illa distinctio scīæ Dei, reduci pōt, & sa tis cōtinet̄ ī distinctionę biformiseu duplici, qua asserit̄, ꝙ in Deo est duplex scīa, vtpote visionis, & simplicis intelligentiæ. Scīa nāq; approbationis in scīa visionis includitur. Hæc Albertus.

Romanus Gādauus

Vdalricus

¶Porrò Vdalric⁹ ꝓhabitis partim ꝯcordat, & in parte dissentit: Forma, inquiens, ꝑficiens intellectū possibilē potentia, non est nisi lux intellectus agentis. Vñ dū totus intellectus agens vnitus est intellectui possibili vt forma ipsius, tūc intellectus possibilis est in actu, & pōt naturales suas oꝑationes elicere: Et quāuis hæc lux sit habitus, ac species, ꝑ quā intellectus possibilis cognoscit ī vniersali oīa ītelligibilia, qa illorū similitudo est lux hæc: nō tñ pōt ꝑ eā oīa determinatè cognoscere, sed sicut ad cognitionē rerū materialiū ꝑ earū species determinat̄, ita ꝑ lumē diuinū huic lumini additū, atq; cū ipso informāte intellectū possibilē, perficit̄ intellectus possibilis ad determinatā (sicut possibile est) spūaliū suꝑ se existētiū cognitionē, ꝓut de philosophis ait Apostolis: Deus em̄ illis reuelauit. Cūq; cōstet hoc lumē cōicatū esse aīæ Christi in tota ꝑfectione, q̄ cōicari pōt creaturæ, & ipsa non solū sit lux. sed ēt species in qua res determinata cognitione vident̄, sicut in vno solo lumine ꝓphetico, viderent ꝓphetæ multa determinate: dico hanc lucē superfusam esse animæ Christi in sue rōne cōpleta, vz ꝓut est vna species simplex ſm rē, q̄ ſm diuersos respectus, diuersasq; rōnes est similitudo oīm rerū, q̄ fuerūt, sunt, & erūt, q̄ oīa in ea ꝑfectè intelligi potuerunt. Iō dico Christū nō cognouisse res in propria natura ꝑ plures species concreatas, sed per vnū habitum lucis, seu per vnam speciem, & formam omnium exemplarem. Est etiam ista scientia vna, quia per vnum est habitum, vnamq; speciem. Hæc Vdalricus.

Roma. n. 1

¶Quæ non solum sancto Thomæ, ac alijs multis, sed dictis quoq; Alberti ꝯriari vident̄. Ait qppè Albertus: Oīa cognosci nō q̄unt in vno, nisi in illo vno in quo oīa quodāmodo vnum sunt, puta in Deo. In nullo autē habitu angelorum, nec in natura sunt oīa, aut relucent, qm̄ ea, q̄ subiacent libero arbitrio, nō sunt ordinata, nec aliquid pōt in ea cognoscendo cōpræhēdenda, ꝓut à futuro dependent, nisi solus Deus: ergo aīa Christi non potuit ista cognoscere nisi ī Deo. Hinc sine ꝑiudicio dicimus, ꝙ aīa Christi nō cognouit oīa nisi in Deo. Verūtñ anima Christi habet habitum, in quo cognoscit omnium naturalium ordinem, ac processum: Hæc Albertus.

cōtra Vdalricum.

¶Addit quoq; Vdalricus: Dicunt quidam, hanc Christi scientiā esse collatiuam, quod non credo verum, quia sciētia collatiua in rōnis cōsistit discursu à causa in in causatum, qualiter Christus non cognouit, sed simplici intuitu. Istud dictis Thomæ specialiter obuiat, iamq; ex rōnabili Thomæ distinctione elici potest, ꝙ istud contra ipsum non militat. Vñ positio illa sancti doctoris rationabilior approbat̄.

Sententia diui Tho. approbat̄.

¶Deniq; Petrus in introductis sequit̄ Thomam.

Tarantas⁹ Richard.

¶Richard⁹ quoq; ꝓ maxima parte, attñ dicit sciētiā aīæ Christi nō esse collatiuā, qđ & verum est eo mō, quo ipse vtit̄ cōplexo collatiuæ scię, quo alij vtunt̄ extēsiùs, sicq; vr̄ hoc ī vsu ꝯsistere terminorū.

¶Durandus verò in hoc sequit̄ Thomam, ponendo, & essequēdo eius distinctionem, & in cæteris ex Thoma nunc recitatis. eum secutus videtur.

Durandus

## QVAESTIO IIII.

VLtimò quærit̄, *An animæ seu humanitati Christi data sit omnipotentia.* ¶Vr̄, ꝙ sic, qm̄ ipse in euangelio protestatur, Oīa possibilia sunt credē ti, ergo multo plus legislatori noui testamenti, ac fidei. Apostolus quoq;: Oīa. inquit, possum in eo, qui me confortat, ergo ampliùs Christus hō oīa potuit, cōicatione, ac participatione diuinæ potentiæ, & ita oīpotens fuit, præsertim, quia, & ipse resurrectionem testatus est: Data est mihi omnis ptās in cęlo, & in terra. Itēq; ante passionē, Pr̄ diligit filium, & oīa dedit in manu eius, q̄ de filio secundum naturam assumptam dicta videntur. Præterea sicut scientia, ita potentia est quædam diuina proprietas, ergo sicut Christo homini data est omnisciētia, secundum viam, & modum prætactos, ita & omnipotentia: sin autem, quæritur cur non.

Marci. 9  
Philip. 4  
Matt. 28. Iohan. 3.

¶In oppositum est, ꝙ oīpotentia est infinita ptās, & efficatia illimitata, cui, & conuenit virtus creādi, q̄ nulli creatæ, atq; finitæ possunt ꝯuenire essentiæ.

In opposi. tum.

¶Ad hoc rn̄det Albertus: Potentia infinita nō est cōicabilis alicui enti creato, nec est simile de scientia, atq; potentia, quia scientia pōt haberi per alterum, sicut per verbi præsentiam: potentia autē egreditur ab essentia propria. Si autem objiciatur, quia sciuit creare, deditq; ei creandi scientiam, ergo, & creandi potentiam, ergo sciuit illum actum exercere, nullus autem scit exercere, quod non potest: dicēdum, ꝙ sciuit creare. i. qualiter res creantur non tñ sciuit creare operante scientia, sicut practicus operatur. Hæc Albertus.

Albertus Magnus.

Vdalricus

¶Hinc Vdal. Humanitati, ait, Christi, nec cōicata est, nec cōicari pōt oīpotentia, qm̄ oīpotentia impotentiā oēm excludit. Creatura aūt ex hoc ipso, ꝙ creatura est, habet impotentiā subsistendi in se, qm̄ neccārio ad suā dependet cām. Cūq; esse eius indiuiduet̄, ac determinet̄ ꝑ suum, quod est, neccessariò est finitæ essentiæ, ac naturis. Nec ualet, quod qdā dicunt, oīsciētia est ei cōicata, qa probatum est, quòd illa omniscientia, quæ dicit infinitatem scientię, non est ei communicata Hęc Vdalricus.

Tho. Aquinas

¶Thomas quoq; Vnumquodq;, inqt, actiuum est ſm qđ ens actu: vñ quanto aliqua habent deficiēti⁹ esse, tanto minus sunt actiua, vt patet de materia prima, in qua nō est actiua potētia, cū sit infinitū entiū. Hinc potentia actiua cōmensurat̄ essentię. Ideo sicut aīæ Christi cōicari nequiuit habere infinitam essentiā, ita, nec sibi, nec alteri creaturæ oīpotentia. Veruntñ credo, ꝙ oīs potentia, quæ alicui creaturę cōicari pōt, ei cōicata consistat multo abundātius vt. s. materia elementalis magis obediret sibi ad nutum, q̄ qualitatibus actuiuis, vel ēt virtuti cælesti, & ꝙ magis potuisset mouere cælum, quā aliquis angelus. Nihilominus omnipotentia data est Christo, quantum ad suā personā, ab æterno per generationē diuinā: sed quantum ad naturā humanam in ipsa conceptione: non quod natura humana, aut aliqua pars eius oīpotentia informetur, ita vt oīpotēs valeat dici, sed ſm modum quo naturæ in Christo communicant sibijnuicem aliàs suas probent scietiam

Ab obiecta in partem affirmatiuam.



prietates ꝑꝑ vnitatē ꝑsonæ. Et hoc in Christi resurrectione est manifestatū, idcirco tūc dr̄ data, iuxta modū loquendi, quo res dr̄ fieri, dū innotescit. Amplius, Christus habuit oīum scientiā, nō tm̄ speculatiuā, sed ēt practicam, nō qua ipsas res faceret, sed qua sciuit qualiter à Deo sint facta. Scientia quoq; practica nō est cā rei sufficiēter, nisi rei assit potentia rei actiua. Hinc Chr̄s habuit scientiā oīum practicā, sed nō practicè: quia nō ordinauit eā ad opus. Hæc Tho. in Scripto. ¶Idē Vdalric⁹ in Sūma sua li. quinto. ¶Insuꝑ tertia parte, q̄st. 13. Alia, ait, rō est de scīa, alia de potentia. Nempe (vt aliq̄ dicūt) potētia actiua consequit̄ rei naturā, qm̄ actio considera tur vt egrediens ab agente: scīa verò non semꝑ habet̄ ꝑ ipsam scientis essentiā, sed pōt haberi ꝑ assimilationē scientis ad scita, ſm similitudines susceptas. Verū hæc rō non vr̄ sufficere, qm̄ sicut aliquis pōt cognoscere ꝑ similitudines aliunde susceptas, sic pōt agere, potensq; esse ꝑ formā ab alio sumptā, quēadmodū aqua seu ferrū calefacit, per calorē ab igne susceptū. Non ergo per hoc impedit̄, quin sicut aīa Christi per similitudinē oīum rerū sibi à Deo influxas, pōt cuncta cognoscere, ita per easdē similitudines possit res pīas efficere. Est ergo vltra cōsiderādū, ꝙ illud, quod à superiori natura in inferiori recipit̄, est ibi ſm modū inferiorē. Cūq; aīa Christi sit multo, & ineffabiliter inferioris naturæ, q̄ diuina natura, similitudines rerū in ea, susceptæ, sunt multo inferioris gradus, & perfectionis, q̄ in mente diuina: idcirco scientia aīæ Christi inferior prorsus est, q̄ diuina scientia, imò diuina perfectior est quantū ad modū istū sciendi, & inqnantū ad numerū scitorum, qm̄ aīa Christi nō cognoscit oīa, q̄ uerbū facere pōt, q̄ tñ Deus cognoscit scīa simplicis intelligentię, quāuis cognoscat oīa præsentia, pręterea, & futura, quæ Deus cognoscit scīa visionis. Similiter quoq; similitudines rerū inditæ animę Christi, non adęquant virtutē diuinā in agendo, vt s. possint oīa agere, quæ pōt Deus, ant ēt eo modo quo Deus. Agit em̄ Deus infinita virtute, cuius creatura capax non est Hæc Thomas in 3. parte: in qb⁹ euidenter fatet̄, aīam Chr̄i nō cognouisse oīa, quæ verbum cognoscit scīa simplicis intelligentiæ, sed ea oīa. quæ verbum cognoscit scientia visionis.

Oīs ptās Christo data est, Matt. 28.

Vdalricus

art. 1. ad 2.

¶Quærit̄ quoq: in tertia parte, An aīa Christi habuit oīpotentiam respectu immutationis creaturarū. ¶Rn̄det, duplici distinctione hic opus est Prima est ex parte immutationis creaturarū, quæ triplex est. Vna naturalis, quæ fit à proprio agente ſm cursum naturę. Alia miraculosa, quæ fit ab agente supernaturali. Tertia, ſm quod oīs creatura de se vertibilis est in nihil. Secunda distinctio est ex parte aīæ Christi, quæ primò considerari pōt ſm ꝓpriā naturā, atq; virtutē naturalē siue grauitā: secundò, vt est instr̄m verbi, cui vnita est. Loquendo ergo de aīa Christi primo modo, potentias habuit ad effectus animæ conuenientes, vt sunt regere corpus, & disponere actus humanos: & item ad illuminandū per plenitudinem gratiæ, ac sapientiæ suæ oēs rationales creaturas. Porrò loquendo de anima Christi secundo modo, habuit instrumentalē virtutem ad vniuersas miraculosas immutationes, ordinabiles ad finem incarnationis, qui est instare omnia, siue, quæ in cælis sunt, siue, quæ in terris, Immutationes verò creaturarum, ꝓut sunt in nihil vertibiles corrn̄det rerum creationi, quæ ex nihilo sunt ꝓductæ: ideo sicut solus pōt creare, sic & creata in nihil redigere, qui, & solus eas in esse conseruat, ne in nihilū decidant. ¶Amplius, si quæratur. An aīa Christi habuit oīpotentiā respectu ꝓprij corporis. ¶Rn̄dēdū, ꝙ loquendo de aīa illa primo modo, sic sicut non potuit immutare alia corpora à cursu, ac ordine naturali, ita nec propriū corpus à naturali dispositione, Sed loquendo de ea secundo mō, sic eius potestati subdebat̄ totaliter oīs dispositio proprij corporis Attñ quoniam virtus actionis non propriè attribuitur instrumento, sed principali agenti talis omnipotentia magis asscribenda est ipsi verbo, quàm animæ. Hæc idem in eadem.

Tho. q. eadem.

Ephe. 1.

¶Sed qm̄ aīa Christi quantū ad vires suas superiores, fuit excellentissimè Deo fruens, & beatissima prorsus per respectū ad increatū obiectū: vr̄ dicēdū, ꝙ loquēdo de aīa Christi ſm suā virtutē gratuitā siue glorificā, potuit ꝓpriū corpus à naturali dispositione immutare, dotesq; corporis glorificati deriuare in illud, & ei ad nutū plenissimè dominari, ac imperare: quāuis hoc totū dispēsatiuè fuit suspensum, ꝓpter exibenda, & cōplenda nostræ redemptionis mysteria, quod infra probabitur ex epistola S Augustini ad Dioscorum.

Dionysius cōtra Thomam.

August.

¶At verò Petrus: Vnūquodq;, asserit, ſm quod ē in potentia, habet pati, atq; recipere. ſm verò quod est in actu, habet agere: hinc in finitas actiuè potentiæ ponit infinitū actu, infinitas autē passiuæ potētiæ (non nisi infinitum potētia. Cumq; in creatura esse nō valeat infinitum actu, sed tm̄ potētia: iō creaturæ dari nō pōt infinita actiua potētia, qm̄ esset infinita essentia, sed passiua pōt, vt patet in materia prima, quæ est in pottēia respectu infinitarū, formarū & in ꝯtinuo, qđ est ī potētia infinitarū diuisionū. Cum ergo oīpotētia ponat in creatura actiuā potētiā infinitā, nō autē oīscientia, sed tm̄ passiuā, non potuit humanæ naturæ in Christo coīcari oīpotentia sicut omniscientia. Hæc Petrus.

Tarātas⁹

¶Richard⁹ quoq; hic scicitat̄, Vtrū aīa Christi facere posset nō mediāte opere naturæ, impræsiones quæ ꝑ naturā in inferioribus fiunt. ¶Rn̄det, Ad hoc qdā dixerunt, ꝙ humana aīa sua naturali virtute aliqñ facere possit tales impressiones: sed hoc falsum est, & reꝓbatū li. 2. 7. dist. Alij dicūt, ꝙ q̄uis aīa sua naturali virtute nō possit hoc, aīa tñ beata, potissimè Christi, ꝑꝑ excellentiā suæ beatitudinis, & superexcellentiā suæ existentiæ actualis, facere posset tales impressiones. Et isti cōcedunt, ꝙ valeat trāsmutare materiā ad formā substantialē, & accidentalē, sublimiori mō, quā transmutet̄ opere naturæ. Quibus objicit̄, qa ſm euangelicā veritatē, & sanctos, Christus per miracula, quæ fecit, ostendit se Deū esse, quæ probatio videret̄ inefficax, si illa fieri potuisset virtute creata. Quāuis aūt per beatitudinē aīæ Christi, & existentiam suam in verbo, sit in eo virtus supernaturalis, non tñ transcendit terminos virtutis creatæ. Hæc Richardus.

Richardus

Iohan. 3.

¶Concordat his Alexander: Aīa, dicens, Christi nō habuit, nec habet omnipotentiam, nisi eo mō, quo dicitur habuisse deitatem. Nam omnipotentia, dicit principium, & causalitatem, quę creaturæ competere nequeunt incontractę. Omniscientia verò nō dicit hæc, sed solum similitudinem ad res omnes. Potestas quoq; creandi non est communicabilis creaturæ: quoniam creaturæ conuenit agere ex suppositione materiæ. ¶Quærit item hic doctor, Vtrū anima Christi habuit omnium voluntatem, sicut habuit omnium rerum scientiam.

Hales.

Videtur quòd sic, quoniam voluit omne bonum. Respondet, Voluntas, & consensus dicuntur dupliciter. Est enim voluntas appetitus rei vt sit, vel rei vt fiat. Primò modo est in anima Chr̄i voluntas omnium.

oīum,sic nāq; voluntas dr̄ respectu existentiæ boni,nō aūt scd̄o modo,sic em̄ dr̄ voluntas respectu operationis boni.Nō aūt fit oē bonū, qd̄ aīa Christi,quantum in se est,vult fieri. Hæc Alexander.

Taranta. ¶Petrus verò ad hoc rn̄det: Voluntas cōpartur ad aliquid dupliciter.Primò,ut ad effectū.Scd̄ò, vt ad solū obiectū Primò mō in Christo non fuit uoluntas omnium,quæ vult Deus, secundo mō fuit.

Durand. ¶Durandus demū scribit,qd̄ & in Scripto Alexandri hr̄,ꝙ scilicet dupliciter aliquid possumus, vtpote potestate formaliter nobis inhærēte,& potestate alterius nobis assistentis.Primo modo anima Christi non habuit omnipotentiam,sed secundo modo,sicut,& deitatem.

¶Præhabitis ēt consonant scripta Antisiodorēsis ꝗ inter cætera dicit,ꝙ quicquid verbū scit ab æterno,aīa Christi agnoscit à primo incarnationis instā- Gulielm. Antisiod. ti.Quod verū esse ꝯstat ex dictis, si intelligat̄ de sciētia visionis ipsius verbi, non de scientia simplicis intelligentiæ,vt,& Durandus fatet̄. Atq; vt rursus Antisiodorensis testat̄,potius data est animæ Christi oīscientia,ꝗ̄ omnipotentia:quoniam anima illa à sui exordio fuit eminenter btā. Ad beatitudinem verò potius spectat scientia, quàm potestas.

Thomas Argentinas. ¶Thomas aūt de Argētina,sentit, quòd aīa Christi cognouit infinita,notitia habituali, prout supra ex Bonauentura inductū est.Itē affirmat,ꝙ in Christo non fuit scientia habitualis acquisita, cuius oppositum ex sancto Thoma iam tactum est.

## *De hominis defectibus, quos assumpsit Christus in humana natura. Distinctio.XV.*

Illud quoq; p̄termitendū nō est,ꝙ Dei filius naturā hoīs accepit passibilē, aīam passibilē,carnē passibilē,& mortalē, Vt.n.ꝓbaret̄ verū corpus habere, suscepit defectus corporis,famē,sitim,& hmōi.Et vt verā aīam ꝓbaret̄ habere,suscepit defectus aīæ,s.tristitiā,timore,dolorē,& hmōi.Oīs aūt sensus aīæ est.nō em̄ caro sentit,sed aīa utēs corpore velut instr̄o. Vn̄ Augustinus sup Genesim in li.XII.Nō corpus sentit,sed aīa ꝑ corpus,quo velut nūcio vtit̄ ad ꝯfirmādū ī seipsa,ꝙ extrinsecus nūciat̄.Sicut ergo aīa,qd̄ foris est,ꝑ corpus tanq̄ ꝑ instr̄um Augustin. capi. 25. videt uel audit,ita ēt ꝑ corpus q̄dā sentit mala,q̄ sine corpore nō sentiret,vt famē,& sitim,& hmōi. Vn̄ nō īmeritò defectus corporis dicunt̄.Quædā aūt nō ꝑ corpus,imò etiā sine corpore sentit,vt est timor,& hmōi.Sentit ergo aīa dolores, sed quosdā ꝑ instr̄m corporis,quosdā verò nō.Suscepit aūt Chr̄s sicut verā naturā hoīs,ita,& veros defectus hoīs,sed nō oēs.Assumpsit em̄ defectus pœnæ,sed nō culpę,nec tn̄ oēs defectus pęnę,sed eos oēs quos hoī eū assumere expediebat,& suæ dignitati non derogabat. Sicut em̄ ꝓpter hominem homo factus est,ita propter eum homnis defectus suscepit.Suscepit em̄ de nostro,vt de suo nobis tribueret,vt nostrum tolleret defectum. Suscepit enim nostram vetustatem,vt suam nobis infunderet nouitatem.Simplam ille acccepit vetustatem,id est,pœnę,vt nostram duplam consumeret,id est pœnæ & culpæ.

### *Qualiter accipiendum sit illud, quod ait Leo Papa.*

Tradit auctoritas,ꝙ dn̄s nr̄ in se suscepit oīa infirmitatis nr̄ę,p̄ter peccatū, quod nisi accipiat̄ de illis tm̄,quæ eū sumere ꝓ nobis oportuit,nec dedecuit,falsum esse probabit̄. Nō em̄ assumpsit ignorantiā aliquā,cū sit ignorantia quædā,quę defectus est, nec peccatū est.s.ignorātia īuincibilis.Na uincibilis,pctm̄ est,si tn̄ de his ē,q̄ nobis expedit scire. Sunt em̄ quædā quorū scientia non asserit,vel ignorantia non impedit salutem, & forte taliū rerū ignorantia defectus nō est. Constat aūt nobis esse ignorantiā,atq; difficultatem volendi,vel faciendi bonū,quæ ad miseriā nr̄am ꝑtinent. Vn̄ Augustinus in li. August. III. de libero arbitrio:Approbare,inquit,falsa pueris,vt erret inuitus,& resist ente, atq; torquente dolore carnalis vinculi,nō posse à libidinosis operibus tēperare, non est natura instituti hoīs,sed pœna dānat i.Ex qua miseria peccantib. iustissi mè inflicta,liberat Dei gratia: quia sponte homo libero arbitrio cadere potuit, non etiam surgere. Ad quam miseriam pertinet ignorantia,& difficultas, quam patitur ominis homo ab exordio natiuitatis suę,nec ab isto malo quisquam (nisi gratia Dei) liberatur. Ecce euidenter dicit hic Augustinus,ignorantiam qua quis inuitus falsa pro veris approbat,& difficultatem,qua non potest se temperare à malo,ad miseriam nostram pertinere,& pœnam esse hominis.Hoc autem Christus non habuit.Non ergo accepit omnes defectus nostræ infirmitatis pręter peccatum.

### *Quòd ignorantia talis, & difficultas non sit peccatum.*

August. Sed forte aliqs dicet illa esse pctm̄. Cui obuiat illud,qd̄ Augustinus tradere vr̄, hoc s. Deū inculpabiliter ante pctm̄ in exordio ꝯditionis,hoī potuisse indere vt essent ei naturalia,ita in lib.retractationū ingens:Ignorantia,& difficultas ēt si essent hoīs primordia naturalia,nec sic esset culp ādus Deus,sed laudādus. Sed si hæc hō ī primordio naturaliter habuisset,nunquid essent in eo defectus,& pęnę?Si defectus,vel pęna ei īdita fuisset ante pctm̄,iniustè cū eo agi videret̄, si ante culpam sentiret pœnam. Ob hoc sane dicimus illa nō fuisse defectus,vel pęnas,si naturaliter homini infuissent, sicut non fuit homini



homini ante peccatum nondum gratiam adepto,defectus siue pœna,non posse proficere,sed postquā gratiā recepit,per quā proficere potuit & ad tempus profecit, eamq; culpa sua post amisit,simulq; proficiendi facultatē perdidit defectus: fuit ei & pœna, non posse proficere,s.malū declinare, & bonū facere. Oēs ergo defectus nr̄os suscepit Chr̄s pręter peccatū,quos ei conueniebat suscipere,& nobis expediebat. Sunt em̄ plura ægritudinum genera & corporis uitia, à quibus omnino immunis extitit.Quos enim defectus habuit,uel ad ostensionē veræ humanitatis,ut timorē & tristitiā:uel ad impletionē operis ad quod uenerat, vt passibilitatem,& mortalitatem:uel ab immortalitatis despe ratione specie nr̄am erigendam,ut mortem,suscepit.Hos aūt defectus non conditionis suæ necessitate,sed miserationis uoluntate suscepit.veros quidem habuit defectus sicut & nos,sed non eadem ex causa.Nos em̄ ex peccato originali hos defectus contrahimus, Rom. 8. sicut Apostolus insinuat,dicens:Corpus qdem pp peccatum mortuum est.i. necessitatem moriendi habet in se.Christus autem non ex peccato huiusmodi habuit defectus, quia sine peccato est conceptus & natus,& in terris conseruatus.Sed ex sola miserationis uoluntate de nr̄o in se transtulit ueram infirmitatem sicut accepit ueram carnem, quam sine omni infirmitate assumere potuit,sicut absq; culpa eandem suscepit.

### *Auctoritatibus probat, Christum secundum hominem uerè dolores sensisse, & timuisse, contra quosdam hoc negantes.*

Christus vere pass. Sed quia nonnulli de sensu in passione humanitatis Chr̄i male sensisse inueniuntur asserētes similitudinē,atq; imaginem passionis & doloris Chr̄m hominem pertulisse, sed nullū oīno dolorem,uel passionem sensisse:auctoritatum testimonijs eos conuincē tes,indubitabile faciamus,qd̄ supra diximus. Propheta Isaias dicit; Verè lāguores nr̄os Isa. 53. Matt 26. Mar. 14. Psal. 87. ipse tulit,& dolores nr̄os ipse portauit. Et veritas ipsa in euangelio ait: Tristis est anima mea usque ad mortē. Vbi etiā legitur: Cępit Iesus pauere,& tędere. Propheta etiam ex persona Chr̄i ait:Repleta est malis aīa mea. Quod exponens Augustinus, inquit: Non Augustin. uitijs & peccatis,sed humanis malis.i.doloribus,repleta fuit aīa Christi,quibus ipsa cōpatitur carni. Non enim dolor corporis potest esse sine anima. Dolore autem anima,ēt non dolente corpore, potest. Hos autem humanę infirmitatis affectus,sicut ipsam carnem,ac mortem,non humanæ conditionis necessitate, sed miserationis uoluntate suscepit. Ambrosius etiam in lib.III.de Trini.ait:Scriptum est: Pater,si possibilē est, tran- Ambrosi. Matt 26. Iohan 13. Iohan. 12. seat à me calix iste. Timet ergo Christus,& dū Petrus non timet:Chr̄s timet. Petrus dixit: Animā meam ponā pro te: Chr̄s dicit, Aīa mea turbat̄. Vtrūq; verū est,& rationis plenū,quod & ille,qui est inferior,nō timet:& ille, qui superior est,gerit timētis affectū. Idē in eodem: Vt homo turbatur,ut homo flet,ut homo crucifigitur, per naturā hominis,& tædiauit,& resurrexit. Non turbatur eius uirtus, non turbatur eius diuinitas, sed turbatur anima secundum humanæ fragilitatis assumptionem. Nam qui suscepit animam,suscepit etiā aīæ passionē. Nō ēm̄ eo,quod Deus erat, aut turbari,aut mori posset. Idē in eodē:Suscepit tristitiā meā.& cōfidenter tristitiā nomino, qui crucē prædico. ut homo,habuit tristitiā,quam meo suscepit affectu mihi cōpatitur, mihi tristis est, mihi dolet. Ergo pro me & in me doluit,qui pro se nihil habuit, quod doleret. Doles igitur Hierony. domine Iesu uulnera mea,non tua;quia tu non pro te, sed pro me doles. Hieronymus quoque in explanatione fidei ait:Nos ita dicimus hominem passibilem à Dei filio susceptum,ut deitas impassibilis permaneret. Passus est enim filius dei non putatiuè,sed uerè omnia,quæ de illo scriptura testatur, secundum illud, quod pati poterat. s. secundum substantiam assumptam. Licèt ergo persona filij susceperit passibilem hominem,ita tamen eius habitatione secundum substantiam suam nil passa est, ut tota trinitas, quam impassibilem necesse est confiteri. His,alijsq; auctoritatibus perspicuū fit, Christum uerè passibilem assumpsisse hominem,atque in eo defectus,& affectus nr̄æ infirmitatis suscepisse:sed uoluntate,non necessitatis conditione.

### *Hic ponit, quæ prædictis aduersari uidentur.*

Psal 21 Augustin. Isa. 53. 1. Pet. 2. Quędā tn̄ reperiunt̄ in sanctorū tractatibus quæ præmissis aduersari uidentur. Nā sup illū locum psalmi, Clamabo & nō exaudies, Augustinus tradere uidetur, Christum, nec uerè timuisse,nec uerè tristatum esse,dicēs sic:Quomodo hoc dicit,qui peccatū nō fecit nec inuentus est dolus in ore eius? Sed de nobis corpore suo, hoc dicit. Corporis em̄ sui Matt. 26. i.ecclesiæ,gerebat personā,sicut & alibi cū dixit:Transeat à me calix iste,pro nobis loqtur,nisi fortè putet̄ timuisse mori. Sed nō uere timebat dominus pati,tertia die resurre- Philip. 1. cturus,cum arderet Paulus dissolui & esse cū Christo. Nō em̄ fortior est miles,q̄ impera

tor. Miles enim coronandus gaudet mori, & dominus coronaturus timet mortem? Sed infirmitatem nostram repręsentans, pro suis infirmis que timent mori, hæc dixit, uox illorum erat, *Hierony.* Hieronymus etiam ait: Erubescant qui putāt saluatorem timuisse mortem, & passionis, pauore dixisse, Transeant à me calix iste. *Matt. 26.*

## Determinatio auctoritatum.

*Diluitur obiectio.* Ne autē in sacris literis aliqua aduersa diuersitas esse puteť, harum auctoritatum uerba in hunc modum accipienda dicimus, ut non ueritatem timoris & tristitiæ, uel propassione, sed timoris & tristitiæ necessitatem & passionem à Christo remouisse intelligatur. Habuit em̄ Chr̄s uerum timorem & tristitiā in natura hominis, sed non sicut nos, q sumus mēbra eius. Nos em̄ causa pc̄tī nr̄i his defactibus necessariò subiacemus, & ī nobis *propassio.* sunt isti defectus ſm ꝓpassionē & passionē: sed in Chr̄o nō fuit nisi ſm passionem. Sicut em̄ in peccatis gradus q̄dā notanť, ꝓpassio & passio, ita & in his pœnalibus affectibus. Afficitur em̄ qs īterdū timore uel tristitia, ita ut mentis intellectus nō inde moueať à rectitudine uel Dei ꝯtēplatione & tūc ꝓpassio ē. Aliq̄n uero moueť & turbať, & tunc pas*passio.*sio ē. Chr̄s uero nō fuit ita turbatus in anima timore uel tristitia, ut à rectitudine, uel Dei contēplatione aliquatenus declinaret, secundum quē modum intelligitur cum dicitur *Hierony. Matt 26.* uel timuisse uel tristis fuisse: Vnde Hieronimus sup Matthęū, ubi legiť, Cœpit ꝯtristari, & mœstus eē. Vt ueritatē, inq̄t, ꝓbaret assūpti hominis uerè ꝯtristatus ē: sed non passio eius dn̄ať animo, uerū ꝓpassio est. Vn̄ ait: Cœpit ꝯtristari. Aliud est em̄ ꝯtristari, aliud in*Iesus Cōtristari.*cipere ꝯtristari. Qđ ē. aliter ꝯtristať qs p ꝓpassionē, aliter per passionē lōq; ſm hāc distīctionē aliq̄n dr̄ Chr̄s nō uerà timuisse, q̄a uerū timorē habuit & tristitiā, sed nō ſm pas*Augustin.*sionē, neq; ex necessitate ꝯdōnis. Vn̄ Augustinus ex his causis uolēs assumi dictorū intelligēti, dicit Chr̄m nō uere timuisse uel tristatū eē. & īcōtinenti uerā tristitiā habuisse His uerbis infirmos in se p̄signās dn̄s, ait: Pr̄, si fieri pōt trāseat à me calix iste. Non em̄ uerè ti*Matt. 26. Philip.*mebat dn̄s pati, tertia die resurrecturus, cū arderet Paulus dissolui & esse cū Chr̄o. Iste gaudet coronādus, & tristis est dn̄s coronaturus? Ecce hic vr̄ tristitiā & timorē à Chr̄o remouere. Cōtinuo aūt subiūxit: Sed tristitiā sic assūpsit, quō carnē. Fuit em̄ tristis sicut, euāgeliū dicit. Si em̄ tristis nō fuit, cū euāgelista dicat, Tristis ē aīa mea, &c. ergo & q̄n *Matt. 26. Marci 14. Matt. 8. Lucę. 14.* dicit Dormiuit Iesus, nō dormiuit: uel q̄n dicit māducasse, nō māducauit: & ita nihil sanū reliq̄tur, ut dicať ēt q̄a corpus nō erat uerū. Quicq̄d ergo de illo scriptū, ē uerū, & factū ē. Ergo & tristis fuit de uolūtate tristitiam suscepit uerā, quomodo uoluntate carnē ueram. Apertè noscis eūdem sibi in his uerbis contradicere, nisi uarias dictorum discerneret causas, ex quibus intelligentia uerborum assumenda est. Si enim discernatur intelligentię causa prędictorum uerborum, nihil occurrit contradictionibus.

## De quibusdam Hilarij capitulis ualde obscuris, quæ uidentur communi sententiæ obuiare.

Veruntn̄ magis mouēt ac difficiliorē afferunt quęstionē uerba Hilarij, quibus uidetur tradere, ictus & uulnera. & huiusmodi, sic in Chr̄m incidisse, ut passionis dolorem nō incurreretur: sicut telum tractum per aquam, uel ignem, uel aera, ea facit, quæ & facit cum trahitur per corpora animata, quia perforat & compungit: non tamen dolorem ingerit. quia non sunt illæ res doloris capaces. Ita & corpus Chr̄i sine sensu pœna, uim pœnæ excepisse dicitur, quia sicut corpus nostrum nō habet talem naturam, ut ualeat calcare undas, ita corpus Christ dicit, non habuisse naturam nostri doloris, quia non habuit na*Hilarius*turam ad dolendum. Ait enim sic in X. lib. de Trinitate: Vnigenitus Deus hominem uerum secundum similitudinem nostri hominis non deficiens à se Deo, sumpsit. In quo quamuis aut ictus incideret, aut uulnus descenderet, aut nodi concurrerent, aut suspensio eleuaret: afferent quidem hęc impetum passionis: non tamen passionis dolorem inferrant, ut telum aliquod aquam perforans, uel ignem compungens uel aera uulnerans. Omnes quidam has passiones naturæ suæ infert, ut perforet. vt compungat, ut uulneret: sed naturam suam in hoc passio illata non retinet, dum in natura non est vel aquam forari, uel pungi ignem, uel aera uulnerari, quamuis natura teli sit & uulnerare. & compungere & forari. Passus quidem Christus est dum cædatur, dum suspenditur, dum moritur, sed in corpus irruens passio, necnon fuit passio. non tamen naturam passionis exercuit, dum & pœnali ministerio pœna desęuit, & uirtus corporis sine, sensu pœnæ, uim pœnę in se deseuientis excepit. Habuit. sanè illud dominicum corpus doloris nostri naturam, si corpus nostrum id naturę habet, ut calcet undas, & fluctus desuper eat, nec clausæ domus obstaculis arceatur. Ad uero si domici corporis solum



solum ista natura sit ut feratur in humidis, & sistat in liquidis, & structa transcurat, quid per naturam humani corporis carnem ex spiritussancto conceptam iudicamus? Caro illa de cælis est, & homo ille de Deo est habens ad patiendum corpus, & passus est, sed naturam non habens ad dolendum. Idem in eodem: Videamus an ille passionis ordo, infirmitatem in domino doloris permittat intelligi: dilatis enim causis, ex quibus metum domino hæresis asscribit, res ipsas ut gestę sunt, conferamus. Nec enim fieri potest, *Matt. 19 Iohan. 18* ut timor eius significetur in uerbis, cuius fidutia continuatur in factis. Timuisse ergo hæretico passionē uideť. Sed ob ignorantiæ huius errorē, Petrus & Sathanas & scandalum est. An ne timuit mori, qui armatis obuius prodijt. Et in corpore eius infirmitas fuit, ad cuius occursum consternata persequentiū agmina, supinatis corporibus conciderunt? Quam ergo infirmitatem dominatam huius corporis credis, cuius tantam habuit natura uirtutem? Sed fortè dolorem uulnerum timuit. Quem rogo (o tu dominicæ infir*Matt. 26. Mar. 14. Lucæ. 22. Iohan. 1.*mitatis assertor) penetrātis carnē claui habuit terrorē, q̄ excisam aurē solo restituit attactu? Producēs hæc aurē manus, clauum dolet, & sentit uulnus, q̄ alteri dolorem uulneris non reliquit? Pungendæ carnis metu tristis est, cuius attactu caro post cędem sanatur? Idem Collatis ergo dictorum, gestorumque uirtutibus, demostrari non est ambiguum, in natura corporis eius infirmitatem corporeæ naturæ non fuisse, & passionem illam, licèt corpori illata sit: nō tamē naturam dolendi corpori intulisse: quia licèt forma cor*Diluuntur hæc obiecta ex Hilario.*poris nr̄i esset in domino, non tn̄ uitiosæ infirmitatis nostrę forma erat in corpore, ꝙ ex conceptu spiritussancti uirgo progenuit. Audisti lector uerba Hilarij, quibus dolorē, excludere uidetur. Sed si excussa sensus & impietatis habitudine, præmissis diligenter intendas, atque ipsius scripturæ circunstantiam inspicias, dictorum rationē, atque uirtutem percipere utcunque poteris, & intelligentiam arguere non attentabis. Intelligitur enim ea ratione dixisse dolorem passionis in Christum non incidisse, & uirtutem corporis Christi sibi excepisse uim pœnę sine sensu pœnæ, quia doloris causam, & meritum in se non habuit. Quod uidetur notasse, ubi ait: Non habens naturam ad dolendum. Et iō non iudicanda est caro illius secundum naturam nostri corporis, nec in eo etiam dominium habuit passio. Ita etiam non habuit naturam ad timendum, uel tristandum, quia non habuit talem naturam, in qua esset causa timoris uel tristitię. Ita ꝙ necessitas timēdi non fuit in eo sicut est in nobis, nec natura doloris fuit in eo sicut est in nobis. Tristi*Matt. 26. Mar. 14.*tiam tamen in eo fuisse, consequenter asserit, sed causam eius extitisse, non suam mortem, sed defectum Petri & aliorum apostolorum. Dicit enim Christum non propter mortem, sed usque ad mortem tristem fuisse. His uerbis interrogo, quid sit Christum tristem esse usque ad mortem, & tristem esse propter mortem. Non enim eiusdem significationis est, tristem esse propter mortem, & usque ad mortem. Quia ubi propter mortē tristitia est, illic mors causa tristitiæ est: ubi uerò tristitia usque ad mortem est, mors non tristitiæ causa est, sed finis. Adeo autem non propter mortē suscepta est tristitia, ut *Ibidem.* sit destituta per mortem. Non ergo sibi tristis est, sed illis, qui in scandalo per infirmitatem carnis erant futuri, quos monet orare ne inducantur in tentationem, qui ante polliciti erant se non scandalixari.

*Summa distinctionis. XV.* POstquā determinauit Magister de Christi humanitate, quantū ad ea, quæ spectant ad eius sublimitatē, puta de plenitudine gratiæ, sapientiæ, atq; scientiæ eius: nunc tractat de eadem, quo ad spectantia ad eius decliuitem, dignationē. & humilitatem, hoc est, de eius defectibus nō culpabilibus, sed indetrahibilib. spōtè assumptis, & qualiter pasiones animę fuerūt in eo: specialissimè uerò de mysterio dn̄icæ pasionis. Primò igitur pandit, quos & quales defectus Christus assumpsit. Secundò obijcit ex auctoritate Leonis papæ, & soluit. Insuper scripturarum testimonijs ostendit, qđ Christus ueros habuit animæ, corporisq; dolores: Deinceps quoque obijcit contra hoc, & soluit instantias. Postremò inducit uerba sancti Hilarij, quæ in his præcipuā gignunt difficultatem. & ea explanat.

## QVAESTIO I.

HIc quæritur. *An decuit filium Dei assumere naturā humanā secundum corpus, & animam uerè passibilē, passionibusque subiectā, ita ꝙ in corpore, & anima ueros dolores & afflictiones sustinuit.* ¶Videtur, ꝙ nō, q̄m ad hoc uenit in mundū ut suæ deitatis agnitione innotesceret mundo. *In Partem negatiuā* Ad quod potius cōtulisset, si cum maiestate & gloria, cū potestate, & impassibilitate uenisset & apparuisset hominibus, imò propter p̄tactos defectus Iudæi, ac multi gentilium penitus tenuerunt credere illum esse uerum Deū, qui in tāta humilitate, ac passibilitate aduenit, tanq; acerbissimam pertulit mortem. ¶Secūdò, filius Dei uenit ad debellandū aereas potestates, *Matt. 15.* ergo in maiestate, uirtute, & gloria debuit aduenire. ¶Tertiò vnigenitus patris aduenit in carne, p̄sertim ad cōuertēdū Iudæos, quemadmodū dixit. *1. Cor. 2.* Nō sum missus nisi ad oues, q̄ perierunt domus Israel: ergo debuit eis ostendere excellentiam & omnipotentiam suam tantis exclusis defectibus, ex q̄bus etiam scandalizati fuerunt, ab eo & ab eius fide auersi. *In oppositum.* Vnde dixit Apostolis: si cognouissent, nunquam dominum gloriæ crucifixissent.

¶In cōtrariū est doctrina scripturæ, & cā finalis aduentus filii Dei, qui est redimere genus humanū, sustinen-

sustinendo pœnas, & mortem pro peccatis illius,
Isai. 53. sicut Isaias prædixit: Verè languores nostros ipse
tulit, cuius liuore sanati sumus.
¶Circa hæc scribit Antisiod. Quẽadmodũ san-
ctus asserit Augustinus, q̃uis alius modus liberatio
Gulielm. nis generis humani fuit Deo possibilis, nullus tamẽ
Antisiod. congruentior fuit, q̃ iste per incarnationem, humi-
Augustin. liationem, multiplicem afflictionem, mortẽq; Chri
nullus inquã cõpetentior fuit miseriæ nostræ curã-
dæ ¶Quod si obijcias, qm̃ Deus sola sola sua volũ
tate potuit nobis immortalitatem, & salutem con
ferre, ergo tot, & tantas expensas gratis, & sine ne
cessitate exposuit. ¶Respondendum, si sola uolun-
tate nos liberasset, euacuatum esset liberi arbitrij
Augustin. meritũ: qa in lib. de uera religione loquitur Augu-
stinus. meliores iudicat Christus suos ministros,
dum liberaliter ei deseruiunt. hinc dominus uo-
luit genus saluare humanum, nisi merito liberi ar-
bitrij saluo: quo saluo, non potuit congruentiùs li
berari genus humanum, quàm modo pfato: qa nõ
potuit dñs liberũ arbitrium magis accẽdere ad suũ
amorẽ, quã per sui filij incarnationẽ, & mortẽ filij
Ioah. 15. sui, put filius ptestatur: Maiorẽ charitatem nemo
habet & c. i. maius signum dilectionis. Nõ eñ alia
uia potest amor plus allici, quàm per dilectionis in
dicium. Verũ de his congruentijs superiùs dictum
est pleniùs, qualiter s. humana superbia, p Dei incar
nati humilitatem aptissimè est curata, prout de
hoc introducta sunt plurima.
¶Hinc in tractatu, Cur Deus homo, ait Guliel-
Gulielm. Parrhisiẽ. mus Parrhisiensis. Querunt Sarraceni, quærunt hæ
retici, ac Iudæi: ecce mortuus est filius Dei, ut dici-
tis uos Christiani, quare non cessat damnatio, nec
remedium baptismi ꝯ originale peccatum. Ita qppè
scripsit Apostolus: In Christo habemus redẽptionẽ
per sanguinẽ eius, si etenĩ cessat culpa, quare non
ẽt pena? In quo sciendum, quòd sicut Adæ dãnatio
Ephe. 1 nõ petrãsit nisi in carnaliter generatos ex ipso, ita
nõ transit gratia, ac meritum Christi nisi in spirita
liter generatos ex ipso in baptismo, quẽ ex Christi
merito oportuit habere uirtutẽ, & hoc meritum
Chri congruentissimè decuit in afflictionibus, ama
ritudinibus, & mortis acerbitate consistere, quate-
nus per eas à voluptatibus, & suauitatibus mundi-
ac corporis arceamur, atq; ex ipsis formetur nobis
emplastrum medicinale contra delectationũ praua
rũ læsiões ac uulnera: sicq; ꝯrijs curentꝰ ꝯria. Ad qđ
uenit medicus ille cælestis, nisi ad ostendendũ no-
bis efficacissima reformationis, ac salutis exempla,
qbus è mũdi delicijs, & iniquis delectationibus ab
strahamus? Deniq; qm̃ per iniqua oblectamenta, &
gaudia uitiosa genus humanum innumerabiles cru
ciatus, & æterna tormẽta meruerat: uoluit sanctus
& innocens filius dei in tota conuersatione sua in se
culo isto, tam innumerabiles afflictiones, dolores, p
secutiones tristitias, amaritudines sufferre p illo in
seipso, in carne, & anima sua, ad satisfaciendum co
piosissimè p omibus illis; imò & insuper ad prome
rẽdum hominibus gratiarum auxilia cõtra peccata
& ad promerendum salutem æternam. Hæc Guliel-
mus loco præfato, & in suo Sacramentali, de qui-
bus & supra commemorata sunt aliqua:
¶Hinc Thomas: Ad hoc, inquit, Chrs uenit in mũ
dum, ut humanũ genus in Deũ reduceret, à quo per
Thomas Aquinas in hac di. q. 1. art. 1. peccata fuit abductũ, ideo tãquã mediator idoneus
ea, quæ Dei sunt, in nos transfundit, vtpote gratiã
ac uirtutes: & ea, q̃ nostra sunt, quodãmodo trãs-
fert in Deum, non tñ illa, quæ sunt tm̃ à nobis &
& non à Deo .i. peccata, qa per hęc ad Deum nõ or-
dinamur, sed elongamur & deordinamur a b ipso,
sed ea, quæ in nobis à Deo sunt, quæ oia in se ordi-
nata sunt, & aliquo modo ad Deum nos ordinant,
Hinc ista Deus Dei filius in Deũ, i. in seipsum trãstu-
lit, non in diuinã naturã, sed in eternã suã psonã ea
assumẽdo. Fecit aũt Deus in nobis naturã, & pfectio
nes, ac uires naturales, defectus quoque pœnales
& quosdam etiã naturales, ut indigentiam cibi, quã
in statu innocentiæ etiam homo habuisset: ideo hos
defectus simul cum natura Christus in sua assumpsit
psona, hæc nãq; in sua persona suscepit, ut ea patri
præsentando, ipsum nobis placaret. Itaq; Christus
uenit in fortitudine spirituali & summa uniuersarũ
uirtutum perfectione, quæ uicit diabolum, mũdũ &
omniũ aciem uitiorũ, atq; per ista, ac diuersa mira-
cula deitatem suam monstrauit.
¶Insup, si q̃ratur, an Chrs debuit oẽs defectus no Io. Dama.
stros assumere præter peccatũ, ¶Dicẽdũ, qa ut asse-
rit Damascenus, Chrs in se assumpsit oẽs indetrahi-
biles passiones, Dicunt autẽ naturales passiones, q̃-
cunq; uniuersaliter naturã cõsequunt humanã, siue
ex conditione naturæ, ut indigentia cibi: siue quæ p
peccato primi parẽtis in totã deuenerunt naturã, ex
principijs naturæ sibi relictæ causata, ut fames, sitis,
labor, dolor &c. Detrahibiles uerò sunt passiones, q̃
gratiæ defectũ important, ut pronitas ad malum, dif
ficultas ad bonũ. quæ ex carẽtia gratię, & imperfe-
ctione uirtutũ contingunt. Hos itaq; Christus non Defectus a Christo non assũpti.
assump sit, imò ex his laus eius minueretur. Nã uitu-
periũ, atq; detractio oriunt ex oppositis grãæ, ac uir-
tutũ. Hinc duo defectuum genera nõ assumpsit, uide
licet illa, quæ non consequunt uniuersaliter naturã
humanã, ut lepra, febris, scabies, cæcitas. Accidunt
qppe ex particularibus corruptionibus in qbusq; p-
sonis, quos Chrs assumere non debuit, qm̃ ad curã-
dum defectum, ac morbum naturæ aduenit. Iterũ, il
la non assumpsit, quæ ad imperfectionẽ gratiæ perti
nent, ut ignorantiã & difficultatem ad bonũ, cũ ipsę
ad hoc uenerit, quatenus de plenitudine gratiæ eius Iohan. 1.
oẽs acciperent. ¶Sed his obijci potest illud Apostoli
Debuit per omnia fratribus similari. Et rursus quod Hebrę. 2. Io Dama.
loquitur Damascenus, Quod inassumptibile est, hoc
incurabile. ¶Respondendum, quod debuit fratri-
bus assimilari in omnibus, in quibus ipsi fratres cõ-
ueniunt, quæ ad gratię defectũ non pertinent. Nõ
enim fuit fratribus similis nisi in natura specifica
iõ quãtum ad actus, & defectus, q totã speciem con-
sequunt, debuit fratribus similari. Ad uerba quoq;
Damasceni dicendum, ꝙ curauit oẽs homines ĩ hoc
ꝙ assumpsit naturã, in qua oẽs conueniunt; ita cura
uit oẽs defectus in hoc, ꝙ illos defectus assumpsit, ĩ
qbus cõueniunt, atq; ex qbus quasi ex primordiali
bus causis alij oriunt. Ex passibilitate enim naturę Thomas. ubi supra
quam assumpsit, sequuntur febris & consimilia.
¶Amplius quæritur hic, an hos defectus Christus
traxit. Respondetur illud propriè contrahitur, qđ
alio tracto, necessariò trahitur. Et quoniam ex hoc
ipso, quod humanam naturam ex parentibus trahi-
mus per vitiatam originem, sequitur de necessitate
quòd defectus hos habeamus, ideo dicimur hos de
fectus cõtrahere. Christus autem potuit naturã hu-
manam sine defectibus istis contrahere, sicut & cũ
defectibus hãc assumpsit: ideo non fuerunt in Chri
sto ex hoc ipso, ꝙ naturã humanam ex parentibus Idem.
primis traxit, sed sicut uoluntariè assumpsit.
¶At uero in 3. parte, q̃st. 14. Conueniẽs, inqt, fuit
corpus à filio dei assumptũ, hũanis ĩfirmitatibus &
que defectib⁹ subiacere. Priò ex pte finis, qa ad hoc
carne assumpta uenit ĩ mũdũ, ut p peccatis satisfa-
ceret



ceret humani generis, sustinendo pœnã debitam cul
pis illis. Oportuit ergo corpus Christi passibile esse.
Secundò, ut ostenderet se ueritatem assumpsisse natu
ræ humanæ: quam nisi cum præfatis passibilitatibus
atq; defectibus assumpsisset, plurimi æstimassent eum
nõ ueraciter incarnatum, præsertim cum & multi (nõ
obstante tali assumptione) dicere prę sumpserint, eũ
non uerè, sed apparẽter tm̃, atq; phãtasticè hominẽ
factum. Tertio, ad dãdum patientiæ exemplũ, qm̃ in-
assumpta humanitate tot, & tanta æquanimiter tole-
1. Pet. 2. rando, exhibuit nobis totius patientiæ, cõstantiæ, for
titudinis, humilitatis & charitatis exẽpla. Vnde prin
ceps ait apostolorum: Christus passus est p nobis, uo
bis relinquens exemplũ, ut sequamini uestigia eius.
Hebrę. 12. Ad Hebræos quoque legitur Recogitate eũ, qui talẽ
sustinuit à peccatoribus aduersus semetipsum con-
tradictionem, ut non fatigemini animis uestris. Verũ
tñ non omnes defectus humanos assumere debuit.
Assumpsit etenĩ quosdam defectus ad satisfaciendũ
p peccatis naturæ humanæ, ad quã sactisfactionẽ re
q̃rebat plenitudo gratiæ, ac scientiæ in anima eius. Il-
los ergo defectus Christũ assumere decuit, q sequun-
tur ex peccato communi totius naturę: nec tamen re
pugnat perfectioni, gratiæ ac scientiæ, sicut ignoran
tia & pronitas ad pecandum. Quidam uerò defectus
oriuntur ex particularibus causis, ut lepra. Quidam
ex immoderantia cibi, ac potus, ac malo regimine, ut
quædam infirmitates. Quidam ex defectu uirtutis for
matiuæ, ut quædam mõstruositates, quorum omniũ
Taranta. nullum assumpsit. Hæc idem in Scripto.
¶Idem Petrus, & addit: Assumpsit Christus natu-
ram humamanã cum defecti bus pœnæ, non etiam
culpæ ideo, ut sancti de ipso plus gaudeant. uidentes
eum de tãta pœna ad tantã gloriã peruenisse: quemad
modũ hõ plus gaudet de amico à periculis liberato
quã si non incurrisset periculum Hæc Petrus. Quibus
addi potest & ratio ista, quia, ex hoc quod Christus
tot, & tãta p hominibus assumpsit, ac passus est, san-
cti ualidiùs inflammantur amore eius, cordialiùs re-
gratiantur, atq; intensiùs gloriantur in ipso, scriptaq;
Richardus Richar. de his, ĩ phabitis uerbis Thomæ satis ꝯtinent.
¶Albertus etiam circa hæc loquitur Iuxta regu-
Albertus. Magnus. Io. Dama. lam, Damasceni, Christus omnes defectus assumpsit
quos in nostra natura plantauit. Nostra autẽ natura
duobus modis plãtata est. Primo, in naturalibus suis
principijs: secundò, in gratia innocentiæ: & utranque
plantationem fecit Deus. Gratiæ uerò amissionem
non fecit, sed homines culpa: ideo quæ pręter na-
turam secuta sunt culpam, non assumpsit. quoniam
ea non plantauit, ut ignorantia, & pugna carnis con-
tra spiritum. Porrò in plantatione naturali plantauit
Deus corpora nostra, con uertendo elementa in
humores, atque humores in membra & in hac plan-
tatione sunt aliqua ex parte corporis, quemadmodũ
ex parte animæ. Ex parte corporis, ut mortalitas, fa-
mes, sitis. Ideo hos assumsit: in anima autem ipsos af-
fectus naturales compositi consequitur dolor, & tri-
stitia separationis, ac mortis, & illos assumpsit usq;
suntque isti naturales defectus cuiuslibet hominis.
Alia regula discernendi inter defectus non assum-
ptos, & assumptos, est, quam Magister in litera tan
git, quod s. illos assumpsit, quos eum assumere non
decebat, & nobis expediebat quod idem est cum uer
Vdalricus. bis Damasceni. Hęc Albertus.
¶Concordãt Vdalricus, dicendo. Secus filius Dei
Hebræ. 2. assumpsit naturam humanã cũ pfectionibus multis
ita & cum inpfectionibus, atq; defectibus, cuius ræ-
tionem designat Apostolus ad Hæbræos. Nusquã an
gelos appræhendit, sed semẽ Abraæ apphẽdit, Vnde
debuit per omnia fratribus assimilari, ut misericors
fieret, s. p effectum, q in seipso p naturã misericors est
& fidelis pontifex ad Deũ, offerendo seipsum in ara
crucis p nobis: ut repropiciaret populi delicta, nõ sua
sicut sacerdos legalis, q obtulit p sua, ac populi igno
rantia. Hoc autem non potuit fieri. nisi naturam as- Leuit. 4
sumpsisset passibilem & infirmam. Cum uerò ait Apo
stolus. Vt fidelis pontifex fieret ad Deum, constat ꝙ Hebræ. 2.
de illis loquatur, quæ Christi pontificio congruebant
non de illis quæ indecentiã facerent personæ suę ad
tantum officium, ut sunt defectus ad diminutionem
gratiæ pertinentes, & passiones detrahibiles. i. qbus
detrahi potest, qa uituperabiles sunt, quæ necessariò
dicunt diminutionem boni laudabilis, quod est uir-
tus, aut gratia, uel quæ uergunt in diminutionem di-
gnitatis naturę Detrahibile qppè est, quod ita est cõ-
temptibile, ꝙ frequenter ei detrahitur, quoniam fre-
quentatiuũ est ipsius uerbi detraho: Hæc Vdalricus.
¶Præterea ad hoc, Vtrum Christus assumpsit hu-
manitatem cum passibilitate, & defectu: Alexander
respondet: Passio (secundũ Damascenũ) generaliter Hales. Io Dama
dicta, est motus ex alio in aliud, quod potest esse du-
pliciter: Primò in aliud secundum naturam: secundò
in aliud præter natutã. Si primo modo, sic passio seu
passibile dicitur à græco, quod sonat informationẽ.
sicque anima dicitur passibilis. i. receptibilis intelli-
gibilium specierum, & scientiarum, atque uirtutum,
ad quod secundum naturam nata est: & sic passibili-
tas generalissimè appellatur respectu cuiuslibet per-
fectionis. Si uero pæter naturã, sic passio specialiter
sumitur prout Damascenus inter operationem, &
passionem distinguit: quoniam operatio dicitur mo
tus, qui est secundum naturam, ut pulsus cordis: Mo- Idem.
tus autem non secundum naturam, passio nuncupa-
tur. Non tamen (ut ait Damascenus) omnes motus
passiui, passiones uocantur, sed qui sunt uehementio
res, & percedentes in sensum. Nempe qui parui, insen
sibilesq; consistunt, non dum sunt passiones. hinc pas
sio sic diffinitur. Passio est motus præter naturam Passio qd.
sensibilis. Distinguendum est ergo secundum hæc, qa
cum passibilitas sit potentia patiendi, potentia trip.i
citer consideratur. primò ut potentia indisposita ad
patiendum. Secundò ut disposita ad patiendum Ter
tiò ut necessitas ad patiendnm. Dicendum ergo
quòd in Adam fuit potentia ad patiendum, sed indi-
sposita ad patiendum in statu innocentiæ. In nobis
uero est potentia ad patiendum cum necessitate pa
tiendi, sed in Christo fuit medio modo, uidelicet po
tentia cum dispositione ad patiendum, sicque as-
sumpsit nostram naturam cum passibilitate, non cũ
contraria dispositione ad patiendum. ¶Si præterea
quæras, an assumpsit animæ defectus: Dicendum,
defectus prout sumitur hic, non est quæcunque ab-
sentia rei sed priuatio rei ab eo, cui nata est inesse.
& quando nata est inesse. Huiusmodi autem defe-
ctus, pœnæ uocantur. Pœna uero est duplex. Est et-
enim quædam pœna à peccato nõ ad peccatum, ut
error in anima, & fomes in carne. Alius est defectus
qui est pœna à peccato non ad peccatum, ut neces
sitas moriendi in nobis, & fames. Isti quoque defe-
ctus sunt duplices. nam quidam omnibus uniuersali
ter insunt. Alij sunt particulares, quorum unus inest
uni, alter alteri. Itaque Christus assumpsit defectus
uniuersales, & qui sunt à peccato: non tamen ad
peccatum.
¶At uero Bonauentura circa hæc pulchrè cõscri- Bonauen.
bit, uerũ scripta eius in præhabitis sunt cõtẽta. Respõ
sionem demũ ex Alberto inductã de hoc, quos Chri
stus assumpsit defectus, improbare uidetur; & respõ-

sum ex Alexandro nunc positum, sequitur. Verunt̃ si uerba Alberti ritè pensentur, improbatio illa faciliter soluitur. Quod em̃ arguit ægritudines ex naturali complexione causari, quas t̃ cõstat Christum nõ assumpsisse; solui pót, dicẽdo ꝙ agritudines illę causantur potius ex cõplexionis defectu & corruptione, quã ex ipsa complexione. Item causantur ex ea magis concomitanter, quàm directè causaliter.

## QVAESTIO II.

Obiectio contra ueritatem.

QVeritur. *An anima Christi uerè patiebatur, & qualiter motus appetitus sensitiui, qui passiones uocantur, fuerunt in ea.* ¶ Videtur quod non patiebatur. Primò, quia beata erat. Et si dicatur ꝙ cum hoc fuit aliquo modo uiatrix, obijcitur ꝙ gloria & uoluptas beatitudinis eius, extitit tam intensa, ꝙ omnem dolorem tristitiamq; exclusit, sicut & motus maiores excludũt aut remittunt minores. ¶ Secundò, quia materię est moueri ac pati, anima autem immaterialis & incorporalis existit. ¶ Tertiò, agens est præstantius patiente, & quo patiens fuerit fortius, eo efficacius repellit à se impressionẽ agentis. Aĩa uerò Christi nobilissima fuit & in oĩ uirtute fortissima: ergo ĩ eã nil agere potuit afflictiuè. ¶ Ad

Responsio T. aquinas Io. Dam.

hæc Thomas respõdet: Passio (teste Damasceno) est motus ex uno in aliud idcirco nõ qlibet motus est passio, sed alteratio tm̃, ꝓpriè loquendo, ut dicit philosophus primo de generatione quia in sola alteratione aliquid à re abijcitur. & aliquid imprimitur, quod de ratione est passionis. Ad hoc autem quòd sit alteratio, requiritur ex parte alterati, ꝙ sit res per se subsistens. Nã aliter alterationis subiectũ esse non posset, & quod sit corpus, q̃m̃ solũ tale mouetur, materiam quoque habeat contrarietati subiectam, quia alteratio est motus inter contrarias quãtitates. Ex parte eriã terminorum alterationis requiritur, quod una qualitate expulsa, alia introducatur. sic em̃ de qualitate in qualitatẽ transitur. Vlterius uerò ad rationẽ passionis exigitur, ꝙ qualitas introducta extet extranea, qualitasq; abiecta sit connaturalis: quod cõtingit ex hoc, ꝙ passio quandam importat uictoriam agentis ad patiens. Omne uerò quod uincit quasi trahit extra ꝓprios terminos ad terminos alienos. Hinc alterationes, q̃ sunt prꝫter naturã alterati, magis ꝓpriè passiones dicunt̃, ut ægrotationes q̃ sanationes, ut asserit Damascenus 3. li. ideo corruptibilium corporum ꝓpriè est pati. ¶ Ex qbus faciliter pater, qualiter passio ualeat esse in anima. quia cum anima sit qd ĩcorporeum, sibi ꝓpriè nõ competit pati, nisi secũdum quod corpori applicat̃, cui applicatur ſm suã essentiã, inquãtũ est corporis forma, ſm suarũ operationẽ potentiarum, inquãtum est corporis motor & ꝓut applicatur corpori tanquam forma, non considerat̃ ut quid subsistens, sed ut adueniens alteri. ideo sic nõ patitur ꝙ se, sed ꝙ accidẽs ut aliæ formæ, quẽadmodũ aliæ formæ mouent̃, motis subiectis cõpositis. In iuribus autẽ aĩæ quantum ad operationẽ solum applicantur corpori partis sensitiuæ, partisque nutritiuæ. Verũ q̃m̃ operatio uirium partis nutritiuæ solũ est in mouere, nõ in moueri. ideo secũdũ eas nõ patitur anima, sed potius agit: Relinquitur ergo quod pati ꝓpriè conuenit animæ secundũ partẽ sensitiuã. Cumq; uires animæ nõ sint subsistẽtes, sed formæ corporalium organorũ, nõ dicuntur pati per se, nec aĩa secundũ eas. sed per accidẽs, inquantũ cõpositũ patitur. Quia uerò uires apprehensiuæ sensitiuæ cõsistunt̃ tm̃ in recipiendo ſpeciem, q̃ non recipit̃ in sensu ſm modũ rei, sed ꝙ modum informatiõis, idcirco in operatiõe uiriũ harũ est ali

Io. Dama.

quo mõ pati quãtũ ad hoc ꝙ sunt mãles, & aliqd in eis, recipit̃. unde 2. de aĩa fert & sentire est quoddã pati. Q̃m̃ uerò sensus non mouetur à sensibili nisi secundũ conditionem mouentis, cum forma sensibilis non recipiatur in sensu secundum esse materiale, sed aliqualiter ſpirituale: propter quod non habet contrarietatẽ ad sensum, sed est eius ꝑfectio, nisi excedat ꝓportionẽ ipsius hinc anima non dicitur propriè pati secundum has uires, nisi inquãtũ excellentia sensibilium, sensum debilitat, aut corrumpit. ¶ Restat ergo, ꝙ passio ꝓpriè dicatur secundum uires sensitiuas appetitiuas, quia hæ uires etiam materiales, atq; à suis mouentur obiectis secundũ proprietatẽ realẽ, q̃m̃ appetitus est rei, nõ intentionis: & ſm hoc res habet ad animam contrarietatem aut cõuenientiam. Propterea dicitur Ethicorũ 2. Passio est quã sequitur delectatio aut tristitia. Remigius quoq; Remigius Passio inquit, est motus animæ ꝑ suspicionẽ boni, aut mali. Cumq; delectatio accidat secundũ coniunctionẽ conuenientis & cõnaturalis, ideo adhuc magis ꝓpriè dicunt̃ passiones illæ affectiones sensitiuæ, ad quas sequitur tristitia, uel quæ sunt cum uehementia delectationis siue tristitiæ. sic namq; trahitur extra suum naturalẽ modum, sicq; de passionibus loquimur modo. In iuribus autem intellectiuis quamuis nõ sit propriè passio, eo ꝙ immateriales sint, tñ est aliquid de ratiõe passionis, puta receptio ſpecierũ. Vnde 3. de aĩa dicit philosophus, ꝙ itelligere est quoddã pati. Porrò in appetitu intellectiuo est adhuc plus de ratione passionis, quia uoluntas mouetur à re secundum quod est bona aut mala, quæ sunt rei proprietates. Intellectus uerò mouet̃ secundum apprehẽsionẽ ueri aut falsi, quæ nõ sunt rei ꝑ se, sed secundum quod est in aĩa. Vñ magis recipit anima à re secũdũ affectũ, uehementiusq; mouet̃, quã secundũ intellectũ. Et sic ca. 3. de diuinis nominibus sanctus Dionysius cõtestatur, quòd beatus Hierotheus experiendo diuina didicit ea, i. ex affectu peruenit ad diuina per intellectum. Cumq; moueat̃ affectus à re secundum ꝓprietatẽ rei quã res habet in se, per quã res habet cõuenientiã etiam seu contrarietatẽ ad animã: secundum autem, quod apꝓhenditur ab intellectu, sic omnis res cõuenientiã habet inquantum apꝓhenditur, ut uerum: ꝓpter quod in apꝓhensione apꝓhẽsiuè semp est delectatio. In opatione autẽ affectiuè est & delectatio, & tristitia, sicq; tristitia adhuc magis ꝓpriè dicet̃ passio, quẽadmodũ & in affectu dictũ est sensitiuo. & sic passio sumitur hic. Qualiter uerò aĩa ab igne patiatur inferni, dicetur in quarto. Nam sic aĩa patitur per se,

Dionysius areopagi.

¶ Nunc dicendum qualiter aĩa Christi potuit pati, quo circa pensandum, quòd anima illa fuit quid medium inter deitatem & carnem, & quoniam beatitudo inerat ei ex deitate, corpusq; eius fuit passibile, passibilitas inerat ei ex coniungibilitate sua ad corpus, beatitudo autem ex unione cũ Deo. Deniq; corpori dupliciter iungebatur, puta secundum essentiã, inquantum forma illius, & secundum quasdam suas potentias sicut de anima generaliter dictum est. Hinc anima Christi secundum essentiam suam tota patiebatur ex læsi corporis passione: quantum uerò ad potentias, patiebatur passiones imperfectionis secundum operationes uirium organis affixarum. Qualiter autem patiebatur quantum ad uires superiores, infra in hac distinctione dicetur. Hęc Thomas in Scripto.

Qualiter anima Christi ꝓ tuerit ꝑti.

¶ Præterea de hoc, qualiter passiones (q̃ sunt motus, & affectiones appetitus sensitiui) fuerunt in aĩa Christi, seu homine Christo: sciendum in generali, ꝙ fuerunt in eo uerè secundum qd̃ sunt naturales affe

ctiones



ctiones & motiones appetitus illius, nõ tm̃ rõnis iudicium præueniendo, turbando, aut aliquo modo impediendo. sed ex præuio rationis iudicio: & hoc in hac distinctione specialiter prosequũtur doctores de passionibus iræ, tristitię, ac timoris. ¶ Hinc

Thomas Aquinas

Thomas: Hic inq̃t, loquimur de tristitia, prout est passio animalis in parte sensitiua: idcirco dicẽdum, q̃m̃ Christus uoluntarie nostrã assumpsit naturam, quatenus nos ꝑ eã redimeret, ideo talẽ assumpsit eã dẽ, qualẽ eã esse oportuit ad nostræ finẽ redẽptionis: ꝓpterea q̃uis in alijs sanctis ex glorificatione uiriũ superiorũ ꝑ redundantiam quãdã glorificent̃ uires inferiores, atq; ex gloria animæ descendat glorificatio corporis: tñ in Christo non fuit ita, imò ex beatifica suæ animæ fruitione nõ tollebatur passibilitas suæ nec carnis, secundum quod anima fuit corporis forma. lætitia quoq;, quę ex fruitiõe fuit in superioribus animę uiribus, non redundabat in inferiores. hinc cum accidebat aliquid contrariũ delectatiui partiũ inferiorũ erat de eo tristitia. Aliter tñ in ipso & alijs: qa in nobis uires inferiores nõ erant ꝑfectæ rõni subiectæ, unde in nobis frequenter insurgũt passiones prꝫter ordinẽ rõnis In Christo uerò nunquam surrexit passio tristitiæ aut alia. nisi secundum dictamen rationis superioris.

In tripliciter sumitur.

¶ Insuper ira tripliciter sumitur. primò pro actu aut habitu uitij contrarij mansuetudini, quod uitiũ irrascibilitas nominatur: quod est, quia (ut dicit 2. Ethicorum) uirtus, interdum magis opponit̃ uni extremo. sicut mãsuetudo superfluitati iræ q̃ eius diminutioni, idcirco oppositum uitium dicitur ira. & sic ira non fuit in Christo. ¶ Secundo, ira dicitur uoluntas uindicandi ordinatè aliquod malefactum, & ita uon est passio. neq; in irascibili, sed uoluntate Sic etiam est in Deo, & in beatis, & fuit in Christo. ¶ Tertiò uocatur passio potentiæ irascibilis, quæ cõtingit ex hoc ꝙ appetitus sensitiuus tendit in destructionem alicuius, quod appræhenditur ut contrarium uolito seu desiderato. Et si insurgat motus ille ex recta ratione, nominatur ira per zelum, quæ fuit in Christo. Si aũt insurgat ex radice irrationabili, est inordinata, nec fuit in saluatore. Ira aũt per zelum non fistit in uindictam, sed ad iustitiam ordinat eam & punit in tantũ quantum requirit ordo iustitiæ.

Dionysius

¶ At uero timor multis sumitur modis. Primò ꝙ habitu, qui est donũ ſpiritussancti. & fuit in Christo. Secundò pro habitu formidinis, qui contrariatur fortitudini, & uocatur timiditas, & in Christo non fuit. Tertiò pro actu præfati habitus boni, aut uitiosi. Quartò pro passione appetitus irrascibilis, cõsurgente ex hoc ꝙ apperitus sensitiuus refugit aliquid nociuũ appræhensum, de quo timore nunc loquimur: & fuit in Christo eo modo, quo tristitia, & ira, uidelicet inquantum ex dictamine rationis ac deitatis unitę, appetitus Christi sensitiuus refugiebat si bi contraria ac nociua. Hæc Tho. in Scripto.

Isai. 11.

Thomae Aquinas.

¶ Hæc eadem scribit sub alia forma uerborum in 3. parte. 15. quæstione: Animam, inquit, in corpore constituta m, dupliciter pati contingit. Primò, corporali passione: secundo, passione animali, Primò modo patitur per corporis lęsionem. Nempe cum anima sit corporis forma, consequens est, quòd unum sit esse animę & corporis. ideo corpore perturbato per aliquam corpoream passionem, necesse est, ꝙ anima per accidens perturbetur, uidelicet quantum ad esse, quod habet in corpore. hinc sicut corpus Christi fuit passibile; ita proportionabatur & aĩa eius. Passione quoq; animali patitur anima ſm operationem, quæ uel animæ propria est, aut principaliùs conuenit ei, q̃ corpori. Et quamuis secũdum actum intelligẽdi ac sentiendi dicatur anima hoc modo aliquid pati proprijssimè tñ dicuntur passiones animæ affectiones appetitus sensitiui, quæ fuerunt in Christo, sicut, & cętera, quæ ad naturam hominis pertinent. Verum tamen huiusmodi passiones aliter fuerunt in Christo, quã in nobis, quantũ ad tria. Primò, quantũ ad obiectum, qa in nob s ad illicita plerunq; ferun tur, quod nunquã fuit in Christo. Secundò, quo ad earum principium, quia in nobis frequenter præueniũt usum rationis, quẽ semp in Chro sequebanť. Vñ 14. de ciuitate dei, lo quit̃ Augustinus: Hos motus certissimæ dispensatio nis gratia ita cum uoluit, Christus suscepit animo humano, sicut cum uoluit, factus est homo. Tertio, quãtũ ad effectum, quia in nobis frequenter huiusmodi passiones non fistunt in appetitu sensitiuo, sed trahunt post se rationẽ, idcirco beatus Hierony mus asserit sup Matteũ. Dñs noster, ut ueritatẽ assumpti probaret hominis, uerè est cõtristatus: sed ne passio in illius animo dñarerur, per propassionẽ dr̃ qđ cœpit cõtristari, ut passio ītelligat perfecta, dũ aĩæ relatiõi dominat̃: passio aũt̃ q̃ est inchoata in appetitu sensitiuo, sed non ulterius se extendit. Porrò qđ Tullius in lib. de Tusculanis quęstionibus ait passiones esse ęgritudines animi, dictũ est iuxta modũ loquendi Stoicorum, qui passiones uocabant nõ quoscũq; motus appetitus sensitiui, sed solũ i ordinatos.

Augustinus. Hieroni. Matt 26. Tullius Stoici.

¶ Insup tristitia uerè fuit in saluatore: Verum ut 14. de ciuit. dei loquit̃ Augustinus, Stoici pro tribus perturbationibus, puta cupiditate, dolore & timore, tres eupathias (i. bonas passiones posuerunt in anima sapientis, utpotè pro cupiditate uoluntatẽ, ꝙ tristitia gaudium, pro metu cautionẽ: sed pro tristitia negauerunt aliqd posse eẽ in anima sapientis, qa tristitia est de malo præterito. Nullum autẽ malũ putãt posse accidere sapienti, & hoc ideo, q̃m̃ nõ ponebãt aliquod esse bonũ nisi honestum, quod homines facit beatos, nec aliud esse malum nisi inhonestum, ꝑ quod homines fiunt mali. sed quãuis honestum sit principale hominis bonum, & in honestũ sit principale hominis malum: quia hæc pertinent ad rationem, quæ est principale in homine: nihilominus sunt quædã secundaria hominis bona, pertinentia ad corpus, uel ad exteriora corpori deseruientia. sicq; de illorũ amissione potest in animo sapiẽtis esse tristitia, quo ad appetitum sensitiuũ, nõ sic ꝙ tristitia mentẽ ꝓturbet̃, & quo adhoc, uerum est quod Salomõ dixit, Non contristabit iustum qc quid ei acciderit: quia ex nullo ei accidente, eius rõ perturbatur. Et ita tristitia fuit in Christo secundũ propassionẽ, nõ secundũ passionẽ. ¶ Nec obstat ꝙ anima Christi fuit in gaudio beatæ fruitionis: delectatio nãq; fruitionis ita ꝑ dispensationẽ seu moderationẽ diuinæ uirtutis retinebatur in mente Christi, ꝙ non deriuabatur ad uires eius sensitiuas: idcirco nec dolor sensibilis excludebatur. Quemadmodum autem dolor sensibilis est in appetitu sensitiuo, ita tristitia, sed differũt q̃tũ ad obiectũ. Obiectũ naq; doloris est læsio sensu tactus ꝓcepta, ut dũ aliqs uulnerat̃: Obiectũ uerò tristitiæ est malum interius appræhensum ꝑ rationẽ, uel imaginationẽ, ut dũ qs tristat̃ de amissione grę siue pecuniæ. Potuit aũt anima Christi aliquid apꝓhendere ut sibi nociuũ ac alijs, ut passionem & mortem, casum quoq; discipulorum, & transgressionẽ, deicidionemque Iudæorũ, & sic potuit ei inesse & fuit uera tristitia.

Prou. 12.

Augusti. Stoici. εὐπάθεια

¶ Deniq; sicut tristitia causat̃ ex apꝓhẽsiõe mali ꝑteriti seu ꝓsentis, sic timor ex apꝓhẽsiõe mali futuri

Quod si omnino sit certum, inducit tristitiã potius, quã timorẽ Vnde 2 Rhetoricæ ait philosophus, ꝙ nõ est timor, nisi ubi est aliqua spes euadẽdi: qua nõ existẽte, apprehẽdit malũ ut præsens, & sic causat magis tristitiã, q̃ timorẽ. Itaq; timor cõsideratꝰ dupliciter. Primò, quantũ ad hoc, quod appetius sensitiuus naturaliter refugit corporis lesionẽ: & hoc per tristitiã, si læsio illa sit præsens; & per timorẽ, si sit futura. sicq; timor fuit in Christus, sicut tristitia. Secundò, quãtũ ad incertitudinem futuri euentus, ut dum nocte timemus ex aliquo sonitu, ignorãtes qd sit: & ita timor nõ erat Chr̃o, ut Damascenus fatetꝰ
Io. Dama. li. 2. ¶ Præterea, ira est quidã effectus tristitiæ: ex tristitia enim mali illati seu præsentis, oritur in appetitu sensitiuo appetitus repellẽdi illatã iniuriam sibi aut alijs: sicq; ira est passio quasi composita ex tristitia, & appetitu uindictæ. Cũq; prædictũ sit, ꝙ tristitia fuit in Christo, appetitus quoq; uindictæ ex zelo
Mar. 3. iustitiæ, constat, ꝙ & ira moderata fuit in Christo, iuxta illud: Circũspiciés eos cũ ira contristatus est super cæcitate cordis eorum. Hæc Th. in Summa.

¶ Cõcordat Petrus, qui de passionibus ait ĩ gene
Pet de tar. rali, Sicut in regno tẽporali nõ totaliter obedienti, ac subdito ad nutũ præsidentis, commotio subditorũ tripliciter potest accidere: primò præter iudiciũ atq; imperiũ regis, secundò cõtra illud, tertiò secundum idipsum: in regno autem oĩno subiecto, nulla põt oriri cõmotio, nisi iuxta regis imperiũ, ita in animæ regno nõdũ rõni subiecto cõmotio uirium inferiorũ tripliciter accidit, utpotè præter iudiciũ, & imperiũ rõnis, contra illud, & ſm illud. In regno autẽ animæ totaliter subdito, nil contingit nisi ſm rõnis cẽsurã. Itaq; passio turbãs, in anima tripliciter est cõtingens. Primò, præter iudiciũ, & imperiũ rationis, ut motus subitus, qui uocat ꝙ passio. Secundò, cõtra rõnis dictamẽ, ut motus passiõis ꝓgredies usq; ad rõnis ꝑturbationẽ, uel à sua rectitudine, ut in uitiosis: uel à sua trãquillitate, ut in bonis imperfectis, quæ passio appellat: aut secundum imperium rationis, ut motus à ratione imperatus, ac ordinatus. Primò modo passiones sunt in oĩbus puris hominibus, quãtumcunq; sapiẽtibus, ac perfectis: secũdò modo sunt in perfectis, tertiò modo in Chr̃o: in quo plus, q̃ in Ada sensitiua pars fuit subdita rationi, ratio quoq; inferior superiori, & superior Deo nec una potẽtia impediebat aliã in opere suo. Hæc Petrus. ¶ Qui ẽt quærit, an in Chr̃o fuit cõpassio.
Compassio aut fuerit in Christo ¶ Rñdet, In cõpassione est aliqd perfectionis, puta uoluntas subueniẽdi: & aliquid imperfectionis, s. dolor. Primum est in angelis, & fuit in Christo, secũdũ nõ est in angelis, sed fuit in Christo, non ex ea parte qua extitit cõpræhensor, puta in rõe superiori, secũ dũ quod rõ est, sed ex ea parte, qua fuit uiator, i. secundum uoluntatẽ naturę, & rationis inferioris, sensitiuæq; partis: qm̃ mala aliorũ uisa, generabant in rõne eius tristitiã, doloreꝫ quoq; ĩ naturali uolũta te, ac signa doloris, ut fletũ in sensualitate. Hęc Idẽ.

Richardus ¶ Concordat Richardus: q insup scisciꝫtat. Vtrũ in Christo fuit tm̃ una tristitiæ species. ¶ Rñdet, secũ
Io. Damas. dum Damascenum li. 3. Quatuor sunt species tristitiæ: Accidia, inuidia, ἄχος, misericordia: quarum sola ultima fuit in Christo. Inuidia enim, & accidia sunt passiones animã aggrauantes, superabundãtiæ quædã. Achos quoque est tristitia tã intẽsa, ꝙ aufert uocẽ. Misericordia, autẽ ut est passio bona, seu, q̃dã compassio, fuit in Christo. Hæc Richard.

Albertus Magnus. Hales. ¶ Inpinductis etiã continentur dicta Alberti, & Vdalrici de ista materia. sed & Alexander circa hęc multa quærit, de q̃bus satis dictum videt uel alibi copiosè habentur. Distinguit nãq; multiplicem acceptionem tristitiæ, irę, timoris &c.

Bonauen. Præterea Bonauẽtura respondendo de hoc, An in Christo fuit tristitia, scribit ea, quæ ex Petro induc ta sunt. Rñdendo autẽ ad id, an in Christo fuerit ita, Motus inquit, iræ in quadruplici differentia reperit̃, put ex dictis sanctorum colligit̃. Primò, purè ac solum affectum detestatiõis alicuius mali, seu salte apparentis mali, desĩgnati sicq; potuit esse in Adã in innocentię statu. Secundò dicit motum detestationis cum inqetatione & ꝑturbatione partis sensitiuæ, sine omni mẽtis perturbatione: & sic fuit in Iohan. 11 Christo, sicut in euangelio legit̃, ꝙ infremuit spiritu, & turbauit seipsum. Tertiò dicit affectum detestationis cum commotione & perturbatiõe non solum partis sensitiuæ, sed etiã rõnis ad tempus: & ita inuenit̃ ita in uiris iustis, loquendo de ira per zelũ, Gregor. de qua scribit Gregorius: ꝙ inde mens turbata ꝓfitcit ut clarescat, quemadmodum oculus per immissum collyrium ad tẽpus turbat̃, ut postea clarus effi ciatur. Quartò ira dicit affectum testatiõis cum cõmotione sensualitatis, & mẽtis, ita ꝙ illa comotio secũ habet perturbationem mẽtis annexã, & immoderatã, uel ad illam est ordinata. Ex quibus patescit qualiter ira fuit in Christo. Hęc Bouauentura.

## QVAESTIO III.

AMpliùs & principaliùs quærit hic, *An in domino nostro Iesu Christo tempore Passionis fuit, verus, & intensissimus dolor in corpore, anima, atque in singulis mẽbris, ac uiribus, an etiam dolor compassionis excessit in eo tunc passionis dolorem.* ¶ In hac quæstione multa tanguntur, quæ pro magna parte ex præhabitis innotescunt. Iam enim declaratum est, ꝙ carnem & animam passibilem habuit, quodq; in eo fuerunt passiones naturales & spiritales, corporales, & animales: reliqua nunc restãt elucidãda. Porrò quorundam sanctorum præsertim beati Hilarij Hilarius. August. episcopi, & doctoris, & quædam eloquia beatissimi Augustini, circa hęc pariunt difficultatem, quæ modo tãgenda sunt, & exponenda. Rursus difficultatẽ hic gignit, quòd simul in aĩa Christi esse ualebãt intensissimã gaudium beatificæ fruitionis, & uehemẽtissimus dolor passionis, atque cõpassionis: præsertim in superioribus uiribus, secundum quas extitit comprẽhensor, prę omni mente creata ineffabiliter deitatẽ per speciẽ clarissimè uidens, & infinita eius dulcedine exhuberãtissimè, ac delicio sissimè fuens, Bonauen.

¶ Itaq; circa hęc scribit Bonauẽtura: In Christo sine dubio extitit uerus dolor: quoniam fuit in eo uera læsio & uerus sensus: seu perceptio illius doloris, quæ duo faciunt uerũ doloreꝫ. Et aliter dicere, est cõtra fidẽ catholicã, & contra utriusq; testĩ scripturas, & est renouatio antiqui erroris Sarracenorũ, ac quorundã hæreticorũ. Deniq; dolor passionis Christi inter cæteros dolores, & passiones acerbissimus & acutissimus fuit: quod patet, si ea pẽsentur, quæ doloris passionẽ reddũt acerbiorẽ: qua sunt tria, uidelicet causa passiõis, modus patiẽdi, & patientis cõditio. Quãtũ ad primũ, fuit in Chr̃o doloris afflictio magna: nõ em̃, ꝙ ꝓpria culpa, sed aliena patiebatur, nec tantũmodo ꝓ amicis, sed itẽ ꝓ inimicis, Primo. & ꝓ his, quos uidit ingratus. Quantũ ad ſm fuit in ipso dolor passionis acerbior, tum ꝓpter generalitatẽ, qa in oĩbus mẽbris affligebatur: tum ꝓꝓ continuationẽ, qa suspẽdiũ eius diu cõtinuabat & clauSecundo. ĩfixi tũ dirè affligebãt pẽdẽtẽ, ut q̃ pedes eius manus ipsis clauis ꝑforabant, ĩ q̃bus grauissima fuit afflictio ꝓpter neruos & musculos ibi cõcurrẽtes, in q̃ Tertio. bus ꝑcipue uiget sẽsus. Quãtũ ad tertiũ, maxima fuit





Christi afflictio, ꝓꝓ maximã suę cõplexionis equalitatẽ, & ꝓꝓ sensus uiuacitatẽ, in quib. cum nullus potuerit ei æquari, dolor ipsius omnium dolorũ acutissimum erat. Obiectio. ¶ Sed obijci põt: qm̃ ignis acerbissimè cruciat, & acutissimè penetrat, cuius inflãmatione multi martyres sunt ꝓempti. Scd̃o: qm̃ Chr̃s charita te plenissimus, desideriosè, & libentissimè patiebatꝰ ergo ex hoc sua passio multo tolerabilior fuit. Tertiò, quia sciebat copiosissimũ esse fructũ suę passionis: ergo æquanimiùs ꝓtulit oĩa, qa spes ꝓmiꝫ (maximè certitudo fructificationis) minuit uim flagelli. Dilutio. ¶ Rñdendum ad primũ, ꝙ doloris acerbitas attenditur quãtum ad duo, vc̃ quantum ad experientiã sensus, & quantum ad regulationem rõnis. Et q̃uis in Chr̃o exiterit summa doloris afflictio, quantũ ad experientiã sensus, rõ tm̃ Christi medicinales reputauit oẽs illas afflictiones. non tm̃ auferebat acerbitatẽ sed cordis subuersionem. Et eodem modo dicendum ad alia.

Augustꝰ ¶ Nũc videndum, an Chr̃s passus fuit secundũ rõnem. Ad qd̃ dicendum, qa ut ait Augustinus, duplex est dolor in aĩa. Vnus q̃ est aĩę ex carne, alius q̃ est carnis ex aĩa: & uterq; fuit in Christo. Dolore quoque, q̃ ineſt aĩæ secundũ se, passus est Chr̃s in rõne. Cõpassus etenim fuit & doluit de nostris peccatis, ꝙ dolor in rõnali uoluntate ꝓcesĩt ex considerationẽ rõnis, uidelicet ex cognitione peccatorum nr̃orum. Loquendo aũt de Dolore, q̃ ineſt aĩæ ex carne Ratio con siderãtur dupliciter distinguunt magistri, cõiter dicentes, qd̃ rõ considerat̃ dupliciter, puta ut rõ, & vt natura. Si vt rõ, sic passiones, q̃ ei attribuunt̃, sequunt̃ deliberationẽ: sicq; aĩa Chr̃i corpori patienti nõ cõpatiebat̃, imò multum gaudebat, & placuit ei sic pati ꝓ salute generis humani. Porrò rõ ut natura, cum habeat naturalẽ inclinationẽ ad corpus, sicut ꝑfectio ad suũ ꝑfectibile, sic patiebat̃ corpore patiente. Aĩa q̃ppè humana non tm̃ est corporis ꝑfectio, secundũ uires sensitiuas cũ corpus humanũ ordinet̃ ad altiorẽ ꝑfectionẽ, q̃ corpus brutale. ¶ Præterea si q̃rat̃, an aĩa Christi patiebat̃ secundũ rõnem superiorẽ, seu rõnis altiorẽ portionẽ. ¶ Dicẽdum, secundũ cõem magistrorum sn̄iam, ꝙ passio Chr̃i non stetit in sensitiua parte, nec tm̃ peruenit ad rõnem inferiorẽ: imò extẽdit se vsq; ad superiorẽ eius portionẽ. Quẽadmodum .n. aĩa nostra ex coniunctione sui ad corpus infectũ tota inficitur secundũ oẽs suas potẽtias, atq; secundum omnem sui partẽ tã inferiorem, quã superiorẽ, sic anima Christi ex coniunctione sui ad corpus patiẽs & afflictũ, tota patiebat̃ & affligebat̃, ut ꝑ illã afflictionẽ tota peccatrix aĩa curaret̃. Verunt̃ difficile, est intelligere, qualiter in superiori illa rõne poterãt simul esse tam maximũ gaudium, & tanta afflictio. Ad quod intelligẽdũ oportet tria supponere, q̃ Rõ Christi superior, simul & Deo fruitur, & corpori cõ patitur ꝓbabilia sunt, & uera. Primũ est, ꝙ gaudiũ fruitionis, & dolor passionis nõ sunt affectiones ꝓriæ, qa nõ sunt respectu eiusdẽ obiecti, nec omnino eodẽ mõ insunt eidẽ: sed vnũ ineſt, per se aliud per accidens. gaudiũ nãq; ineſt ex grauita ꝑitione cũ deitate, dolor ex naturali coniunctione cũ carne. Cũq; nõ sint affectiones ꝓriæ, simul in aĩa esse secũdũ eãdẽ potẽtiã possunt. Secundũ est, ꝙ istę affectiones nõ solũ non sunt ꝓriæ, imò una est quasi materiale respectu alterius: iõ simul possunt ineſſe, sicut ꝑ hoĩe pœnitente simul sunt dolor, & gaudium de dolore, sic aĩa Chr̃i corpori compatiens, de illa passione gaudebat, & de sua compassione lętabatur. Tertiũ est, ꝙ Chr̃s simul fuit uiator & cõpræhensor, ita ꝙ cognitio uiatoris non impediebat contẽplationẽ comprẽhensoris, neque affectio affectionem; quod ĩ Christo extitit singulare ꝓꝓ mediatoris officiũ, qd̃ debuit experiri diuina, atq; humana. hinc sicut simul, & semel potuit ꝑfectè conuerti ad Deũ, & ad nos ita, ꝙ una cõuersionũ illarũ alterã nõ ipediebat nec retardabat: sic potuit secũdũ eãdẽ aĩę partẽ, seu uim simul, & semel gaudere, & cõpati corpori suo, ita quod nec dolor à gaudio, nec gaudium a dolore pateretur aliquam diminutionem aut remissionem.

¶ Deniq; si quærat̃, in qua ꝑte aĩę dolor Chr̃i fuit intẽsior, in parte rationali, an sensitiua: Dicendũ, ꝙ in Chr̃o duplex fuit dolor, videlicet passionis, & cõ De cõpassione Christi. passionis. & dolor uterq; magnus fuit ac uehemẽs: qm̃ multũ in se doluit, & multum nobis condoluit. Vterq; quoq; hic dolor fuit in sensitiua parte, & rõne attũ ordine ꝓmutato. Dolor nãq; passionis priò attingebat aĩam secundũ sensualitatẽ, deinde secundũ alias uires dolor uerò compassionis primò fuit in ratione, atq; ex ratione dolente nostra, ꝓ nostris peccatis, sẽsualitas nostra gemit, & lachrimatur, sic Christus, quia pro peccatis nostris doluit uehementer, multum fleuit pro eis. Cum igitur comparamus dolorẽ sensualitatis ad dolorem rationis, hoc põt esse in duplici genere. Et si intelligat̃ de dolore passionis, cũ ille primò sensualitatẽ attigerit, concedendum est animã Christi secundum sensualitatem amplius doluisse. si uerò intelligatur de dolore compassionis, quo intus afficimur, cum ille originem habeat ex ratione, dicendum est ipsum secundum rõnẽ plus doluisse. ¶ Porrò si quærat̃ ulteriusc rõ, & sensualitas ſm hæc duo genera doloris mutuò se excedant, quis eorum in Christo fuit intensior, dolor passionis, an dolor ꝓpassionis: rñderi potest, ꝙ dolor compassionis fuit intensior. Nam quamuis magna causa fuit dolendi in sensualitate, propter separationẽ eius à carne, magna quoq; extiterit dispositio ad dolendum in carne, ob optimã eius cõplexionem, nihilominus in dolore compassionis ratio maior fuit dolendi, propter Dei inhonorationem & nostrã ab eo separationem. Maior ẽt fuit dispositio ad dolẽdum propter dilectionis excessum. Nempè quo maior dilectio, eo plagæ compassionis maiores. Vñ plus Chr̃i compassio aliorũ excelsit compassionis, q̃ passio passionis: sicut fuit in eo maior excellentia dilectionis q̃ passionis, respectu aliorũ, quamuis in utroq; multũ excederet. Præterea, ꝙ ille dolor compassionis intensior fuerit, ex duplici colligitur signo. Primum est, ꝙ maluit suam aĩam à suo corpore separari, quàm, ꝙ nos maneremus à Deo separati. Aliud est, ꝙ fleuit ꝓ nostris pctis, non Bernard. ꝓ sui corporis pœnis, ut S. ait Bern. Quod eleganter Cancella. expresĩt cancellarius Philippus, in quadam prosu- Philippus la denotat, atque notabili dicẽs: Video homo quod pro te patior, ad te clamo, pro te maior, uide pœnas, quibus afficior, uide clauos quibus confodior, & cum tantus sit dolor exterior: maior tamen est dolor interior, dum te tam ingratum experior.

Hales. ¶ His per omnia concordant scripta Alexandri, & continentur in istis,

Tho. Aq ¶ Præterea super his loquitur Thomas: Quem- admodum delectatio sensibilis causatur ex coniunctione conuenientis cum subiecto, ita sensibilis dolor causatur ex coniunctione eius, quod non est cõueniens sensui. Verũ inter alios sensus solus tactus est discretiuus eorum, de quibus consistit corporis temperamentum. Hinc quod est conueniens secundum tactum, est corporis temperamento conueniens: propter quod dilectatio sensibilis est in sola ꝓceptione tactus. Conformiter, quod est inconueniens tactui, est corporis tẽperamento contrarium.

Ideo 3.de aĩa dr̃,ꝙ corrumpentia tactũ, corrũpunt
aĩal:nõ aũt corrũpentia auditũ,nisi simul contingat
& tactũ ex accidẽti corrũpi.Idcirco ĩ solo tactu est
dolor,qui accidit ex lęsione tẽperamenti corporis.
Cũq; in corpore Christi uera fuerit læsio,puta diui
sio cõtinui ꝑ clauos,& fuerit ibi uerus tactus, opor
tet fateri,quòd fuerit ibi verus dolor.Hęc Thomas.
Diony. cõtra Tho. ¶ Quib.obijci posset,ꝙ ẽt in perceptione gustus
delectatio ꝯsistit sensibilis,imò & q̃libet sensus in cõ
ueniẽti sibi obiecto naturaliter delectatur,qđ & de
odoratu certissimè experimur,& in ecclesiaste scri-
Eccl 11. ptũ est:Dulce lumen,& delectabile oculis uidere so
lẽ.Qđ si rñdeatur,uera hæc esse,inquantum gustus
est quidã tactus ẽm Philosophũ,ipseq; tactus ꝑ to-
tum corpus fertur expãsus:obijcitur,ꝙ unicuiq; sen
sui ꝯuenit ẽm ꝓpriam rõnem, ac speciem in suo de
lectari obiecto sibi conuenienti,prout hoc in tracta
tu de pace,& gaudio pleniùs demonstraui. ¶ Insu-
per ad hoc, An dolor ad superiorẽ rõnem in Chr̃o
Tho.Aqu. ꝑuenit,S.Thomas rñdet:In dolore,atq; tristitia duo
inueniuntur.Primum est ꝯrietas contristanti, dolo-
remq; inferẽdis ad contristatum,ac dolentem.Secũ
dum est perceptio eius,& quantum ad hæc duo,do
lor, & tristitia tripliciter differunt.Primò, quantũ
ad contrarietatem, q̃ in dolore attenditur quo ad
naturam dolentis,q̃ per læsiuũ corrumpit̃.In tristi-
tia uerò, quantum ad repugnantiã appetitus ad id
quod,q̃s odit. Secundò, quantũ ad perceptionem
quæ in dolore semper est in perceptione tactus in
tristitia uerò ẽm apprӕhensionem interiorẽ.Tertiò,
quo ad ordinem horum duorũ: qm̃ dolor incipit
in læsione,& terminat̃ in sensus perceptione, rõ aũt
tristitia incipit in apprӕhensione,& terminat̃ in af-
fectione. hinc dolor est in sensu ut subiecto, tristi-
tia uerò in appetitu:quo constat, ꝙ tristitia sit pas-
sio aĩalis, dolor uerò magis est passio corpalis. In-
August. terdũ tñ tristitia,largè loquendo uocat̃.Nã Aug.di-
stinguit dolorẽ ĩ dolorẽ aĩæ ẽm se, quẽ ꝓpriè tristi
tiã appellamus:& dolorẽ aĩæ ꝑ corpus, q ꝓpriè dr̃
dolor. Loquẽdo igit̃ de dolore ꝓpriè sũpto, sic
tũ ad læsionem, quæ est materiale in ipso, extendit
se ad oẽs potentias aĩæ, ẽm quod in essentia aĩæ ra-
dicatur,ad quam ẽt læsio corporis peruenit,ẽm qđ
aĩa est forma ipsius.Quantũ uerò ad læsionis perce-
ptionem,q̃ est formale in dolore,sic consistit in so-
lo tactu, cuius solius est percipere læsiuũ inquantũ
lædit,utpotè inquãtum corporaliter cõiungimur.
Loquẽdo aũt de dolore largè,ꝓut ẽt tristitia dolor
uocatur,tristitia, nõ põt esse in rõne ut in subiecto,
sed solũ sicut in ostẽdẽte id, qđ est voluntati repu-
gnans:nisi rõ capiat̃ ꝓut cõprӕhendit uim apprehẽ
siuã,& effectiua,ĩ qua est tristitia subiectiuè,q̃uis nõ
illa tristitia,q̃ est passio,estq; solum in parte sensiti-
ua:Porrò nulla uirtus appręhẽsiua ostẽdit quid,nisi
suum obiectũ.Superioris uerò rõnis obiectũ, est bo
num æternum,qđ uoluntati aĩę Chr̃i non fuit ꝯriũ.
Hinc in rõne superiori, ẽm quod ad obiectũ suum
cõparatur,nõ poterat tristitia esse in Christo.Pote-
rat autẽ esse quãtum ad rõnem inferiorẽ,cuius su-
biectum sunt res tꝑales,in quibus aliquid ꝯrium uo
luntati eius accidere potuit,ut infrà dist. 17. expo-
netur,quẽdmodum læsio corporis fuit contra quã
dã aĩæ Christi uoluntatem, qua mortẽ naturaliter
refutauit.similiter mala gñis sui ei displicuerũt:sic-
que in rõne inferiori poterat esse tristitia, & etiam
ẽm quod ad sua comparantur obiecta.Cumq; una
quæque potentia ad naturam pertineat,ẽm quod
in essẽntia animæ radicatur, quæ est essentialis pars
integrę naturæ hominis, rationem uerò potentiæ
habet ẽm comparationem ad suum obiectum:ideò
dicitur à quibusdã, ꝙ passionis dolor pertingebat
usq; ad superiorẽ rõnem,inquantũ illa rõ est natura
ẽm quod læsio corporis ad essentiam aĩę peruenie
bat:vlteriusq; ad oẽs potentias, inquãtum in essen-
tia aĩæ radicantur. Non autẽ ꝑueniebat ad ea inquã
tum est rõ,quia ẽm qđ ad suum cõparatur obiectũ
nullũ detrimentum ex passione corporis sentiebat
cũ in contẽplatione diuinorũ non impediretur per
hoc.Et hoc etiam est qđ,& alij q̃dã alijs exprimunt
uerbis,qđ.s.rõ superior patiebat̃, in quo natura est
corpis, nõ ut ẽ principiũ actuũ humanorũ. Inferio
rẽ similiter rõnẽ asserunt passã,tã ut est natura,q̃ ut
rõ. Aliter demũ põt intelligi distinctio rõnis ut rõ,
& ut est natura: qm̃ rõ ut nã, dr̃ ẽm qđ iudicat de
eo, qđ est ẽm se bonũ aut malũ, naturę ꝯueniẽs vel
nociuũ. Rõ autẽ ut rõ,iudicat de eo qđ est bonum
aut malũ in ordine ad aliud.Cõtingit q̃ppe aliq̃d in
se ꝯsideratũ,noxium esse naturæ, qđ in ordine ad fi
nẽ ẽ eligẽdũ, ut medicina amara.Cõformiter mors
Chr̃i in se fuit malum pęnæ,nociuũ naturæ:sed ĩ or
dine ad finẽ redẽptionis humanæ,erat q̃d optimum
sicq; rõ inferior ut rõ,non tristabatur de morte,sed
solum ut natura. Itaq; dicta distinctio est de ratio-
ne, prout comparatur ad obiectum.
Dion.contra S.Tho. ¶ Quibus obijci potest,sicut iã tactum. ¶ Primò
in hoc,quòd ait,dolorẽ in sensu in subiecto.Dolor
namq; uno modo est passio aĩæ,& ita est subiectiuè
ĩ appetitum sensitiuo,sicut & cætera huiusmodi pas
siones.Dolor uerò q̃ est in superiori aĩæ parte, & q̃
est contritio de pc̃tis, potissimè ponit̃ in uolunta-
te.¶ Secundò, in hoc, quod dicit dolorẽ quantum
ad suum formale, quod est læsionis perceptio, esse
duntaxat ipsius tactus: qm̃ uis uisiua seu sensus ui-
sus, verè realiter suam percipit læsionem, & de ea
affligitur: similiter odoratus prauum sentit, perci-
pitq; odorẽ,ac inde torquetur.Idem quoq; de alijs
sensibus constat. ¶ Tertiò, in hoc quod dicit tristi-
tiã non esse in rõne ut in subiecto, sed solum ut in
ostendente.Cum.n.opposita habeant fieri circa idẽ
sicut gaudium est in rõne tã superiore,q̃ inferiore,
sic,& męror seu tristitia.Intellectus nãq; seu rõ ĩ ap
pręhensione,cognitione, contemplatione ueritatis
uerè realiter formaliter delectatur: cum & philoso-
phia admirabiles habeat dilectiones sibi admixtas,
& breuiter vnaquæq; uis cognitiua,& ẽt appetitiua
ꝓpriã habeat delectationem sibi connaturalem ex
unione cum obiecto sibi conueniente,contristatio
nem quoq; ex causa opposita:quod in p̃fato tracta
tu de pace, & gaudio, rationibus, & auctoritati-
bus diffusè ostendi.
Tho.sup. ĩ hac dist. ¶ Ad uerò ad istud, Vtrũ passionis dñicæ dolor a-
cerbior fuit dolore passionis martiris cuiusq;,S.do
ctor rñdet:Magnitudo doloris sensibilis Chr̃i, põt
ex tribus perpendi.Primò, ex ipsa natura passionis
magnã habuit acerbitatẽ, tũ ex cõplexione patien-
tis,q̃ p̃stãtissima fuit,&optimũ habuit tactũ.Vñ fuit
in Chr̃o uehemẽs sensus læsionis:tũ ex genere pęnæ
q̃a ĩ locis maximè sẽsitiuis est læsus, ut manib.& pe
dib.tũ ex multitudine passionũ, q̃a ĩ hoĩb mẽbris,
ac uirib.passus ẽ.Scđò,ex puritate doloris,q̃a ĩ alijs
patiẽtib.mitigat̃ dolor sensibilis ex influxu superio
rum uirium inferiores,vel ꝓpter ꝯtẽplationẽ,q̃ ĩfe
riores abstrahit uires aliqualiter ab actib.& passio-
nib.suis: aut ex cõplacẽtia uoluntatis,q̃ amore eius
ꝑ q̃ patit̃,æquanimiter sustinet,& libẽter. Por-
rò in Chr̃o non fuit tunc talis potẽtiarũ habitudo
redundãtia,& influxus, imò unicuiq; permittebat̃
Io.Dam. agere,& pati, qđ suũ fuit,ut asserit Damas.Hinc do
lor



lor Chr̃i fuit absq; oĩ admixtione cuiuscũq; mitigã
tis. Tertiò ex uoluntate patientis.Cũ.n. uoluntariæ
pateret̃,vt satisfacere ꝓ totius humani gñis pc̃tis,id
circo dolorẽ oẽs alios huius uitæ dolores excedẽtẽ
assũpsit,similiter habuit magnitudinẽ doloris aĩalis
puta tristitiæ. Ex turpitudine ẽt mortis, atq; ex dile
ctione suę uitæ corporalis,q̃ optima,& nobilissima
extitit, & itẽ ex ingratuitudine eorũ,q̃ eũ lædebant,
& ex defectib.humani gñis,q̃bus maxima charitate
condoluit.Quãuis igit̃ aliquorũ martyrũ btõrũ pas
sio quantũ ad aliq̃d(ut quãtũ ad diuturnitatẽ) fue-
rit magis acerba,q̃ passio dñi saluatoris, nõ tñ sim-
pliciter oĩbus cõsideratis. Veruntñ sicut gaudiũ cõ
prehensoris excedit oẽ gaudiũ viatoris, sic dolor
tristitiaq; damnati superat oẽm dolorem uiatorum
ẽt Christi,tã pœna sensus quã pęna dãni:Insuꝑ do
lor cõpassionis ĩ Christo,maior fuit corporali eius
dolore:qm̃ charitas,qua de nostris doluit malis,ꝑ-
ponderabat ęqualitati suæ cõplexionis: & rursus
p̃ciosior fuit ei honor diuinus, q̃ uiolabatur culpis
nostris,q̃ uita sua ꝓpria corporalis. Postremò pas-
sio importat immutationẽ patientis.Non aũt dr̃ ali
quis immutari simpliciter,qñ principale quod ipso
est ꝑmanet ĩmutatũ: idcirco loquendo simpliciter,
qñ rõ hoĩs nõ mutatur à sua æquitate, & trãquillita
te,non dr̃ passio, sed uocatur ꝓpassio quasi passio
Thomas. incõpleta,& ita fuit in Christo.Hæc Tho.ĩ Scripto.
Hæc eadem scribit in tertia parte, quæst. 46. ad-
dens per pauca:Mors,inquiens,confixorũ in cruce
acerbissima est:qm̃ ꝯfigunt̃ in locis neruosis,& ma
ximè sensitiuis:ipsumq; pondus corpis pẽdẽtis,cõ
tinuè auget dolorẽ,neq; celeriter moriunt̃ sicut, q̃
ense cædunt̃.Passus est ẽt Chr̃s oẽ genus passionis,
quantũ ad genus passionum,qđ primò patet ex ꝑte
hoĩum. Passus est.n.à gentilibus,& Iudæis,à princi-
pib.& ministris,à seniorib. & minoribus, à uiris, &
mulierib.i.ancillis Petrũ accusantibus, & ab amicis
Matt. 16. ab ipso recedentibus discipulisq; fugiẽtibus,à Iuda
Mar. 14. ꝓdente,& Petro negãte, & ab inimicis.Scđò ꝑ3 hoc
Luc. 22. ex parte eorũ,in q̃b.hõ põt pati. Nã passus est in suis
Iohan. 19. amicis eũ deserẽtibus in fama ꝑ blasphemias contra
ipsum ꝓlatas,in honore, & gloria ꝑ irrisiones,& cõ
tumelias ei illatas,in rebus ꝑ uestiũ ablationẽ,in aĩa
& incorpe,sicut p̃habitũ est,& in Euang. distinctio
Taranta. recitat̃.Hæc in Summa. ¶ Quibus ꝑ oĩa cõsonãt Pe
Richard. trus,& Richardus quorũ scripta continent̃ in istis.
Et dicunt isti, alijq; multi concorditer,ꝙ in superio
ri rõne aĩæ Chr̃i,ut est ratio,non fuit tristitia neque
dolor.Sic. n. aĩa Chr̃i considerauit passionẽ illã, &
pœnã ꝑ cõparationẽ ad cãm superiorẽ, vc3 Deum,
seu increatã uoluntatem, atq; æternã salutem, q̃ est
causa finalis,ob quam electis,procurandã,fuit pas-
sio illa spontè assumpta: & sic fuit placita uolunta-
ti diuinæ,ut redemptiua generis humani.
Dionysius contra Richardus. ¶ Verũ his obijci potest: qm̃ quãuis passio Chri-
sti fuit placita diuinæ uoluntati modo iã tacto, & ꝓ
ut à Christo spõte acceptabat̃, & ab eo ex ardentissi
ma charitate summa patiẽtia,perfectissima fortudi
ne, pietate, iustitia, humilitate sustinebat̃(nã & sic
sũme meritoria ac pijssima fuit)nihilominus passio
seu occisio uel punitio illa,ex parte inferentium eã
utpotè infidelium Iudeorum & crudelium pagano
rum,fuit displicentissima Deo,& uoluntati ac equi
tati diuinæ,utpotè grauissimũ scelus,ob cuius enor
mitatẽ impijssimi Iudæi sunt repulsi,& relicti à Deo
Thes.2. usq; in p̃sens,q̃a ut ait Apostolis.Superuenit eos ira
Dei vsq; in finẽ, nã & sic passio illa crudelissima ex
titit,& ex uitiosissimis, rancore,inuidia,ferocitate,
ira,obstinatione processit, quod totum superio
ri rõni aĩæ Chr̃i innotuit,& actualiter ab eã in verbo
conspiciebatur:idcirco,& hoc modo passio illa di-
splicuit ei,sicut & ĩcreatæ sapiæ, cui pfectissimè fuit
formis, peperitq; in superiore illa ratione animæ
Chr̃i tristitiã, & dolorẽ, sicut in ratione inferiori.
¶ Prȩterea in soluendo, Vtrũ in Chr̃o fuerit ma- Richard.
ior dolor cõpassionis quã passionis,dicit in hoĩe es
se tres appetitus, videlicet sũpiorẽ, & ĩtellectualẽ,q̃
noiat̃ uolũtas: appetitũ quoq; interiorẽ,ac sensitiuũ
q̃ in ꝯcupiscibilem,irascibileq; diuidit̃,ĩ quo subiecti
uè sunt aĩæ passiones,& appetitũ sensitiuũ exteriorẽ
in quo asserit subiectiuè cõsistere exteriorẽ,& corpo
ralẽ dolorẽ sensibilẽ. Rõ aũt inducẽs Richardũ istũ
ad ponendũ hunc tertiũ appetitũ,est q̃a (ut opinat̃)
nõ põt esse dolor nisi in aliquo appetitu. Appetitus
uerò sensitiuus interior nõ mouet̃ naturaliter, & de
lege cõi,nisi post ap̃p̃hẽsionẽ interiorẽ, & nos expe
rimur,quod si incidat̃ mẽbrum,priùs duratione aut
ordine naturæ est ibi sensus doloris, q̃ læsio illa ap-
p̃hendatur per aliquam apprehensionem interiorẽ.
Deniq;,exteriorẽ hunc appetitum scribi t esse diffu-
sum per oẽs corporis partes,in q̃b.est sensus tactus.
¶ Verũ ista positio de hoc tertiò appetitu vr̃ à cõi Dionysius Richard.
philosophorũ atq; theologorũ dogmate aliena,q̃a
nõ ponũt in hoĩe nisi duplicẽ appetitũ,vc3 uolunta-
tem, & sensum interiorẽ:nec rõ illa cogit,quia (ut
tactũ est)unaq̃q; potentia apprehensiua habet dele
ctationẽ, & contristationẽ ꝓpriam, suæ operationi
coniunctã,& naturaliter ac immediatè cõcomitãtẽ
eandẽ.Quæ aũt circa hoc q̃ri,& ꝯ hoc obijci queũt,
in præfato tractatu de pace, & gaudio, continẽtur,
ac dissoluuntur.
¶ Præterea Albertus rñdendo ad istud, Vtrũ aĩa Albertus Magnus.
Chr̃i fuit ẽm se totã passibilis, ait: aĩa rõnalis ẽm se
totã passibilis est ĩ corpore.Fuit namq; p̃dicatum à
quodam abbate, quod aĩa Christi non fuit passa se-
cundum partẽ superiorẽ, sed Parrhisijs ab uniuer-
sitate magistrorũ hoc ꝓ hæresi est dãnatum.Sed ad-
uertendũ,ꝙ in aĩa duo considerantur, vc3 quod est
natura hoĩs,& itẽ quod est principiũ actum huma-
norum.Quantum ad primũ,tripliciter considerat̃.
Aliqua.n.h3, inquãtũ est forma substantialis:& ali-
quam, inquantum anima, & quædam inquantum
est hominis natura, ẽm quod homo est. Nempè in
quãtum forma substantialis, sic est perfectio corpo
ris humani,prout ipsum corpus per temperamen-
tum accedit aliqualiter ad æqualitatem cælo cõue-
nientẽ,ac distat à distemperamento elementi.Cum
que æqualitas ista sit summa in hoĩe ẽm Auicennã, Auicenna.
datur ei à datore formarum nobilissima forma, ꝓ-
pter quod ratio formæ, & actus in aĩa rõnali perfe
ctissima est.Inquãtum uerò est anima,est actus cor-
poris non mõ cõplexionati in tẽperantia tali,sed ẽt
in potentia uitam habẽtis,& tale ẽ quodcunq; cor
pus origanicũ: sicq; aĩa effluit à se uires diuersas in
diuersas corporis partes, quod ẽt aĩa rõnalis nobi-
lissimè habet,quod ꝓbatur per figurã sui corporis,
ac mẽbrorum, q̃ pulchritudine, & decore oẽ aliud
corpus aĩatum excedunt. Tertiũ habet,inquantum
est natura hoĩs,ut homo est,quod s.dat esse & ratio
nem corpori aĩato,sicq; habet aliquid plus,q̃ inquã
tũ forma, & inquantum anima. Ideo dixit quidam
philosophus,ꝙ aĩa rationalis habet effluere quasdã
uires,quæ affixæ sunt organis,& aliquas nõ affixas
ordinem tamen habentes ad affixas,inquantum ab
eis recipiunt species,& ad substantias separatas,per
hoc quod de earum, participant lumine. Itaq; in
omni hac consideratione,aĩa ẽm se totam passibi-
lis est,& compatit̃ corpori. Secundò consideratur
ut

ut principiũ actuũ humanorũ, & sic non est necesse, ꝙ tota cõpatiatur, qm̃ quædam uirtus eius pôt esse circa contẽplationẽ diuinorũ, & q̃dã affectata passionib. corporũ. Si uerò q̃ratur, An secundũ eandẽ potẽtiã possint esse simul in aĩa acerbitas magni doloris, & exprimentũ magnæ iucunditatis:

Contraria quomodo simul eidẽ inesse queant.

Dicendum, ꝙ cõtraria simul inesse, dupliciter possunt intelligi. Primò, ꝙ vtrunq; insit ut forma, & actus: secundò, ita ꝙ unũ sit ordinatũ in aliud tanq̃ materia, qđ in potentijs aĩę p̃sertim cõtingit. Primo mõ nõ valent simul inesse respectu eiusdẽ, scđo mõ possunt, & sequi pôt diuersus effectus, sicut ĩ pęnitẽte dolor est in rõne, qm̃ aliter non esset laudabilis. Et

August.

tũ admonet Aug. Semp̃ doleat, & de suo dolore gaudeat: ergo gaudium pôt esse de dolore, ita ꝙ dolor sit materia gaudij seu obiectum. Sic dico in Christo ꝙ mors fuit apprȩhensa in ratione ut opus redemptionis, sicq; fuit materia gaudij: fuit quoq; appræhensa ut naturę nociua, & afflictiua, & sic fuit causa doloris. Hæc Albertus.

Vdalricus

¶ Vdalricus demũ circa hæc loquiť in Sũma sua li. 6. Aĩa Christi tp̃e passionis fuit in excellẽtissima delectatione, ex diuina fruitione. Cumq; vna potẽtia existente in actu, aliæ retrahanť ab actibus suis ẽm philosophũ libro de aĩa: ideo (sicut idẽ dicit 6. Ethicorũ) oĩs delectatio expellit tristitiã, non solum

Tollitur Obiectio

sibi ɔ̃riã, sed & aliam quãcunq;, dummõ delectatio sit itẽsa: Vñ vr̃ ꝙ aĩa Chr̃i tã gaudiosa, nullũ potuit habere sensum doloris, aut passionis. Ad quod dicimus, ꝙ secundũ naturã ita fuisset, sed Deus eidem potentiæ dedit uirtutẽ, vt secundum diuersa obiecta simul p̃ciperet tantã delectationẽ, & passionis acerbitatẽ. Quidã uerò hæretici dixerunt Christũ uerè passum, sed nõ sola uolũtate, imò quadã necessitate: dicentes eũ defectus, & passibilitates ɔ̃xisse magis quã assumpsisse: ad quem errorẽ p̃rsus eliminãdũ, q̃dã scti dixisse uidentur, qđ ĩ Christo non fuerũt ueraciter passiones aĩales sensibiles. Et.n. sup̃ il-

Psalm. Augustin.

lud ĩ Psal. Deus meus clamabo p̃ diẽ, & nõ exaudies loquiť August. Nõ uerè timuit pati, tertia die resur-

Philip. 1.

recturus, cũ arderet Paulus dissolui, & esse cũ Chr̃o. Non erat miles fortior imperatore: erubescant qui putant saluatorẽ mortẽ timuisse, & ex pauore oras-

Matt. 26. Hilarius. Ioh. 18.

se: Transeat à me calix iste. Et de hoc in 3. Sentẽtiarũ dist. 15. verba Hilarij allegantur, q̃ inter cætera ait: Timuit ne q̃ armatis obuius iuit? Et in corpore eius fuit infirmitas, ad cuius occursum consternata p̃sequentiũ agmina resupinatis corporib. ceciderunt? Et rursus ibidẽ: Attulerunt in eũ verbera impiorum impetũ passionis, non passionis dolorẽ inferebãt,

Exponuntur obiecti in textu huius dist.

queadmodũ telũ aerẽ diuidens. Verũ hæc, & similia sancti exponunt, nã Aug. p̃allegato loco subiungit: Tristitiã sic assumpsit qũo carnẽ, p̃ ꝙ innuit, ꝙ hm̃õi passiones Chr̃s non contrahit, sed spontè assũpsit. Hilarius verò intẽdit tria remouere à Chr̃o. Primũ est meritũ passionũ, qm̃ originale nõ ɔtraxit pctm̃. Vñ addidit ibi: Nõ est ambiguũ, passionẽ illatã non intulisse corpori illi nãm dolẽdi, qm̃ vitiosæ infirmitatis nostræ forma nõ fuit in eo, ꝙ ex ɔceptu

Lucæ. 1.

spũs sci Virgo progenuit. Scđm est naturalis necessitas patiendi, q̃ q̃uis fuisset in Chr̃o, si fuisset purus hõ, tñ qm̃ passus fuit illius naturę, qua corpus suum potuit conseruare ab oĩ passione illata, & innata, iõ Christus nõ naturali necessitate est passus. Tertium est dñium dolorum per violentiã: non em̃ dolores illi poterãt per violentiã in Chr̃o sic dñari, quin ipse per oĩpotentiã suam potuerit eos repellere. Hæc Vdalricus. Qui ẽt dicit, ꝙ si per impossibile ponamus aĩam rõnalẽ mori morte naturali, maior esset dolor mortis illius, q̃ fuit dolor mortis saluatoris, quia sic aĩa per se pateretur, passione quoq; magis intrinseca, ac penetratiua magis affligeretur, & qm̃ eẽt in ea maior vis resistendi, non posset vinci, & corrumpi nisi ab aliquo vehementissimè, ac violentissimè imprimente in eã. Veruntñ pœna infernalis intensior est, q̃ esset dolor aĩæ rõnalis sic morientis, quia dãnati desiderio euadendi pęnas suas p̃sertim sensum tãti doloris, quẽ ignis infernalis immediatè agit in aĩas, & ẽt in corpora post resurrectionẽ, cupiunt mori, & non esse, non solũ quantum ad corpora sua, sed ẽt quãtum ad aĩas. Pôt ẽt eadẽ qõ fieri de morte culpæ. Ad quod respõdemus, ꝙ mors culpæ est causaliter maioris doloris, q̃ mors Christi, cum sit a summo bono separatio, quæ q̃tũ in se est, tanto maioris doloris extat materia, quanto bonum illud est maius, & delectabilius, ac cõnaturalius aĩę rõnali. Secũdũ efficientiã uerò minor est dolor istæ q̃ dolor Christi: qm̃ quãtuncũq; cã doloris sit sufficiens in se, non tñ causat, nec inducit dolorem, nisi inquantũ ipsa percipitur, seu sentiť: Porrò mors culpę, q̃ est separatio aĩæ à Deo, non multum percipi-

Iob. 9.

tur, iuxta illud Iob. Si uenerit ad me, nõ uidebo eũ: & si abierit, non intelligã. tũ qm̃ aĩa amore commutabilis boni adduciť. ne consideret q̃ malũ, & amarum sit ei, reliquisse se Deum suũ, ut legiť apud Iere-

Iere. 2.

miã. Quod uerò istud sit causa maioris doloris, quãtum in se est: hinc constat, quia dũ aĩa ĩ inferno plenè percipit eam, tunc (ut ait Chrysostomus) maior

Chrisos.

dolor est ei de pœna hac damni, q̃ de pœna sensus. Idcirco secundũ statũ illum dolor illius mortis, quæ est separatio à Deo per culpam, maior est dolore Christi: quia quod maius est maiore, maius est minore. Hæc Vdalricus.

Ad uerba Hilarij.

¶ Intuẽdum uerò ꝙ uerba scti Hilarij in textu posita, partimq; tacta, si bene pensenť, grandẽ gignunt difficultatem, & à diuersis ad eas diuersimodè rñdetur. Nempè ut refert Albertus, quidã dicũt ea Hilarium retractasse: & ut addit Albertus, illa solutio

Albertus Magnus

melior sibi vr̃, q̃ tñ fateť scripturã illius retractationis nõ deuenisse ad ipsum. Bonauentura uerò rñdet se audisse dominũ Gulielmũ Parrhisiensem recitare, se librũ retractationis illius uidisse ac perlegisse.

Bonauen.

Rñsio aũt Magistri, & Thomæ, Alberti, & Vdalrici, & aliorum cõiter, satis coincidit, & ex Vdalrico relata est. Durandus quoque concordat præhabitis.

Gandauus

¶ Porrò Henricus quodlibeto 8. rñdẽdo ad istud, Vtrum in aĩa Christi tp̃e passionis simul stabãt gaudium fruitionis, dolorque passionis, seu tristitia de malo pœnæ propriæ, & culpæ aliorum: sequitur rñsionem præinductã, dicentium, quod imò, quia non erant contraria, eo ꝙ concernebant diuersa obiecta, sicut expositum est.

Dio. cõtra Henricum

¶ Cui tñ rñsioni obijci posset, ꝙ anima Christi gaudebat nõ solũ de increato obiecto, sed ẽt de ipsa passione, inquantum fuit redemptio mundi, & placita Deo patre ex parte patientis, ut pleniùs est expressum. Et rursus, quia (ut ex Philosopho st ostẽsum) delectatio intensa, & uehemẽs non solum tristitiã sibi contrariã, sed & quamlibet tristitiã in eodẽ subiecto tollit, aut minuit. Hinc potius est tenendũ quod supernaturale hoc fuit in anima Christi.

Io. Scot.

¶ Postremò Scotus circa hæc scribit multũ p̃lixè, cuius scripta p̃trãseo. qm̃ huius catholicæ ueritatis iam ex præallegatis doctoribus euidenter elucidatæ magis obscuratiua, quã declaratiua uideť. Vr̃ autem insinuare, quod tota aĩa Christi quantũ ad uoluntatem secundum utranque ipsius portionẽ tristabať, & ut natura, & ut libera, ex uolitiõe ɔditio-

nę



ne quantum in ipsa fuit, & quantũ ad intellectũ, secundũ utranq; portionẽ app̃hendebat discõueniẽs naturaliter, & ɔditionaliter. Quo circa dicendũ, ꝙ aĩa Chr̃i, seu Christus ẽm qđ hõ, non ɔditionaliter tm̃, sed simpliciter absolutè uoluit, acceptauit, & p̃elegit pati, ac mori: primò atq; potissimè: qm̃ sũmæ ac sup̃beatissimę trinitati sic cõplacuit: deinde: qm̃ trinitas sup̃gloriosissima p̃ passionẽ illã p̃ordinauit liberari, & saluari genus humanũ: & rursus, q̃a tã ineffabiliter, ac multipliciter fructuosissima fuit passio sua. Nec sequiť, nõ uoluit eã nisi inquãtũ fuit hoĩm saluatiua, seu à Deo p̃ordinata, ergo nõ uoluit eã simpliciter: alioquin sancti uix aliq̃d boni uellẽt simpliciter, cũ nil uelint ut sancti, nisi q̃a à Deo p̃ceptũ, & salubre, seu placitũ ipsi. Iõ uerũ nõ est ꝙ aĩa Chr̃i sic solũ uoluit pati, sicut in mari piclitans uult merces p̃ijcere, qđ ille nõ uult nisi cũ tristitia, & renisu: imò aĩa Christi, quo in oĩ charitate Dei, & p̃ximorũ cęterisq; uirtutibus p̃ cunctis indicibiliter ardentissima, ac p̃fectissima fuit sic corde p̃lus promptissimo, ac æstuantissimo ad patiendũ p̃cessit, ac oẽm illã passionis acerbitatem patientissimè, ac libẽtissimè p̃tulit, imò & de ipsa afflictione (inquãtũ tã honoratiua Dei, fructuosaq; mũdo extitit) gaudẽs quãuis nihilominus tristabať, & noluit, atque condoluit modis, respectibusq; pręfatis.

Hales.

¶ Veruntñ secũdũ Alexandrũ, uolũtas dr̃ absoluta tripliciter. Primò, q̃a aliq̃d appetiť nõ aliqua coactione ex alio. scđo, q̃a aliq̃d appetiť p̃p̃ se, sicut uolumus btĩtudinẽ, & his modis passio Chr̃i fuit secũdũ uoluntatẽ absolutã. Tertiò dr̃ uoluntas absoluta. i. non relata ad aliud, & ita nõ fuit secundum uoluntatem absolutam, quia refebať à Christo ad electorum salutem. Hæc Alexander.

Dion. contra Alexã.

¶ In q̃bus vr̃ obscurũ, qđ dicit passionẽ Chr̃i fuisse ẽm uolũtatẽ absolutã ẽt mõ secundo, nisi fortè dicať passionẽ uoluisse, aut appetisse p̃p̃ se inquantũ ordinauit eã etiã ad p̃prij corporis glorificationẽ.

¶ Quærit itẽ hic doctor, An Chr̃s patiebať secũdũ oẽm uoluntatẽ. Rñdet, Queadmodũ appetitus est duplex, ita uoluntas. est etenim appetitus naturalis & rõnalis: sic quoq; uolũtas, q̃ est rõnalis appetitus, est duplex, vz naturalis, naturali appetitui corrñdens: & deliberatiua, corrñdens appetitui rationali. Vtraq; aũt uoluntas eadẽ est secundũ rẽ, differens rõne. Quia uolũtas dr̃ naturalis p̃ cõparationem ad suũ corpus, cũ quo naturaliter cupit esse, & dolet de eius ɔ̃rio: hoc est, de separatione ab illo, & afflictionibus: idcirco secundum hanc passus est. Deliberatiua uerò uocatur, secundum quam contulit passionis utilitatem, & secundum hanc passus non est. Hæc Alexander.

## *An in Christo fuerit necessitas patiendi, & moriendi quæ est defectus generalis. Distinctio XVI.*

HIc oritur quęstio, ex p̃dictis ducens originem. Dictum est. n. supra, ꝙ Chr̃s in se nostros defectus suscepit, p̃ter pctm̃. Est aũt hoĩs q̃dã gñalis defectus, q̃ pctm̃ non est, s. necessitas patiendi, uel moriendi. Vnde corpus nostrum

Rom. 8.

non tm̃ mortale, sed etiam mortuum dr̃, q̃a non tm̃ aptitudinem moriẽdi, sed ẽt necessitatẽ habet. Ideo, quæritur, Vtrũ necessitas talis in Christi carne fuerit. De aptitudine. n. moriendi quod in eo fuerit ambiguũ nõ est, quæ etiã ante peccatum in hoĩe fuit, qñ aliquis in eo non fuit defectus: nec ergo mortalitas illa tũc

Quæstio.

in eo fuit defectus, quia naturæ ei erat. Vnde etiam quidam talem mortalitatem in nobis non esse defectum, non improbè tradunt, sed necessitatem moriendi, uel patiendi quæ etiam mortalitas dicitur, vel passibilitas. Dicitur enim homo nunc passibilis, uel mortalis, non modo propter habitudinem, sed etiam propter necessitatẽ. Sed nunquid hic defectus fuit in Christi carne? Aĩa quoque eius cum passibilis extiterit ante mortẽ, sed nunquid necessitatẽ patiendi habuit? Si. n. necessitas patiendi, uel moriendi fuit in Christo, non ur̃ sola uolũtate miserationis, defectus nr̃os accepisse. Ad quod dici potest, Christũ uoluntate, non necessitate suę naturę, hos defectus sicut alios suscepisse, scilicet necessitatem patiendi in animam: simul aut autem patiendi, & moriendi in car-

Responsio

ne. Verum hanc necessitatem non habuit ex necessitate suę conditionis, quia à peccato immunis: sed ex sola uolũtate accepit de nostra infirmitate, ponens tabernaculũ suum in sole, s. sub tp̃ali mutabilitate, & labore. Vnde super epistolam ad Hebræos auctoritas

Psal. 18. Hebr. 9.

dicit, ꝙ sicut hominibus alijs, & iure, & lege naturæ uitiatę statutum & semel mori, ita, & Chr̃s eadẽ necessitate, & iure, & lege naturæ semel oblatus est, & nõ sæpe. Nec ideo dicit iure naturæ, qđ ex natura suæ cõditionis hũc defectũ traxerit: qui etiã nõ prouenit nobis ex natura secundũ quod priùs est instituta, sed ex ea peccato uitiata: & ideo dicitur hic defectus naturalis, quia quasi pro natura inoleuit, in omnibus diffusus.

## *De statibus hominis, & quid de singulis Christus accepit.*

Et est hic notandũ, Chr̃m de oĩ statu hoĩs aliq̃d accepisse, q̃ oẽs uenit saluare. Sũt em̃ quatuor status hoĩs. Primus ante pctm̃, secũdus post pctm̃ & añ gr̃am, tertius sub gratia, quartus in gloria. De primo statu accepit immunitatẽ pctĩ. Vnde Augu. illud Iohãnis

August. Iohan. 3.

euãgelistæ exponẽs. Qui desursũ uenit sup̃ oẽs est: dicit Chr̃m uenisse desursum. i. de altitudine humanæ naturæ añ pctm̃, q̃a de illa altitudine sũpsit uerbũ Dei humanã nãm, dũ nõ assumpsit ipsã culpã, cuius assumpsit pœnã. Sed pœnã assm̃psit de statu secũdo & alios defectus, de tertio uerò gr̃æ plenitudinẽ: de quarto, nõ posse peccare & Dei p̃fectã cõtẽplationẽ. Habuit em̃ simul bona uiæ quædã, & bona patriæ, sicut & q̃dã mala uiæ.

Distin-

Summa distinctionis XVI.

DIstinctione p̄habita tractatū est de Christi passione, nunc agitur de proprietate, & modo passionis, unde ꝓcessit, an.s.ex necessitate, aut magis ex uoluntate. Deinde soluit, & solutionē declarat, dicēdo, quòd ex uoluntate assumpsit istum defectum communem, q̄ est necessitas moriendi: sicq; videtur cōcedere, quod necessitas moriendi aliquo modo fuit in saluatore, quāuis spōtè assumpta, sicut q̄s sponte pergit ad uincula: tamen cum fuerit uinctus, necessitatem habet manendi in loco captiuitatis: Consequenter ponit quatuor esse hominis status, & de unoquoque eorum Christum aliquid accepisse.

## QVAESTIO I.

In partem negatiuam Iohan. 10.

HIc q̄ritur Primò, *An in Christo fuit necessitas patiendi, ac moriendi.* ¶ Videtur quòd non: q̄m ipse in euangelio protestatur: Nemo tollit animam meā à me, sed ego ponam eā. Potestatem habeo ponendi animam meā, & iterū summendi eā. Ad idem pertinet illud Isaię: Oblatus est, quia uoluit. secūdò, quod necessitate quis patitur, non est meritoriū ei aut alteri. Passio aūt Christi summè meritoria fuit, non ergo fuit in eo moriēdi necessitas. Tertiò, mors & moriendi necessitas, sicut, & omnis hominū pœna, ex originali peccato primam susceperunt originem. Cum ergo ab omni originali, & omni alio peccato fuerit Christus prorsus immunis, non uidetur in eo necessitas fuisse patiendi.

In oppositum.

¶ In oppositū est, q̄ Chr̄s habuit mixtū ex sua natura passibile, ac mortale, utpotè ex ꝯrijs cōpositū.

Hales.

¶ Circa hæc Alexander tria inquirit. Primò, Vtrū in Christo fuit necessitas moriendi ex p̄te causæ inferioris, & materialis. Sc̄dò, ex p̄te causæ finalis. Tertiò, an ex parte causæ superioris, & efficiētis. Ad quorum primū r̄ndet: Necessarium ſm philosophum, d̄r quatuor modis secundum quatuor genera causarū est.n. necessitas secundum causam formalem, sicut calidū necessariò calefacit, & sol lucet, & est necessitas secūdū causam materialem, sicut mixtū necesse est corrūpi: itē ſm efficientē, ut lapidē impulsum oportet moueri, & Item ſm cām finalem, ſm quā oportet serrā esse ex ferro, & chalybe. Itaq; nobis est necessitas moriendi, ac patiendi. ſm causam efficientē, & formalem, ac materialem In Chr̄o aūt solum ſm causam finalem, eo mō, quo dictum est supra, necessarium fuisse ad redimendū genus humanū pati filiū Dei Nō aūt fuit in Christo necessitas patiendi ex parte causę efficientis: q̄m nulla causa creata potuit eū cogere pati, nec ei parte causæ materialis: q̄m illa est necessitas ꝯtracta ex uitio ꝓpagationis in nobis, & illa est necessitas conditionis. Nec erat in eo necessitas patiendi ſm rationē causæ formalis: q̄m illa nō potest ꝓhiberi, nec est uoluntaria. Passiones aūt quāuis secundum legem naturę fiebant in Christo, non t̄n coactè, sed uoluntariæ, ut asserit

Io. Dam.

Damascenus. Deniq; ad secundum, vz qualiter necesse fuit Christum pati ex parte causæ finalis, videcet, ut liberaretur genus humanum, supra respōsum est. Non eñ tam absolutè necessarium extitit quin Deus per aliū modū hoc facere potuisset, sed iste cō uenientior fuit & preordinatus à Deo. Ad tertium vtpotè an necesse fuit Christum pati ex parte causę efficientis superioris: respondet. Est necessitas communiter dicta, ut necessitas incōmutabilis: est quoque necessitas ꝓpriè dicta, sicut necessitas coactionis, aut ꝓhibitionis. Prima conuenit Deo, non secunda. Ideo Christus passus non est necessitate coactionis, aut ꝓhibitionis, sed immobilis uolūtatis. Hīc ait

Anselmus

Anselmus. Voluntas Dei nulla necessitate fuit, sed sua p̄tāte. ideo non ab aliud dicimus eum non potuisse non mori, nisi quia immutabili uoluntate uoluit mori. Hæc alexander.

Bonauen.

¶ Porrò Bonauentura hāc refert r̄nsionē, & approbat eā, additq; Magister in litera aliter tractat eā quærit namque an moriēdi necessitas cū sit in nobis per ꝯctationem fuerit in Christo per uiolentiam ad q̄d aliter r̄ndere oportet Idcirco sequendo Magistrum dicere possumus, q̄ Christus assumptsit istum defectū, q̄ est necessitas moriēdi. Nā quantū est de lege naturæ corpus Chr̄i fuit resolubile, ac mortale nisi fuisset conseruatum miraculosè, deficissetq; senio. Veruntn̄ aduertendū, q̄ nō oīno defuit in Christo necessitas moriēdi, taliter ut in nobis, imò quodamodo sic, & quodāmodo non sic. Necessitas q̄ppè moriendi cōparatur ad tria, puta ad cām, ad subiectum, & ad uirtutem corporis regitiuā, quantū ad primū, est nobis ex duplici causa, uidelicet ex fęditate corruptionis culpabilis, atq; ex qualitate naturalis compositionis: hoc ex contractione originalis p̄ti, & ex cōmixtione elemētariū qualitatū ꝯtriarum. Quorū primū nō fuit in Christo, sed secundū quantum ad naturam assumptā. Persona uerò quo ad ꝓpriā suā naturā, fuit & est immortalis, impassibilis penitus. Insuper, quo ad uirtutem regitiuā, aliter fuit necessitas patiēdi in d̄no Iesu Chr̄o, aliterq; in nobis. Est.n. in nobis uirtus regitiua ex parte naturæ, & ex parte uolūtatis, atq; ex parte utriusq; necessitas patiēdi in nobis nō est: q̄m nec natura, neq; uoluntas pōt in nobis passionem ꝓhibere. In Christo aūt necessitas patiendi fuit respectu uirtutis naturalis, non respectu regitiuæ uoluntatis: nā nihil inuitus sustinuit, nec potuit sustinere, q̄d nō uoluit sicq; p3 quō in Christo fuit patiendi necessitas, non per ꝯctionem, sed assumptionem, & aliter, q̄ in nobis. Ideo quasi mediū fuit inter statum naturæ institutę, & nos. In nobis namque natura, & non uoluntas subest passioni. In Adam uerò tā natura, q̄ uoluntas præherat passioni. Verū in Chr̄o passioni suberat natura, præfuitq; uolūtas: hoc ē, q̄d loquitur Damascenus: In Chr̄o & si passionis fiebāt secundū legē naturæ, nō t̄n coactè, sed uolūtariè. Itaq; in gn̄e mortis, causa passibilitatis, & corruptionis, est demeritū culpæ. Causa uerò naturalis, cōpositio ex cōtrarijs Necesscitas quoq; hæc patiendi fuit in Chr̄o fundata in uoluntate, & spōte assumpta, non ꝯ uolūtatē. Et talis necessitas non minuit de ratione meriti sicut, Anselmus ponit exemplum de obligante se ad opera superrogationis. Hæc Bonauen.

Io. Dama.

An secundam obiectionem i partem negatiuam

in hac dist.

¶ Ad uerò Thomas primò hic q̄rit. An moriendi necessitas insit hoī solū ex p̄ctō. R̄ndet, q̄ p̄tim à natura. i. commixtione qualitatum ꝯtriarum, ut modo expressum est: partim ex culpa originali, ut claruit. sed de isto pertranseo, q̄a hæc q̄stio super secūdū diligentiùs est soluta, tractatu de originali, & eius effectibus. Secundò sciscitat̄, an in Christo fuit necessitas moriendi. R̄ndet. Necessarium secundū philosophū, idē est, q̄d impossibile nō eē hinc necessitas excludit potentia ad oppositum. Hęc aūt potentia ad oppositū excludit̄ triplici rōne. Primò, q̄a repugnat naturæ rei, sicut potentia moriendi repugnat diuinæ naturæ. p̄p quod dicimus Deum necessariò esse æternū. Hæc necessitas absoluta. Secundò ex aliquo impediente, & hęc est necessitas coactionis. Tertiò, quia repugnat fini intento, vt incurabiliter infirmari sanationi: propter quod dicimus, non, potest non curari, si debeat sanari, q̄ ista est necessitas ex cōditione finis. Necessitas ergo patiēdi seu moriēdi, pōt dupliciter Chr̄o attribui. q̄m pōt remouere potentiam



tiā nō moriendi à natura humana. Sic uerè attribuitur Christo: quia natura humana secundum statum passibilitatis, quo eam assumpsit, non habet ex naturalibus suis potentiā nō moriēdi. Secūdò pōt remouere potētiā nō moriendi à Chr̄o rōne p̄sonæ. Sicq; falsè asscribitur: q̄m uirtus deitatis fuit in Chr̄o, potuit ab ipso repellere oē inductiuū mortis, ac passionis. Nihilominus fuit Chr̄o necessitas patiēdi rōne p̄sonæ ex cōditione finis respiciētis p̄sonā diuinā & ut incarnatā. Cūq; mors in Chr̄o extiterit rōne naturæ humanæ, iō sicut absolutè concedimus, q̄ Christus est mortuus, sic absolutè cōcedere possumus q̄ necessitatem habuit moriendi, nō solū ex cā finali, imò & necessitatem absolutā, quāuis nō occiderēt ut aliq̄ dicunt: & cū hoc necessitatem coactionis quantum ad mortem uiolentam, quam timuit Hæc ille.

Dion. contra Tho.

¶ In quibus u̇r obscurū hoc ultimū uerbū, q̄a nil poterat Chr̄o infligi, nisi q̄d ipse sponte etiam volūtate humana voluit pati: nec timuit mortē, quasi uiolētię hostium subiacens, seu eorū uiolētię p̄ualere nō ualens. Vn̄ in homilia scribit Greg. Mirum est fratres, q̄ p̄sequētiū irā d̄ns se abscondēdo declinauit q̄ si voluisset, eos in eorū ictibus ligasset. Certè t̄pe passionis quātū potuit demonstrauit, & t̄n id ad q̄d uenerat pertulit. Nā ad unā eius uocē abnuentes retrorsum, corruerūt in terrā, superiùs quoq; induxi q̄ Chr̄s ſm naturā assūptā p̄ donū gloriæ seu beatificę fruitionis potuit corpus suū cōseruare illæsum Insup à primò incarnationis istāte, eo ipso, quo sua humanitas fuit hypostatica unione uerbo æterno unita, fuit oī creaturę p̄lata; & iurisdictionē, p̄lationē d̄nium, iudicariāq; p̄tātē sup̄ illā sortita. Vn̄ ante passionē testatus est, loquēs ad partē de se ipso: Sicut dedisti ei potestatē oēs carnis. Et denuo: Pater diligit filiū, & oīa dedit in manu eius. Q̄d uerò Matthei ultimo dixit, Data est mihi oīs potestas in cælo, & in terra, ab īcarnationis exordio fuit factum, sed post resurrectionem cœpit præ solito manifestari.

Greg. Ioh. 18. Ioh. 17. Ioh. 3, Matt. 28.

Tho. Aqu.

¶ Tertiò q̄rit doctor sanctus, Vtrū necessitas patiēdi, uel moriēdi, suberat in Chr̄o suę voluntati humanæ. R̄ndet, Eius solius est immutare cursum, & legē naturę, q̄ naturā instituit, & ꝓduxit, q̄d solius est Dei, Idcirco nec aliqua uirtus corporalis, nec sp̄ūalis, aut Angeli, aut aīę, aut ēt aīę Chr̄i, potuit ad immutationē legis naturæ diuinitus institutæ, nisi p̄ modū intercessionis: iō hoc fuit signū diuinitatis Christi, q̄ imperando signa fecit, & non orando, ut cęteri sancti. Hinc cū ſm cursum, & legem naturæ, mors corpus Christi consequeretur necessitas moriendi in eo non subdebatur voluntati eius humanæ, sed solū diuinę. Vn̄ quod Damasc. ait 3. lib. q̄ naturalia in Chr̄o sequebant̄ ad uoluntatem ipsius, intelligendum est de uoluntate diuina, quæ fuit illius personæ. Hæc Thomas in scripto.

Damas.

August. Gregor.

¶ Quæ uerba admirationē gignuunt scrutanti. Quocirca sciendū, q̄ August. in lib. dē Ciuit. Dei q̄rit, An sancti faciāt miracula aliqua p̄tāte eis collata, & inexistente. Quā q̄stionē deserit insolutā. Porrò Gregorius in homilia de Angelis, protestat̄ de choro Angelorū, quorū est mirucula facere, quod p̄tātis, signa, & ꝓdigia ualenter operant̄. Sed qualitercūq; uerba illa intelligantur, non uidetur dubitandū de Chr̄o, q̄n ei ſm naturā seu eius humanitati p̄stiterit supernaturalem p̄tātem, etiam ei habitualiter existentem faciendi miracula & immutandi cursum legem, ordinem; naturæ: ita tamen, quod ista potestas fuit instrumentalis dependens & principata in Chr̄o hoīe respectu increatæ potentię Dei, in quo fuit indepēdenter, auctoritatiuè, ac principalissimè. Sicq; soli Deo ꝓpriū est oṗari miracula, propria, & imparticipata uirtute. Propter q̄d teste Damas. Humanitas Christi fuit instrumentū immediatum, coniunctum, aīatum, ac proprium deitatis sibi unitæ. Hilarius quoq; sup̄ Matt. Magna est, inquit, admiratio in operibus saluatoris: q̄m uirtus latens in corpore eius, afficientiā præstitit rebus caducis, ita q̄ q̄cunq; tangebant fimbriam uestimenti eius, salui fiebant. Præterea, ut quæ tacta sunt, pleniùs exponātur, post resurrectionem finalem glorificatus electis beatudo, & gloria aīarum corpora redundabit, habebuntq; aīæ illæ plenum super corpora sua dominium, ita q̄ ex illa redundantia, ac uirtute aīarū feliciū, corpora illa erūt quatuor dotibus adornata, inter quas una est immortalitas, seu potiùs impassibilitas, deinde Agilitas &c. Vn̄ quocunq; uoluerit aīa corpus mox erit. Cumq; aīa Christi quantū ad uires suas superiores per respectū ad increatum, fuerit præ cunctis mentibus creatis etiam Angelicis excellentissimè Deo fruens, ineffabiliterq; b̄tā, beatitudo eius, & gloria mox redundasset in corpus eius fecissetq; illud impassibile, īmortale, nisi diuinæ dispensationis moderamine redundantia illa fuisset dilata, quatenus per Christi passionem genus redimeretur humanum. sicq; Chr̄s, sua uoluntate humana, uirtute, & influentia beatitudinis eius, potuit corpus suum seruare illesum, & necessitatem moriendi ab ipso excludere, ac ei totaliter d̄nari. Vnde nec aptè dictū v̄r, quod p̄tacta verba Damasceni intelligant̄ de uoluntate Chr̄i diuina increata: q̄a hoc non fuisset singulare in Chr̄o, cū & in cæteris sanctis, imò in cunctis creatis naturalia sequātur uolūtatē diuinā, cui vniuersa ad nutū subdunt̄, ac parēt.

Damasc. Hilarius.

Miracula quō a sanctis fiant. Iosue. 10.

Insup̄, q̄dā sancti leguntur fecisse miracula nō solū orādo, sed & alijs modis, sicut de Iosue legit̄, q̄ quasi imperialiter dixit: Sol, ne mouearis ꝯ Gabaon: & luna, contra uallem Hailon. Vnde, & subdit̄. Steterunt itaq; sol, & luna, obediēte Deo uoci hoīs. Imò tāta uis faciendi miracula data est aliquibus sanctis noui testi, q̄ idē fuit eis, tangere, & curare, q̄d & de glorioso patre n̄ro Bernardo, fide digna narratione ꝯscriptū est. sed & sc̄tūs ille Martin⁹ multa egit miracula p̄cipiēdo. Quibus oībus v̄r p̄clariùs, q̄ beatissimus princeps apostolorum, umbra corporis sui sanauit ęgrotos Amplius dico, q̄ ēt Chr̄s q̄dam miracula fecit orādo. Vn̄ in resuscitatione Lazari fertur dixisse: Pater, gratias ago tibi: q̄m audisti me. Nec hoc fuit signū deitatis Christi, q̄ fecit miracula imperādo, nisi intelligat̄ de imperio facto propria, & principali, ac independenti auctoritate. Christus autem ſm quod homo, & alij quidam sancti non taliter imperarunt miracula fieri, sed collata, ac depēdēti uirtute: quēadmodum, & p̄lati concessa eis auctoritate, multa pręcipiunt. Deniq; in euang. recitatur: Cōuocatis Iesus duodecim discipulis suis, dedit eis potestatē sup̄ aīa dęmonia, ut langores curarent. Quibus alibi loquitur: Ecce dedi uobis potestatē calcandi sup̄ serpentes & scorpiones, & supra oēm uirtutē inimici. Et q̄d mirum si talē dicatur potestatē dedisse aīabus sanctis, q̄ & rebus innoīatis, videlicet sacramentis, tā eminentē, & supernaturalē dedit virtutē ad sup̄naturales effectus, ut baptismo uim purgandi à uitijs: ut asserit August. & super quartū Deo præstante dicet̄. Veruntn̄ de isto nil temere assero, q̄tū ad alios sanctos. Sed de Chr̄o hoīe. & eius humana natura fideliter sentio, q̄ collata quadā potestate creata habitualiter inexistente in eo, fecit miracula; cui, ut dictū est, data fuit oīs p̄tās in

Actu. 5. Ioh. 11. Matt 10. Luc. 10. Augu.

in cęlo,& in terra. Immutare aũt cursum,& legẽ naturæ diuinitus institutæ, ꝓpria, prima principali,& ĩdependenti uirtute, creatori est propriũ: qđ nihilominus sanctis, potissimè homini Chr̃o, põt competere participata dependenti,& instrumentali uirtute. ¶ Postremò, ꝙ præallegata auctoritas Damasceni non sit exponenda de uoluntate Chr̃i diuina sed humana, ex uerbis ipsius Damasceni ostenditur qui 3. li. ca. 21. testatur. Quapp naturales nostræ passiones ẜm naturam, & super naturam fuerunt in Christo. ẜm naturam.n. mouebãtur apud ipsum, qñ permittebat carni pati, quæ ꝓpria; super naturã, aũt qm̃ naturalia non præcedebant in dño uoluntatẽ. Nihil.n. coactum in Christo consideratur, sed omnia uoluntaria. Volens.n. esuriuit, uolens sitiuit, uolens timuit, uolens mortuus est. Hæc Damascenus. In quibus excludit à Christo omnem coactionem nec dubium apud intelligentem, hæc dici de uoluntarijs in Christo uoluntate humana, cum & in nobis quoque sint uoluntaria uolũtate diuina, quæ naturalia ita instituit.

Damasce.

¶ Præterea de hac ipsa materia idẽ famosus doctor in 3. parte, quam post scriptum istud super 2. Sñiarum diu compilauit, cõuenientiùs scripsit 14. q̃stione. Duplex est (dicens) necessitas. Vna coactionis, q̃ fit, & infertur ab agente intrinseco, q̃ necessitas contrariatur naturæ, ac uoluntati, quorum utrũque est principium intrinsecum. Alia est necessitas naturalis, quæ consequitur naturalia principio rei, utpotè formam, sicut necessarium est ignẽ calefacere: uel materiam, sicut necessarium est corpus ex ɔ̃rijs compositum dissolui: & ẜm hanc necessitatem, quæ consequitur materiam, corpus Christi subiectum fuit necessitati mortis, consimiliumq́; defectuũ: qm̃ beneplacito uoluntatis diuinæ caro Chr̃i permittebatur agere, ac pati, q̃ ꝓpria. Sed loquendo đ necessitate coactionis, sic ẜm qđ repugnat naturæ corporali, corpus Chr̃i ẜm ꝓpriæ conditionẽ naturæ, necessitati subiacuit claui perforantis, & flagelli percutientis: secundũ uerò, qđ necessitas ista repugnat uoluntati, manifestum est, quòd in Christo non fuit necessitas horum defectuum, nec per respectum ad uoluntatem diuinã, neque per respectũ ad uoluntatem Christi humanam absolutè, prout sequitur rationem deliberantem, sed solum secundum naturalem motum uoluntatis, prout scilicet naturaliter refugit mortem, nocumẽtaq́; corporis. Hinc illud Isaiæ, Oblatus est quia uoluit, de uoluntate diuina, atque humana accipitur. Hæc Thomas in Summa.

Tho. Aquinas 3 par. q 4 ar. 2.

Isai. 53.

¶ At uerò Petrus, quasi ꝓ difficultate materiæ reliquit sub dubio, An necessitas moriendi subiacuit uoluntati Christi humanæ. In cæteris cõsonat Thomæ, in cuius scriptis dicta Petri de his continentur.

Petrus de Taran.

¶ Conformiter scripta Richardi', q̃ in his sequit̃ dicta Thomę in Scripto. sed de ultimo isto relinquit sub dubio, sicut, & Petrus. Addit quoq́; Richardus ꝙ in natura Christi assumpta, nulla extitit uirtus regitiua, nec desuper infusa, per quam se à morte potuisset pręseruare. Vnde quantum fuit de lege naturæ, corpus illud fuit resolubile, ac mortale: & nisi fuisset miraculosè conseruatum. senio defecisset, quamuis ualde diu uixisset, propter suam excellentissimam complexionum. Hæc Richardus.

Richardus

Dionysius cõtra Ric.

¶ Circa quę iuxta præhabita dico, ꝙ nequeant stare, nec uera sint, quia infusa fuit animæ Chr̃i felicitas tanta, qua ab omni læsione, & passione potuit esse liberrima tã ipsa, q̃ caro sibi coniuncta, ut ẽt B. Augustinus in epist. ad Dioscorũ contestatur. Insuper data fuit humanitati Christi seu Christo, quod homo, omnis potestas in cælo, & in terra.

Augustin. ad Diony.

Matt. 28.

¶ Rñsio aũt Alberti de necessitate patiẽdi ĩ Christo, ɔcordat rñsioni Bonauenturæ, & continetur in illa. Addit quoq́; circa hoc Albert⁹, ꝙ acerbitas passionis Chr̃i maior fuit, q̃ fuisset acerbitas passionis, & mortis Adę in statu innocentię, dato per impossibile, quòd in illo statu potuisset occidi, quia & bonitas ɔplexionis Chr̃i maior fuit, q̃ cõplexionis Adæ.

Albertus Bonauen.

¶ Vdalricus uerò in rñsione huius quæsiti, An necessitas patiendi fuit in Christo, sequitur rñsionem Thomę in Summa, nec vr̃ supaddere ad pręducta.

Vdalricus

Similiter, & Durandus, q̃ addit: Quod in non uiuẽtibus corruptibilibus uocatur mors hoc in uiuẽtibus dr̃ mors, cuius mortis causa per se materia cõtrarietati primarum qualitatum subiecta, peccatum uerò causa mortis, sicut remouens, prohibens, quia per originale peccatum ablatum est donum originalis iustitiæ, quæ fuisset causa non moriendi non interueniente peccato.

Durandus

¶ Præterea Henricus quodlibeto 3. sciscitat̃, An mors Chr̃i fuit naturalis. quo circa declarant, qũo aliquo mõ extitit uiolenta, & nõ nãlis, sicut, ꝙ mors aliorum qui occiduntur: & aliquo modo naturalis inquãtũ deficiẽtibus accidẽtalibus in corpore Christi, requisitis ad præsentiã, informationẽq́; aĩæ, naturale fuit aĩam illã à suo corpore separari. multaq́; alia scribit, q̃ dimitto, quia ẜm eius opinionem ꝓcedunt, qua posuit in corpore humano ẽt Christi, aliã formã substantialẽ, q̃ aĩam rõnalem. Quæ opinio supersecundũ est improbata, & infra distin. 21. quãtũ ad corpus Chr̃i ẽ reprobanda. Interdum quoq́; ur̃ sentire, ꝙ Chr̃s necessitati patiendi non subiacebat interdum, quod imò: quod per præhabitam distinctio poterit concordari.

Gandauus

¶ Postremò Scotus: Dr̃, inquit, à multis quòd corpus Christi habuit moriendi necessitatem, quia in eo fuit contrarietas elementariũ qualitatum, & rursus fuit in eo potentia materiæ eiusdem rõnis cum cęteris corruptibilibus multis, atq́; ĩnata alijs substãtialibus formis. Elementa quoq́; in mixto naturaliter appetunt propria loca, propter quod tandem dissoluuntur. Diuersa etiã organa diuersimodè cõplexionantur, dñaturq́; alia qualitas in oculo, alia in gusto. Iterũ omne gñabile est corruptibile. Verũ hæ rõnes non concludunt: quia simili modo argui posset de corpore Christi post triduum, & nunc existente in cælo. Deniq́;, quidam sic arguunt: Omne corpus gñabile, & corruptibile, certam habet periodum suæ durationis: corpus Christi fuit generabile, & corruptibile, sicut probatum est, imo ẜm Philosophum, oẽ gñabile, est corruptibile: ergo infra certã periodum oportuit ipsum dissolui. Sed hoc argumẽtum assumit unũ falsum, puta ꝙ omne gñabile habet certam periodum. ponatur.n. aliquis lapis, & tollat̃ omne extrinsecum corruptiuum, præsupposita tñ manutenentia Dei, nunq̃ corrumpet̃. Si quia nec ab extrinseco, nec propter periodum. Si ergo iuxta sint necessariò corruptibilia, hoc est causa extrinseca: Porrò de Christo dico, ꝙ non solum non fuit necessarium corpus suum esse mortale, miraculum fuit ꝙ erat mortale: qm̃ nouo, ac speciali miraculo impediebatur redũdantia gloriæ aĩæ suæ ad proprium corpus, qua redundatia miraculosè subblata, corpus illud necessitatẽ habuit moriendi, presertim quia nec originalem iustitiam habuit anima Christi. Vnde nec anima perfectum habuit super illud corpus dominium, idcirco nõ poterat in corpore illo fieri restauratio perfecta deperditi per cõsumptionem alimenti.

Scotus



¶ Si autem objicias: qm̃ Christus optimè sciuit quantum erat necesse sumere ad perfectam deperditi restaurationem: dico, ꝙ q̃uis hoc sciuit: attamen duo sunt quare non sequit̃ hoc, utpotè debilitatio potentiæ nutritiuæ, atq́; impuritas alimenti, quod sumpsit. Vnde credo, ꝙ si Adã illo vsus fuisset, senio defecisset. Nã, & ex puriori meliorique alimẽto gñatur melior sanguis, ex sãguine quoq́; puriori solidior, ac ꝑmanẽtior caro. Ex alimẽto aũt corrupto, & ĩpurò gignit̃ caro fluida ualde. Impuritas ergo alimenti Christi, respectu alimenti Adæ, fuisset in Christo sicut in nobis causa corruptionis extrinseca.

Obiectio.

Dilutio.

¶ Sed quæri potest, Dato, quòd Christus habuisset esum ligni uitæ, fuissetne corpus ipsius incorruptibile? Dico, ꝙ non, si habuisset necessitatem moriendi intrinsecam: qm̃ oĩs uirtus naturalis sibi relicta, neque per donum aliquod p̃seruata, agendo in aliud materiale, repatitur, & debilitatur: imò intñ potest debilitari, ꝙ non sufficit agere ad conseruationem indiuidui sui, ut patet de uirtute nutritiua in nobis. Hæc Scotus.

Alia obiectio.

Responsio

¶ In quibus, ꝙ negat, omne generabile, & corruptibile certam habere suæ durationis periodum, est contra Aristotelem manifeste, cuius sententiæ uidetur alludere, qđ S. Iob dixit ad creatorem: Constituisti terminos eius, qui præteriri non potuerunt. Et qđ ait de lapide taliter posito, non uidetur quin tale mixtum in seipso habens aliquam mixtionis contrarietatem, ac materiam priuationi annexam, ex intrinsecis causis tandem corrumperetur. Cæterum, quòd affirmat corpus Christi fuisse immortale, & impassibile ex redundantia felicitatis animæ suæ in illud, nisi redundantia illa fuisset miraculosè retracta, & dilata, arbitror uerum. Nam, & Richardus fatetur, ꝙ mors Christi, quantum ad hoc fuit miraculosa, quòd redundantia illa fuit corpori Christi tam mirè subtracta Insuper reor, ꝙ corpus Christi non solum ex illa redundantia fuisset impassibile, imò & ex alijs causis, videlicet ex immediata, & hypostatica sua unione cum uerbo, ex qua unione maior, & forrior virtus inerat ei ad abijciendum, & euitandum omne nociuum, & corruptiuũ, quàm Adæ ex originali iustitia, esuq́; ligni uitæ. Deinde, quia humanitas illa assumpta ab exordio incarnationis sortita fuit dominium, & uirtutem super omne creatum, ut ei omnia deseruirent, parerent, subessent. Itemq́;, quia incomparabiliter maior fuit innocentia, iustitia, sanctitas, perfectio aĩæ Christi, quàm primi parentis: imò & originalis iustitia uirtualiter, eminenter, & transcendenter continebatur in pręacta aĩæ Christi perfectione, sanctitate, iustitia. Ex his inquantum fuisset impassibile, & immortale, corpus Chr̃i, nisi diuinę dispensationis mira moderatione, suspensæ fuissent causæ illæ ab influxu immortalitatis in corpus illud dominicum

Iob. 14.

## QVAESTIO. II.

Status hominis quatuor.

Consequenter hic quæritur, *Qualiter Christus aliquid accepit de quatuor statibus hominis, & specialiter de Christi tranfiguratione: an in ea fuit uera, & fixa glorificatio corporis.* ¶ De his quatuor statibus hominis ait magister in textu. Primus fuit status Adæ ante peccatum suæ transgressionis. Secundus post peccatum, & ante gratiam, id est, quousque pœnitendo gratiam obtinuit personalem. Tertius fuit sub gratia uiæ. Quartus adhuc durans in gloria patriæ. De primo statu Christus immunitatem peccati, id est, nostram naturam sine culpa: de secundo statu accepit pœnalitatem, imò multiplicem pœnam ipsamq́; mortem, & alios plures defectus non detractabiles neq́; culpabiles: de tertio plenitudinem gratiæ: de quarto non posse peccare, & beatificam uisionem

1

2

3

4

¶ Quæritur ergo, utrũ in uia: non obstante sui corporis passibilitate, & opacitate, habuit ea, quæ spectant ad corporis glorificationem, seu quatuor dotes corporis glorificati, quarum unam, uidelicet admirabilem claritatem, dicitur in transfiguratione assumpsisse, quando resplenduit uultus eius, ut sol. ¶ Et uidetur, ꝙ imò, q̃a in egressu ex clauso beatissimæ uirginis utero, uidetur dotem subtilitatis ad horulam assumpsisse: dotem quoq́; agilitatis, gradiendo super mare, seq́; cũ naue subito transferendo ad terram: dotem uerò impassibilitatis, in cœna porrigendo corpus suũ impassibile sanctis apostolis: dotem autem claritatis, in transfiguratione. ¶ Insuper decens ur̃ fuisse, ut sicut indesinenter fuit compręhensor in mente, ita ad horam esset glorificatus in corpore. ¶ Kursus, vt ait scriptura, Cœpit Iesus facere, & docere. Cum ergo docuerit futuram glorificationem electorum in corpore, & anima, in qua fulgebunt iusti sicut sol, apparet, ꝙ debuerit illam in seipso mõstrare, & exhibere. ¶ Item, cum ipse sit ueritas, non rectè sonaret, ꝙ trãsfiguratio, seu glorificatio illa fuisset tantum secundum imaginariam apparitionem.

Matt. 17.

Dotes glorificati corporis an Christus hic habuerit.

Actu. 1.

¶ In oppositũ, est quod opacitas, & passibilitas corporis mortalis, non uidentur simul stare cũ dotibus corporis glorificati: præsertim quoniam claritas illa transparentiam facit, & diaphaneitatem in corpore glorificato: ut communiter dicitur, & super quartum patebit. ¶ Ad hæc sanctus Thomas respondet: Claritas illa fuit uerè sensibilis in corpore Christi existens, ad ostensionem claritatis, quam ꝓmisit electis, dicens: Fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorum. ¶ Si autem objiciatur, ꝙ res dicitur transfigurari in id, quod non est secundum ueritatem, cum & Apostolus dicat, Sathanas transfigurat se in angelum lucis: præterea super illud Lucæ, Non gustabunt mortem donec uideant regnũ Dei, ait glossa Bedæ idest corporis glorificationem in imaginaria repræsentatione futuræ beatitudinis: quod autem imaginarium est, non in ueritate exhibetur. ¶ Dicendum, ꝙ figura dupliciter dicitur: primò. qualitas resultans ex terminatione quantitatis. Sicq́; Christus non dicitur transfiguratus: quoniam eadem corporis lineamenta manserunt in ipso. Cumq́; figura rei in signum ipsius ponatur, translatum est nomen figuræ, ut ponatur pro quolibet signo instituto ad aliquid designandum per assimilationem ad id, cuius est signum: quod fieri potest tam de eo, qđ est in ueritate, sicut una res est imago, seu figura alterius, ut Salomõ Christi: quàm de eo, quod in imaginatione est tantum, & sic Christus fuit transfiguratus: quoniam claritatem illam assumpsit ad tempus, in signum futuræ claritatis sanctorum. Beda quoq́; in Glossa prætacta uocat imaginatium: non solum, quod est in imaginatione, sed, & illud, quod est imago, & figura realis alterius. Deniq́; quoniam claritas illa Christi similis fuit claritati sanctorum, non erat corruptiua uisus intuentium, sed ipsum demulcens, cum sit alterius generis, quàm claritas naturalis.

In oppositum.

Thomas Aquinas.

Mat. 13.

2. Cor. 11.

Luc. 9.

Trãsfiguratus quõ dicatur Christus.

Beda.

¶ Nec obstat, ꝙ corpus Christi intus fuit opacũ, quia in superficiè fuit, quemadmodum æs in se opacum, fulget politum, præsertim lumine solis perfusum. Veruntamẽ claritas illa non fuit in Christo apparens ex alio corpore super ipsum lucente, sed miraculosè à Deo inducta. Porrò qđ super illud Marci,

Marci 9. Hierony. ci. Resplenduit facies eius, ut sol, scribit Hieronymus, Deus in hac uita tam clarum, quid facere non potest, uerificatur quantum ad hoc, ꝙ naturalis claritas huius vitæ non est proportionabilis claritati patriæ, quæ alterius est naturæ. Cæterum si quæratur, an Moyses, & Elias apparuerunt ibi in ueritate, Lucæ. 9. præsertim cum Glossa dicat super illud Lucæ, Apparuerunt cum eo Moyses, & Elias: sciendum, nō corpora, aut animas illorum ibi fuisse, sed in subiecta creatura corpora illa fuisse formata, & credi potest angelico ministerio factum, ut angeli eorū personas assumerent, ac præsentarent. Et respondēdū, ꝙ uterq; illorum uerè apparuit ibi, sed Elias in anima, & corpore. Moyses autem in anima tantum, qui potuit apparere i corpore assumpto, vt angeli, vel potuit in oculis intuentium facere aliquam speciem ipsum Moysen repræsentantem. Glossa autem Quæ Hugo de S. Victo. prætacta à magistris punctata est.

¶ Præterea si quæratur, an claritas illa extit gloriosa: Dicendum, ꝙ Hugo de sancto Victore, affirmat, ꝙ Christus adhuc passibile corpus gerens, successiuè assumpsit omnes proprietates, seu dotes corporis glorificati, sicut prætactum est: quod nequit intelligi, quantum ad ipsas qualitates, seu habitus corporis glorificati, cum sint contrariæ qualitatibꝰ passibilium corporum. Christus autem usq; ad resurrectionem habuit incessanter corpus passibile. Quòd autem corpus eius à discipulis edebatur illæsum, & integrum, non fuit ideo, quòd tunc uerè impassibile fuit: sed quoniam non in propria specie, sed informa panis, in qua, & fractio extitit, sumebatur. Quod ergo dicitur dotes taliter assumpsisse, intelligi potest, quo ad hoc, ꝙ actus illarum proprietarum fuerunt in eo, non quidem procedentes ex formis habitualiter inhærentibus, sed supernaturaliter diuino miraculo, ut diuinus. Dionysius ad Gaium scribit Nihilominus fulgore ille in Dionysius ad Gaiū corpore Christi uerè apparens, fuit eiusdem generis cum fulgore corporum glorificatorum, quamuis non ita perfectus, quemadmodum charitas uiæ assimilatur charitati patriæ. In Moyse uerò fuit claritas solum similis claritati patriæ, non generis eiusdem existens, sicut fides assimilatur beatificæ uisioni: ideo intuentium offendebat aspectum, nō claritas Christi. Nam anima Christi glorificata iā erat, quo ad uires superiores, non anima Moysi. Non tamen claritas illa corporis Christi fuit ex gloria Claritas vultus Moſi quare terrebat. & non Christi. animæ eius: quoniam anima eius adhuc fuit passibilis, inquantum passibilis corporis forma, ideo gloriam non transfundebat in corpus. In uestibus uerò apparuit claritas ex corporis claritate procedens. Hæc Thomas in Scripto.

¶ Cuius penultimo uerbo objici potest, quia (vt patuit) hoc diuino miraculo contingit, ꝙ gloria anima Christi non redundauit in uita hac in corpus animæ. Rursus beatitudo, & gloria animæ Christi adhuc in corpore suo passibili, ineffabiliter maior, exhuberantior, & efficacior fuit ad redundandū in corpus, quàm post resurrectionem in alijs, erit beatitudo, & gloria ad deriuandum se in corpora eorundem. Veruntamen non dico, ꝙ dotes corporū art. 2. glorificatorum, erunt effectiuè à gloria animarum, & de hoc suo loco dicetur. ¶ Amplius in 3. parte, qnæ. 45. Claritas, inquit, quam CHRISTVS in trāsfigurationem assumpsit, fuit claritas gloriæ quantum ad essentiam, non quantum ad modum essendi. Claritas namq; corporis glorioſi, deriuatur ab aīæ claritate, sic & claritas corporis Christi in transfiguratione deriuata est, & ab eius deitate ſm Damascenum, & à gloria animę eius: imo, ꝙ à principio conceptionis Christi in uirgine, claritas animę suæ non redundauit in corpus, diuina dispensatione peractum est, quatenus in corpore suo passibili expleret nostrę redemptionis mysteria: non tamē per hoc ablata est Christo potestas deriuandi gloriam animæ suæ ad corpus: idcirco hoc fecit i trāsfiguratione, quantum ad claritatem: aliter tamen, quàm in corpore glorificato: quia in corpore glorificato redundat claritas ab anima, sicut qualitas permanens ipsum corpus afficiens firmiter inhęrēdo: ꝓp quod corporaliter fulgere, non est miraculosum in corpore glorioso. Ad corpus uerò in trās figuratione derinata est claritas à diuinitate ꝓ modum passionis transeuntis, sicut dum aer illumina tur à sole. Ideo fulgor ille in corpore tūc apparēs, fuit miraculosus, sicut, ꝙ ambulauit sup undas ma- Matt. 14. Marci. 6. Iohan. 6. ris. Iō non est dicendum sicut Hugo ponebat, qđ Christus assumpsit quatuor dotes: qm̄ dos nominat qualitatem in corpore glorioso fixè manentē. At uerò Glossa prætacta, quæ dicit in Christi transfiguratione non apparuisse personaliter Moysem, & Eliam, sumpta est ex libro, qui intitulatur de mirabilibus sacræ scripturæ, qui liber non extat authenticus, sed falsè ascribitur Augustino. Hieronymus Hieron. nāq; eui dēter testat, ꝙ uerè apparuerūt, Elia descēdente de cælo, quò ascenderat, puta de cælo aereo, seu terrestri paradiso, & Moyse ab inferis resurgēte. Hęc Thomas in Summa. In quibus fatetur claritatem illam corporis Christi in transfiguratione ēt ab eius anima redundasse. Porrò quod animā Moysi ait Hieronymus tunc ab inferis resurrexisse, asserit Thomas non ita intelligendum, ꝙ propriū corpus resumpsit, sed sicut expressum est. Veruntamen: Hieronymus etiā in sermone de assumptione gloriosissimæ uirginis satis insinuat, se sensisse, ꝙ Deus tunc ad horam corpus Moysi suscitauit.

¶ Deniq; dictis Thomæ consonat Petrus. Richardus

¶ Richardus quoq; sequitur rōnionem Thomæ in Scripto, dicens, ꝙ claritas illam in corpore non fuit ex redundantia gloriæ animæ eius in illud, sed sicut oñsum est, responsio Thomæ in Sūma de hoc, rationabilior comprobatur. ¶ Porrò Vdalricus: Hęc, inquit, claritas corporis Christi fuit à principio intrinseco, qa diuinitas immediatè ꝓ corpus resplenduit, & claritas, quæ in diuinitate est, spiritaliter fuit recepta in corpore, ſm ipsius corporis capacitatem, & passibilitatē, utpotè corporaliter, & ex splendore corporis uestes radiabāt. Claritas verò corporis Chri multum uicit solis claritatē, quēadmodū, & in die iudicij tanta erit, ꝙ eius cōparatione, & pordinatione sol obscurandus asserit. Origenes Origenes quoq; fateť, ꝙ Moyses tūc cū Elia apparēs, orauit pro populo suo: rediensq; ad limbum, nunciauit patribus, quæ consp exit, Hac Vdalricus.

¶ Verum, ꝙ ait claritatem illam corporis Christi Diony. contra Vdalricū. claritate solis fuisse maiorem, non est certū: imo Richardus, & alij qđā affirmāt, qđ nō fuit ita intēsa, nec claritas glorioſa, sed figura illius, atq; imago. Alexander autem, Bonauent. & Alb. de hac materia non conscribunt hoc loco, nec Scotus. ¶ Portò Durandus Durandus: Qualitas, agit, glorioſa non differt specificè à qualitate non glorioſa, sed solum ſm causam: qm̄ scriptum est, Fulgebunt iusti sicut sol. sed Matt. 13. similitudo non est differentium specie: ergo cū qualitas glorioſa similis sit futura claritati non glorioſæ, oportet, ꝙ sit eiusdem speciei cum ea. Scdò, quia si claritates istæ different specificè, una non notifica reť per aliam. Tertiò, sicut se habet uisus ad uisum, ita



ita claritas ad claritatem, sed uisus hoīs glorificati, & uisus hoīs non glorificati, eiusdem sunt rōnis: ergo claritas glorificati, & non glorificati, non differunt specie, sed solum ſm causam: qm̄ claritas naturalis sequitur principia constituentia corpus lucens, claritas autē glorificati, est à redundātia gloriæ aīæ in corpus, ut alij dicunt, uel potiùs à diuina Diony. contra Durandū uirtute.

¶ Verum ista patiuntur instantiam, & quicquid sit de conclusione præmissæ nullius uigoris sunt, Etenim simili modo argui posset, ꝙ homo, & angelus unius consisterent speciei: quoniam de hominibus in euāgelio ait saluator: Erunt sicut angeli Dei, Matt. 19. imò, ꝙ homo, & bestia nō differunt specificè, cum dicat psalmista: Similis factus sum pelicano solitu- Psal. 101. dinis. Itaq; similitudo in accidentalibus pōt eē differentium specie. ¶ Præterea, si secundum concluderet argumentum, sequeretur, ꝙ non solum aīa rōnalis, & intelligentia, uisibilia quoq;, & inuisibilia essent speciei unius, sed etiā creator, & creatura, cum ex creaturis cognoscatur creator, & ex uisibilibus inuisibilia, atq; ex natura animæ rōnalis, substantia separata. Sic & tertium argumētum monstrat inualidum, cum eadem potentia sit contrariorum. Insuper dicit, ꝙ claritas transfigurationis fuit glorioſa, quo ad essentiā suam, & causam, non quantum ad modum: quod quamuis sit uerum iuxta introducta ex Thoma: non tamen ob causam, quam reddidit, dicendo: Quoniam claritas glorioſa non differt specie à claritate naturali.

## Si omnis Christi oratio, vel voluntas expleta sit. Distin. XVII.

POst prædicta considerari oportet, vtrum Christus aliquid voluerit, vel orauerit, quod factum non sit. Hoc enim æstimari potest per hoc, quod Matt. 26. ipse ait: Pater, si possibile est, transeat à me calix iste. Veruntamen non quod ego uolo, sed quod tu uis. Hic namque uoluntatem suam à patris voluntate discernere videtur.

### De voluntatibus Christi secundum duas naturas.

Quocirca ambigendū non est, diuersas in Chro fuisse volūtates, iuxta duas naturas, diuinā. s. uoluntatem, & humanam. Humana voluntas est affectus rōnis, vel affectus sensualitatis: & alius est affectus aīæ ſm rōnem, alius ſm sensualitatem, uterq; tū dr humana voluntas. Affectu aūt rōnis id uolebat, qđ uoluntate diuina, s. pati, & mori. sed affectu sensualitatis non uolebat, imò refugiebat: nec tamen in eo caro contra spiritū, Deū concupiscebat: quia ut Augustinus ait, Nonnullū est uitium cum caro concupi- Augustſ. Gala. 5. * animam scit aduersus spm̄. Caro aūt dicta est cōcupiscere, qa hoc ſm ipsam agit * aīa, sicut aīa per aurem audit, & per oculū uidet. Caro eñ nihil nisi per aīam concupiscit. Sed concupiscere dr, quum aīa carnali concupiscentia spiritui reluctaī, habens carnalem delectationē de carne, & à carne aduersus delectationem, quā spūs hēt. Ipsius aūt carnalis cōcupiscentiæ cā, non est aīa sola, nec in carne sola ex utroq; delectatio talis non * sē- * sequitur tit. Talis ergo rixa, talisq; concertatio in aīa Chri nullatenus esse potuit, quia carnalis cōcupiscentia ibi esse nequiuit. Dei ēt uoluntas erat, & rōni placebat, ut illud ſm carnem uellet, quatenus ueritas humanitatis in eo probaretur. Nam qui hoīs naturā susc epit, q̄ ipsius sunt subire debuit. Ideoq; sicut in nobis duplex est affectus, mentis. s. & sensualitatis: ita, & in eo debuit esse geminus affectus, ut mētis affectu uellet mori, & Iob. vlti. sensualitatis affectu nollet, sicut in uiris sanctis fit. Petro eñ ipsa ueritas dicit: Cum senueris extendes manus tuas, & alius pręcinget te, & ducet te, quò non uis, s. ad mortē. Aug. super Iohan. Quod exponens Augustinus, dicit, ꝙ Petrus ad illam molestiā nolens est ductus, nolēs ad eā uenit, sed uolens eam uicit, & reliquit affectū infirmitatis, quo nemo uult mori: qui adeo est naturalis, ut eum Petro nec senectus abstulerit. unde ēt dominus ait: Trāseat à me calix iste. sed uicit eum uis amoris. Ergo, & in Chro ſm humanitatē, & in mē Matt. 29. bris eius geminus est affectus: & Vnus rōnis, charitatis informatus, quo propter Deum quis mori uult: alter sensualitatis carnis infirmitati ꝓpinquus, & ideo ei cōiunctus, quo mors refugit. Vt eñ Augustſ. ait, Paulus mentis rōne cupit dissolui, & esse cum Christo, Phil. 1. sensu autem carnis refugit, & recusat. Hoc habet humanus affectus: quoniam, qui diligit uitam, odit mortem. Secundum istum affectum, Christus mori noluit, nec obtinuit, quod secundum istum affectum petiit.

### Auctoritatibus probat diuersas in Christo voluntates.

Ex affectu ergo hūano quē de uirgine traxit, uolebat nō mori, & calicē trāsire orabat. Vñ Beda: Orat trāsire calicē, qa hō erat, dicēs: Pr̄, trāseat à me calix iste. Ecce habes Beda. volūtatē hūanā expressam. Vide iā rectū cor: Sed non quod ego uolo, sed quod tu uis. Vnde alibi: Nō uenı facere uoluntatem meam, quam. s. tēporaliter sumpsi ex uirgine: Iohan. 6. sed uoluntatem eius, qui misit me, quam scilicet æternus habui cum patre æterno. Hic Hieror. apertè dicit duas in Chro fuisse uoluntates, secundū quas diuersa uoluit. Hieronymus

quoq; super illum locum, Spiritus promptus est, caro autē infirma, dans intelligi hic
Mare. 14. duas voluntates exprimi, ita ait: Hoc contra Euticianos, q̄ dicunt in Christo unam tm̄ uoluntatem. Hic aurem ostendit humanā, quæ propter infirmitatē carnis recusat pas-
Aug. sup psal. 3 sionem: & diuinam, q̄ prompta est perficere dispensationem. Augustinus etiam duas in Christo asserit uoluntates, dicens: Quantum distat Deus ab homine, tm̄ uolūtas Dei à voluntate hominis. Vnde hominem Christus gerens, ostendit ptiuatam voluntatem quandam hominis, in qua, & suam, & nostram configurauit, qui caput nostrū est, & ad eum sicut membra pertinemus. Pater, inquit, si fieri pōt, transeat à me calix iste. Hæc humana uoluntas erat proprium aliquid, & tanquam priuatum uolens. Sed q̄a rectū uult esse hominem, & ad Deum dirigi, subdit: Non q̄d ego uolo, sed q̄d tu uis. Ac si dicere, Videte in me, quia potes aliquid propriū uelle, ut Deus aliud uelit. Concedit hoc
Sup psalmum. 33. humanæ fragilitati. Idem alibi. Christus in passione duas expressit uoluntates in se f̄m duas naturas. Ait enim: Pater, si fieri potest, transeat à me calix iste. Ecce habes hominis voluntatem, quam ad diuinam cōtinuo dirigens, ait: Veruntā non sicut ego uolo, sed
Ambro. li. 3. de trini. sicut tu. Ambrosius etiam in libro tertio de Trinitate: Scriptum est: Pater, si fieri pōt, transfer à me calicem hunc. Verba Christi sunt. Sed quomodo, & in qua forma dicantur, aduerte. Hominis substantiam gerit, hominis assumpsit affectum. Non ergo quasi Deus, sed quasi homo loquitur. Suscepit quidem uoluntatem meam. Mea est uolūtas,
Iohan. 17. quam suam dixit, cum ait: Non sicut ego uolo, sed sicut tu uis. Cum autem dixit, Oīa quę habet pater, mea sunt, quia nihil excipitur sine dubio, quam pater habet, eandem, & filius habet voluntatem. Eadem est Christi voluntas, quæ paterna. Vna ergo uoluntas est patris, & filii. Sed alia est uoluntas hominis, alia Dei, ut scias uitam in uoluntate esse hominis: passionem autem Christi in uoluntate diuina, ut pateretur pro nobis. His testimoniis euideter docetur, in Christo duas fuisse voluntates: quod quia negauit Macharius archiepiscopus, in Constantinopolitana synodo condemnatus est. Et ex affectu humano sensualitatis quidem, non rōnis, illud uoluit, & petiit, quod nō impetrauit. Nec ideo petiit, ut impetraret, quia sciebat Deum non esse facturum illud: nec fieri volebat affectu rationis, uel uoluntate diuinitatis. Ad quid ergo petiit? Vt mēbris formam præberet, imminente turbatione clamandi ad dominum, & subiiciendi uoluntatem suam diuinę noluntati: ut si pulsante molestia tristentur, pro eiusdem amotione orent: sed si nequeunt uitare, dicant, quod ipse Christus. Non ergo ad insipientiam fuit, quod Christus clamans non exauditur ad salutem corporalem. Bonum quidem petijt, scilicet, ut non moreretur: sed melius erat, ut moreretur, quod, & factum est.

## *De eo, quod Ambrosius dicit Christum dubitasse affectu humano.*

Ambro. li. 3. de trini. Cæterum non parum nos monent uerba Ambrosii, quibus significare uidetur Christum secundum humanum affectum de patris potentia dubitasse, sic dicens in libro tertio de Trinitate: De quo dubitat? de se, an de patre? De eo utiq;, cui dicit, transfer, dubitat hominis affectu. Nam Deus non de patre dubitat, nec de morte formidat. Pro-
Psal. 134. pheta etiam non dubitat, qui nihil Deo esse impossibile asserit: Omnia quæcunq; uoluit fecit. Num infra homines constitues Deum? Propheta non dubitat, & filium dubitare tu credis? Vt homo ergo dubitat, ut homo locutus est. His uerbis innui uidetur, q̄ Christus non inquantum Deus, uel Dei filius, sed inquantum homo, dubitauerit affectu humano. Quod ea ratione dictum accipi potest, non quia ipse dubitauerit, sed quia modum gessit dubitantis, & hominibus dubitare uidebatur.

## *Verba Hilarij, longe diuersam exprimentia sententiam à præmissa.*

Hilarius lib. 10. de Trinita. Illud etiam ignorandum non est, quod Hilarius asserere uidetur, Christum non sibi, sed suis orasse, cum dixit: Taransfer à me calicem hunc, sicut nec sibi, sed suis timuit. Nec eum uoluisse, ut sibi non esset passio, sed ut à suis transiret calix passionis, ita inqui-
Iohan. 13. ens: Si passio honorificatura eum erat, sicut Iuda exeunte ait, Nunc honorificatus est filius hominis: quomodo tristem eum metus passionis effecerat, nisi forte tam irrationabilis fuerit, ut pati mortem timuerit, quæ patientem se glorificatura esset? Sed fortè timuisse usq; eo æstimabitur, ut transferri à se calicem deprecatus sit, di-
Marc. 14. cens: Pater, transfer calicem hunc à me. Quomodo enim per patiendi metum transferri deprecaretur à se, quod per dispensationis studium festinaret implere? Non enim conuenit, ut pati nolit, qui pati uenit: & quum pati eum uelle cognosce-



res, religiosius fuerat hoc confiteri, quàm ad id impię stultitiæ prorumpere, vt eum asse
reres ne pateretur orasse, quem pati velle cognosceres. Non ergo sibi tristis, fuit, neq; si
bi orat transire calicem, sed discipulis, ne in eos calix passionis incūbat, quē à se transire
orat, ne in his. s. maneat. Non em̄ rogat ne secū sit, sed ut à se transeat. Deinde ait: Nō si
cut ego uolo, sed sicut tu uis, humanæ in se solicitudinis significans consortium, sed nō
discerneus sententiā sibi coīs cum patre uoluntatis. Pro hoībus ergo uult trāsire calicē,
per quem oēs discipuli erant tentandi, & ideo pro Petro rogat, ne deficiat fides eius. Lucæ. 22.
Siens ergo hęc oīa post mortem suam desitura, usq; ad mortem tristis est, & scit hunc
calicem non posse transire nisi biberit. ideo ait: Pater. mi, si non potest transire calix iste,
nisi bibam illum, fiat uoluntas tua. sciens in se consummata passione metū calicis tran Matt. 26.
siturū, q̄ nisi eū bibisset, transire nō posset: nec finis terroris, nisi consummata passione,
terrori succedere. q̄a post mortem eius per uirtutū, gloriam, apostolicæ infirmitatis scā
dalum pelleretur. Intende lector his verbis pia diligentia, ne sint tibi uasa mortis.

Summa distinctionis. XVII.

IN præhabita distinctione tractauit Magister de Christi passione; hic in sequētibus distinctionibus loquitur de quibusdam, de q̄bus in descriptione dn̄icæ passionis mentio fit, vtpotè de Christi voluntate, oratione, ac merito. Et quia in euāgelio insinuat diuersa, multiplexq́; voluntas in Christo, & (ut apparet) quasi inuicem aliquo modo contraria, idcirco de hac varietate, & distinctione voluntatum in saluatore, hic tractat Deiñ circa hæc difficultates immiscet, quæ ex verbis oriunt̄ sanctorū, & eas determinat: & quæ ab inuicem discordare vīr, concordat.

### QVAESTIO. I.

Dionysius HIc quæritur primò, *Verum in Christo sit uoluntas diuersa inuicemq́; uoluntaria.* ¶ Videtur, q̄ non sit in eo diuersa, multiplèxve voluntas, quia ut S. Dionysius tradit, In oīente perfecto sunt, esse, posse, & agere, & ipsum posse, sequitur esse: sed in Christo nō est nisi vnum esse personale, & actuale, ergo, & unum posse duntaxat. Cumq́; uoluntas sit potentia, sequitur, q̄ in Christo sit tm̄ una uolūtas. ¶ Secundò, ex potentia oritur actio, agere uerò est suppositorum. Cum ergo in Christo non sit nisi vna persona, non erit in eo nisi actio una, & una potentia. ¶ Conformiter argui potest, q̄ in Christo non sit duplex voluntas, sicut & duæ naturæ.

¶ Circa hæc scribit Albertus: Magister in litera ponit trimēbrem diuisionem uoluntatum in Christo, uidelicet voluntatem diuinam, voluntatem rationis (id est, uoluntatem rōnalem, seu intellectiuā) & uoluntatē sensualitatis ideſt appetitū sensitiuum, qui in concupiscibilem, irascibilemq́; diuidit. Quæ diuisio potest sic ad bimembrem reduci. Voluntas Christi, aut est diuina, & increata, aut creata, atque humana. Humana quoq;, aut est sensualitatis, aut rationis. Voluntas etiam rationis, aut est naturalis, aut deliberatiua. De uoluntate tamen rationis naturali, mentionem non agit: quia à voluntate deliberatiua non differt realiter, sed est eadem potētia diuersimode considarata. Nēpe, q̄ naturalis dī, seu natura, hoc contingit cuilibet potentiæ animæ rationalis, inquantum natura est hominis. Potentiæ autem naturales, q̄uis insint secundum diuersas partes naturæ, tamen referuntur ad unum, quod est subiectū, ideo denominatum ab eis non est nisi unū. Propterea Christus non est nisi unus volens, quamuis modis pluribus, ac uiribus uelit: quoniam uolens, significat eum, qui uult, non radicem uolendi in qua fundatur illa potētia, diuersitas uerò voluntatū, cognoscitur per diuersitatem uolitorū. Hinc alter est in formis determinantibus totum, & aliter in naturalibus uiribus: quoniam formæ, quæ sunt in toto, nequeunt plures vnius rationis inesse. Verum in potentijs naturalibus secundum unam rationem communem non specialem, possunt plures potentiæ vno nomine appellari. Si autem obijcias, Obiectio. Dionysius quia (ut diuinus Dionysius protestat) actio Christi nūcupatur theandrica, id est, Dei uirilis, sicq; uidetur, q̄ in omni Christi actione concurrit aliqd Dei, & aliquid viri, ergo omnis talis actio fuit composita, nulla simplex. Et respondendum, q̄ in Christo sunt plures, destinctæq́; actiones: non in comparatione ad agentem, quasi Christus sint plures agentes: sed quo ad rationem, uel radicem agendi, quia aliquando egit, ut Deus, quandoq;, ut homo: semper tamen egit, ens Deus homo. Hinc in uerbis prę Dilutio. tactis sanctus Dionysius considerauit agens, ut agens. Damascenus uerò, dicens in Christo duas actiones, sicut & duas naturas, considerauit ipsas actiones in comparatione ad potentias inclinantes Damasc. ad actum. Deniq; hoc ipsum, quod agens fuit uerus Deus, & homo, facit, q̄ inclinans ad actum fuit Deus, puta uoluntas incerta: & uoluntas creata facit omnem Christi actionem nobis salubrem. Nam, & dum comedit, bibit, dormiuit, verum erat, quòd Deus hoc facit, qui pro nostra salute omnia egit. Hæc Albertus.

¶ Qui insuper quærit, An sit aliqua sensualitatis voluntas, Respondet, Voluntas sumitur largè, & strictè. Strictè ergo non dicitur nisi motus, & appetitus rationalis, propter quod in Topicis, ait philosophus, Omnis voluntas in ratione est. Tertio quoque de anima, In ratione uoluntas est, in irrationali autem desiderium. Largè uerò appetitus sensualitatis humanæ, uocatur uoluntas: sed penitus abusiuè, appetitus brutorum uoluntas uocatur. Propter quod asserit Damascē. Voluntas rationalis est. & si non est rationalis, non est uoluntas. Voluntas namque designat id, quod liberum extat in anima, ideo natura sensitiua, q̄næ magis agitur imperio rationis alterius, aut instinctu naturæ, quàm agat, non potest propriè appellari uoluntas.

¶ Præterea si, quæratur, An uoluntas humana in CHRISTO fuit aliquo modo contraria uoluntati diuinæ, uel potiùs ei conformis per omnia, & utrum aliqua uoluntas rationis in CHRISTO non habeat affectum. Quæstio.

¶ Videtur, quod imo. Quoniam contrarietas appetituum in anima, non est ex hoc, qu̇ ipsi appetitus sunt in nobis naturæ contrariæ, ut Manichæi dixerunt, ponentes appetitum rationalē creatum à principio lucis, alterum à principio tenebrarum: ergo est ex oppositione uolitorum, quæ oppositio inducit in nobis pugnam carnis, sensitinęq; partis animæ cōtra rationem superiorem: igitur in

Christo fuit huiusmodi pugna. ¶ Præterea, dictum est, quòd etiam ratio, & quæcunq; uis animæ, potest considerari natura, sicq; dolet incommoda. Cum ergo in Christo fuerit ratio, ut natura, uidetur, ꝙ uoluntate rationis uoluerit, quod non voluit voluntate diuina, neq; est consecutus.

Respõsio. ¶ Respondeo huic obiectioni, consentiendo, qđ Christus voluntate rationis secundum quod natura est, appetijt aliquid, quod consecutus nõ est, atq; orauerit aliquid, quod ei datum non est: quia appetijt, & orauit hoc, non ex deliberatione id uolés, sed magis, ut nostram infirmitatem, & suæ humanitatis veritatem ostendens, secundum qđ suis dixit discipulis: Spiritus quidem promptus est, caro aũt infirma. (Matt. 26. car. 14.) ¶ Ad obiectum dicendum, qđ non est cõtrarietas pugnę, nisi inter quæ est resistentia pertinax, sicut in nobis, in quibus appetitus infirmitatis carnalis confortatur ex fomite, atq; interdum ex reliquiis uitiorum, quod in Christo non fuit: iõ uoluntas infirmitatis, seu appetitus sensitiuus ultra naturalia non est progressus. & in his se tantum ostendens ad naturæ demonstrationem, nõ ad hoc, ut pugnaret contra rationem, quam uoluntatẽ Antisiodorensis, & alij quidam antiqui uocant velleitatem, non uoluntatem perfectam. ¶ Alij soluũt, dicentes, quòd inter hæc non sit contrarietas: qm̃ contraria nata sunt fieri circa idem, sensualitas aũt, & ratio non sunt circa idem, ut idem. Sed hoc nihil est, quia secundum hoc, nec in nobis esset huius cõtrarietas pugnæ. Hinc dicendum, quod cõtrarietas huius pugnæ est ex contrarijs uolitis, totam animã ad se trahere nitentibus, quæ uolita quamuis quandoq; non sint contraria in substantia, attamen per adiunctum existunt contraria, puta per rationem, ita, quòd unum est uolitum, ut honestum, alterum verò, ut turpe.

¶ Ex quibus patet solutio huius, An aliquid voluit Christus, quod non est factum. Et apparet, quod non: quia uoluntas sua creata fuit omnino conformis uoluntati diuinæ, quam certum est esse omnipotentem, atq; in omnibus adimpletam. (Hebræ. 5) Vnde, & Apostolus: In omnibus, inquit, exauditus est pro sua reuerentia.

¶ In contrarium est, quod orauit calicem passionis transferri à se, qui non fuit translatus. Et quod ait in psalmo: (Psal. 21.) Deus meus, clamabo per diem, & & non exaudies.

¶ Respondendum, plures sunt Christi uoluntates. & quicquid uoluit uoluntate beneplaciti diuini, secundum naturam diuinam, hoc factum est: similiter quicquid uoluit uoluntate rationis deliberatiuæ, sed non quicquid uoluit voluntate affectus naturalis, & sensitiui. ¶ Ad obiectum dicendũ, qđ quadruplex est conformitas, quas nostra uoluntas voluntati conformatur diuinæ. (Voluntas q̃ sit cõformis diuinę voluntati.) Prima est in uolito, & hæc est secundum materiam, estq; minima, vt scilicet velimus, quod Deus uult: & ista non efficit meritum sp, quia interdum vult aliquis uitiosè, qđ Deus uult sanctè, ut mortem alicuius hominis boni. Scđa est secundum formam uolẽdi, ut dũ ex charitate uolumus quod uult Deus. Et hæc efficit meritum, quamuis quandoq; nõ uelimus, qđ Deus vult, ut patuit circa finem primi Sententiarum. Tertia est in fine uolendi, ut uelimus propter id, propter quod uult Deus, videlicet propter gloriam eius, & ista conformitas consistit laudabilis, & facit ad meritum, etiam si sit difformis à uoluntate Dei in materia uoliti, ut si ad gloriam Dei velim uiuere aliquem iustum prelatum, quam Deus uult mori. Quarta conformitas est in causa uolendi efficiente, ut dum volo id, quod uult me uelle. Sicq; Deus uoluit Christum horrere, & aliquo modo mortem nolle uoluntate naturali, sensitiuoq; appetitu, & de his dictum est pleniùs circa finem primi. Hæc Albertus. ¶ Quibus per omnia concordat Vdalricus (Vdalricus lib. 6.) in Summa sua libro sexto: Rationale, inquiens, dupliciter dicitur, utpotè essentialiter. sicq; unius hominis non est nisi una voluntas, quæ est uoluntas rationis, & à Damasceno, diuiditur in θέλησιν, id est, voluntatem naturalem, & βούλησιν, id est, uoluntatem deliberatiuam, seu rationalem. (Volũtatẽ quõ diuidat Damascenus.) Secundò dicitur aliquid rationale participatiuè, sicq; appetitus sensualitatis, ut regitur per uoluntatem, ratione di rectam, uocatur uoluntas ab Augustino, Ambrosio, Beda.

¶ Denique, quàmuis uoluntas naturalis, & uoluntas sensualitatis in CHRISTO discordabant à uoluntate diuina in uolito mortem horrendo, ac fugiendo: non tamen fuerũt oppositæ uoluntati diuinæ, nec caro, aut sensualitas Christi aduersus spiritum concupiuit: quoniam contrarietas, & conformitas uoluntatum non attẽditur penes materiam actus, qui est actus obiectum, utpotè volitum. sed penes ipsos actus. Nẽpe si actus unius uoluntatis est volitum alterius, illæ uolũtates licet opposita uelint: non sunt tamen oppositæ, nec discordes, sicut uolitum concors est uoluntati, cuius est volitum illud. Si uerò actus uoluntatis unius displiceret alteri uoluntati, illæ uoluntates quamuis idẽ uellent, essent contrariæ, quemadmodum Iudęi voluerunt Christum occidi, quod etiam uoluit Deus: (Voluit Deus Christũ moris, & Iudæi quõ itelligatur.) & tamen illorum uoluntas extitit displicens Deo, & eius uoluntati contria, quia non uoluerunt id, quod Deus voluit eos uelle. ¶ Porrò in Christo voluntas diuina increata, & item uoluntas rationis deliberatiua, uolueru nt, ut sensitiua pars, & naturalis volũtas animæ Chr̃i haberẽt actus, & motus quos habuerunt: naturalis namq; uoluntas rationis non respicit nisi bonitatem, aut malitiam rei in se, & nõ per relationem, ordinemq; in finem. hoc. n. est rationis. Idcirco cum uita Christi in se optima fuerit, & eius corruptio mala secundum se, naturalis illa voluntas uoluit eius conseruationem. Hæc Vdalricus, qui de his plura conscribit, sed in præinductis verbis Alberti sententialiter sunt contenta.

¶ Insuper scripta Thomæ his cõsonant: (Thomas Aquinas.) In Chr̃o, inquientis, sunt duæ naturę perfectæ, diuina uidelicet, & humana, & humana natura in multas partiales naturas diuiditur, ut in naturam corporis, & animæ, in naturam sensitiuam, intellectiuam. secundum hoc uoluntas humana in plures diuiditur, sicut iam patuit. Sunt ergo in Christo voluntas diuina, & humana, non quasi unam uoluntatem componentes, aut constituentes, ut Eutices dixit hæreticus. imò sic neutra earum esset in Christo, sed tertia quædam. Ideo utraque illa manet in Christo distincta. ¶ Sed obijci potest, (Obiectio.) quia uoluntas sanctorum dicitur una cum voluntate diuina, cum & Apostolus dicat: Qui adhæret Deo, unus spiritus est. (1. Cor. 6. Dilutio.) ¶ Dicendum, quod voluntas tripliciter sumitur: primò, pro potentia volẽdi: secundò, pro actu volendi: tertiò, pro uolito. sicq; voluntas sanctorum est vna cum voluntate diuina, non primis duobus modis.

¶ Amplius si quæratur: (Quæstio.) Vtrum uoluntas humana in Chr̃o semper conformabatur volũtati diuinæ in volito. ¶ Dicendum, qđ (Responsio.) cum uoluntas sequatur rationem, processus voluntatis ꝓportionantur ꝓcessui rationis. Non autem habet aliquod principiũ per se notum, ad quod reso luendo reducit id, cuius quærit cognitionem: quo facto, habet certam rei notitiam, atque sententiat, quod sit ita. Sed antequam ad istud reducere valet, mouetur quibusdam verisimilitudinibus, quibus si detineatur, decipitur tanquam certis: si uerò illis non detineatur, habet opinionem vnius partis cum formidine alteriùs. Finis autem (vt dicitur septimo Ethicorũ) habet se in voluntarijs, sicut principium in speculatiuis. Hinc quãdo voluntas reducit aliquod speculabile in finem, in quo quiescit totaliter, tunc sententialiter illud acceptat: si uerò reducat in finem, in quo non totaliter quiescit, trepidat inter utrumque. Porrò si consideretur hoc, quod est ad finem sine ordine ad finem, mouetur uoluntas in illud secundum bonitatem, aut malitiam, quam absolutè inuenit in eodem. Verum, quia voluntas non sistit in motu, quem habet circa huiusmodi, cum non feratur in ea sicut in finem, ideo non sententiat finaliter de illis secundum motum præfatum, quàm diu non considerat finem in quem ordinat illud: propter quod non simpliciter non vult illud: sed vellet, si nil repugnans inueniretur. Voluntas autem, ut natura, mouetur in illud simpliciter: ideo nisi per rationem ordinetur in aliquid aliud, acceptabit illud absolutè, & erit illius tanquam finis. Si autem ordinet in finem, non acceptabit aliquid absolutè circa hoc, quousque perueniat ad ipsius finis considerationem, quod facit voluntas, ut ratio. Patet ergo, quod voluntas, ut natura, imperfectè vult aliquid, & sub conditione, nisi feratur in ipsũ sicut in finem. Eorum verò, quæ ordinantur in finem, voluntas, vt ratio, habet vltimum iudicium, ac perfectum iudicium. His uisis, patet qualiter voluntas rationis in Christo conformatur uoluntati diuinæ in volito: quia voluntas, ut natura, nunquam in Christo mouebatur in aliquid sicut in finem, nisi quod Deus vult. Cumq; voluntas, ut ratio, nunquam moueatur in aliquid nisi ex ratione finis, constat, quòd uoluntas quoque, ut ratio, cõformabatur uoluntati diuinæ in volito. Sed uoluntas, ut natura, mota in aliquid non sicut in finem, quod in se consideratum, non ita se habet in bonitate, seu malitia, sicut consideratum in ordine ad finem, non conformabatur uoluntatati diuinæ in uolito. Sic namq; Christus uolebat non pati, quod tamen voluntas diuina voluit uelle voluntatem, ut est natura. Conformitas quippè in uolito, non facit rectitudinem voluntatis, sed quæ est in modo uolendi, & in causa finali, & in causa efficienti, sicut expositum est.

Quæstio. ¶ Denique si quæratur, An voluntas sensualitatis in Christo fuit contraria uoluntati rationis.

Responsio. ¶ Dicendum, quod pugna, seu contrarietas sensualitatis ad rationem, in nobis causatur ex tribus. Primò, ex diuersitate volitorum: secundò: quoniam sensualitas fertur in suum volitum effrenatè: tertiò: quoniam actum rationis impedit, aut retardat partim sine totaliter, quæ duo ultima constat nunquam in Christo fuisse, sed primum horum aliquo modo in Christo erat iuxta modum expressum: quod tamen (ut patuit) conformitatem præfatam non impediuit simpliciter. Nec uoluntas animæ Christi fuit sibijpsi contraria. Nam quamuis volebat secundum voluntatem rationis diuersas, inquantum uoluntas, ut natura, & uoluntas, ut ratio, uolębant diuersa: non tamen uno modo, sed unum absolutè, & alterum sub conditione. Contrarietas autem in actu, & habitu, est ex contraria ratione obiecti. Hæc Thomas in Summa.

¶ Insuper in tertia parte, quæstione decima octaua: (Tho. ad artic. 1.) Quidam, inquit, posuerunt in Christo unam solummodo uolnntatem, ad quod diuersi diuersimode moti sunt. Apollinaris namq; hæreticus non posuit in Christo animam intellectualem, dicens ad actus rationis ipsum uerbum sufficere. Cumque uoluntas sit appetitus intellectualis, sequebatur in Christo non esse uoluntatem humanam, sed solum diuinam. Eutices quoque hæreticus, & cæteri, qui posuerunt in CHRISTO solum unam naturam, dixerunt etiam in eo unam solam consistere uoluntatem. Nestorius uerò hæresiarcha, dicens unionem uerbi, & naturæ humanæ duntaxat factam secundum affectum, & uoluntatem, perhibuit solam unam in CHRISTO uoluntatem existere. (Voluntatẽ Christus qualem habuerit iuxta opinionem hæreticorum.) Postea Macharius Antiochenus Patriarcha, & Cyprianus Alexandrinus, & Sergius Constantinopolitanus, ac quidam eorum sequaces, unam in CHRISTO uoluntatem ponebant, quamuis duas in eo faterentur naturas: quia opinabantur, quod humana natura in CHRISTO nunquam mouebatur proprio motu. sed solum ꝓut mouebatur à uerbo, & deitate, ut paret ex synodali Agathonis papę epistola. Hinc in synodo sexta apud Constantinopolim celebrata, est diffinitum, quod in CHRISTO sint duæ uoluntates, & duæ operationes, sicut & duæ naturæ.

¶ Præterea uoluntas quandoque accipitur pro potentia, & sic fuit in Christo tantum una uoluntas rationalis humana: interdum pro actu, & ita in CHRISTO ex parte rationis duas oportet ponere uoluntates, id est duas species actuum uoluntatis: quia uoluntas est tam ipsius finis, quàm mediorũ, & diuersimode fertur in ea: quia in finem tendit simpliciter tanquam in bonum secundum se. In media autem sub quadam comparatione, secundum quod bonitatem sotiuntur ex ordinatione ad finem. Hinc alteriùs rationis est actus uoluntatis, prout mouetur in aliquid secundum se uolitum, quæ actualis uoluntas Damasceno dicitur θέλησις id est, simplex uoluntas, & à magistris uoluntas, ut natura, (Voluntas ut natura) atque alteriùs rationis, ut est actus uoluntatis, secundum quod fertur in aliud, quod uolitum est solum ex ordinatione ad aliud, ut sumptio medicinæ: qui actus à Damasceno βούλησις, id est, consiliatiua uoluntas, & à magistris uoluntas, ut ratio, nuncupatur. (Voluntas ut ratio.) Postremò, præfatæ uoluntates non fuerunt in CHRISTO oppositæ siue contrariæ. Contrarietas namq; non potest esse, nisi oppositio atendatur in eodem, atq; secundum idem. Si autem secundum diuersa, & in diuersis existat, diuersitas, non suffieit ad rationem contrarietatis, sicut nec ad rationem contradictionis, puta quod homo sit pulcher, aut sanctus secundum manum, & non secundum pedem. Secundò requiritur ad contrarietatem uoluntatis, quod sit circa uoluntatem eandem. Nam si homo uult unum secundum appetitum sensitiuum. & aliud secundum appetitum intellectiuum, non est contrarietas, nisi appetitus sensitiuus intantum præualeat, & procedat, quod uoluntatem impediat, aut retardet, quia sic ad uolũtatem rõnis aliquid perueniret de motu appetitus sensitiui ꝯtrario. Hinc in Chr̃o non fuit ꝯrietas uoluntatũ, cũ nec una aliã impediret, neq; uolũtas naturalis, & appetitus sensitiuus refutarũt

illam rationem, ob quam voluntas, vt ratio, ac diuina uoluntas Christum pati voleant: imò etiam voluntas absolutar seu naturalis in Chro volebat humanam salutem: tamen eius non erat hoc velle in ordine ad aliud, vt. s. per Christi occisionem procuraretur: nec motus sensualitatis se ad hoc extende re potuit. Fuit autem in Christo agonia pasione instante, quantum ad partem sensitiuam, prout agonia importat terrorem infortunij imminentis, ut 3. libro asserit Damascenus. Hæc Thomas in Súma, qui in his videtur sequi opinionem in præinductis verbis Alberti reprobatam, quanquàm & reprobatio illa ex uerbis Thomæ nunc tactis, diligenter attentis valeat solui. Tarātasius

¶ Præterea Petrus super his scribit: Quemadmodum in natura corporaliter luminosa concomitātur in se splendor, & calor, ita in natura spiritualiter luminosa, puta intellectuali, concomitantur se intellectus, & affectus, seu ratio, & voluntas: ideo vtraque fuit in anima Christi. De sensualitate autē sciendum, quòd sensualitas, seu sensualitatis volūtas dupliciter capiuntur. Primò, pro natura, seu naturali potentia, & ita fuerunt in Christo. Secundò pro infectione, seu corruptione potentiæ, vel naturæ, & ita non fuerunt in Christo. Rursus Christus habuit diuersas uoluntates quatuor modis. Primò, ſm diuersas naturas in Christo existentes, diuinā videlicet, & humanam. Secundo penes diuersas potentias eiusdem uaturæ, scilicet sensualitatem, & rōnem. Tertiò, secundum diuersas operationes eiusdem naturæ, videlicet, ut cōsideratur, ut natura, & vt ratio. Quartò, secundum considerationes voluntatis rationalis, quo ad se, & in relatione ad membra. Vnde Christus dicitur quædam uoluisse sibi, quædam membris suis. Diuersitas autē primi modi, & secundi, est secundum rem: diuersitas verò tertij modi, & quarti, secundum rationem, sicuti distinguuntur ratio superior, & inferior. Hæc Petrus. Volūtatū diuersitas quomodo fuisse intelligatur in Christo. Richard. Bonauen.

¶ Scripta quoq; Richardi concordant præhabitis, & plenè continentur in ipsis. Similiter scripta Bonauenturæ quasi totaliter, & aliqua addit: Volūtas, inquiens, tripliciter consideratur. Primò, secundum naturam: secundò, penes potentiam, qua quis vult: tertiò, penes modum volendi. Et secundum hanc triplicem considerationem, tripliciter diuiditur diuisione bimembri in uoluntatem diuinam, & humanam. Quantum ad secuudum, diuiditur diuisione trimembri in voluntatem diuinam increatam, & in voluntatem rationalem humanam, atque in uoluntatem sensualitatis. Quantum ad tertiam, diuiditur diuisione quadrimembri: & sic loquitur Hugo, dicens: In Christo fuit voluntas deitatis, voluntas rationis, voluntas naturalis pietatis, uolūtasq; carnis. Voluntas deitatis, per iustitiam dictauit sententiam: uoluntas rationalis, per obedientiā approbauit ueritatem: uoluntas pietatis, per compassionem in malis alienis suspirauit: uolūtas carnis, per passionem in malo proprio quodammodo murmurauit. Hugo.

¶ De conformitate demum voluntatum in Christo sciendum, ꝙ conformitas uoluntatis ad voluntatem, in duobus consistit, puta in uolito, & in ratione uolendi. Conformitatem in volito dico, qñ diuersæ uoluntates vnum, & idem volunt. Conformitatem autem in ratione uolendi dico, dum unum, & idem eodem modo uolūt, uel altera earum vult illud eo modo, quo superior vult eam velle. Cūq; ad perfectam conformitatem voluntatem hęc duo concurrunt, alterum eorum est de necessitate conformitatis, puta conformitas in ratione, seu modo volendi: alterum verò aliquando de necessitate, aliquando de congruitate, interdum præter necessitatem, & congruitatem. Possibile namq; est, ꝙ uoluntates sint conformes, ita, qđ una subsit alteri, & tamen non uelint idem: quia uoluntas superior nō vult inferiorem uelle, qđ' uult ipsa, sed potiùs uelle contrarium: Quoniam ergo conformitas in modo seu ratione uolendi, fuit in oībus volūtatibus Christi, ideo fuit in eo voluntatū concordia. Hæc Bonauentura, qui etiam reprobat responsionem ex Thomas inductam: qa si duo homines diuersas uolūtates habentes, contrario mō se habeant circa volitū idem, dicuntur contrarias uoluntates habere: iō aliter dici potest, ꝙ scilicet conformitas uoluntatis ad uoluntatem, dupliciter cōsideratur: videlicet secundum assimilationem diuersitatis, & secundū conformitatem subiectionis: & ista secunda sufficiebat, quia hoc uoluit volūtas inferior, quod superior voluit eam velle. Hæc Bonauentura. Hales.

¶ Durandus etiam hic consonat cōi doctrinæ. Durādus.

¶ Scotus uerò in aliquibus dissonat, aliter distinguendo uoluntatem in Christo. Verum dissensio illa in usu uidetur consistere terminorum, ideo modici est momenti, & nouitatem singularitatemq; sapuit, idcirco dimitto. Io. Scot.

## QVAESTIO II.

QVæritur quoq;, *An Christum decuit orare.*

¶ Circa hoc aliqui multa inquirunt, videlicet secundum quam naturam ei competijt, & pro quibus orauit: atq; an oīs eius oratio fuerit exaudita. ¶ Circa, quæ Petrus compendiosè respondet: Christus secundum quod Deus, orare non potuit, quia æqualis est patri: secundum quod homo, consideratur dupliciter. Primo, ut comprehensor, sic competit ei orare pro alijs, mō pro se, quia non indigebat. Secundo, ut uiator, sic competebat ei orare pro alijs, & pro se. Omnis namque oratio est ꝑ indigentia quadam supplenda. In Christo autem nulla fuit indigentia spiritualium bonorum, sed bene corporalium. Hinc oratione petente spiritualia bona, non potuit orare pro se, sed pro alijs: oratione uerò corporalia bona petente, orauit pro seipso, ac alijs. Hæc Petrus. Tarātasius

¶ Bonauentura autem circa hæc pleniùs scribit. Decuit Christum orare, quadruplici ratione. Primò, ad dandum nobis uirtutis exemplum. Secundò, propter ueritatis argumētum, uidelicet ad suæ assumptæ humanitatis declarationem ostendendo se hominem uerum: Tertiò, ꝓpter officij sui expletionem. Fuit enim sacerdos, & pontifex, reconciliator, saluator, ac mediator, ideo habuit pro saluandis, & expiandis ꝑ se orandi officiū. Quartò, ꝓp meritū: qm̄ suis orationibus meruit nobis, q̄ inidonei eramus suscipere charismata gratiarū. Deniq;, cum oratio sit petitio procedens ex desiderio, ac uolūtate, idcirco ſm qđ' uolūtas humana fuit in Chro secundum differentiam triplicem, sic & oratio. Nā quædam oratio eius fuit procedens ex uoluntate rationis, quędam à uolūtate pietatis, quædam à uoluntate carnis, id est, ex sensualitatis affectu. Oratio procedens ex uoluntate rationis deliberatiua, fuit in omnibus exaudita: quia ista Chri voluntas creata, fuit in omnibus diuinæ voluntati conformis, & pro reuerentia orantis fuit exauditione dignissima, Bonauent. Orare decuit Christum. Hebręi. 2. 3. 4. 5. Roma. 5. Hebręi. 4.



sima, qa sanctè, & dignè orauit in gradu supremò. Oratio verò Christi procedens ex voluntate pietatis, voluntateq; carnis, non fuit in oībus exaudita, qa hę ui voluntates non fuerunt in omnibus conformes volūtati diuinæ, vt patuit At verò oratio illa, qua orauit calicē pasionis auferri à se, quantū ad orationis illius materiā, fuit sensualitatis: cuius desideriū fuit, non mori: quantū verò ad formā orationis, concernebat discretionē ꝓponentis, q̄ dixit, si posibile est, ficq; fuit rōnis. Itaq; nō fuit simpliciter sensualitatis, neq; sīpliciter rōnis: sed quodāmodo rōnis, & quodāmodo sensualitatis. Nam quo ad materiā, fuit sensualitatis: quo ad formā, fuit actus rōnis, fuitq; sensualitatis, vt mouentis, & rōnis, vt ꝓponentis. rursus, fuit sensualitatis, vt quo: rōnis, vt à quo. Hinc rōnabiliter dici solet, ꝙ in hac oratione rō fuit aduocatus sensualitatis, & quāuis rō mouet sensualitatē non exaudiendā, qa ꝑ Dei decretum petijt pasionē auferri, nihilominus ex rōnalibus cāusis affectum sensualitatis orando proposuit. Primò, ad demonstrandam assumptæ humanitatis veritatem, & in hoc nostrā edocuit fidē. Secundò, ad cōfirmandū nostram imbecilitatē, vt non diffidamus, si afflictionū pericula exhorremus, & in hoc spem nostram erexit. Tertiò, vt ostenderet nostram volūtatem diuinæ voluntati per omnia debere esse subiectam. Nam dixit: Non sicut ego volo, sed sicut tu uis. Ac per hoc ordinauit in nobis charitatem, qua nostram affectionem conatur diuinæ voluntati, ac charitati in cunctis conformare, atq; subijcere. Hæc Bonauentura. 3. dist. 17. art. 2.

¶ Concordat Thomas: Deo, dicens, ſm naturam deitatis non competit orare, nec obedire, nec aliquid minorationem designans, aut diuersam volūtatem à patre, & spiritu sancto. Sed ſm quod homo, conuenit ei orare, & orauit propter tres causas: Primò, ad insinuandū veritatē naturę humanæ in se &c. vt supra in Bonauentura. Obiectio.

¶ Si autem obijciatutur, quòd nulli conuenit orare seipsum, dicendum, quòd Christus habuit in se naturam summam, & increatam, secundum, quam cōuenit sibi cum patre, & spiritu sancto orationes fideliū exaudire: naturam quoq; creatam assumptam, secundum quam conuenit ei orare.

¶ Præterea aduertendum, ꝙ actus dr̄ sensualitatis dupliciter: Primò, elicitiuē, & sic nō ꝓuenit sibi orare, qa non pōt immaterialia, & diuina apprehēdere, atq; cognoscere, cū sit uis organtia. Secundò. obiectiuè, qa circa rē illā versat, cupit, aut refugit, ficq; eius fuit orare ꝓ vita corporalis cōseruatione inquantū instigāt ad orādū ꝓ hoc. In cæteris vt supra. Hilarius verò dicit Christū ꝓ suis mēbris orasse, vt trāsferreē calix à se, ita vt transiret in ipsos, vt ipsi fortiter sustinerēt sicut, & Chrs. ¶ De his quoq; introducta sunt scripta Alberti, in qbus cō tinentē dicta Vdalrici, & breuiter in his doctores cōcordār, & scripta eorū in phabitis cōtinent. ¶ Allegat, aūt Magister i textu S. dixisse Ambrosiū, ꝙ Chrs ſm qđ hō, dubitauit. Cōtra, quod objici pōt, ꝙ hoc ipsum vr derogare sapientiæ Chri, q̄ à principio incarnationis de sua pasione fuit certissimus, atq; vt patuit, ēt ſm naturā assumptā, oīa nouit, q̄ Deus trinitas, sciē tia visiōis. Deniq; ecclesia orat: Respice q̄simus dne sup hēc familiā tuā, ꝙ qua dns noster Iesus Chrs nō dubitauit manibus tradi nocentiū. ipse quoq; ꝑceperat. Nolitē timere eos, q̄ corpus occidunt. quō ergo dubitauit, aut formidauit implere, quod iusserat alijs: præsertim cum scriptum sit, Cœpit Iesus facere, & docere? Hilarius sup. Dat. Argu. ex Ambro. Lucæ 12.

Ad hoc S. Thomas rñdet: Dubitatio dupliciter sumit. Primò nāq;, principaliterq; significat motū rōnis circa vtrāq; partē ꝓdictionis, cū formidine determinādi alterū. Secundò trāslatū est ad significandū formidinē affectus in aggrediēdo, aut sustinēdo terribile aliquid. Dubitatio aūt primo mō accepta, cōtingit ex defectu medij insufficientis ad veritatis certā notitiā. ficq; cōtingit ex defectu sciētiæ, idcirco in Chro non fuit. Sumpta verò secundo mō, accidit ex infirmitate læsiui nō videntis modū, nec habētis facultatē euandendi imminēs malū. Et qm̄ carnis infirmitatē habuit Christus, & eius sensualitas afflictionē mortis expauit, iō talis dubitatio fuit in Christo quantum ad sensualitatem, quamuis in ratione eius fuit summa securitas, quæ diuinum vidit imminere auxilium, quod sensualitas non apprehendit. Hæc ergo dubitatio fuit timoris Hæc Thomas in Scripto. Actu. 1. Responsio Thomę.

¶ Porrò Bonauētura. Dubitatio, ait, ꝓpriè dicit in differētiā iudicij rōnis respectu vtriusq; partis ꝓ dictiōis, ita, ꝙ neutrū ꝑelegit alteri, & ita nō fuit in Chro. Secūdò dubitatio designat indifferētiā partis sensitiuæ ad sequendū effectū naturæ inclinatæ seu motæ, rōnēve imperantē. Et dubitatio talis potuit Christo inesse, ficq; intellexit Ambrosius. Hęc Bonauen. ¶ Concordat Richardus, dicens dubitationem hanc esse sensualitatis formidinem. Bonauent. Richard.

## *Si Christus meruit sibi, & nobis, & quid sibi, & quid nobis. Di. XVIII.*

Summa di stinctionis XVIII.

DEmeritò ētChri prætermittēdū nō est, de quo q̄dā dicere solēt, ꝙ nō sibi, sed mēbris tm̄ meruerit. Meruit q̄dē mēbris redēptionē à diabolo, à pctō, à pena, & regni reserationē, vt amota ignea rhōpea, liberè pateret ītroitus. Sed & sibi meruit impassibilitatis, ac immortalitatis gloriā, sicut ait Apostolus: Chrs factus est ꝑ nobis obediens vsq; ad mortē, mortē aūt crucis. ꝓp quod & Deus exaltauit illū, & dedit illi nomē, qđ est super oē nomen. Apertè dicit Apostolus Christum propterea exaltatum per impassibilitatis gloriam, qa est humiliatus per passionis obedientiam. Humilitas ergo passionis, meritum fuit exaltationis, & exaltatio, præmium humilitatis. Vnde Augustinus exponens præmissum capitulum, ait: Vt Christus resurectione clarificaretur, priùs hūilitatus est passione. Humilitas claritatis est maritū claritas humilitatis est præmiū. Sed hoc totum factū est in forma serui. In forma eñ Dei ſp fuit, & erit claritas. Item Ambrosius idem capitulum tractans, ait: Quid, & quantum humilitas mereat, hic ostendit. His testimonijs euidens fit, ꝙ Christus per humilitatem, & obedientiam passionis meruit clarificationem cotporis, nec id solum, sed ēt impossibilitatē animę. Anima enim ipsius ante mortem erat passibilis, sicut caro mortalis: Philip. 2. Augusti. Ambrosi.

talis: sed post mortem meritò humilitatis, & aïa impassibilis facta est, & caro immortalis. Vtrũ aũt anima sit facta impassibilis, qñ caro facta est immortalis, s. ipso resurrectionis momento, de auctoritate nobis certum non est. Sed uel mox post carnis separationem anima impassibilitate donata est, aut in resurrectione quando caro refloruit.

## Quòd a conceptu meruit sibi Christus hoc, quod per passionem.

Nec solũ hoc meruit Chrs, qñ patri obediens crucẽ subijt: sed ẽt ab ipsa cõceptione, ex quo homo factus est per charitatem, & iustitiam, & alias virtutes, in quarum plenitudine fuit ſm hoïem conditus, sibi tantum meruit, quantum post per martyrij tolerã tiam. Tanta enim plenitudo spiritualium charismatum in eo fuit, quòd in eis proficere non potuit, & ideo melior ipsius anima fieri non potuit, quàm ab initio suæ condi-
Gregorius. tionis extitit, quia proficere in meritis non valuit, Vnde Gregorius ait: Non habuit omnino Christus iuxta animæ meritum, quo potuisset ꝓficere: in membris, aũt, quę nos sumus, quotidie proficit. Non ergo plus meruit sibi per crucis patibulum, ꝙ à conceptione meruit ꝓ gratiam virtutum. Non ergo profecit ſm aïæ meritũ, quantum ad virtutem meriti: ꝓfecit tñ, quantum ad numerum meritorum. Plura eñ habuit merita in passione, ꝙ in conceptione; sed maioris virtutis non extiterunt in merẽdo plura, ꝙ ante mortalitatis corporis, sed ẽt impassibilitatem aïæ. Per quid? Per obedientiam, & voluntatem perfectam, quã non tunc primum habuit, nec maiorem, cũ pati cœpit, & mori. Obediens enim, perfectus, & bonus extitit secundum hominem, ex quo fuit homo. Habuit ergo anima illa aliquod bonum in se post mortem, quod non habuit ante. Num ergo beatior, vel melior fuit, quàm ante? Absit, quòd melior fuerit, quia nec sanctior, nec gratia cumulatior. Nec etiam beatior fuit in Dei contemplatione, in quo præcipue beatitudo consistit. Põt tamen dici in hoc beatior fuisse, quia ab omni miseria immunis. Ex quo nequit inferri simpliciter, ꝙ beatior fuerit.

## De eo, quod scriptum est, Donauit illi nomen, quod est super omne nomen.

Isa. 9. Johan. vlt. Nec tantũ gloriã impassibilitatis, & immortalitatis meruit, sed ẽt meruit donari sibi nomen, quod est super oẽ nomen, s. honorificentiã, ꝙ vocatur Deus, hoc tñ nomen ante mortẽ habuit. Habuit eñ hoc nomen Dei filius, inquantũ Deus est ab æterno per naturã: inquantum verò homo factus est, habuit ex tempore per gratiã. Veruntamen
Auguſt. Maximi. *Augustinus dicit homini donatum esse illud nomen, non Deo, quia illud *nomẽ habuit, cum in forma Dei tm̃ erat. Sed cũ dr̃, Propter quod & Deus illũ exaltauit, & donauit illi nomen, quod est super oẽ nomen, satis apparet ꝓꝓ quid exaltauerit. i. ꝓꝓ obediẽ-
Philip. tiam, & in qua forma exaltatus sit. In qua eñ forma crucifixus est, in ea exaltatus est, & in ea donatum est ei nomen, ut cũ ipsa forma serui, nominẽ vnigenitus filius Dei. Hoc illi donatum est, vt hoï, quod iã habebat idem ipse Deus. Hoc ergo per gratiã accepit, vt ipse ens homo, vel subsistens in forma serui, id est, in aïa, & carne, nominẽ, & sit Deus. Sed nunquid hoc meruit? supra enim dictum est, quia hoc tantum bonum homo ille non meruit. Quomodo ergo hic dr̃, propter obedientiã donatũ est ei hoc nomen? Secundum tropum illum in scriptura creberrimũ, hoc capiendum est, quo dr̃ res fieri qñ innotescit. Post resurrectionem verò, quod ante in obscuro erat, in euidenti positũ, est,
Matt. 28. vt scirent hoïes, & dæmones. Manifestationẽ ergo illius nominis donauit ei Deus post resurrectionẽ, sed illã meruit per obedientiam passionis, ꝙ eo, quod obediuit patiendo,
Ambroſius exaltatus est resurgendo, & ꝓ hoc manifestatũ est nomẽ, Hoc eodẽ tropo vsus ẽ ẽt dns, post resurrectionẽ dicens: Data est mihi oïs potestas in cælo, & in terra, non, ꝙ tunc primò acceperit, sed quã ante habebat, tunc manifestata est potestas. Cæterũ Ambrosius dicit nomen illud donatum esse Deo, nõ hoï, & vr̃ ſm verborum superficiem oppositus Augustino. sed intelligentia non obuiat, licet diuersum sapiat. Nam Ambrosius de naturali donatione id dictũ intelligit, qua ẽternaliter pater generando dedit filio nomẽ quod est super omne nomen, scilicet esse Deum per naturam, quia genuit ab æterno ſ. filium plenum, & sibi æqualẽm Deum. Quod tamen nomen Apostolus propter passionis obedientiam Christo donatum dicit. Sed præmisso locutionis modo accipiẽdũ est

## Si Christus sine omni merito illam habere potuit.

Si v erò qrit̃, Vtrũ Chrs illã immortalitatis, & impassibilitatis gloriã, & noïs Dei manifesta tionẽ sine oï meritò habere potuerit: sane dici põt, ꝙ hũanã naturã ita gloriosam



sam suscipere potuit, sicut in resurrectione extitit. Nomenq; suũ ẽt aliter hoïbus manifestare potuit, sed hõ passibilis esse nõ potuit sicut fuit, & ad illã gloriã sine meritò puenire. Potuit q̃dẽ peruenire ad illã sine merito passionis, ꝙ a potuit cõsumpta mortalitate, immortalitatis gloria uestiri, sed nõ sine merito iustitię, & charitatis aliarũq; virtutũ. Nõ eñ Chrs hõ esse potuit, ī quo plenitudo virtutũ, & gr̃æ nõ fuerit. Nec virtutes ei inesse potuerunt cilicio mortalitatis induto, quin ꝓ eas mereret̃. Habens ergo has virtutes ſm hoïem passibilẽ, ac mortalem, non potuit non mereri gloriã immortalitatis. Non ergo potuit factus mortalis sine merito gloriam impassibilitatis, & immortaliratis, ac manifestationem Dei nominis consequi. Potuit tñ hoc esse, qui sine merito passionis, quia per passionem nil sibi meruit, quod non ante per virtutes meruerit. Iohan. 3.

## De causa mortis, & passionis Christi.

Ad quid ergo voluit pati, & mori, si ei virtutes ad merendũ * illa sufficiebãt? Pro te, nõ ꝓ se. Quõ ꝓ me? vt ipsius passio, & mors tibi esset forma, & causa: forma virtutis, & hũilitatis, cã gloriæ, & libertatis: forma Deo vsq; ad mortẽ obediendi, & cã tuę liberationis, ac beatitudinis. Meruit. eñ nobis ꝓ mortis, ac passionis tollerantiã, quod ꝓ põcedentia non meruerat, scilicet aditũ paradisi, & redẽtionẽ à pctõ, à pœna, à diabolo, & ꝓ mortẽ eius hæc nos adepti sumus, s. redẽptionẽ, & filiorũ gloriæ adoptionẽ. Ipse eñ moriendo factus est hostia nostræ liberationis. Sed quomodo per mortem nos à diabolo, & à pctõ redemit, & aditũ gloriæ aperuit? Decreuerat Deus in mysterio, vt ait Ambrosius, ꝓꝓ primum pctm̃ non intromitti hoïem in paradisum. i. ad Dei cõtẽplationẽ nõ admitti, nisi in vno hoïe tanta existeret humilitas, ꝙ oïbus suis proficere posset: sicut in primo hoïe tanta fuit superbia, quæ oïbus suis nocuit. Non est aũt inuentus inter hoïes aliquis quo id posset impleri, nisi leo de tribu Iuda, ꝙ aperuit librũ, & soluit signacula, implendo in se oẽm iustitiam. i. consumatissimã humiliratẽ, qua maior esse non potest. Nam oẽs alij hoïes debitores erãt, & vix vnicuiq; sua virtus sufficiebat, & humilitas. Nullus ergo eorũ hostiã poterat offerre sufficientẽ reconciliationi nostrę. Sed Chrs homo sufficiens, & perfecta fuit hostia, ꝙ multo ampliùs est hũiliatus, amaritudinẽ mortis gustãdo, ꝙ ille Adã superbijt ꝓ esum ligni vetiti, noxia delectatione pfruendo. Si ergo illius superbia oïum extitit ruina, ipsum de paradiso mittens foras, alijsq; occludens ianuã, multo magis Chri humilitas qua mortẽ gustauit, ingressum regni cælesti oïbus suis impleto Dei decreto aperire valuit, atq; decreti delere chirographũ. Vt eñ ait Ambrosius, Tñ fuit peccatum nostrum, vt saluari non possemus, nisi vnigenitus Dei filius pro nobis moreretur debitoribus mortis, & sic dignos nos fecit testamenti, & promissę hereditatis. Quod non ita est intelligendum, quasi non alio modo saluare nos potuerit, quàm per mortem suam: sed q̃a per aliam hostiam non potuit nobis aperiri regni aditus, & fieri salus, nisi per mortem vnigeniti: cuius tanta fuit (vt dictũ est) humilitas, & patientia, vt eius merito pateret credentibus in eum aditus regni. Magna ergo in morte vnigeniti præstita sunt nobis, ut liceat nobis redire in patriam, sicut olim in morte summi pontificis, his q ad ciuitatẽ refugij confugerant, se curè ad propria *remanere licebat. Ecce aliquatenus ostensum est qualiter per Christi mortem aditus regni sit nobis paratus. Pro nobis Chriſtus paſſus, non pro ſe. Roma. 8. Ga 4. Ephe 1. Ambroſi. ad Roma. Apoca. 5. Colo. 2. Amb. ſup epiſtolam ad Hebræ. Num. 35. *remanere.

Summa di ſtinctionis XVIII.

IN præcedentibus tribus distinctionibus tractatũ est de Christi passione, passibilitate, & volũtate, an fuerint in ipso principia promerẽdi: hic iã agit̃ de horũ effectibus, vtpote meritis. Et primò oñdit, ꝙ Christus aliquid meruit sibi ipsi, & aliquid nobis: deinde, ꝙ à principio incarnationis incepit mereri. Consequenter declarat, quædã verba Apostoli de merito Christi, quod sua humilitate, obedientia, passione promeruit, & circa hoc inuestigat, An sine merito potuerit illud bonum habere, quod dicimus eum promerendo obtinuisse. Et quia respondet, ꝙ sine passionis merito potuit illud habere, scitatur de causis passionis meritisq; Christi.

### QVAESTIO I.

HIc quærit primò, *An Christus potuit in hac vita mereri.* ¶ videt, quòd non, qñ Christus ẽ uerus Deus, cui nõ cõuenit ꝓmereri, ꝙ est inferioris. ¶ Si dicas, quòd meruit inquantum homo, obijcitur, quia ut homo, fuit comprehensor: meriti autem est uiatorum. Si respõdeas, quòd simul uiator fuit, & comprehensor, instatur, quia promereri nõ competit uiatori, nisi per uoluntatem præcipue, & per intellectum: in quo est fides, quæ est merendi origo. Christus autem non habuit fidem, quoniam uidit Deum clarè per speciem, atq; secundum uoluntatem extitit fruens Deo. ¶ Secundò. charitas est potissimum promerendi principium. Christus autem non habuit charitatem uiæ, sicut, nec fidem, sed patriæ, quia nunquam profecit in charitate indefinenter quoq; actu dilectionis ferebatur in Deũ secundum totum (id est, extremum) posse suæ uoluntatis creatæ.

¶ Tertiò, ꝙa eiusdẽ est agere, ac mereri, cuius est esse ac uiuere. In Chro aũt nõ erat nisi unũ esse, & hoc ipsum extitit increatum, & similiter fuit in eo uiverè

verè sempiternũ, non factũ: ergo non fuit in eo nisi vnica actio, puta diuina, qua non merebaí. ¶ Quartò, vna, & eadẽ est actio instrũ, & principalis agentis: qñ instrũm non agit, nisi motum à principali agente, & quicquid operatur, potiùs attribuit principali agenti, q̃ sibi: nunc autem frequenter præhabitum est, q̃ assumpta humanitas fuit vnitæ deitatis instrumentum immediatum, coniunctum, animatum, ac proprium: ergo vtriusque fuit tantummodo actio vna, quam (ut tactum est) diuinus Dionysius appellat theandricam. i. Dei virilem.

Respõsio. ¶ In oppositum sunt, quæ habentur in litera,

¶ Circa hoc scribit Antisiodorensis in Summa sua tertiò libro: Christus in omnibus suis operibus meruit sibijpsi vitam æternam, iam habitam, ad similitudinem angelorum: omnibus quoq; operibus suis, quæ retulit ad nos, meruit nobis vitam æternã habendam ¶ Cumq; obijcitur, q̃ Christus existens in carne mortali, fruebatur Deo, & erat in statu cõpræhensoris: sed sancti, & angeli beati in cælo non merentur: quoniam in comprehensionis, atq; fruitionis sunt statu: Dicendum, q̃ angeli duplicem habent operationem: vnam, inquantum mouent motu dilectionis, ac fruitionis in Deum, & secundum hoc nihil merentur: aliam habent operationem ad nos, quibus deseruiunt humiliando se, obediẽdoq; Deo vsq; ad ministrandum nobis vilissimis, sicq; merentur vitam æternam à principio mundi eis collatam. Eodem modo Christus secundum quod mouebatur diligendo Deum, & ipso fruendo, nihil promerebatur, nec sibi, nec nobis: sed secundum quod humilitauit se circa nos patri in hoc obediẽdo, nobis condoluit, prædicauit, ac pro nostra salute egit, laborauit, ac passus est. ¶ Potest etiam respõderi, q̃ alia ratio est de angelis, & sanctis in cælo, & de Christo: quoniam Christus existens in carne mortali, fuit passibilis, ac diuersis afficiabatur doloribus, sicq; fuit in statu viæ, ac meriti. Beati verò in patria sunt totaliter comprehensores, & nulli subiacent passioni ¶ Si autem quęratur, An etiã Christus meruit afflictionibus sensualitatis, puta timendo, tristando, cedendo, sanguineumq; fundendo sudorem: dicendum quòd Christus timuit mortẽ, voluntate animæ suæ occasionem præbente, nõ imperante directè: quia ex voluntate terribile illud genus mortis præsentabatur immaginali ab intellectu, & æstimatiuæ à ratione, ac sensualitati seu appetitui sensitiuo ab æstimatiua, quo facto, sensualitas timuit, quẽadmodum feneſtram aperiẽs, cã est, q̃ domus illuminatur. Hæc Antisiodorensis.

Obiectio. Reprobat. Alia dilucidatio. Quæstiuncula. Responsio Dionisi. cõ Antisiod. Gulielmus libro 3.

¶ Quibus obijcitur, quia (vt patuit supra ex Damasceno, alijsq; doctoribus) oĩa in Christo voluntaria extiterunt simpliciter, ita, q̃ nulla passio fuit in sensitiuo appetitu Christi, nisi ex præuio rationis iudicio, & rationabili causa, & per consequens volũtate directè causante, atque ex charitate imperãte. superior portio animæ Christi illas afflictiones voluit, & fecit esse appetitiuo appetiu ipsius, propter multiplicem fructum nobis inde prouenientem, vt tactum est supra. Et nequaquam putandum, q̃ tanta afflictio, ac sanguinei sudoris effusio fuerit sine fructu. Nec reor Christum aliqua feciſſe, aut protulisse sine actuali, & ordinatissima ad optimum, ac vltimum finem relatione, nec in hoc impediebatur quacunq; exteriori seu alia occupatione.

¶ Præterea super his loquitur idẽ dominus Gulielmus Antisiodorẽsis loco pscripto: Christus in oĩbus suis operibus, omnique motu, & actu virtutum, ac dilectionis, promeruit sibijpsi vitam æternam iam habitam instar angelorum, cunctis quoque operibus suis, quæ retulit ad nos, meruit nobis vitam æternam habendam: sed utrum omnia opera sua retulit ad nos, ignoratur. Probabile tamẽ est, q̃ imò: quoniam propter nos uenit in mũdum, Isaia testante: Puer natus est nobis, &c. Deniq; humilitate sue passionis meruit tria simpliciter: videlicet liberationem à diabolo, ereptionem ab inferno, apertionem ianuæ paradisi. Sed & sibijpsi humilitate passionis tria promeruit, puta accelerationẽ gloriosæ resurrectionis, clarificationem nominis sui per mundum, iuxta illud Apostoli: Christus factus est obediens vsq; ad mortem. propter quod & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen, s. per manifestationem, quia post resurrectionẽ manifestatũ est mundo p apostolorũ pdicationẽ, atq; miracula, q̃ hõ ille sit Deus, & verus, naturalis, ac vnicus filius Dei patris. Tertiũ est iudiciaria potestas, de qua in euangelio pro testatur: Dedit ei potestatem iudicium facere, quia filius hominis est. Hæc idem, cuius dicta de merito Christi quo ad se, & de merito angelorum, consonant prẽinductæ opinioni Magistri, q̃ in angelis præmium præcesserit merita eorundem.

Isa. 9. Matt. 19. Philip. 2. Iohan. vlt. Iohan. 5.

De angelorum merito.

¶ Verum vt declaratum est ibi, doctores communiter tenent oppositũ, & q̃ angeli sancti sua interna conuersione ad creatorem, meruerunt gloriam æternalem, sicut, & angeli reprobi sua auersione damnationem perpetuam. Christus autem secundum naturam assumptam, non habuit aliquam actionem meritoriam sua beatificatione priorem, aut meritoriam suæ beatificę, ac beatissimæ visionis. De his verò infra pleniùs refertur.

¶ In super Alexander circa hæc plurima scisciatur. Primò, Vtrum in Christo propriè ponendum sit meritũ. Respondet, Meriti multipliciter dicitur. Primò, impropriè seu interpretatiuè, vt existens in peccato mortali, faciens bonum, sed non bona intentione, dicitur mereri, quoniam Deus retribuit ei maius, quàm facit. sicque interpretatur Deus remunerando, ac si ille meruisset. Secundò communiter, prout dicuntur mereri de congruo, & sic existens in mortali, orando pro gratia, & quòd in se est faciendo, dicitur gratiam de congruo promereri. Tertiò propriè, prout mereri est de non debito facere debitum, & ita meremur ex charitate & gratia, ac libero arbitrio vitam æternam, secundum illud ad Timotheum: De reliquo repositа est mihi corona iustitiæ, quã reddet mihi dominus. Quartò, de debito facere maius, aut magis debitum, & sic meremur ex operibus charitatis sequentibus, secundum illud Augustini ad Bonifacium: Gratia meretur augeri, vt aucta meretur, & perfici His modis mereri conuenit nobis. Quintò dicitur mereri de debito habitus facere debitum actus, & aliter Christus meruit sibi, quia cum ab instanti conceptionis deberetur ei omne bonum per habitum plenitudinis gratiæ suæ: tamen per temporis processum in actu gratiæ, in operibus excellentibus, fecit, quòd sibi debebatur ex actu, quod iam debebatur ei ex habitu.

2. Tim. 4. Augustin. ad Bonifacium. Obiectio. Dilutio.

¶ Verum hislobijci potest: Quocunque meretur, proficit in meliùs, quod non conuenit Christo, dicente Gregorio: Non habuit Christus iuxta animæ meritum, quo creſceret. Respondendum, quòd anima Christi secundum partem sui superiorem, non habuit, quo posset proficere: sed secundum partem inferiorem, quæ fuit passibilis, ei promeruit Christus aliquid meliùs, vtpote impassibilita-



Alia obiectio. Dilutio. Quæstio. Responsio. Obiectio. Responsio.

tem, & glorificationem. ¶ Rursus obijcitur, Omne meritum ex motu est charitatis, quæ non est beatitudo, nec pars beatitudinis: aliàs idem esset meritum, ac præmium. sic quoq; idẽ esset effectus & causa respectu eiusdem. Cũ ergo in Christo motus charitatis fuerit pars beatitudinis, sequit, quòd non fuit meritorius: ergo, nec aliquis alius motus, cum cæteri omnes à charitate habeant meritorij esse. Et dicendũ, quòd motus charitatis est duplex: Vnus in Deum alter in proximum. Motus charitatis in Deum est s̃m viam superiorem; motus verò charitatis in proximum, est s̃m viam inferiorem. Et primus motuum horum, in Christo pars beatitudinis fuit, nec meritorius extitit, qm̃ erat s̃m patriæ statum. Motus autem charitatis in proximum fuit in Christo meritorius, quia secundum modum uiæ exiterat. Hæc Alexander.

Dionysi. Alexand. Quæstio. Responsio.

¶ Cuius hoc vltimum verbum intricatum videtur. Nam charitas est origo merendi per respectum ad Deum: & quoniam ei coniungit, per quod est animæ vita. Denique, quod ait mereri quinto modo acceptum, competere Christo, procedit secundum opinionem suam, qua ait nullam mẽtem, creatam, imò, nec aliquam creaturam, posse agere in primo suæ creationis, seu productionis instanti, cuius oppositum deductum est supra, & paulo post ostendetur, vbi, & eius opinio clariùs referetur.

Secundò igitur quærit, An Christus ab initio conceptionis promeruit. Ad quod respondebitur post pusillum.

Quæstio. Responsio. Obiectio.

Tertiò quærit, An potuit non mereri. Respondet, quòd non, quia virtutes non poterant in eo consistere ociosè, & habuit liberum arbitrium determinatum ad bonum. Nihilominus mereri eo voluntarium fuit, non coactum.

¶ Cumque obijcitur, si liberum fuit illud mereri, potuit non esse: dicendum, q̃ mereri accipi potest in vniuersali, & item in particulari. Et in vniuersali non potuit non mereri, quum non posset ab omni actu bono cessare. In particulari aũt potuit mereri, & non mereri hac seu illa operatione, quia in potestate sua erat hac uti seu illa. ¶ Quartò quærit, An meruit charitate. Videtur, quòd non, qm̃ præmium excedit omnem meritorium actum, sed charitatem Christi præmium excesit. Respondendum, quòd Christus meruit charitate. Quod verò dr̃ remuneratio fieri supra condignum, intelligendum est inquãtum actio meritoria procedit à principio creato seu libero arbitrio, non prout procedit etiam ex gratia increata seu actuali motione spiritussancti. Meritum etiam Christi quoad seipsum, non fuit, nisi respectu præmij accidẽtalis. ¶ Quintò inquirit, quomodo Christus meruit actione. Et arguit sic, Christus ab initio conceptionis plenitudinem habuit gratiæ, ac virtutum. ergo quicquid meruit per passionem, meruit ante per dilectionem. Cumque quantitas meriti penes charitatis, & gratiæ quantitatem consistat, videtur, quod sicut per passionẽ meruit ianuæ apertionem, & liberationem à penis, ita hæc ipsa promeruit ante per suam actualem dilectionem. Respondet, quantum ad uim merẽdi, quæ penes gratiam, & charitatem attenditur, tantum meruit ante passionem, quantum post sed non quantum ad effectum meriti, imò quo ad meriti sui effectum, promeruit nobis aditum regni: quamuis equidem tota uis meriti consistit penes charitatem, & gratiam, non tamen totus effectus: quemadmodum tota uis conburendi ligna consistit in igne, non tamen effectus.

¶ Sexto quærit, quo'mõ meruit per passionẽ. Rñdet, meritum quantum ad uirtutem, consistit penes charitatem: quantum verò ad effectum, consistit in opere, Charitate mouente, siue sit opus interius, vt est ipsa uolitio: siue exterius. quantum ad agere foris, ac pati. Attendendo igit ad virtutem meriti, tñ meruit Christus ante passionem, quantũ in passione: quantũ verò ad effectũ meriti, plus meruit. i. pluribus modis siue in pluribus, prout ait Magister, q̃ pfecit quantum ad numerũ meritorum. Veruntñ de quantitate meriti contingit loqui dupliciter: Primo, s̃m modum quãtitatis continuæ, prout dr̃ quãtitas virtualis in merito, & hęc attẽdit ex parte charitatis. Secundò, per modũ quantitatis discretæ, & ista consideratur penes numerum effectuum meriti. Secundum primum modum fuit semper meritũ æquale in Christo, sed penes s̃m modum multiplicabatur. Hæc Alexander, quibus consonant scripta Antisiodorensis in Summa sua libro tertio.

Quæstio.

¶ Præterea his consonant scripta Bonauenturæ, q̃ rñdendo qualiter Christus meruit, ponit præfatos quinq; merendi modos, seu modos accipiẽdi ipsum meritũ sub alijs uerbis, sed idẽ est sensus. Ait quoq; apertiùs, quòd in verbis præhabitis continetur, dicendo: Habens munus gloriæ, non facit opus remunerabile, qñ aliquis est purè, atq; simpliciter in statu, & gloria patriæ. Cum verò non tantum est in statu patriæ, sed etiam viç, opus eius potest esse remunerabile ob viæ statum: & sic fuit diuina dispensatione in Christo. Quemadmodum enim anima ex coniunctione cum deitate statum habuit patriæ, sic ex coniunctione sui cum carne adhuc mortali, habuit statum viç, ac miseriæ: ideo sicut simul fuit in statu viatoris, & comprehensoris, sic habuit gloriam ad fruendum, & gratiam ad merendum, & est simile de angelis, in quibus ponimus uim ministratiuam, & contemplatiuam, secundum quarum unã merentur, secundum alteram verò fruuntur.

Bonauen.

¶ In super ad id, Vtrum Christus meruit passione: respondet, Christus non tantum meruit actione, sed etiam passione. Non enim passus est frustra sed rationabili causa: nec passus est ex demerito propriç culpæ, sed amore ueritatis, atq; iustitiæ. Ideo aduertendum, q̃ in passione duo considerantur, utpote passionis causa, & passionis sustinentia. Primum est à voluntate passionem inferentis, & quantum ad hoc, passio non est meritoria, nec demeritoria, cum sit ab extra. Secundum est à voluntate passionem sufferentis, & sic rursus potest meritoria, & demeritoria esse; meritoria, si perferatur est bona uoluntate; demeritoria, si quis eam sustineat impatienter, & uoluntate iniqua. Christus autem passionem suam sustinuit ex optima uoluntate, & passione, imò ex ardentissima charitate, plenissima obedientia, summaque pietate: ideo inter merita sanctorum summè, & ineffabiliter meritoria fuit.

Obiectio.

¶ Si ergo obijciatur, quia (secũdum philosophum) passionibus non laudamur, nec uituperamur: uerum est, loquendo de eis secundum se, non prout eis coniuncta est pia, aut praua uoluntas, & prout ex uirtutibus acceptantur. Per quod etiam soluuntur huiusce modi argumenta, Omne meritum consistit circa actum rationis, non aũt in passione, uel in afflictione carnis, & sensualitatis. Dicendum est namq;, q̃ aliquid contingit esse circa actum rationis tripliciter: Primò, per modum elicientis: secundò, per modũ imperãtis: tertiò, per modũ acceptãtis. & hoc tertio mõ passio Christi fuit in ratione, per quod soluit quæstio, Vtrũ passionibus meremur

remur, aut demeremur. Hęc Bonauentura.

Tho: A q.

¶ Præterea circa hæc, & primò de hoc, An Chr̃s meruit, scribit Thomas: In iustitia duæ requiruntur ꝑsonæ: Vna iustitiã faciens, alia iustitiã patiens. Propria aũt actio facientis iustitiã, est vnicuiq; reddere quod suum est. Facere uerò sibi debitũ, quod iustitiæ est reddendũ, ꝓpriè est mereri. Propter quod id, quòd ſm iustitiã reddit, merces uocatur. Vtrũq; a iustitia reddit unicuiq;, quod ei debeꝫ, tã in bonis, q̃ in malis: bona aũt simpliciter sunt, quæ ad æternã pertinent uitã: mala uerò simpliciter, q̃ ad æternã miseriam: hinc ſm theologos meritũ propriè dr̃ respectu istorum, quamuis meritũ magis propriè dicatur respectu bonorum, & demeritum respectu malorũ. ¶ Ad hoc ergo, ꝙ aliquis mereaꝫ, tria sunt necessaria, utpote agens, qui meretur. merces, quã

Ad meritũ 3. requrũt.

mereꝫ, & actio per quã mereꝫ. Hinc ad meritũ tria exiguntur: Primũ est ſm oportionem merentis ad mercedem, vt qui meretur, sit in statu acquirendi mercedẽ. Ideoq; qui sunt omnino in termino, non merentur, quia nil ualent acquirere. Secũdũ est ex comparatione agẽtis ad actionem, vt ſ. sit dominus suæ actionis. Aliter per actionem suam non dignificatur ad aliquid obtinendum: idcirco, quæ agunt necessitate naturæ, aut violentia, non merentur. Tertium est ſm comparationem actionis ad mercedẽ, vt ſ. æquiparetur mercedi: non quidem ſm ęqualitatem quantitatis, quia hoc requiritur in iustitia communicatiua, quæ in emptionibus, uenditionibusq; consistit: sed secundum æqualitatem proportionis, quæ in iustitia distributiua requiritur, secundum quam Deus præmia ęterna partitur. Denique actio proportionata ad vitam ęternam est, quæ ex charitate procedit: propterea per eam meretur homo de condigno ea, quæ ad uitam spectant æternam. opera uerò. ex charitate non facta, deficiunt ab ista proportione: idoirco per ea non meretur quis de condigno æternam uitam, sed impropriè dicitur quis per ea mereri, ſm quod aliquam habẽt similitudinem cum operibus charitate formatis, & si sit similitudo in substantia actus, & intentione, vt dum quis in peccato mortali dat eleemosynam ꝓp Deum, dicitur meritum congrui: si verò similitudo in substantia actus, non in intentione, uocatur meritum interpretatiuè, vt si quis eleemosinam largiatur propter gloriam vanam. Prædicta verò tria in Christo fuerunt. quamuis enim fuit in termino perfectionis, quantum ad operationes aiæ, quibus beatus fuit cõpræhensor: tamẽ quo ad aliquid, defectũ patiebatur eorum, quæ ad gloriam, pertinent inquã tũ vc3 passibilis fuit i aia, & corpore, & carne mortalis. Idcirco ſm hoc fuit viator in statu acquirẽdi. Oĩs quoq; actus eius informatus extitit charitate, fuitq; suorũ dñs actuũ. hinc oĩ actu suo ꝓmeruit. q̃uis ẽt actus charitatis in Chr̃isto ad præmium aiæ spectet, attñ potuit esse meritum respectu glorificationis corporis eius, sed non põt vnum, & idem esse meritum, & præmium respectu eiusdem, atque secundum idem. Hæc Thomas in Scripto.

Tho 3 ꝑ. q 15.

¶ Præterea in 3. parte, quæst. 19. Habere, inquit, aliquod bonũ ꝓ se, est nobilius, q̃ habere ꝑ aliud. Nã cã per se potior est cã per accidens, vt 8. dr̃ Ethicorũ Hoc verò dr̃ quis per seipsum habere, cuius est sibi aliquo mõ cã. Prima autem omnium nostrorum operum causa per auctoritatem est Deus, ficque nulla creatura per seipsam habet aliquid boni, iuxta illud Apostoli: Quid habes, quod non accepisti? Veruntamen potest quis secundariò esse sibi

1. Cor. 4.

causa alicuius boni habendi, inquantum in hoc ipso Deo cooperatur: ficque, qui habet aliquid per meritum proprium, habet hoc quodammodo per seipsum. Hinc nobilius id habetur, quod habetur per meritum, quàm quod sine eo cumque omnis nobilitas, atq; perfectio attribuenda sit Christo, constat, ꝙ ipse per meritum habuit illud, quod alij habent per meritum, nisi sit tale, quod eius carentia dignitati, & perfectioni Christi magis præiudicet, q̃ per meritum ei accrescat. Idcirco nec gratiam, neq; sciẽtiam, beatitudinem aiæ, nec diuinitatem promeruit, quia cum meritum non sit nisi eius, quod nondum habetur, oporteret, ꝙ Christus istis aliquando caruisset: quibus carere, magis diminuit dignitatem, q̃ augeat meritum. Sed gloria corporis, & si quid huiusmodi, minus est, q̃ dignitas promerendi, quæ ad virtutem pertinet charitatis. Dicendum est ergo, ꝙ Christus sibijpsi meruit gloriam corporis, ac pertinentia ad exteriorem ex cellentiam suam, ut est eius alcẽsio. ¶ Insuper Christus promeruit alijs: In Christo quippè extitit gratia, non solum sicut in homine singulari, sed item sicut in capitè totius ecclesiæ, cui vniuntur fideles, quemadmodum capiti membra, ex quibus consistit tuitur mysticè vna persona. Hinc meritum Christi se extendit ad alios, inquantum sunt membra eius: sicut in homine vno quocunq;, actio capitis aliqua liter spectat ad oĩa membra ipsius, quia non solum sibi sentit, imò, & oĩbus suis membris: ita, & Christus oĩbus suis electis fidelibus, quibus, & meruit gratiam, ac beatam fruitionem per charitatem, nõ inquantum fuit charitas compræhensoris, sed viatoris. Cumq; mõ viator non sit, non conuenit sibi non mõ mereri. Deniq;, sicut peccatum Adæ, qui constitutus fuit à Deo principium naturę, ad alios per carnis propagationem deuitatur: sic meritum Christi, qui à Deo constitutus est caput hominum vniuersorum, quantum ad gratiam, se extendit ad oĩa membra eius: quemadmodũ ẽt peccatum Adæ non deriuatur ad alios, nisi per generationem carnalem: sic meritum Christi non deriuatur ad alios, nisi per regenerationem spiritualem, quæ fit in baptismo, per quam Christo incorporantur, secundum illud ad Galatas: Quotquot in Christo baptizati estis, Christum induistis. Hoc ipsum quoq; est grãtiæ, ꝙ hõi concedit regenerari in Christo. ficq; hominis salus consistit ex gratia. Hæc Thomas in Summa. ¶ Præterea tam in Scripto, quàm isto in loco, declarat hic sanctus doctor, ꝙ in Christo non fuit solum actio vna, puta diuina, sed etiam humana, secundum quod duæ fuerunt in eo naturæ. Istud enim in ista prę supponitur quæstione, cum certum sit, Christum non meruisse actione diuina, & increata, Sed quoniam illud iam supra satis ostensum est, inde pertranseo. Vnde in synodo sexta damnata est hæresis Seueri hæretici, asserentis in Christo vnam tantumodo operationem, puta diuinam, quia humana natura in omnibus instrumentum est deitatis sibi vnitę, & operantis per eam. Quod quamuis quodamodo verum sit: attamen natura humana in Christo operabatur, & patiebatur, q̃ ei sunt propria, quamuis cum communione naturæ diuinæ. Instrumentum quoque propriam habet actionem, quæ conuenit sibi secundum se, non inquantum est instrumentum principalis agentis, sicut serræ, seu securi secundum se competit ligna secare: inducere autem formam sedis, aut lecti, ex directione artificis.

Cõsonat Petrus, q̃ plenius exprimẽs, cur actio Chr̃i hũana dicaꝫ theãdrica; Sãctus, ait, Dionysius actionem



nẽ Chr̃i vocat theãdricam. i. Dei uirilem seu diuinam, non per essentiã, sed ꝑ participationẽ, & hoc triplici rõne. Primò, ꝓp associationẽ in vna ꝑsona diuina agente. secundò, ꝓp associationẽ aliquã in mõ agẽdi. q̃m rõne vnionis cũ verbo, ꝑfectiùs operabaꝫ, q̃ in cæteris, sicut sensualitas perfectiùs operatur in homine, quàm in brutis. Tertiò, propter associationem in vno effectu seu opere operato, vt in eodem miraculo, in quo deitas operabatur interiùs, vt in sanatione leprosi.

Matt.

¶ Præterea Christus meruit passione. Quamuis etẽ passio inquantum passio nõ sit meritoria, quia sic eius principium est ab extra: tamen inquantũ à voluntate est accepta, fit meritoria ex parte sustinẽtis. Cũ enim volũtas charitate informata principiũ sit merendi, unumquodq; sicut se habet ad hmõi voluntatem, ita ad meriti rationem, Verũ ad hmõi voluntatis rationem aliquid se põt habere dupliciter: Primo, vt pure, simpliciterq; voluntarium Secũdò, vt uoluntario mixtum, & non voluntari ũ purè. Primo modo passio Christi fuit voluntaria voluntate rationali: quoniam passibilem naturam ꝙ sponte assumpsit, ac voluntariæ passioni se obtulit. Secundò aliorũ passiones sanctorum voluntariæ sunt, q̃a tollerant illatas, non ordinant inferendas. Hinc passio Christi maximè meritoria fuit, imò cunctis hominibus potuit meritoria esse, cum eius humanitas fuerit vnitę deitatis instrumentum. ficq; ab efficacissimo, atq; fortissimo mota motore, fortior extitit omni actu hominis puri, potuitq; habere efficaciam, & influxum, ac meritum respectu totius naturæ, quod nõ posset actio alterius hominis singularis. Hæc Petrus.

Alberus

¶ Præhabitis prorsus concordant dicta Alberti, quæ inscriptis Alexandri contenta sunt. Dicta quoque Vdalrici, quę, & infra partim tangentur.

Durandus

¶ Porrò Durandus: Christus, asserit, aliquid meruit sibi, quod enim cadit sub merito, prout de ipso loquuntur theologi, oportet esse de pertinentibus ad beatitudinem primò, aut consequenter: oportet quoq;, ꝙ non sit debitum naturæ, quia naturalia non cadũt sub merito. Vnde requiritur, ꝙ sequatur meritum tempore, aut natura, & forte necessariũ est, ꝙ sequatur tpe. Ex quo patet, ꝙ Christus per suã passionẽ meruit sibi corporis impassibilitatem, ac cæteras eius dotes, & exaltationem. Christus namq; per suam passionem meruit oẽ, quod ad beatitudinem pertinet, quod ante passionem suam non habuit, nec debitum fuit naturæ. Cumq; talia sint dotes illę, & exaltatio, constat, ꝙ sua passione meruit sibi ea. Exaltatio demum illa consistit in tribus. Primum est notitia cordis, vt cognoscaꝫ verus Deus,

Philipp. 2.

& verus homo. Secundò in reuerentia corporis, vt in genuflexione. Tertiò in confessione oris, q̃ tria Apostolus narrat dicendo: Propter quod, & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen, quoũ est super omne nomen, (vt ſ. credatur verus Deus. nomen. n. parit rei notitiam) vt in nomine Iesu omne genu flectatur, quantum ad reuerentiam corporis, & omnis lingua confiteatur, quantum ad oris confessionem. ¶ Qualiter verò meruit nobis, sciendum, ꝙ aliquem mereri alteri, aut pro altero, intelligi potest dupliciter: Primò, ꝙ meritum vnius alteri cedat ad ad meritum: secundò, ꝙ fructus meriti vnius redundet in alterũ. Primo modo nullus, nec etiam Christus, potest alteri promereri. Operatio quippè bona seu mala, ex hoc sortiẽtur rationem meriti siue demeriti, quoniam in potestate est promerentis. Operatio autem vnius nunquã est in potestate alterius

Sed secundo mõ potest vnus alteri mereri, aut demereri, quod 2. lib. de de merito originalis peccati ostensum est. De merito quoque sic patet, quia non minus potest apud Deũ amicitia charitatis, q̃ apud homines ciuilis iustitia: sed apud homines vnus valet operis sui fructum ratione ciuilis iustitiæ transferre in alterum, ergo, & apud Deum id fieri potest ratione mutuæ charitatis. Vnde, & dictũ est supra, ꝙ vnus pro altero satisfacere potest. ficq; Christus nobis per suam meruit passionem, quãuis, & multiplex fructus passionis eius in nos redundet. Nec in hoc est differentia inter meritum, quo quicunq; purus homo alteri promeretur, & quo Christus meruit nobis, nisi quo ad meriti quantitatem: quoniam Christus plus meruit, & pluribus, utpote omnibus, quantum est de sufficientia meriti sui, cum in eo fuerit gratia capitis, & ratione deitatis vnitæ. Hęc Durandus.

Scotus.

¶ Circa hęc loquitur Scotus: Primò videndum est hic, quid sit meritum. Ad quod dico, ꝙ meritum est aliquid acceptatum, vel acceptandum in alio, ꝓp quo ab acceptante est aliquid retribuendum illi, in quo est aliquid acceptatum, quod debitũ est illi pro merito suo, uel alteri, pro quo meruit, & tunc meritum nõ ꝙ dicit actum, qui est in potestate eius cui fit retributio, sed hoc est tm̃, q̃ meretur, quis sibijpsi. Dum verò vnus meretur alteri per orationes, abstinentias, afflictionesve alias, quamuis illa in potestate sint facientis: non tamen potestate eius pro quo fiunt, & tunc meritum formaliter dicit ordinationem alicuius laudabilis ad acceptantem, quia acceptans, acceptat ut retribuat ei, pro quo acceptatur: ex quo sequitur, quòd vnus potest mereri pro altero. Itaq; Christus meruit nobis suo velle, & suo facto, radixq; omnis meriti (propriè loquendo de merito) consistit in affectione iustitiæ voluntatis, non in affectione commodi, nec in affectione iustitiæ, vt ordinatur ad commodum. Nam primum obiectum, circa quod, quis meretur, est Deus, secundum quod affectione iustitiæ vult Deo bonũ, quòd ipse est, vtpote esse sapientem, iustum, perfectum, beatũ, &c. Affectio aũt commodi respicit proprium bonum, imò sicut primũ demeritum

Isaia. 14.

angelorum fuit inordinatus motus, & desiderium circa Deum, cui inordinatè assimilari volebant: sic meritũ est motus ordinatus, & desiderium beatitudinis circa Deum, volendo illi bonum, ac deinde volendo cũ debitis circunstantijs cõiungi ei, primò in se, deinde in alijs. Hinc oẽ elicitũ affectione cõmodi, si non ordinetur, ac moderetur affectione iustitię, extat demeritum. Insuper dico, ꝙ Christus meruit ſm portionẽ superiorẽ, & ſm oẽm actum ipsius, quod tñ difficile est tenere, q̃m sequi vr̃, ꝙ & alij beati mererentur in infinitum. Nihilominus ꝓbatio hæc, q̃m oĩs actus alicuius acceptatus à Deo tanquam bonus, atq; laudabilis, pro quo Deus retribuere velit aliquid illi, cuius actum acceptat, aut alteri pro quo fit, est meritorius. Sed talis est omnis actus Christi humanus, etiam beatificus, quod secundum portionem superiorem fruitur Deo: quia persona illa secundum omnem suam conditionem non fuit simpliciter in termino. ideo potuit Deus omnem actum creatũ illius personæ acceptare tanquam retributione dignum agente, si indiguisset, aut in eo, cui promeruit. ¶ Verum tunc ultra posset

Quæstio.

iquiri, An fruitio respectu verbi sit meritorius actꝰ in se, vel actus ille, vt tendit in alia obiecta relucentia in verbo, sicut dilexit beatissimã suã matrẽ, quã vidit ibidẽ, aliosque electos ibi visos. Ad quod potuerit

tuerit responderi, ꝙ vtroq; modo, vel maximè vt actus, tendit in alia visa, & dilecta ibi. ¶ Prȩterea si quæratur, An Christus meruit nobis gratiam, & gloriam; ad hoc ab aliquibus dicitur, ꝙ meritum Christi consideratur dupliciter: vtpote, quantum ad sufficientiam, & quantum ad efficientiam: quantum ad sufficientiam, meruit omnibus culpæ deletionem, & gratiæ, àc gloriæ collationem: non autem quãtum ad efficientiam, sed sic solis electis, qui hæc consequuntur. Nam dicunt, quòd meritum Christi quandam habet infinitam ex supposito ver bi, quod eliciebat, atq; exercuit illas operationes: iõ vita, & actiones illius fuerunt bonũ infinitum. Vñ, & mors, pasio, operationesq; aliæ habuerunt quã dam infinitatem, vt sufficerent pro infinitis pecca- tis delendis, & gratijs, ac glorijs conferendis. Istud confirmatur per Anselmum libro, Cur Deus homo quo vult, ꝙ homo deberet magis eligere oẽ aliud à Deo destrui, ac perire, quàm scienter mortem in- ferre, aut aliquam læsionem infligere homini illi, vi delicet Christo: Cumq; vita eius fuerit tanta, vt in finitè amabilior esset, quàm peccata etiam infinito rum hominum essent odibilia, idcirco mors Chri- sti fuit sufficiens pro omnium redemptione. ¶ Sed contra hæc arguo, quia cum verbi persona sit pȩ- nitus infinitæ dignitatis, sequeretur, ꝙ velle Chri sti creatum, & meritum eius infinitæ sint efficaciæ, ac virtutis, & Deus trinitas in tantum, ea acceptet, quantum, & increatum velle ipsius. Itaq; considerã dum, quòd pasio Christi non fuit occasionaliter ꝑuisa, sed sicut bonum immediatius fini præuideba tur à Deo ab ȩterno. sicq; Christus in humana car- ne, cum sit propinquior fini cȩteris, priùs prædesti- nabatur secundum naturam tunc assumendam. Il- le tunc fuit ordo in prȩuisione diuina ẜm norm̃ mo dum cõcipiendi. Primò Deus intellexit seipsum sub ratione summi boni. In secundo signo intellexit om nes creaturas. In tertio prȩdestinauit quosdam ad gratiam, & circa alios habuit actum negatiuum nõ eos prædestinando. In quarto præuidit omnes istos casuros in Adam. In quinto præordinauit, & præui dit de remedio ad sanandum per Christi pasionẽ. Sic ergo electi omnes prædestinantur, & præuiden tur ad gratiam, & gloriam, priusquam præuidere- tur pasio Christi vt remedium cõtra lapsum, quẽ- admodum medicus priùs vult hominis sanitatem, quàm ordinet de medijs ad sanandum, & sic tota trinitas præuidit Christi pasionem, tanquam me- dium acceptandum pro electis in Adam cadentib⁹, priùs ad finalem gratiam prædestinatis. Sic quoque uerbum seu vnigenitus præuidit pasionem patri offerendam pro electis. sicque æquè efficaciter ob- tulit in effectum, & tota trinitas pasionem pro il- lis efficaciter acceptauit, atque pro nullis alijs fuit efficaciter oblata, & ab æterno acceptata. Sic quo- que meruit eis gratiam primam. ordinanten ad glo riam. Quantum verò ad sufficientiam, meritum Christi fuit finitum, quia à principio essentialiter finito dependeus, accipiendo ipsam cum omnibus suis respectibus, adhuc erat finita, siue cum respe- ctu ad uerbum, siue cum respectu ad finem, quo- niam omnes respectus erant finiti: ideo illud quan- tumcumque circunstantionatum, fuit finitum: imò si extitit infinitum, non fuisset minus, quàm uelle verbi increatum.

Ansel. lib. Cur Deus homo.

Præuisionis diuinæ ordo quas fuerit.

¶ Si quæras quantum valuit illum meritum quã tum ad sufficientiam, dico, quod omne aliud à Deo est bonum, quia à Deo volitum, non econtra. Sic meritum istud tantum bonum fuit, pro quanto acceptabatur, & ideo meritum, quoniam accepta- tum: non ecõtrario, quia meritum, & bonum, ideo acceptatum. tantum quoque põtuit acceptari pasi uè, quantum potuit tota trinitas ipsum acceptare actiuè. Sed nõ potuit ex sua formali ratione, quam in se habuit, acceptari in infinitum, & pro infinitis, sed solum pro finitis. Veruntamen ex circunstantia, & de congruo, ratione creati suppositi habuit ra- tionem quandam extrinsecam, quare Deus potuit illud acceptare infinitum, hoc est, extensiuè pro in finitis. Si autem meritum illud fuisset personæ alte- rius, sic nec ratione operationis seu operis in se, nec ratione operanti fuisset congruitas acceptationis illius pro infinitis. Porrò, pro quantis, & pro quot Deus uoluit hãc pasionem, ac bonum uelle crea- tum Christi acceptare, pro tantis, & tot sufficit. Ex formali autem ratione rei acceptabilis in se, nõ fuit acceptabilis pro infinitis, sicut nec formaliter in se extitit infinitum. ¶ Præterea, meruit omnibus, qui primam gratiam obtinent, collationem gratiæ hu- ius, ita, quòd non cooperatur ad hoc uoluntas hu- mana, nisi in adultis baptizatis, in quibus requiri- tur dispositio aliqua bona uoluntatis, & hoc fuit potisimum in merito Christi, quòd meruit non coniunctos coniungi. Quantum uerò ad gratiam pœnitentialem post lapsum in mortale peccatum, quamuis meritum Christi sit principale in prome- rendo, atq; totalis causa de condigno, nihilominus requiritur ibi aliquid ex parte gratiam recipientis, puta attritio, & compunctio de peccato de cõgruo, Conformiter Christus seu meritum eius ut totalis causa, meruit nobis apertionem ianuæ paradisi, nec in hoc cooperamur ei: attamen nullus actu ingredi tur cælum, nisi cooperante, & concurrente gratia prima. ¶ Sed contra ista arguitur, quia si merito pasionis Christi futuræ, data est primis parentibus, & electis ueteris testamenti, ac legis naturæ gratia prima, ergo in ipsis præmium, puta collatio gratiæ, præcesit meritum Christi illis actualiter meruit gratiæ huius collationem. Et per eandem rationem posset dici cum Magistro, ꝙ in angelis præmium præcesit meritum.

Obiectio.

¶ Rursus, si pasio Christi ut ab æterno prȩuisa, & summæ trinitati accepta fuit meritum, & ratio conferendi gratiam patribus, antequam ipsa pas- sio actualiter exiberetur; eadem rõne pasio Christi ut ab ȩterno præuisa, & accepta trinitati, potuit esse rõ prædestinandi: sicq; prædestinatio sanctorum ha buisset meritoriam causam. ¶ Ad primum respon- sio, quod meritum Christi prȩuidebatur ab æterno acceptumq; fuit sic præuisum, ut aliquid boni con- ferretur electis ratione illius antequam exiberetur. Cuius exemplum est secundum Anselmum libro, Cur Deus homo, Ponatur, quòd aliqui offenderũt regem, ideòque exultati sunt. Venit unus innocens de sanguine illorum, promittens facere obse- quium regi ita acceptum, quod rex statuat exulta- tis ignoscere, atque eorum posteris cum peccaue- rint, indulgere, dum pœnituerint, ac satisfecerint: attamen protestando, quòd nullus illorum suum intrabit palatium, quosque innocens ille promis- sum obsequium actu compleuerit. Hoc modo in- tuitu, & merito pasionis Christi implendæ, Deus ignouit in circuncisione, & ante, sicut, & nobis me- rito pasionis exibitæ in baptismo: sed ante pasio- nis realem executionem, nemo agredi potuit aulam cælestem. Nec sequitur, ꝙ simili modo in an gelis potuit præmium priùs merito esse In isto tamen mihi est difficultas, quoniam generaliter uerum

Dilutio.

Ansel. lib. Cur Deus homo. Exempli pulchrum quó patres veteris testamenti meritis Christi seruati sunt.





uerum est, quod summũ bonum, ad quod ordinat meritum, conferri non debet ante meritum exhi- bitum & completum. Summum verò, ad qd̃ Christi meritum ordinatur, est ingressus electorum in pa radisum qui nulli illorum concessus est ante realẽ Christi pasionem. Angelis uerò non lapsis, nec reis data est gloria ȩternalis pro merito eorum præ- cedente, uidelicet actuali conuersione ad creatorẽ Nullus demum ante (præter Christum) potuit ia- nuã paradisi lapsis reserare, nec cooperari ad hoc quamuis ad ipsum introitum cooperentur adulti Aliud enim est ianuam aperire, aliud ingredi: imò plerunque difficiliùs est ostium reserare, q̃ aperto itrare, ideo ad ingressum cooperari ualemus, ad ap tionem verò nec nos, nec patres nostri potuerunt, sed pasio Christi fuit illius causa præcisa, ¶ Ad secũ dum negatur consequentia, quia electi priùs natu- ra fuerunt prædestinati, q̃ pasio Christi fuit præui- sa, Deus etenim priùs uoluit electos gratiam, glo- riamq; habere, q̃ præuidet eos casuros. Sic & priùs vidit lapsuros; quàm contra lapsũ prȩordinauit me dicinã: ideo pasio ut præuisa, post ꝑuisionẽ ruinæ fuit ratio remittendi offensam, conferendiq; gratiã reconciliantem, non autem potuit prædestinationis ratio esse.

Præclara sententia.

Obiectio.

¶ Si autẽ rursus obijcias, peccatum est grauitatis immensȩ: quoniam tanta est offensa & culpa, quan- tus is, qui offenditur, & in quem peccatur: si ergo meritum Christi in se essentialiter est finitum, non sufficit ad delenda peccata & ad satisfactionem pro eis. Respondeo, quamuis pasio, & meritum Chr̃i in se formaliter sunt finita: tamen per gratiam, & gloriam uniunt infinito obiecto: ideo potuerunt de lere peccatum, atq; reatum auertentem à bono im- menso. ¶ Cum verò obijcis ꝙ nõ, q̃a peccatum est in finitum: si hoc ita intelligis, ꝙ peccatum sit malum intensiue ac formaliter infinitum, falsisimum est Sic namque oporteret ponere summũ malũ, & Deũ Manichæorũ. Cũq; id probas, quoniã tantũ est pec- catum, quantus est, in quem fit: dico ꝙ si ly, tantum & quantũ, referantur ad rationes formales utriusq; in se, falsum est: tamen secundum terminum à quo auertit peccatum, aliquam infinitatis denominatio nem sortitur: ut quemadmodũ quadam extrinseca denominatione beatificus actus Michaelis dicitur infinitus, quia coniungit termino ad quem infinito, qui tamen actus in se formaliter est finitus: sic pec- catum, quia auertit à termino infinito, sortitur quã dam infinitatem extrinsecã, cum grauiùs sit pecca- tũ in Deum, quàm in creaturã, & peccatum in regẽ quàm in militem. Nunquam tamen potest tantum esse, ꝙ sit malum formaliter infinitum. Verbi gratia, Si per imposibile dicerem infinitum corrumpi, di- cerem, ꝙ eius corruptio esset infinita, non utiq; in tensiue, atq; formaliter, sed ratione termini à quo quia corruptio illa ab infinito inciperet, & ita est de peccato. Hinc breuiter dico, ꝙ intensiuè tanto amo re potest aliquis sanctus ferri in summum bonum diligendo, quanta deordinatione intensiue auerte- batur, & quãtum peccatum abduxit à termino à quo, tantũ dilectio ei coniungit: quod potisimè ue rũ est de amore animȩ Christi. ¶ Sed his denuo ob ijci potest: Primò, quoniã, pœna peccato mortali de bita est infinita, ergo oportet meritum Christi infi nitum consistere, ¶ Secundò, quia & si infiniti ho- mines assent, aut forent, pro omnibus meritũ Chri- sti sufficeret. ergo est infinitum. Tertio, si ꝑ oĩbus sa tisfecit, & efficaciter illis gratiã, gloriamq; promer uit, gratia, & gloria omnibus conferetur, quod nõ est ita, cum sint multi uocati & pauci electi. Paucus quoque est numerus fidelium respectu infidelium, nec omnes saluantur baptizati. ¶ Ad primum respõ deo, ꝙ pœna illa est infinita extensiuè, & hoc, q̃a subiectum semper manet sub culpa; & hoc est ex or dinatione diuina, quoniam ubi cecidit lignum, ibi erit: non sic, quin Deus aliter posset punire peccatũ imò si puniret animam solum ꝑ unũ diẽ pro morta li peccato, & deinde eã mox annihilaret, nequaquã iustitiam faceret. ¶ Ad secundum quod bonum uel- le Christi & pasio eius, secundum se formaliter cõ siderata, possent recompensari per bonum finitum sicut & ipsa erãt bonum finitum. Remunerat tamẽ Deus ultra condignum. Ideo potest rõne suæ uolũ tatis acceptare bonum uelle Christi pasionemq;, eius pro infinitis: quoniam tantum ualent, pro quã- to acceptantur à Deo. Quamuis demum Deus po- set acceptare pasionem illam pro infinitis: non ta- men infinitè; quia non potest aliquod creatum ex parte diligibilis diligere infinitè, cum non sit nisi finitè entitatis, & amabilitatis De facto quoque nõ fuit pasio Christi nisi pro finitis, & efficienter solũ modo pro electis, per quod patet solutio tertij. quo niam Christus nõ meruit omnibus quantum ad effi cientiam, quoniã ex intensione acceptionis, seu Dei accipientis, & acceptantis, ac Christi offerentis pas sionem suam, ac pium uelle suum, acceptum, & ob- latũ fuit pro electis, & prædestinatis, non pro alijs. Hæc Scotus. Cuius uerba notabilia hic uidentur; quorum tamen aliqua recitatiuè induco magis, q̃ assertiuè, præsertim hoc ultimum dictum, & consi- milia ei Nempe saluator verè, & realiter superabun danter pro uniuersis, & singulis satisfecit hominib⁹ quantum ex parte ipsius est, & quo ad plenitudi- nem, & efficaciam meriti sui.

Respons.

Peccatum est infinitũ ratione obiecti.

Peccatom in Deum grauius q̃ in creaturam.

Obiectio.

Matt. 22.

Responsio

Eccle 11.

¶ Amplius de his, puta de merito, atq; effectibus pasionis dominicæ, multa conscribit Thomas in 3. parte quȩstione 48. Christo, dicens, data est gra- tia, non solum ut homini singulari, sed item ut ca- piti totius ecclesiæ, quatenus ab ipso redundet in membra ipsius, Ideo opera, ac merita Christi ita se habent, tam quo ad eius personam, quàm quo ad membra ipsius, sicut se habent opera meritoria alte rius hominis in gratia constituti ad ipsum: ideo si- cut homo consistens in gratia, persecutionemq; pa- tiens propter iustitiam, meretur sibijpsi salutem, iux ta illud Matthæi, Beati, qui persecutionem patiunt propter iustitiam &c. sic Christus patiendo ex cha- ritate, & obedientia propter iustitiam, meruit non solum aliquid sibi, sed & omnibus suis membris gra tiam, & salutem. Sicque pasio Christi causauit no- strã salutem per modum meriti, item per modum satisfactionis. Ille quippè satisfecit propriè pro of- fensa, qui exhibet offenso, id quod æquè, aut magis diligit, quàm odit ipsam offensam. Christus autem ex charitate, & obedientia patiendo, maius aliquid Deo exhibuit, quàm reconpensatio offensæ totius generis humani exegit. Primò, propter magnitudi- nem charitatis, ex qua patiebatur. Secundò, propter dignitatem uitæ suæ, quæ fuit Dei, & hominis uita, quã pro satisfactione exposuit. Tertio, propter pas- sionis suæ generalitatem, atq; assumpti doloris acer bitatem. Hinc pasio Christi fuit non solum suffi- ciens, sed & suberabundans satisfactio pro peccatis totius generis humani, iuxta illud Iohãnis; Ipse est propiciatio pro peccatis nostris: non ꝑ nostris autẽ tm̃, sed & pro totius mundi. ¶ Porrò si instes, q̃a pas- sio Chr̃i crudelisima fuit, & Dei maximè offensiua Dicendũ, quòd ita est ex parte occidẽtiũ Christum

Tho Aqui. 3 par q 2. 48. arti. 1.

Matt. 5.

Art. 2. vbi supra.

1. Ioh. 2

qui ex uitiosissima uoluntate Dei filium occiderunt: sed ex parte patientis fuit pijssima,& summæ trinitatis plena riè placatiua, eo quòd Christus experfectissimis uirtutibus eã toleravit & acceptavit.Hæc Thomas in Summa,de quibus infra dicet diffusius.

## QVAESTIO II.

Modo quærendum, *An Christus a primo suæ conceptionis instanti, in virgine,meruit.* ¶Videtur quòd non, quoniam prius est esse,quàm agere, ergo & prius cœpit esse, & prius fuit in natura assumpta,quàm meritoriè egit in ea.Secundò, demonstratum est libro secundò, quod diabolus non potuit esse malus & demeritoriè operans in primo suæ creationis instante,ergo nec anima Christi,nec aliqua creatura potuit esse actualiter bona seu meritoriè agens in primo instanti suæ creationis. Tertio,homo non promeretur nisi ex libero arbitrio & deliberatione agendo. Deliberatio autem sequitur consilium, cum sit ex electione, quæ ex consilio oritur. Consilium vero est inquisitio de agendis, nec potest in instanti completi, ergo nec deliberatio.

In oppositum

¶In oppositum est, ꝙ anima Christi à primo suæ creationis instanti,fuit uerbo non solum hypostaticè, sed beatificè quoque unita, quæ unio in actu consistit:& sic primo instanti sui esse, potuit agere,& mereri: unde.& Christus in primò conceptionis suæ instanti uir fuisse asseritur, iuxta illud Ieremiæ: Nouum faciet dominus super terram,mulier circundabit uirum idest beatissima uirgo in utero suo concipiet & concludet Christum Deum & hominem, omni perfectione sapientiæ ac uirtutum ornatum.

Ierem. 31

Alexand.

¶Ad hoc Alexander respondet:Duplex est principium utpotè intra sumptum, & extra acceptum. Loquendo de principio intra sumpto, non est dicendo,quòd Christus homo à principio suæ conceptionis meruerit, cum illud principium sit instans, quo sua anima producebatur in esse à spiritu sancto.Si autem principium nominetur extra acceptũ, sic meruit à suæ conceptionis principio: quoniam statim post,quam in uirgine est conceptus, habuit plenum liberi arbitrij usum, fuitque uir perfectus quantum ad animam,plenitudine gratiæ,atque sciẽtiæ,usuque rationis:quantum etiam ad corpus,quo ad formationem membrorum, & distinctionem lineamentorum, non quo ad corporis quantitatem Prius ergo fuit,quàm meruit,nec tamen ad promerendum requiritur diuisio seu egressus ab utero Hæc Alexander.

Bonauen.

¶Circa hæc scribit Bonauentura: Ad perfectionẽ meriti duo concurrunt,uidelicet gratuitus habitus, & actus eius seu usus,Primum horum omnes doctores catholici fatentur fuisse in Christo in primo suæ conceptionis initio.Sed de secundo duplex positio Vna dicentium,quòd non in primò instanti,sed statim post illud promeruit,ut expositum est.Alij, qã in primo instanti meruit propriè, quod datum est ei per priuilegiatam & perfectissimã gratiam.ficque in eodem instanti anima eius est creata,infusa & informata per gratiam, atque in actum progressa. Vtrunque horum satis rationabiliter potest defendi.prima tamen positio communior,rationabiliorque consistit.Hæc Bonauentura. Qui etiã prosequitur &declarat,qualiter utraque positio possit defendi soluendo utriusque obiecta.

Tho.Aq.

¶Porrò sanctus Thomas ad secundam positionẽ diuertens:Christo, inquit, attribuere debemus quo ad animam eius, omnem perfectionem spiritualem q̃ sibi potest attribui. Cumq; possibile sit ipsũ in primo suæ conceptionis instante meritorium actũ egisse,dicendum est,ipsum in primo illo instante promeruisse.Nempe quod aliquid in primo instanti sui esse non ualeat agere,nequit contingere nisi tribus modis,Primo ex hoc,quod deest sibi perfectio aliqua, quæ requiritur ad agendum, quemadmodum catulus in primo instanti suæ natiuitatis non potest uidere,quia non habet organum uidendi completum.Secundo propter extrinsecum impedimentum sicut aqua concluſa non potest effluere. Tertio, ex natura operationis quæ successionem requirit iõ tempore mensuratur ut ignis accensio. In Christo autem non defecit perfectio aliqua ex parte ipsius necessaria ad meritorium actum,nec aliquid extrinsecum eum potuit impedire actus quoque charitatis quo mouebatur,indiuisibilis est,non successiuus Quidam uero tenent contrarium, proprer motiua præhabita.Quibus respondeo ꝙ non oportet ipsum esse, præcedere actionem tempore, sed sufficit quod natura:sicut uidemus in igne & lucè,per quod solutum est primum.Ad secundum, ꝙ motus voluntatis in bonum finem, est sibi connaturalis: idcirco in primo instanti suæ creationis potest illum habere, quia ad finem naturaliter desideratum deliberatione nõ indigemus, & in hoc potest meritum esse. Peccatum autem contingit ex hoc, quod uoluntas moueturin aliquid,quod non competit fini naturaliter desiderato.Vnde quod contingat ex falsa collatione illius ad finem.Hinc ad peccatum exigitur collatio eius quod habet bonitatem apparentem ad id,quod est p se bonum naturaliter desideratum ob hoc,in primo instanti suæ creationis mens nequit peccare. Ad tertium, quòd deliberatio, & consilium (secundum Philosophum) non sunt de fine,sed mediis: dum latet quæ ad finem expediant.In ipsa autem intentione finis mens promeretur, non ergo exigitur deliberatio ad merendum etiam in hominibus alijs,quantum ad finis appetitũ. Nec in Christo exigebatur deliberatio de his quæ sunt in finem,quia de eis extitit certus.Hæc Thomas in Scripto.

Peccatum unde cõtingat.

¶Porrò in tertia parte,quæstione 34. Assumptæ, ait, naturæ,in Christo competit spiritualis perfectio, non in quantum profecit,sed eã statim a principio habuit Vltima autem perfectio consistit in actu,non in habitu neque potentia. Hinc Christus in primo instanti suæ conceptionis,illam habuit animæ operationem, quæ põt in instanti haberi,ut sunt actiones intellectus & uoluntatis,in quibus consistit liberi arbitrij, usuſq perfici untur in instanti magis,quàm uisio corporalis,eo quòd intelligere, uelle,sentire non sint motus actus imperfecti,qui successiuè completur,sed actus perfecti,ut 3.de anima dicitur,ideo Christus in primo illo instanti habuit usum arbitrij liberi. Præterea, Christus homo in primo illo instanti fuit sanctificatus in utero. Sanctificatio quoque est duplex,Vna adultorum, qui sanctificantur concurrente proprio actu eorum. Alia puerorum,qui sanctificantut fide parentum siue ecclesiæ,& habitualis gratiæ infusione. prima sanctificationum istarum perfectior est,sic ut actio habitu,& id,quod est per se,eo quod est per accidens. Hinc sanctificata est anima Christi in primo instanti per liberi arbitrij motum,seu actum in Deum qui actus meritorius fuit:ideo in primo illo instanti promeruit. Hæc idem in Summa.

art.1.&2.

Tho. arti. 1.ut supra

¶Concordat per omnia Petrus, Richardus uerò scriptis Bonauenturæ.

¶Denique



Albertus

¶Deniq; Albertus Alexandro magis consentiens: Probabilior, inquit,mihi uidetur opinio illa, quòd Christus non meruit à primo conceptionis instanti.Alij tenent oppositum,& soluunt obiecta, dicẽtes quod illud instãs est medietas quædam præteriti & futuri:& ut est finis p̃teriti, sic i eo humanitas Christi accepit esse:atq; ut est futuri principiũ,Christus meruit in eodem:& ita non secundùm eandem rõnem instantis illius Christus cœpit esse,ac promereri.Hæc Albertus.

Vdalricus

¶Concordat Vdalricus: Opera, dicens, Christi meritoria,fuerunt opera rationis humanæ, secundum quod operatur in uita animali. Sic autem rõ in omni opere suo utitur utente corpore, ideſt,phãtasmate, ideo operationes suæ sunt cum continuo & tempore,sunt q̃; cum motu & successione Tales ergo fuerunt operationes Christi,etiam interiores & successiua operatio nequit esse in nunc:ergo nihil meruit Christus in primo instanti.Hæc Vdalricus.¶Qui tamen alibi frequenter fatetur,quòd intellectus specie iam abstracta, atque in se recepta, non indiget phantasma ad intelligendum in spicere Deniq; mereri conuenit menti creatæ,potissimè secundum uires suas superiores.per respectum ad in creatum obiectum, & per charitatis affectũ, quem certum est instantaneum esse,& uitam intellectualẽ ac spiritalem magis, quàm animalem respicere.

Duand.

¶Insuper Durandus utranque iam tactam opinionem hic recitat, & magis declinare uidet ad Thomæ positionem.Aliqua tamen tangit contra eadem dicendo Si ergo meruit ab instanti conceptionis, aut actione beata,aut alia actione non beata. Non actione beata:quia illa conuenit sibi ut compræhẽsori:& ut talis,non meruit: nec actione non beata, quoniam actus uoluntatis in quo consistit meritum sequitur actum cognitionis.In Christo autem præter actionem beatificam.fruitionem diuinam, non fuit nisi duplex cognitio,puta infusa & exprimentalis,quarum neutra fuit in Christo in primo suæ cõceptionis instanti, propter imperfectionem organorum & uirium sensitiuarum,quarum actus necessarij sunt ad usum scientiæ infusę & exprimentalis. Veruntamen si anima Christi in primo illo instante exire potuit in actum scientiæ infusę, non uideo q̃n potuit exire in actum meritorium uoluntatis. Nihil enim obsisteret, nisi quia posset uideri alicui, quòd actus,quem habet creatura rationalis in primo instanti sui esse,non sit in potestate & libertate ipsius & ita non esset meritorius: hoc autem non obstat. Quodammodum enim Deus ab æterno uoluit q̃quid postea, & tamen uult aliqua liberè, sic rationalis creatura in primo suo instante, potest multa, liberè uelle, quod uelle potest meritorium esse, si cadat super debitum obiectum cum circunstantijs debitis.Potest etiam dici,quòd non oportet animam communicare cum corpore ut obiecto in omni meritoria actione sed sufficit quòd sit in corporepassibili, ac mortali, ratione cuius sit in statu uiæ:Hæc Durandus.

¶Constat autem ex præinductis,quòd sicut anima, Christi in primo. suo instanti potuit esse in actu beatificæ uisionis,ita in actu infusæ scientię: quorum actuum unus alium non impediuit, nec ad aliquẽ eorum requiritur speculatio ulla phantasmatis.

¶Huic positioni Scotus quoque consentit:Dubiũ, dicens est, an potuit mereri in primo instanti: & uidetur quòd sic, nec uideo oppositum: quoniam omne habens actum primum perfectum & obiectum præsens, cuius ratio quoque obiecti non est impedita,& actus eius secundus sit permanens, nec successiuus, potest agere in quocunque instanti omnia ista concurrunt; quia non plura requiruntur ad actum,& omnia ista fuerunt in primo instanti conceptionis in Christo.Cumque Christus fuerit perfectus in cognitione omnium rerũ, in primo illo instãti potuit esse electio :perfectus autem in cognoscendo non discurrit, sicut perfectus citharista percutiendo chordas non sylogizat. aliàs imperfectè operatur,ut secundo physicorum habetur. Hęc Scotus.

Scotus

Et ista positio uerior esse uidet,qa & magis ad priuilegiatam excellentiam pertinet animæ Christi, & iuxta philosophica documenta, in intelligentijs, esse non præcedit ipsum intelligere duratione, sed solũ ordine naturæ:imo secundũ Auicennã, Algazelẽ & plures,intelligentiæ sunt coæuæ:& tamen una earum per actum intelligendi ab alia est producta.Anima autem Christi quamuis dignitate specifica ab illis deficiat, nihilominus per gratiarum charismata uehementer eminet omnibus illis, per dona gloriæ uehementiùs per hypostaticam unionem cũ verbo æterno uehementissimè.ei ergo magis id competit

## *Hic,qualiter a diabolo & a peccato nos redemit per mortem Distinctio XIX.*

NVnc ergo quæramus, quomodo per mortem ipsius à diabolo, & à peccato & à pœna redempti sumus. A diabolo ergo & à peccator per Christi mortem liberati sumus:qa ut ait Apostolus,in sanguine ipsius iustificati sumus, & in eo,quòd sumus iustificati id est,à peccatis soluti,à diabolo sumus liberati,nos uinculis peccatorum tenebat.Sed quomodo à peccatis p eius mortem soluti sumus? Quia per eius mortem,ut ait Apostolus,commendatur nobis charitas Dei,id est,apparet eximia & commendabilis charitas Dei erga nos, in hoc quod filium suum tradidit in mortem pro nobis peccatoribus.Exhibita autem tantæ erga nos dilectionis arra,& nos mouemur,accendimurque ad diligendũ Deum,qui pro nobis tanta fecit:& per hoc iustificamur,id est,soluti à peccatis,iusti efficimur.Mors ergo Christi nos iustificat,dum per eam charitas excitatus in cordibus nostris. Dicimur quoque & aliter per mortem Christi iustificari, quia per fidem mortis eius à peccatis mundamur Vnde apostolus:iustitia dei est per fidem iesu Christi. Et item; Quem Deus pro posuit propiciatorem per fidẽ in sanguine.ipsius.i.per fidem passionis, ut olim aspiciẽtes in serpentẽ æneũ in ligno erectum,a morsibus serpentũ sanabantur.Si ergo rectæ fidei intuitu in illũ respicimus, qui pro nobis pependit in ligno,à uinculis diaboli soluimur.i.a pctis

Roman.5.

Ibidem.

Roman.8.

Roma 3. Ibidem. Num. 21. Iohan 3.

& ita à diabolo liberamur, ut nec post hanc uitam in nobis inueniat quod puniat
Morte quippe sua uno uerissimo sacrificio, quicquid culparum erat, unde nos diabolus
ad luenda supplicia detinebat, Christus *extinxit, vt hac uita tentando nobis non præ- *extraxit
ualeat. Licet enim nos tentet post Christi mortem, quibus modis antè tētabat, non ta-
Mat 26. Lucæ. 11. men uincere potest sicut antè uincebat. Nam Petrus, qui ante Christi morrem uoce an-
Lucæ. 11. fortior, i. Christus, ueniens in domum fortis .i. in corda nostra ubi diabolus habitabat,
Psal. 68. allegauit fortem, i. à seductione compescuit fidelium, ut tentationem, quæ ei adhuc
permittitur, non sequatur seductio ita plenè ut ante. Itaque in Christi sanguine, qui
Art. 4. Augustin. de agone Christiano. soluit, quæ non rapuit, redempti sumus à peccato, & per hoc a diabolo, Nam ut ait Au-
gustinus, In ipso uincuntur inimicæ nobis inuisibiles ptātes, ubi uincuntur inuisibiles
cupiditates, Fuso enim sanguine sine culpa, omnium culparum chirographa deleta
sunt, quibus debitores qui in eum credunt, à diabolo ante tenebantur. Vnde? Qui pro
multis effundetur. Per illum ergo redempti sumus, in quo princeps mundi nihil inuenit
Matt 26. Iohan. 14. August. Vnde Augustinus causam & modum nostræ redemptionis insinuans, ait: Nihil inuenit
diabolus in Christo ut moreretur, sed pro uoluntatæ patris mori Christus uoluit, non
habens mortis causam de peccato, sed de obedientia & iustitia mortē gustauit, per quā
Mat. 26. Iohan 14. August. nos redemit à seruitute diaboli. Incideramus enim in principem huius seculi, qui sedu-
xit Adam & seruum fecit, cepitque nos quasi uernaculos possidere, sed uenit redēptor,
& victus est deceptor. Et quid fecit redemptor captiuatori nostro? Tetēdit ei muscipulā
scilicet crucem suam, posuit ibi quasi escam sanguinem suum. Ille autem sanguinem
Hebræ. 2. suum fudit, non debitoris, per quod receſsit à debitoribus. Ille quippè ad hoc sanguinē
2 Pet. 2. suum fudit, ut peccata nostra deleret. Vnde ergo nos diabolus tenebat, deletum est san
guine redemptoris. Non enim tenebat nos nisi uinculis peccatorum nostrorum. istæ
erant catenæ captiuorum. Venit ille, alligauit fortem uinculis passionis suæ, intrauit in
domum eius, id est, in corda eorum ubi, ipse habitabat. & uasa eius (scilicet nos) eri-
puit, quæ ille impleuerat amaritudine sua. Deus autem noster uasa eius eripiens, & sua
faciēs, fudit amaritudinem, & impleuit dulcedine per mortem suam, à peccatis redimēs
& adoptionem gloriæ filiorum largiens.

## *Cur Deus homo, & mortuus.*

Factus est ergo homo mortalis, ut moriendo diabolum uinceret. Nisi enim homo esset
qui diabolum uinceret, non iustè, sed uiolenter homo ei tolli uideretur, qui se illi spon- *ucit.
Lucæ. 11. te subiecit. Sed si eum homo uincit, iure manifesto hominem perdidit. Et ut homo nin
cat, necesse est ut Deus in eo sit, qui eum à peccatis immunem faciat. Si enim per se ho-
mo esset uel angelus in homine, facile peccaret, cum utranq; naturam per se constet ce
Roma. 3. cidisse. Ideo Dei filius hominem passibilem sumpsit, in quo & mortem gustauit, quo ce-
lum nobis aperuit, & à seruitute diaboli, id est, à peccato (seruitus enim diaboli pecca-
tum est) & à pœna redemit.

## *Quomodo & a pœna Christus nos redemit per mortem.*

Aqua pœna? temporali & æterna. Ab æterna quidem, relaxando debitum: à tempo-
rali uero penitus nos liberabit in futuro, quando nouissima mors inimica destruetur.
Col. 3. Adhuc enim expectamus redemptionem corporis: secundum animas verò iam redem
pti sumus ex parte, non ex toto: à culpa. non à pœna. Nec omnino a culpa. Non enim ab
ea sic redempti sumus, ut non sit, sed ut omnino non dominetur.

## *Quomodo pœnam nostram portauit.*

2. Cor. 5. Peccata quoque nostra, id est, pœnam peccatorum nostrorum, dicitur in corpore suo su
per lignum portasse: quia per ipsius pœnam, quam in cruce tulit, omnis pœna tempora-
1. Pet. 2. lis, quæ pro peccato conuersis debetur, in baptismo penitus relaxatur, ut nulla à baptiza
to exigatur, & in pœnitentia minoratur. Non enim sufficeret illa pœna, qua pœnitētes li
gat ecclesia, nisi pœna Christi cooperaretur, qui pro nobis soluit. Vnde peccata iustorum
Roma. 3. qui fuerunt ante aduentum, in sustentatione Dei fuisse usque ad Christi mortem dicit
Apostolus, ad ostensionem iustitię eius in hoc tempore. Ecce apertè expositum est, quo-
modo, & quid Christus per mortem nobis meruit, & impetrauit.

## *Si solus Christus debet dici redemptor, ut solus dicitur mediator.*

1. Tim. 2. Vnde ipse uerè dicitur mundi redēptor, & Dei, hominumq; mediator. Sed mediator
in scriptura dicitur solus filius, redēptor uero aliqñ ēt pater uel spirituſsanctus, Sed hoc
propter



propter usum potestatis, non propter exhibitionem humilitatis & obedientię. Nā secū
dum potestatis simul & obedientiæ usum, filius propriè dicitur redēptor: quia & in se
exploit, per quæ iustificati sumus, & ipsam iustificationem est operatus porentia deita
tis cum patre & spiritu sancto. Est ergo redempror, & inquantum est Deus potestatis
usu. inquantum homo, humilitatis effectu. Et sępius dicitur redemptor secundum hu-
manitatem, quia secundum eam, & in ea susćepit & impleuit illa sacramenta, quæ sunt
causa nostrę redemptionis. Propriè ergo filius redemptor.

Redēptor proprie dicitur filius

## *De mediatore.*

Qui solus dicitur mediator, non pater vel spirituſsanctus. De quo Apostolus: Vnus 1. Timo 2
mediator Dei & hominum homo Christus Iesus. ideſt per hominem quasi in medio
arbiter est ad componendam pacem. ideſt ad reconcilliandum homines Deo. Hic est
arbiter, quem Iob desiderat, Vtinam esset nobis arbiter. Reconciliati enim sumus Deo Iob. 31.
(vt ait Apostolus) per mortem Christi. Quod non sic intelligendum est, quasi nos ei sic Roman. 5.
reconciliauerit Christus, ut inciperet amare, quos oderat, sicut reconciliatur inimicus
inimico, ut deinde sint amici, qui ante se oderant: sed iam nos diligenti Deo recon
ciliati sumus. non enim ex quo ei reconciliati sumus per sanguinem filij nos cœpit dili
gere, sed ante mundum priusquam nos aliquid essemus. quomodo ergo nos diligenti
Deo sumus reconciliati? Propter peccatum cum eo habebamus inimicitias, qui habe- Ephe. 1.
bat erga nos charitatem, etiam cum inimicitias exercebamus aduersus eum operā do Mediator
iniquitatem. Ita ergo inimici eramus Deo, sicut iustitiæ sunt inimica peccata: & ideo di verus Chri
missis peccatis, tales inimicitię finiuntur, & reconciliamus iusto, quos ipse iustificat. stus est.
Christus ergo dicitur mediaror, eo quòd medius inter Deum & homines, ipsos recon- Augustin.
ciliat Deo: Reconciliat autem, dum offendicula hominum tollit ab oculis Dei ideſt de ciuita
dum peccata delet quibus Deus offendebatur, & nos inimici eius eramus. Sed cum te Dei lib.
peccata deleat non solus filius, sed & pater, & spirituſsanctus, quorum deletio est nostra 13. c. 16.
ad Deum reconciliatio quare solus filius dicitur mediator? Nam de patre legitur, Quæstio.
quod reconciliauerit sibi mundum. Ait. enim Apostolus, Deus enim erat in Christo, 2 Cor. 5.
mundum reconcilians sibi. Cum ergo reconciliet, quare, non dicitur mediator? Quia
nec medius est inter Deum & homines, nec in se habuit illa sacramenta quorum fide
& imitatione iustificamur. i. reconciliamur Deo. Reconciliauit ergo nos tota trinitas
uirtutis usu, s. dum peccata delet: sed filius solus impletione obedientiæ, in quo patrata
sunt secundum humanam naturam ea, per quæ credentes & imitantes iustificantur.

## *Secundum quam naturam sit mediator.*

Vnde, & mediator dicitur secundum humanitatem, non secundum diuinitatem,
Non enim est mediator inter Deum, & Deum, quia tantum unus est Deus, sed inter
Deum & hominem quasi inter duo extrema, quia medius esse non potest, nisi inter ali Deut 6.
qua. mediator est ergo inquantum homo. Nam inquantum Deus, non mediator, sed
æqualis patri est, hoc, idem quod pater, cum patre unus Deus. Mediat ergo inter homi
nes, & Deum trinitatem secundum hominis naturam, in qua susćepit illa, per q uæ re- Augustin.
conciliamur Deo trinitati, & secundum eandem habet aliquid simile Deo, & aliquid lib. Confes
simile homnibus: quod mediatori congruebat, ne per omnia similis homnibus, longè sionum.
esset à Deo, aut per omnia Deo similis, longè esset ab hominibus, & ita mediator non
esset. Verus ergo mediator Christus, inter mortales peccatores, & immortalē iustum,
apparuit mortalis cum homnibus, iustus cum Deo, per infirmitatem propinquans no-
bis, per iustitiam Deo. Recte ergo mediator dictus est: qa inter Deum immortalem &
hominem mortalem est Deus & homo, reconcilians hominem Deo. In tantum media
tor, inquantum est homo. Inquantum autem uerbum, nō est medius: quia vnus cum pa
tre Deus. Si ergo Christus secundum uos ò hæretici unam tantum habet naturam, un-
de medius erit? Et nisi ita sit medius, ut Deus sit propter diuinitatis naturam, & homo
propter humanitatis naruram, quū humana in eo reconciliantur diuinis? Nam ipse ue Rom 5.
niens, prius in se humana sociauit diuinis per utriusque naturæ coniunctionem in una Ephe. 2.
persona: deinde omnes fideles per mortem reconciliauit Deo, dum sanati sunt ab im-
pietate, quicunque humilitatem Christi credendo dilexerunt, & diligendo imitati-
sunt. Ecce hic aliquatenus insinuatur, quare Christus solus mediator Dei dicitur, &
hominum, & secundum quam naturam mediet, s. humanam: & cui mediet, scilicet
Deo trinitati. Trinitati enim nos reconciliauit per mortē, per quam ēt nos redemit à ser
uitute diaboli. Nam ut Petrus ait, Non corruptibilibus auro & argento redempti su- 1. Pet 1.
mus, sed precioso sanguine agni immaculati.

Summa distinctionis. XIX.

COmpleto tractatu de Christi passione, & fructibus nobis per eam impensis, nunc agitur qualiter per eandem à multis malis simus erepti. Primò, qualiter per eam sumus à diabolo & eius potestate ac iure seu potius usurpatione, atque tyrannide liberati: deinde, qualiter à peccatis. Quocirca breuiter tangit cur Deus factus sit homo, & cur mori dignatus sit. Consequenter declarat, qualiter sua passione ac morte nos redemit à pœnis temporalibus ac æternis, ex quibus inducit quod solus Dei unigenitus incarnatus, appellãdus sit generis humani redẽptor ac mediator.

QVAESTIO I.

HIc quæritur de istis effectibus dominicæ passionis, *Qualiter mẽrito passionis filij Dei simus ab his malis erepti.* ¶ Et uidetur q̃ non, quoniam usquè in præsens omnibus malis istis subijcimur. ¶ Secundò, multi fuerunt homines sancti lege naturę & lege Mosaica, qui pro suis excessibus, tam mortalibus, si eos habuerunt, q̃ uenialibus plenariè satisfecerunt, ab originali quoquè peccato fuerũt purgati per remedia ad hoc diuinitùs instituta in lege Vtraquè. Hi ergo nulla satisfactione, redemptione seu purgatione per Christi passionem indiguerũt, præsertim cùm quidam eorum fuerunt martyres magni, sicut & Abel, & fratrs Machabæi, qui euolare (ut apparet) promeruerunt; ¶ Tertiò, sicut ante aduentum Christi & passionem ipsius homines habuerunt angelos sanctos custodes ac defensores, ita & nunc: quemadmodum etiam nil nunc potest nocumenti inferre hominibus, nisi permittente altissimo, & angelis sanctis, ita nec olim, ut patuit in sancto Iob, cuius nequiuit nocere pecoribus, nisi Deo licentiante: ergo non magis sumus modò liberati à potestate diaboli, q̃ qui ante aduentum Christi fuerũt. ¶ Rursus, sic pœnis temporalibus ac æternis subijciuntur iniqui, ut olim. Multa his consimilia possent fieri argumenta, quæ non aliud quærunt, qnàm ut exponatur qualiter intelligenda sint iam prætacta.

Gene. 4. 2. Mar. 7. Hebræ. 1. Iob. 1. 2. 1

¶ Circa hęc igitur loquitur Thomas, & primò qualiter per Christi passionẽ simus à pecato liberati: Delere peccata dupliciter dicitur. Primò formaliter, sicut albedo delet nigredinem. sicq; gratia seu uirtus delet peccatum. Secundò effectiuè, quod contingit tripliciter secundum tria genera causæ effiicientis. Efficiens nanq; dicitur uno modo, efficiens & producens effectum, & hoc est principale agens, formam iuducens, sicq; solus Deus delet peccatum, qui gratiam solus in fundit. Secũdò efficiẽs dicitur disponẽs materiam ad formæ receptionẽ, & sic ille asseritur peccatum delere, qui peccati deletionem meretur; quia ex merito efficitur quis dignus, quasi iam præparata materia ad gratiam recipiendam, per quam delenter peccata: quod contingit dupliciter, puta sufficienter & insufficienter. Sufficienter quippè dispositа extat materia, quando necessitas sit ad formam. sic & per meritum quis sufficienter disponitur ad aliquid, quando illud fit debitum ei, & hoc meritum est condigni. Sicque nullus homo nec sibi nec alteri potest gratiam promereri, neque delectionem peccati. Non sibi, quoniam antequam gratiam habeat, non est in statu merẽdi ut patuit. Nec alijs, quoniam actio unius non potest sufficienter transire in alium, nisi inquãtum hẽt aliquam communitatem cum illo, qui potest esse, uel per communionem in natura, uel per coniunctionem affectus. Sed prima coniunctio est essentialis, secunda accidentalis. Purus autem homo non potest in naturam, cum sit ea inferior: sed solum quantum ad coniunctionem affectus, quæ est unio accidentalis. Hinc nequit alteri sufficienter mereri, sed imò solum ex congruo. Solus uerò Christus potest alijs sufficienter mereri, cùm ualeat in naturã, utpote creator naturæ suaq; charitas est quodam modò infinita, sicut & gratia, iuxta prẽhabita. In hoc autem meruit pro tota natura, in quo debitum naturæ, uidelicet mortem, quæ pro peccato debebatur, naturæ exoluit, ipse peccatum non habens, vt pro se mortem soluere teneretur. Vnde pro tota satisfaciendo natura, sufficienter meruit alijs peccatorum deletionem. Tertiò, causa efficiens dicit agens instrumentale, sicq; sacramenta delent peccata, quia sunt instrumenta diuinæ misericordiæ nos saluantis. Veruntamen effectum salutarem passionis satisfactionisq; Christi non consequimur, nisi per fidem & charitatem ac sacramenta. Christus nanq; inquantum influit nobis per meritum suum, dicitur caput nostrum. Porrò ex capite non recipitur influxus in membris diuisis, sed capiti iunctis, quantumcumq; caput sufficiens sit ad influendum Ideo q̃uis meritum Christi sufficiens sit ad delendum omne peccatum, tamen ad efficientiam deletionis peccatorum exiguntur ea quæ capiti uniũt, ut fides & charitas. Idcirco Magister in litera assignat fidem passionis, & charitatem, quasi causas efficientiæ deletionis culpæ. Causam autem sufficientiæ assignat, dicendo: Mors Christi uerum est sacrificium, per quod peccata delentur, Hinc quãuis ex alijs beneficijs Dei & sanctorum exemplis charitas excitetur, non tamen coniungit merito sufficienti ad culpæ deletionem, inquantum excitatur ex illis, sed inquantum excitatur ex passione Christi, idem quoque de fide.

Thomas Aquinas.

Quæstio.

Responsio

¶ Insup si quæratur, An per Christi passionẽ uniuersa peccata sint deleta: Respõdeẽ ad hoc quod vt aliquid effectum queat inducere, duo requiruntur. Vnum ex parte agentis, ut scilicet habeat sufficientem uirtutem ad inducendum illum effectum: aliud ex parte recipientis, ut dispositum sit ad susciendum influxum agentis. Porrò in Christo est sufficiens uirtus ac meritum ad cuncta peccata delenda, ex duobus. Primò, ex actione in qua meritum consistit, quæ agit in uirtute diuina, eo q̃ fit actio Dei & hominis, atque ex hoc habet infinitam efficaciam in merendo. Secundò, ex parte eius quod passio abstulit, utpotè animam Deo unitam, quæ habuit infinitum ualorem ex hypostatica unione cum Deo, & ex hoc infinita est efficacia in merendo. Ex parte quoq; nostra exigitur, ut nos præparemus per fidem intellectus & charitatem affectus, imitationemq; operis, quod omnes non faciunt: ideo quo ad sufficientiam satisfactionis acmeriti omnia peccata Christi passione deleta sunt, non quantum ad efficientiam. Quamuis autem passio Christi ante suam realem existentiam habebat affectum, inquantum per fidem erat in mente credentium. non tamen remouit nisi personale impedimentum salutis, non impedimentum naturæ: ideo ante Christi passionem paradisum in gredi non ualebãt.

Roma. 8. 2. Pet. 1.

¶ Præterea, per Christi passionem sumus à diabolo liberati: quia potestas dæmonis in duobus consistit, uidelicet in impugnado & in detinendo dimictos. Ex hoc autem quòd quis impugnatur, nondum factus est seruus impugnantis, sed quando uictus. Vicerat uerò diabolus genus humanum in primis parentibus, & eis dominabatur, dum eos ad suũ uotũ deduxerat, ut nemo paradisi ianuã introiret. Vicit etiam



Iohann. 8.

etia m singulariter unumquenque, dum eum pertrahit ad peccandum, quia qui peccatum facit, seruus est peccati. Potestatem ergo diaboli, qua uictos detinet, Christus per passiõem suam ex toto remouit quantum ad efficientiam in illis, qui unim passionis susciпiunt per fidem, charitatem, & sacramenta. Et per hoc dicitur Christus dominiũ, diaboli euacuasse, potestatem uerò, qua impugnat non euacuauit in toto, sed debilitauit, hostem uincendo, atque hominibus diuersa auxilia tribuendo ad resistendum.

Vim eternam amittit homo dupliciter

¶ Amplius, per passionem Christi liberati sumus à pœna æterna: pœna nanque æterna uocatur per oppositum ad uitam æternam, ita quòd pœna illa uocatur æterna, per quam aufertur uita æterna. Homo uerò uitam æternam amittit dupliciter, puta per originale peccatum, cuius pœna est diuinæ uisionis carentia, & per peccatum personale actuale mortale. Itaque pœnam æternam, prout ex originali peccato consequitur, oẽs incurrerunt: quidam secundum reatum tantum, ut qui adhuc uiuebant in carne: quidam per experientiam pœnæ illius, sicut qui iam mortui erant. Pœnam quoque æternam, quæ debetur peccato actuali, non omnes incurrerant: sed quidam quantum ad reatum, ut existentes in peccato mortali: quidam quantum ad experientiam ut damnati. Christus ergo sua passione à pœna æterna, quæ originali debetur, absoluit dupliciter. Primò, auferendo reatum quantum ad illos, qui efficiebantur participes redẽptionis ipsius, & adhuc uiuebant. Secundò, auferendo pœnã quã tum ad illos, qui mortui erant. Ab omnibus quidẽ quantum ad sufficientiam: quantum uerò ad efficientiam, quantum ad illos, in quibus nullum inuenitur impedimentum. A pœna quoque debita mortali actuali, absoluit dupliciter. Primò, præbendo auxilia ne quis reatum illius incurreret. Secundo, præbendo medicamenta quibus reatus queat auferri ab illis, qui in se uirtutem passionis suæ receperant. Verum à pœna illa actualiter inflicta nemo eripi ualet, quia non est in statu uiatoris ut gratiam possit recipere.

¶ Præterea etiam à pœna temporali liberat passio Christi. Pœna quippè temporalis uocatur, per quam tollitur bonum aliquod tẽporale, quod nequit semper manere: Quę pœna est duplex: Quædam, quæ uniuersaliter in tota. humana reperitur natura, sicut necessitas moriendi, rebellio carnis. Hæc pœna humanæ naturæ debetur ex originali peccato, nihilominus pœnæ huiusmodi consequuntur ex principiis naturę gratia innocentiæ destitutæ. Has pœnas Christus sua passione ab omnibus sufficienter exclusit. Non autem efficienter: quoniam non ab his, qui particeps non sunt fructus dominicæ passionis, nec etiam sic, quòd tales pœnæ mox post Christi passionem ab omnibus auferantur: nec ita q̃ auferuntur ab his, qui passionis eius sacramentum percipiunt statim post perceptionem sacramenti: sed in fine mundi à cunctis electis simul tollentẽ, qñ illæ pœnæ debẽtur naturæ, in qua oẽs sunt unum. Vnde & tunc nõ solum reparabitur natura hominum per resurrectionem, imò etiam natura totius mundi: quia & ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis in libertate gloriæ filiorũ Dei, ut ad Romanos habẽt. Porrò alię pœnæ sunt, quæ aliquibus hominibus specialiter infliguntur, q̃ ad eos dupliciter cõparantur. Primò, ut iudicãtes culpã, secundũ quod culpa est causa debiti huius pœnæ, sicq; Chs oẽs has pœnas sua morte quantum ad sufficientiã abstulit remouendò causam earum. Verum ad hoc q̃ aliquis ab his pœnis liberetur efficienter, exigitur quòd passionis Christi particeps fiat, quod contingit dupliciter. Primò, per sacramentum passionis, utpotè per baptismũ, in quo cõsepelimur Christo per mortem, in quo uirtus operatur diuina salutẽ: ideo talis pœna in baptismo aufertur. Secundò, p realem conformitatem ad Christum, ut dum propter ipsum pœnas, aduersitates q̃ sustinemus, & per pœnitentię opera affligimur. Cumq; conformatio hæc per nostras fiat operationes, p otest esse imperfecta, atq; perfecta. Et quando perfecta est secundũ proportionem ad culpæ reatum, tũc pœna totaliter tollitur, siue hoc fiat sola contritione, siue, & in alijs pœnitentiæ partibus. Cum non est perfecta cõformatio, manet obligatio ad aliquam pœnam hic, aut in purgatorio. Non tamen oportet quòd sit perfecta conformatio ad passionem secundum experientiã tantæ pœnæ, ad quantã aliquis obligatur ex culpa, quoniã passio capitis in mẽbra redundat & tanto plus, quanto maiori charitate quis illi uniтur. Hinc uirtute passionis Christi diminuitur quãtitas pœnæ, & secundũ hoc dicitur Christus has pœnas auferre, inquantum diminuit eas. Alio modo præfatæ pœnæ comparanť ad eos, quibus infliguntť ut medicinæ: uel sibijpsis, inquãtũ eos præseruant à uitijs, aut promouent ad uirtutes: uel alijs, inquantum ipsis proponuntur in exemplum, uel unus pro alijs satisfacit: & ita per passionem Christi pœna temporalis non est totaliter ablata, nec diminuta, sed potius augmentata charitate crescente, quantũ ad statum præsentem, in quo & peccare, & nobis & alijs proficere possumus. In futuro autem dum fuerit terminus uiæ, omnis pœna tolletur uirtute passionis dominicę. Hæc Thomas in Summa.

Passionis Christi participes esse possumus.

Roma. 6.

Tho. Aqu.

¶ Denique, de his dominicæ passionis affectibus. & primò qualiter per eam simus liberati à peccato, scribit doctor sanctus in tertia parte, quæstione quadragesima nona: Passio Christi est propria cã remissionis peccatorum tripliciter. Primò, per modum prouocantis ad charitatem, iuxta illud ad Romanos: Commẽdat charitatem suã in nobis Deus: quoniam cum essemus inimici, Christus pro nobis mortuus est. Per charitatem autem consequimur ueniam peccatorum, secundum illud Lucæ: Dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Secundò per modum redemptionis: nempè cum CHRISTVS sit caput nostrum, per passionem, quam pro nobis ex charitate, & obedientia pertulit, liberauit nos tanquam sua membra à peccatis, tanquam suæ per precium passionis, uel ut si homo per aliquod opus meritorium, quod manu exerceret, redimeret se à peccato, quod pedibus commisisset. Quemadmodum enim corpus naturale est unum, ex membrorum diuersitate consistens, sic tota ecclesia, quæ mysticum est corpus Christi, computať quasi una persona cum capite suo Christo. Tertio, per modũ efficientiæ, inquantum caro Christi, in qua passionem sustinuit, instrumentum est deitatis. Vnde eius actiones & passiones operantur in uirtute diuina ad expellendum peccata. Hinc quamuis passio saluatoris in se fuerit corporalis, spiritualem tamen sortitur uirtutem ex deitate & anima eius Amplius, Christus sua passione à peccato nos liberauit causaliter idest instituens causam liberationis nostræ, ex qua possent quæcunque peccata, quãdoq; remitti, tã præteritæ, quàm præsentia & futura

Roma. 5.

Lucæ 7.

Roma. 12. 1. Cor. 12.

tura; uelut si medicus faciat medicinā, ex qua possint quicunq; morbi sanari etiam in futurum. Cúq; passio Christi præcesserit, ut uniuersalis causa remissionis culparum, oportet ut singulis applicetur ad delendum eorum peccata quod fit per baptismum, & pœnitentiam, ac alia ecclesiastica sacramenta, q̄ ex Christi passione sortiuntur uirtutem.

¶ Insuper, per Christi passionem liberati sumus à potestate diaboli. Etenim circa potestatem, quā diabolus in homines exercebat ante Christi passionem tria sunt considerāda. Primum ex parte hominis, qui suo pecato meruit tradi in potestatē diaboli, cuius tentatione extitit uictus. Aliud ex parte Dei quem homo peccando offenderat, propter quod ex sua iustitia hominem in potestate diaboli reliqt. Tertium ex parte diaboli, qui sua nequissima uolūtate, & caliditate hominem ab adeptione impediuit salutis. Quantum ad primum horum, homo à potestate diaboli passione Christi est liberatus, in quantum passio Christi est causa remissionis culparū. Quantum ad secundum, inquantum sua passione nos Deo recōciliauit. Quantum ad tertium, inquantum diabolus in Christi passione excessit limites sibi traditę potestatis, instigando ad eius occisionē, q nō habuit meritum mortis, puta peccatū per hoc, quod Christi passione à diaboli potestate eruimur. quia ex Chr̄i passione p ræparatum est homini remedium contra omnes impugnationes, insidias, machinasq; diaboli. Hæc Thomas in Summa, In quibus continentur, quę de his conscribunt, Albertus, Petrus, Richardus, Vdalricus.

Diabolus tyrānidē suam in homines quomodo exercebat.

Hales.

¶ Præterea Alexander: Quatuor, inquit, ponūtur effectus dominicę passionis, qui sunt. iustificatio à peccatis, reconciliatio ad Deum religatio potestatis diaboli, apertio ianuæ paradisi. Ad remissionem autem peccati, passio Christi se habet pluribus modis. Habuit nanq; passio Christi esse dupliciter: puta in rerum natura, & in anima. i. in fide credentiū. Et prout habuit esse in rerum natura, comparatur ad peccati delationem dupliciter: utpotè per modum meriti, & per modum satisfactionis. In peccato quoq; sunt duo, uidelicet macula & reatus. Macula est difformitas & similitudo ad Deum, reatus uerò obligatio est ad pœnā. Est ergo passio Christi causa meritoria delationis maculæ, quoniā gratiam nobis promeruit, qua omne deletur peccatum. Vnde ad Romanos dicitur: Proprio filio suo non percepit, quomodo etiam non omnia nobis cum illo donauit? Est etiam causa satisfactoria reatus pœnæ, iuxta illud Isaiæ: Verè languores nostros ipse tulit. Considerādo autem passionē Christi secundum esse, quod habet in animabus, valet ad remissionem peccati quatuor, modis: uidelicet per dilectionem, per fidem, per compassionem, per imitationem. Istis etenim quatuor modis coniungitur animæ, & habet esse in anima. Passio quippè Christi in fide, & dilectione ualet ad dilectionem maculæ, & eadem passio in compassione, & imitatione ualet ad deletionem obligationis, & reatus pœna. Præterea, si quæratur, cur remissio delictorum potius attribuitur passioni, & iustificatio resurrectioni, quàm econtrario: dicendum secundum Glossam ad Romanos, Mors Christi interitum ueteris uitę significat, in resurrectione uerò noua uita significatur. Idcirco Apostolus ad significationis diuersitatem insinuandam, uerba diuisit, dicendo: Mortuus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram. Itaque mors comparatur remissioni peccati, resurrectio iustificationi, ut causa & signum, secundum quod signum utrunque conuenit utrique. Iustificatio denum est quasi motus quidam ad iustitiam, quæ est duplex, puta imperfecta in uita pręsenti, & perfecta in patria Prima iustificatio asscribit̄ merito passionis, secunda uirtuti resurrectionis. De ablatione autem potestatis diaboli per passionem, & mortem Christi, sciendum, quod uirtute, ac merito passionis Christi minorata est illius potestas circa genus humanum uniuersaliter, quia pro maxima parte subtracta est potestas, qua per idololatriam dominabatur in mundo. In ipsis item fidelibus subtracta est ei potestas, in quibus propter fidem passionis potestatem non habet, nisi quatenus ei permittitur ad exercitium uirtutis illorum. Nam in ipsis fidelibus character est passionis. s. crucis ex sacramento baptismatis, quo diaboli cohibetur potestas. Propter quod in Apocalypsi dicitur quatuor angelis, quibus datum est nocere. Nolite nocere quousque signemus seruos Dei nostri in frōtibus eorum. Fides quippè passionis, & crucis post ipsam passionem fortiora habet arma defensionis, ac resistentię, quā contra omnes artes diaboli, quas habuit ante. Propter quod dicitur ad Ephesios: In omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere. Nam & inuocatio nominis Iesu dæmones impellit, exagitat & expellit.

Passionis Christi affectus q.

Roma 8

Isai. 53.

Rom. 4.

Apoca. 7.

Ephe. 6.

Marc. 16.

¶ Præterea, Christus sua passione aperuit ianuā paradisi, cuius apertio nil aliud est nisi solutio debiti originalis reatus, seu pro originali peccato: & ponitur inde exemplū de patre carnali, qui obligat terram suam debito aliquo, cuius patris filio competit hæreditario iure terræ illius possessio, quam tamen non ualet intrare nisi debito persoluto. sic iusti ante Christi passionem intrare nequibant paradisum cælestem, nisi debito pro originali peccato soluto: quod (ut patuit) solus Christus soluere potuit, qui pro tota natura satisfacere quiuit. Hæc Alexander.

Ianuam regni aperire quod sit

¶ Insup de hac apertione ianuæ, de qua & dict ū est supra, scribit hic Bonauentura: Duplex est paradisus, terrestris uidelicet & cęlestis. & Adam peccante utriusque ianua clausa est. Clausio demum paradisi, terrestris, signum fuit, & figura clausionis paradisi cælestis autem paradisus est aperta & beatifica uisio Dei, cuius paradisi clausio fuit impossibilitas, seu impedimentum uidendi Deum facie ad faciem, quæ impossibilitas fuit ex demerito culpæ Adæ, atque decreto diuinæ sententię, quo Deus decreuerat neminem ad beatificum suum aspectum admittere, nisi facta sibi satisfactione & emenda pro illo peccato: quæ cum facta sit sibi per Christi passionem & mortem Christi, per ipsum aperta est ianua paradisi cælestis. ¶ Præterea si quæratur: An per Christi passionem facta sit deletio chirographi nostræ damnationis: dicendum, q sermo iste de chirographi deletione metaphoricus. Dicitur nanque chirographum à χεὶρ, quod est manus, & γραφὴ scriptura, quasi scirptura manu facta. Quę uerò sit ista scriptura decreti, diuersimodè assignatur, secundum quod uerba Apostoli diuersimodè exponuntur. Vna autem expositio aptior, & expositione Augustini consonantior esse uidetur, ita quòd chirographum culpæ est memoriale, quò anima tenetur astricta, & obligata alicui pęnæ, sicut dum quis obligat se alteri, dat ei chirographum. Vocatur uerò chirographum culpæ, chirographumque decreti: quoniam obligatio talis ex culpa nostra consurgit, tanquā ex merito, & ex diuina

Paradisus duplex.

Colo.1.

Chirographum q̄ sit.



uina sententia tanquā ex decreto, seu instituto. sicque chirographū illud appellatur memoriale, quo peccatum quodammodo manet quo ad reatum, ratione cuius diuina sententia nos habet punire, diabolus accusare, & propria conscientia remordere. Et quoniā Christus sua passione impetrauit, ac meruit nobis remissionem culpæ non solum quantū ad maculam, sed etiā quo ad reatū, & hoc tam originalis, quàm actualis peccati, rectè dr̄ istud deleuisse chirographū. Hæc Bonauentura. Cōcordant Alexander, Richardus ac alij. ¶ Addit item Bonauentura: Per Christi passionē liberati sumus a potestate diaboli, qui ante passionem Christi habuit duas manus, uidelicet manum attrahentem, & impellentem. Manus attrahens, fuit potestas trahendi ad limbum ēt iustos, ac sanctos. Manus impellens, fuit potestas præcipitandi ī malū, uel per fallaciā, uel p uiolentiā: quia tentabatur draco, pugnabat ut leo. Manus eius attractiuę nemo quiuit resistere, q̄ est ei p Christi passionem totaliter amputata: quoniam ad limbum patrum pro solo originali nullū ualet attrahere, deleto chirographo originalis peccati. Manus quoq; impellēs fuit tam fortis, & difficillimùm fuit ei resistere. Vnde quasi cunctis pręualuit, & dominabatur penè in oībus. Hæc manus per Christi passionem est debilitata, qa per ipsam nobis innotuit lux euangelicæ ueritatis contra diabolicā fraudulentiam, adiutoriumq; impensum est uirtutum contra diabolicam uiolentiam, & intus, ac extra sumus muniti ɔ̄ dęmonū inuasionē. Hęc Bonauētura.

Bonauent.

¶ Præhabitis cōcordat Henricus. 2. asserens qd̄libeto. Passio Christi meritoriè aperuit ianuam paradisi, amouitq; omne impedimentum introeundi in illum, tam quo ad impedimentum naturæ p peccatū originale, q̄ quo ad impedimentum personæ per peccatum actuale, & hoc in omnibus quantum ad sufficientiam, & quantum ad efficientiā quo ad electos. sed quoniam sacramentum baptismi, & passio Christi principaliter sunt contra originale, & ex adiuncto contra actuale, ideo dicitur, quòd Christi passio amouit impedimētum naturæ potiùs, quàm personæ. Hæc Henricus.

Gandau.

## QVAESTIO II.

SEcūdò hic principaliter quærit, *An soli Christo propriè competat esse hominum redemptorem, reconciliatorem, ac mediatorem.* ¶ Videtur q non, quia in Isaia Deus frequenter uocatur redemptor, quo legitur: Hæc dicit dominus redemptor tuus. Itēq;, Et nunc domine redemptor noster es tu, à seculo nomen tuum. Et denuo, Ab extremis terræ redemite. quæ omnia de tota superbeatissima trinitate, qualibetq; diuina exponuntur persona. ¶ Secundò, qa ut super Lucam ait Ambrosius: Diabolus nō iure, sed fraude tenuit hominem: ergo homo non debuit de manu diaboli aliquo p̄cio redemi, sed potestate, & ui auferri. ¶ Tertiò, hō iure creationis, & conseruationis est totius superdignissimæ trinitatis: ergo à nulla diuina persona habuit redemi, sed resumi. ¶ Insuper apparet, q Christus non reconciliauit nos patri. ¶ Primò, qa Apostolus protestatur Deus erat in Christo mundū recōcilians sibi: ergo pater reconciliauit sibijpsi genus humanum, Secundò quia in Iohanne legitur: Sic Deus dilexit mundū, ut filium suum unigenitū daret. ergo æternus amor patris ad homines, causa est omnium, quæ filius eius fecit, pertulitq; pro nobis. Sicq; reconciliatio actiua potiùs asscribēda est patri, quàm filio. Tertiò, Deus trinitas æterno, & inuariabili amore uniuersos amat prædestinatos: ergo nunquam indigēt illi reconciliari. ¶ Quæritur quoq;, secundum quam naturam conueniat unigenito filio redimere, reconciliare, & præcipuè mediare: non secundum diuinam, quia s̄m illam est unum cum patre, & simul cum patre recōciliantur.

Isai. 41. 43 & 44.

Ambrosi.

2. Cor. 1.

Iohan. 3.

¶ Ad Hęc Alexander respōdet. Augustinus 19. de ciuitate Dei affirmat. Dixerunt quidam philosophi mediatoris inter Deum, & homines, dæmones esse, cū Deus sit īmortalis atq; beatus, hoīes uerò mortales, aut miseri, dæmones, aūt īmortales, & miseri. Verū ut addit Augustinus ibidem: Alius nobis mediator est necessarius, cū dæmon mediator separet, & impediat nos à Deo. Nam alius est medius bonus, alius malus. Bonus medius recōciliat inimicos, malus separat. Deniq; Angeli boni nequeunt esse mediatores; quoniam immortales sunt, & beati, quorū neutra proprietas conuenit homini. Est igitur aliquis mediator, qui sit mortalis, & beatus, mortalis ad tempus beatus perpetuæ, ut eo, q mortalis ad tēpus, conueniat cū homine existente in uia, & per hoc, quod beatus, cōueniat cū existenti in patria. Talis mediator est Christus Deus homo, qui non infirmata deitate, factus est mortalis, quatenus hi p̄pter quos mediator aduenit, immortales reddant̄. ¶ Si autē quæratur, secundum, quid Christus sit mediator: dicendum, q medium multipliciter dr̄, utpotè quantum ad conuenientiā naturæ, quantum ad cōueniētiā proprietatis, quantū ad conueniētiā personæ. Medium quo ad naturā, sicut est medium in coloribus, ut rubeum inter album, & nigrum. Sicq; nō pōt esse medium inter Deum, & homines, quia non potest esse media natura inter eos, cū in nulla creatura mixtū sit aliquid ueræ deitatis: sed est inter eos medium p conuentiā proprietatum, quia sic Chr̄s conuenit cū patre in beatitudine, & plenitudine sapientię, cum hominibus in passibilitate, alijsq; defectibus. Rursus, Christus dicitur medium inter Deū & homines; qm̄ eius hypostasis in natura diuina, atque humana subsistit, nec una earum in aliā. Ideo quantū ad humanitatem ut deitati unitam, nuncupatur mediator Dei, & hominum. Nam quamuis quo ad naturam, communicet cum hominibus solum: attamen ratione personę cum Deo communicat, cum sit increata uerbi æterni persona, de quo in libro suo de Trinitate Isidorus. Mediator Dei, & hominum homo Christus Iesus, non alter in deitate, alter in humanitate, sed unus, & idem in utraque natura: nec purus homo conceptus, ac editus nec meritum accepit ut Deus, sed Dei uerbo incōmutabili permanente assumpsit carnem, in qua impassibilis pati, immortalis mori, æternus ante secula tpaliter posset ostendi Hinc 11. de ciuitate Dei loquitur Augustinus: Iesus Christus per hoc mediator, per quod homo uiator: quia si inter illum, qui tendit, & cum quo tendit, uia media est, spes est pertingendi: si autem desit, aut ignoretur uia qua sit eundum, quid prodest nosse, quò sit eundum? Sola est aduersus oēs errores munitissima via, ut ipse sit Deus, & homo: Deus, quo seu ad quem itur: homo, per quem itur sicq; secundum quod homo, mediator est, & uia. Enimuerò ista sunt nomina, quę dicuntur de Deo secundum quod homo, mediator uia, templum, caput, fundamentum, pastor, ostiū, sacerdos, hostia, sacrificium, redemptor: quæ nomina competunt Christo secundum diuersos actus ipsius. sicq; differentia nominum horum est penes differentiam actum Christi, quia dicitur templum Dei, inquantum Deus habitat non solum per plenitudinem gratiæ, sed & personalē unionem. Dicitur

quoque

August. 19. de ci. Dei c. 13.

Tho aqu. 3. q. 26. a tet 2.

Quæstio.

Responsio

Medium dicitur uarijs modis

Isid li. de Trinitat.

Augusti.

Nomina varia Christo attribuuntur iuxta differentiam actuum Christi.

quoq; mediator Dei,& hominum,prout participat utriusq; naturæ ꝓprietates,ex qua mediatione ꝯuenit ei gratiã plenitudo,ex qua alijs cõicare cõdecet eũ,& ob id uocat̃ caput fidelium.Capitis namq; est influere motum,sensum,uitãq; mẽbris. Dr̃ ẽt fundamentũ,inquãtũ intellectum illuminat fide,q̃ est spiritualis ædificij basis:atq; inquantũ accendit ad charitatẽ,dr̃ ostium.Charitas enim est,q̃ directè,& proximè introducit in regnũ. Per hæc quoq; ĩcorporamur ecclesiæ:& quantũ ad hoc, Chr̃s uocatur sacerdos.Incorporatos ẽt multiplici nutrit cibo, ꝑꝑ qđ dicitur pastor. Qui itidẽ dicitur hostia, & redemptor,secundùm quod per ipsum à peccatis, & uitiorum reatibus liberamur,qui & uia nominatur:quia ipsum sicut per mediatorem,ac medium,ad patriã, ac salutem perducimur.Hæc Alexander.

Bonauen. ¶ Ad uerò Bonauentura: Opus,inquit,redẽptionis dupliciter alicui potest attribui. Primò, ut principali agenti,secũdò,ut exequenti.Et utroq; modo cõpetit Christo, qa ẽm deitatis naturam conuenit ei primo mõ,ẽm humanitatem uerò scđo mõ.Cum itaq; dr̃ qs redẽptor,intelligi põt dupliciter. Primò, à sola auctoritate redemptionis, & ita cõuenit unicuiq; diuinæ ꝑsonę, cuius est una auctoritas,ac maiestas. Secundò,ab auctoritate simili, & executione sic conuenit filio soli,cui hoc conuenit auctoritatiuè ut Deo, executoriè ẽm naturam assumptam.

¶ Porrò dum quęritur, ẽm quã naturã ꝯueniat filio esse mediatorẽ, dicendũ,ꝙ differt dicere, esse mediatorẽ,& esse mediũ:Mediũ nãq; designat ꝯuẽiẽtiã cum extremis,mediator uerò nõ tm̃ dicit cõicantiam seu conuenientiã illã, sed & reconcilliationis officium.Hinc aliter rñdendũ,dũ q̃rit̃ qualiter Chr̃s sit medius inter naturã humanã,atq; diuinã,& dum quæritur qualiter sit mediator. Mediũ namq; inter Mediator & mediũ esse differunt. duas naturas tripliciter dr̃.Primò,ꝙ in eo duæ ꝯcurrant naturæ,ut in nã tertia.Scđò,ꝙ in eo cõcurrant duæ naturæ sicut in una persona.Tertiò,ꝙ in ea cõcurrant proprietates duabus naturis cõformes.Primo modo nec Christus, nec aliquid aliud põt esse medium inter naturã diuinam, & humanam: quia ex eis non potest constitui aliqua natura tertia Secundo modo Christus est medium inter illas,cũ sit una ꝑsona in duabus, & ex duab.naturis cõsistens. Tertio quoq; mõ Chr̃s est mediũ inter diuinam, & humanã naturam,inquantum simul habuit mortali Questio. tatẽ cũ hoĩbus,& beatitudinem plenã cũ Deo.¶ Cũ aũt inuestigatur, qualiter,& secundum quã naturã Chr̃s sit mediator,cũ mediator dicat reconciliationis officiũ,debeatq; differre ab his, quos recõciliat: Chr̃s quoq; ẽm diuinã naturã sit is, cui fit reconci- Responsio liatio:dicendum,ꝙ Christus non põt esse mediator secundũ naturã diuinã,sed humanã, quã põt reconciliare, secundum diuersas proprietates, in quibus Chr̃s cum Deo,hoĩbusq; cõicat. Habebat namq; innocentiã, atq; iustitiã,in quibus cum Deo cõicat, mortalitatem, in qua cum hoĩe conuenit. Cumq; mors unit̃ iustitiæ,in eadem confęderatur hõ pctõr mortalis Deo,iusto,ac immortali. Recõcilliari equi Roman. 5. dẽ Deo ꝑ mortem hominis innocentis.Deniq;,iure creationis pertinebamus ad Deũ: tñ hõ uenũdatus fuit ni faceret malũ in conspectu dñi,& seipsum fecit,ac supplici seruũ, & in has oĩbus detinebat̃ auctoritate diuinæ sententiæ, ac diuinæ iustitiæ. Hinc preciũ redemptionis oportebat ei offerri, qui damnum,iniuriamq; fuit perpessus, uidelicet Deo:ideo offerendo sanguinem suum Deo: redemit nos à seruitute diaboli,& peccati, atque supplicij, ita quòd manus misericordiæ Christi, redemit hominem de manu seruitutis.Hæc Bonauentura.

Tho. aq. ¶ Præterea Thomas circa ista disseruit. Per peccatum primi hoĩs,totum genus humanum alienum fuit à Deo,ut dicitur ad Ephesios, non utiq; à pote- Ephe. 2. state Dei,sed à uisione faciei ipsius, ad quã filij,atq; domestici admittuntur.In potestatem quoq; diaboli usurpantis dominationem, hõ illi consentiendo Passione sua Christus quid effecerit. se subdidit,quantum in se fuit,quamuis de iure nõ potuit: qm̃ suijpsius non erat,sed creatoris. Ideo ꝑ passionem suã Chr̃s duo effecit. Liberauit em̃ nos à potestate hostis ipsum uincendo per eorum contraria,quibus,uicerat hominem:puta per humilitatem obediẽtiã,austeritatẽq; pęnæ oppositæ delectationi uetiti cibi.Satisfaciendo quoque Deo pro culpa,ꝑditos,fecit domesticos,ac filios Dei. Sicq; liberatio ista duas rationes habuit emptionis.In quantum.n. nos à diaboli potestate eripuit, dicitur nos redemisse,quemadmodum rex regnum suum ab alieno occupatum, redimit inde ꝑ laborẽ certaminis. Inquantum uerò Deũ nobis placauit,dicitur nos redemisse,sicut precium soluens satisfactionis suæ pro nobis.Dicimur aũt à Chr̃o redempti,non quasi secundò seu iterata uice ab ipso empti,sed quia per illam redemptionem facti sumus eius ministri, cuius & Quæstio. ante transgressionem serui eramus.

Christus an solus dicatur redemptor. ¶ Præterea dũ quæritur,An solus Christus nos redemit:Dicẽdum, ꝙ affectus redemptionis põt attribui causę ꝓximę,& item causæ remotę. Si causæ ꝓximæ, sic Christus redemit ꝑ ea,q̃ in assumpta natura fecit,ac passus est,per quæ patri satisfecit pro omnibus nobis, hostẽq; uicit.Si uerò referat̃ ad primã causam, sic attribuitur toti trinitati, inquantum nostram redemptionem acceptauit,& filium nobis cõtulit redemptorẽ, inquantum etiam passio Christi uirtute deitatis tãtum habuit efficaciam redimendi. Verum,quoniam ille dicitur propriè emere, qui emptionis preciũ soluit, magis,quàm, ille qui mittit emptorem, hinc propriè solus filius redemptor hominum appellatur.

¶ Amplius,Christus reconciliauit nos Deo quia dilecto Dei ad nos, iudicatur secundum effectum. Cum enim Deus quantũ in se est, ad omnes se ęqualiter habeat, secundum hoc dicitur diligere homines, secundum quod eos suæ bonitatis facit participes. Vltima autem participatio suæ bonitatis,ac cõpletissima,consistit in visione suę essentię: secundũ quam ei conuiuimus socialiter,ut amici in ea uisione consistat btĩtudo,ac uita. Vnde illos simpliciter diligit, quos ad hanc uisionem admitti realiter siue causaliter, puta beatos, & eos,quibus dat spiritum sanctum tanquã pignus uisionis illius. Ab hac ergo participatiõe bonitatis diuinæ,hõ ꝑ pctm̃ erat amotus,& secundum hoc dicebatur dilectione Dei priuatus: idcirco inquantum Chr̃s per suam passionẽ procurauit homines ad Dei uisionẽ admitti,dicitur eos Deo recõciliasse.At uerò in medio duo considerantur. Vnũ est ratio,ob quã dr̃ medium, secundũ est actus medij. Dr̃ autẽ aliquid medium ex hoc,ꝙ est inter duo extrema.Actus uerò medij est,extrema cõiungere.Hinc aliquis dicitur mediator, ꝙ medij actũ exercet cõiungendo disiunctos. Nec põt actũ quis medij exercere, nisi natura medij in ipso aliquomodo inueniatur, ut scilicet sit inter extrema inter quę contingit esse dupliciter. Primò participãdo naturã utriusque extremi;secundò,existendo sub primo, & supra ultimum, quod ad rationem medij propriè dicti: quoniam medium dicitur ẽm respectũ ad primũ, & ultimũ,q ordinem dicũt. Chr̃o aũt ẽm humanã naturã hęc tria ꝯueniunt:Ipse



se.n.secundũ naturã humanã ꝓ oĩbus satisfaciens hoĩes Deo coniunxit: ab utroq; quoq; extremorũ participat aliquid:inquantũ hõ, à Deo beatitudinẽ ab hominibus infirmitatem. Ipse itẽ in natura humana supra homines fuit per plenitudinem gratiarum, & unionẽ,& infra Deum per naturam assumptam.Ideo propriè loquendo,ratione humanæ naturæ est mediator,rõne quoq; ꝑsonæ cõpositæ põt mediator uocari,quãtũ ad duas dictarũ condõnũ, inquantũ videlicet hoĩes Deo coniunxit, atq; utrique cõicauit extremò in natura plenariè,non participatiuè.Sed tertia deest conditio, qa secundũ ꝑsonam non extitit minor patre: secundũ uerò diuinã naturam nullo modo conuenit ei ratio mediatoris, quia secundum eam,non est inter extrema participatiuè, neque secundum ordinem:nec coniungitur proxima causa, sed ut prima.Deniq; constat ꝙ p̃fato modo esse mediatorem,& recõciliatorem, Chri- Dion. nr̃. sto sit proprium.Hæc Thomas in Scripto.

¶ Veruntñ sicut à tota supergloriosissima trinitate,& qualibet increata persona,sunt fides,spes,charitas,& gratia ꝑ creationem,& infusionem,ita interior coniũctio mentis creatæ cum Deo,per ista charismata,est immediatè,& effectiuè à superbenedicta trinitate, & à qualibet increata persona.

3.p. q. 48. art. 4 & 5. ¶ Adhuc de his scribit hic doctor ĩ 3.parte q̃stione 48.Per pctm̃,inquiens,obligatus fuit hõ seruituti pcti,& reatui pœnæ,à quorũ utroq; Chr̃s nos sua liberauit passione.Iõ rectè uocatur redemptor,qđ & proprium ei est:qa ad actum redimendi duo exigũtur,uidelicet actus solutionis,& precium ipsum solutũ: quorũ utrunq; Christus ꝓ nobis exhibuit: qm̃ sanguis seu corporalis uita ipsius est preciũ nostrę redẽptionis, qđ ipse exoluit,& impendit ꝓ nobis.iõ propriũ ei est,esse hoĩm redẽptorẽ.Hæc ibi,q̃ nõ nisi breuissimè tãgo,cũ sentẽtialiter sint ĩducta.

art. 3. ¶ Quærit quoq; Thomas ibidem,An passio Chr̃i operata sit nostrã salutẽ per modũ sacrifici;Rñdet, sacrificiũ propriè dr̃,aliquod factum in Dei honorem ad eũ placandum. Propter quod 10. de Ciuita- Aug. te Dei loquitur Augustinus:Verum sacrificium est omne opus,quod agitur ut sancta societate Deo inhæreamus, relatũ ad illum finem boni,quo ueraciter boni esse possumus. Christus autem in passione se obtulit patri ꝓ nobis, ut patrem placaret, & nos ad beatificum finem sublatis salutis impedimentis perduceret. Ideo passio eius uerum sacraficium fuit,quæ & per modum causæ efficientis,instrumẽtalis fuit causæ nostræ salutis.Hæc in Summa.

¶ Concordat Petrus,& Richardus,& addunt:ꝙ solus Chr̃s uocat̃ uniuersalis mediator,& reconciliator totius stirpis humanæ: prelati uerò, & uiri sancti dicunt̃ particulares mediatores personarum quarundam,& rursus,ꝙ Christo conuenit esse mediatorẽ,redemptorẽ,& reconciliatorẽ, ẽm naturã humanam,non simpliciter,sed ut uerbo unitam.

Scripta quoqu Alberti in ꝓhabitis continentur.

¶ Præterea Vdalricus: Christus, ait, redemptor nominatur,de quo legitur:Credo ꝙ redẽptor meus uiuit,&c.qm̃ hõ fuit uenũdatus sub peccato. Cũq; Iob. 19. pctm̃ formaliter nihil sit,dixit Psalmista: Vendidist populum tuũ sine precio.Isaias quoq; habet:Gratis uenũdati estis,& sine argento redimemini. Qđ Rom. 7. Psal 43. Isa. 52. exponitur in prima Petri: Non corruptibilibus auro,& argento redempti estis.Fuitq; homo uenundatus 1. Petri. 1. in potestate diaboli, qua uinculis pctõrum ac reatus tenuit hoĩem captiuũ, tã auctoritate diuinæ sententię,q̃ hominẽ ꝓ culpa sua tradidit tortori, ꝓ ut in Isaia habetur: Quis dedit in direptionem Iacob, & Israel uastantibus eum? Nonne dominus cui peccauimus? Porrò Christus sua passione, ac morte soluit hoc debitum. Hęc Vdalricus. ¶ Qui de his multa prosequitur, q̃ iam satis expressa sunt. Addit quoq; ꝙ Christus est mediator, non solũ modo prætacto, sed etiam euangelicã legẽ præstando, atq; eandem operibus adimplendo ac roborando, & sic nobis multipliciter promerẽdo. Vnde ad Hebræos scribit Apostolus: Nunc autẽ melius sortitus est ministerium, quanto melioris testamenti mediator est,quod in melioribus repromissionibus sancitũ est. Et ideo noui testamẽti mediator est. Quamuis.n.ut Deus, sit auctor huius testĩ: tñ inquantum hõ, faciendo edocuit, & uirtutẽ sacramentis, & ueritatem promissis noui testamenti per suum meritum dedit. Sicque est eius minister,& medius inter nos quibus meruit, & patrem apud quem meruit.

## *Quod alio modo potuit liberare hominem, & quare potius isto. Distinctio XX.*

SI uerò quęrit,Vtrũ alio mõ posset Deus hoĩem liberare, quã ꝑ mortẽ Chr̃i, dicimus,& aliũ modũ fuisse possibilẽ Deo, cuius ptãti cuncta subiacent,sed Hester 13 nr̃æ miserię sanandę cõueniẽtiorẽ modũ aliũ nõ fuisse, nec esse oportuisse Quid.n. mẽtes nr̃as tm̃ erigit, & ab immortalitatis desꝑatione libera, q̃ ꝙ tanti nos fecit Deus, vt Dei filius immutabiliter bonus, in se manens quod erat,& à nobis accipiẽs qđ non erat, dignatus nr̃um inire consortiũ,mala nr̃a moriẽdo ꝑferret? Est & alia rõ,quare isto potius mõ q̃ alio liberare voluit: qa sic, & iustitia supatur diabolus,non potẽtia manifesta. Et qũo id factũ sit,explicabo vt potero. Quadã iustitia Dei in ptãtẽ diaboli traditũ est genus humanũ, pctõ primi hominis in oẽs originaliter transeunte,& illius debito omnes obligante. Vnde oẽs homines ab origine sunt sub principe diabolo. Vñ Apostolus:Eramus naturæ filij iræ,natura scilicet,vt est deprauata Ephe. 1. à pctõ,non ut est recta creata ab initio. Modus aũt ille quo traditus est hõ in diaboli potestatem,non ita debet intelligi, tanq̃ Deus hoc fecerit, aut fieri iusserit,sed ꝙ tm̃ ꝑmise- Psal 76. rit,iustè tñ. Illo.n.deserente peccãtem,pcti auctor ilico inuasit, non tamen Deus continuit in irą sua miserationes suas, nec hominem à lege suæ potestatis amisit,cũ in diaboli potestate esse permisit:qa nec diabolus à ptãte Dei est alienus,sicut nec à bonitate.Nã Diabolus nõ est alienus à potestate Dei. qualicunq; vita diabolus, vel homo non subsisteret, nisi ꝑ eũ q viuificat oĩa. Non ergo Deus hoĩem deseruit,vt non se illi exhiberet,& Deũ, sed inter mala pęnalia etiã malis multa præstitit bona:& tandem hoĩem,quẽ cõmissio pctõrũ diabolo subdidit,remissio Heb. 1. pctõrũ ꝑ sanguinẽ Chr̃i data,à diabolo eruit,vt sic iustitia vinceret̃ diabolus, nõ potentia

tia. Sed qua iustitia? Iesu Chr̃i. Et quũ uictus est ea? Quia in eo nihil dignũ morte īueniēs occidit cũ tñ. & utiq; iustum est vt debitores, quos tenebat, liberi dimittant ī eũ credētes quē sine ullo debito occidit. Iō aũt potentia uincere noluit, qa diabolus uitio puersitatis suæ amator est potētiæ, & desertor, oppugnatorq; iustitiæ, in quo hoīes magis eũ imitant, q neglecta, uł ēt posa iustitia, potētię magis studēt, eiusq; uel adeptione letant, uel cupiditate īflāmant. Iōq; placuit Deo, ut nō potētia, sed iustita uincēs, hoīem erueret, ī quo hō eũ immitari disceret. Post ī resurrectione secuta est potētia, qa reuixit mortuus, nunq̃ postea moriturus. Sed nōne iure ęquissimo uinceret diabolus, si potētia tm̃ Chr̃s cũ illo agere uoluisset? Vtiq;. Sed postposuit Chr̃s qđ potuit, ut priùs ageret, qđ oportuit. Iustitia ergo humilitatis hoīem liberauit, quē sola potētia æqssimè liberare, potuit.

Iohan. 13

Quia iustitia fit diabolus victus.

Roma. 6.

## De causa inter Deum, & hominem, & diabolum.

Si.n. tres illi in cām uenirent, s. Deus, diabolus, & homo, diabolus, & hō qd aduersus Deũ dicerent, non haberent. Diabolus .n. de iniuria Dei conuinceret, qa seruum eius (s. hoīem) & fraudulenter abduxit, & uiolentur tenuit. Hō ēt iniurius Deo conuinceretur, quia p̄cepta eius cōtempsit, & se alieno dñio mācipauit. De hoīs ēt iniuria conuinceretur diabolus, quia & illũ priùs fallaci pmissione decepit, & post mala inferendo læsit. Iniustè ergo diabolus quantũ ad se, tenebat hoīem: sed hō iustè tenebat, qa diabolus nunq̃ meruit ptātē hēre sup hoīem, sed hō meruit p culpā pati diaboli tyrānidē. Si ergo Deus q utriq; p̄erat, potentia hominem liberare uellet, sola iussionis uirtute hoīem potuit rectissimè liberare: sed ob causam p̄missam, iustitia humilitatis uoluit. Qui dum in carne mortali crucifixus est, iustificati sumus. i. p remissionē peccatorũ eruti de potestate diaboli, & ita à Christo iustitia diabolus uictus est, non potentia. Quomodo autem in eius sanguine nobis peccata sunt dimissa, supra expositum est.

## De tradōne Christi, quæ facta dicitur a patre & filio, à Iuda & à Iudæis.

Psal. 109. Isai. 53. Roma 8. Ephe 5. Matt. 29. Luca 24.

Chr̃s ergo est sacerdos, idemq; hostia, & p̄cium nr̃ę* reconlliationis, q se in ara crucis non diabolo, sed Deo trinitati obtulit p oībus, quantũ ad p̄cij sufficientiā: sed q electis tm̃, quātũ ad efficientiā, qa predestinatis tm̃ salutē effecit. De quo, & legitur, ꝙ sit traditus à pr̃e, & ꝙ seipsum tradidit, & ꝙ Iudas eũ tradidit, & Iudæi ipse se tradidit, qa spōte ad passionē accessit. Et pr̃ eũ tradidit, qa uolũtate pr̃is, imo totius trinitatis, passus est. Iudas tradidit pdēdo, & Iudæi instigando. Et fuit actus Iudę & Iudeorum malus, & actus Chr̃i & pr̃is bonus. Opus Chr̃i, & patris bonum, qa bona patris & filij uoluntas. Malum fuit opus Iudæ & Iudeorum quia mala fuit intentio. Diuersa fuerunt ibi facta siue opa. i. diuersi actus, & vna res siue factũ, s. passio. Iōq; doctores aliqñ uniunt in facto illo pr̃em, filium Iudā, Iudæos, aliqñ disiũgũt. Respicientes. n. ad pasionē, unũ opus illorum dicunt: attendentes intentiones, & actus, facta diuersa discernunt. Vñ Aug. Facta est, inqt, traditio à pr̃e, facta est traditio à filio, facta ē traditio à Iuda, una res facta est. Quid ergo discernit inter eos? Quia hoc fecit filius, & pr̃ in charitate. Iudas uerò in pdicione. Videtis qa non qd faciat hō, sed qua uolũtate considerandũ est. In eodem facto inuenimus Deum quo Iudam. Deũ bñdicimus, Iudam detestamur: quia Deus cogitauit salutem nr̃am, Iudas cogitauit preciũ, quo uendidit dñm, filius preciũ, quod dedit pro nobis. Diuersa ergo intentio, diuersa facta facit, cum tñ sit una res ex diuersis. Ecce unam rem dicit ibi fuisse, & diuersa facta, qa una ibi fuit passio, sed diuersi actus. Et actus quidem Iudę ac Iudeorum* mali, quibus operati sunt Christi passionem, quæ bonum est, & opus Dei est.

*redēptionis.

Homilia. 7. super. 1. Iohan.

* mali sunt.

## Quod Christi passio dicitur opus Dei, & Iudæorum, & quomodo.

Augusti. contra Felicianum. Iohan. 10.

Passio ergo Chr̃i, & opus dr̃ Iudeorum, qa ex actibus eorum puenit, & opus Dei, qa eo auctore. i. eo uolēte fuit. Vñ Aug. Nemo aufert aīam Chr̃i ab eo, q potestatē habet ponendi, & sumendi eam. Ecce habes auctorē operis. Ponet animam. Ecce habes opus auctoris. Et ut gñaliter concludam, quoties in carne Chr̃s aliquid patit, opus auctoris est: qa. n. sua uolũtate, nō alio cogēte ppetit, ipse auctor est operis. Cum aũt passio Christi opus Dei, sit, & ideo bonum, eāq; opati sint Iudas, & Iudei, quæritur: An concedendũ sit eos operatos ibi esse bonum. Hinc distinguendum est. Potest enim dici, ꝙ operati sunt bonum, quia ex actibus eorum bonũ prouenit. i. passio Christi: & item, quòd operati non sunt bonum, sed malum: quia actio eorum non fuit bona, sed mala.

Summa distinctionis. XX.

SVpra tractatum est de Christi pasione, & eius fructibus, atq; effectibus, iam hic agitur, an p alium modum potuerit redimi genus humanũ. Quo circa declarat, ꝙ imo sed quod iste modus conuenientissimus fuit. Deinde ostendit quomodo Christus à diuersis diuersimodè traditus fuit, qualiter Passio eius à diuersis causis diuersimodè prodijt.

### QVAESTIO I.

HIc quæritur primò, *An humanam naturam decuit reparari ac redemi.* ¶ Videtur quòd non, quia angeli hominibus digniores, non sunt reparati: ergo minus decuit homines reparari. Sic enim ait sanctus Petrus Apostolus: Si Deus Angelis peccantibus nō pepcit, ne forte nec tibi parcat.

2. Petri.



¶ Secundò, Deus nō est personarum, acceptor, ergo nō potius decuit eũ misereri hoī lapso, q̃ angelo prauo. ¶ Tertio, angeli lapsi fuerũt attracti, atq; decepti per primũ illum apostatam, sicut, & primi parentes: ergo fuerunt reparandi sicut, & homines

Alexan.

¶ In oppositum est fides catholica, & scriptura.

Homo dignior misericordia Angelis

¶ De hac materia Alexender scribit plenissimè, hoc est, cur angelus dr̃ irreparabiliter corruisse, hō reparabiliter, sicut de hoc dicta sunt multa super 2. circa casum angelorum, & trangresionē primorũ parentũ. Et breuiter nunc tāgendo, pctm̃ hoīs multo plus fuit excusabile, q̃ trangresio angeli, cũ hō fuerit creatura corporalis, multo fragilior, & intellectu debilior, atq; arbitrio libero flexibilior angelo. Fuit quoq; à diabolo circunuentus, nec putauit pctm̃ suũ esse tā graue, imò de eo penitere, ac ueniā obtinere sperauit. Posteritas ēt primorũ partũ fuit multipliciter miseratione, ac uenia digna: qa in primis parentibus peccantibus nō nisi potentialiter, & seminaliter fuit, nec uoluntate ppria perijt in eisdē nec decuit totā speciē humanā perire. ¶ Deinde q̄rit Alexāder: Vtrũ necesse fuit reparari naturam humanā, Rñdet, Duplex est necesitas: Vna causæ, alia causati. Necesitate causæ, necessariũ est p̄destinatũ saluari. Necesitate uerò causati, necessariò est solē cras oriri ex institutione ordinis rerũ. Et hac necesitate non fuit necessarium, genus reparari humanũ, qa ex parte ipsius nulla ad hoc fuit: necesitas uerò causæ est duplex: Vna īmutabilitatis, alia ineuitabilitatis. Necesitas ineuitabilitatis nō est in Deo ponenda. Hæc namq; in coactionē, & phibitionē diuidit, q̃ nequaq̃ in Deo ponendæ sunt. Porrò necesitas immutabilitatis in Deo ponit ſm Anselmũ Deus ī se, & in puidētia sua īmutabilis ē. Et hac necesitate necessariũ fuit reparari genꝰ hũanũ, qa iā Deus ab æterno ita decreuit: quę tñ nō est necesitas propriè dicta. Nō aũt fuit necesse nesitate ineuitabilitatis, coactionis, aut phibitionis. Nihilominus posset poni necesitas indigentiæ, & hac necesariũ fuit hoīem reparari. ¶ Insuper quærit, An hō potuit reparari sine satisfactione. Rñdet, loquendo de pasiua potētia, natura humana reparari neqt sine satisfactione, imò oportuit eā p pęna aliquo mō punire. Sed cũ dr̃. Deus non potuit eā reparare sine satisfactione: dico sine pręiudicio esse distinguendum, qa diuina potentia pōt considerari absolutè & cũ ordine ſm Anselmum. Cōsiderando eā absolutè, cogitamus quandā infinitā uirtutē, sicq; determinari nō pōt, & potuit humanā naturā sine satisfactione reparare. Considerādo uerò eā cum ordine hoc est, ſm quod est ordinata p respectũ ad sapientiā, misericordiā siue iustitiā eius, sic nō pōt nisi qđ ꝯgruit sapientiæ, misericordię, iustitiæ eius. In hoc tñ est distinguendũ, qa diuina iustitia est idē quod Dei essentia: sed in iustitia, q̃ dicit respectũ ad creaturā, cōnotat retributio meritoriũ unicuiq; ſm merita sua. Dũ itaq; q̄rit, An Deus de iustitia sua possit pctm̃ inultũ dimittere, pōt referri hoc posse ad principale significatũ, qđ est diuina essentia: & sic idē est posse de iustitia, & posse de potētia. Idcirco hoc pōt. Si uerò referat cōnotatum, sic Deus nō pōt hoc, secundum Anselmum, vcꝫ salua iustitia sua. ¶ Deinceps declarat, ꝙ hò satisfacere p seipsum nō ualuit, nec per Angelum, neq; per puram aliquam creaturā: & de hoc superiùs introducta sunt multa, cur scilicet necessarium fuit ad nostram redemptionem, Deum incarnari. nunc tamen aliqua breuiter addi possunt aut repeti,

Bonauen.

¶ Itaq; Bonauentura: Decens, inqt, & cogruum fuit, genus humanum reparari. Primò, ex parte Dei. Non. n. decuit Dei ppositũ infirmari. Cumq; Deus cōdiderit hoīem ad obtinendũ beatitudinē æternalē, nō decuit hoc omnino cassari. nec potuit fieri, nĩ si lapsus repararetur. Rursus, nō decuit totā posteritatē propter primorum parentum transgresio in æternum perire. Item, non decuit infinitam sapiētiā Dei pmitterre, nobilē, & rōnalē creaturā suo fine uniuersaliter, & omnino frustrari. Insup nō est decēs summā Dei virtutē pmittere: vt serui sui à nequissimo, & callidissimo hoste uiolenter, & irrecuperabiliter detineant. Præterea decentiùs fuit reparari genus humanũ p satisfactionē, q̃ sine ea, qa in hoc magis apparuerunt misericordia, atq; iustitia Dei. de quo ait psalmista. Vnuiersæ uiæ dñi misericordia, & veritas, Nec potuit pura creatura p toto humano satisfacere genere. De duobus. n. consueuit satisfactio fieri, puta de iniuria, & đ dāno. Cũq; iniuria tanto sit maior, quanto dignior, cui iniuria irrogat, nō potuit iniuria illa Deo infinitæ dignitatis illata, cxpiari à pura creatura. Per pctm̃ quoq; originale ablatum fuit creatori totũ genus humanũ, qđ dānum à pura non potuit creatura recōpensari. Veruntñ satisfactio duplex est utpotè plena & semiplena. Satisfactio plena est satisfacere p iniuria culpæ: satisfactio semiplena est, qñ culpa ipsa seu iniuria, & inhonoratio Dei dimissa est, satisfacere p dāno seu pœna. Nulla uerò pura creatura satisfacere pōt p pctō mortali, nec suo, nec alieno, quantũ ad eius iniuriā seu offensam, cum illa statum, & gradum creaturę excedant sed pro damno seu culpa peccati proprij actualis, non tñ peccati originalis. Quia per actuale peccatñ propria ipsius personæ damnatur uoluntas, per originale uerò ipsa natura. Multoq; minus potest creatura pura p totius speciei corruptione, & culpa satisfactionē impendere. ¶ Præterea si quærat, An decuit Deũ acceptare modũ istum reparationis per pasionē, & meritum Christi: dicendum, ꝙ modus iste nobilissimus fuit inter oēs modos, qui possent excogitari aut esse. Fuit quippe acceptissimus ad placandum Deũ, cōgruentissimus ad morbum curandũ, efficacissimus ad trahendum humanũ affectum, prudentissimus ad expugnandum humani generis inimicum. Primum igitur fuit acceptissimus ad placandum Deũ, pp quod ait Anselmus lib. cur Deus hō: Nihil asperius, ac difficillius potest homo pati propter Deum ad eius honorem sponte, & non ex debito, q̃ mortem: neq; perfectiùs potest se hō Deo dare, atq; offerre, q̃ cum se ex Dei amore, & ad eius honorem tradidit in mortē, ideo ad Ephesios Apostolus ait de Chr̃o Tradidit semetipsum p nobis oblationem, & hostiam Deo in odorem suauitatis. Secundò, congruentissimus fuit ad morbum curandum. Etenim primus homo per superbiam, gulā, inobedientiāq; peccauit, vt patuit in secundo. Cumq; contrarijs curentur contraria, aptissimum fuit vt Christus p humiliationem, obedientiam, & carnis afflictionē nos sanaret. Ideo dixit Apostolus: Humiliauit se, factus obediens usque ad mortem. Tertiò fuit efficacissimus ad trahendum, & inflamandum affectum humanum. Nempè his tantum pasio Christi valuit ad salutem, qui mera uoluntate Deo per amorem adhęrent. Non enim decreuit Deus saluare genus humanum, nisi voluntatis arbitrio: nulloque alio modo, saluo voluntatis arbitrio, potuit Deus hominem magis attrahere ad suum amorem, quàm sustinendo pro eo crucis patibulum.

Mori Christum pro homine an docuerit.

Psal. 24.

Anselm. lib. Cur Deus homo.

Ephe. 5.

Philip. 2.

Vnde

Vnde Hugo: ut ostenderet quantũ te diligeret, non nisi moriendo à morte te liberauit, quatenus nõ solum pietatis impenderet beneficium, uerum & charitatis monstraret affectum. Quartò, fuit prudentissimus ad uincendum aduersariũ. Decuit namq; ut Christus sua prudentia superaret diabolũ, sicut diabolus sua astutia deiecit hoiem primũ. Nihilominus loquendo de omnipotentia Dei reparantis, potuit alio modo hoiem reparare: imò quemdmodũ solo imperio cuncta creauit, sic solo nutu potuit reparare, nec est limitãda omnipotentia Dei, q̃ p̃ solã misericordiã potuerat liberare, & plura põt Deus ac pluribus modis, q̃ ualeamus concipere. Hęc Bonauẽt.

Tho. Aqu. ¶ Præterea hæc eadẽ Thomas sub alia scribit forma uerborum: Congruentissimũ, inquit, fuit humanam naturã lapsam reperari. Et hoc primò ex parte Dei, ꝙa in hoc eius bonitas: sapientia, misericordia & potestas manifestantur, vt supra iam patuit. Similiter fuit conueniens ex hominis parte: Conformiter decentissimum fuit, ut reparatio hæc per satisfactionem exhiberetur, ut & diuinæ iustitiæ aliqualiter satisfiat, & inordinatio culpæ per debitam pœnam instauretur.

¶ Quod si quæratur, An necessariũ fuit hoc fieri p̃ passionẽ filij, Dei dicendum, ꝙ reparatio humanæ naturæ, à Deo est, facta. Vnde dupliciter põt cõsiderari. Primò, ex parte Dei. Secundò, ex parte naturæ lapsę. Ex parte aũt Dei potest attẽdi triplex necessitas. Vna coactionis, quæ nullius respectu Deo potest attribui, quia non potest in Deo esse aliquid uiolentum, aut extra naturam. nec ad ipsum cogere potest, cũ inuariabilis omnipotensq; consistat. Alia est necessitas absoluta, quæ conuenit Deo respectu eorum, quæ in ipso sunt, quæ ipsius consequuntur naturam, nec aliter possunt se habere, quemadmodum necesse est Deum esse uiuere. Verum ista necessitas nõ conuenit Deo respectu aliquius effectus quia non agit necessitate naturæ, sed liberrima uoluntate. Tertia est necessitas ex suppositione non ipsius finis cum non sit dicendum, quin Deus ad aliquem finẽ possit inducere multis alijs uijs, q̃ illis, q̃ modo determinatę sunt ad finẽ quemcunq;, sed ex suppositione alicuius existentis in Deo, puta p̃sciẽtiæ, aut uoluntatis, quũ innumerabiles sunt, in eo secundum quem modum necessarium est prædestinatum saluari. Et hæc à quibusdam appellatur necessitas immutabilitatis, ficq; necessariũ fuit ex ptẽ Dei reparari naturam humanam: qm̃ Deus sic pręuidit, & præordinauit. Ista tamen necessitas est necessitas conditionis, non absoluta: seu consequentiæ non consequentis. Similiter ex parte hoĩs considerari ualet triplex necessitas. Vna absoluta respectu eorum, quæ homini uniersaliter insunt, ut esse risibilẽ; & ita ñ fuit necessariũ, hoiem reparari: q m̃ reparatio ista uon ꝙuenit homini ex naturalibus. Alia est coactionis necessitas, quæ etiam non fuit in natura humana respectu reparationis: qm̃ Deus ad uirtutẽ nõ cogit. Tertia est ex suppositione finis, sic necesse est habere nauem, si quis pertransiet mare: ficq; necessarium fuit naturam reparari humanam si ad beatitudinẽ debeat ꝙuenire. Insuper, reparatio ista nequiuit p̃ puram fieri creaturam, tũ, ꝙa offensa Dei est quodammodo gratitatis immensæ, tum: qm̃ bonũ per pctm̃ oblatũ est infinitũ, uidelicet Deus & beatitudo æterna: tũ quia natura humana est infinitæ quodammodo cõcibilitatis. Vnde p̃ oĩbus eius suppositis satisfacere, excedit quẽcumq; hominẽ purũ. Similiter gr̃am gratũfacitem oĩbus promerere ri, & gloriã æternalem omnibus recuperare, transcendit limiter puræ cuiuslibet creaturæ. ¶ Deniq; satisfactionem, & reparationem hanc decuit per Christi fieri passionem, quæ facta est nõ pro uno homine tãtum, sed pro tota natura. Ideo satisfactio ista duas debuit ꝓditiones, seu proprietates habere. Primã, ut esset uniuersalis respectu omnium satisfactionum quodammodo. Secundam, ut esset omnium satisfactionum particularium exemplaris. Vniuersalis autem erat, non per prædicationem, sed respectu oĩum habens uirtutẽ. Hinc non oportuit, ut uniuersas pœnas, quæ ex peccato quocunq; consequi possunt. assumeret: sed illam, ad quam omnes ordinantur, & quæ continet in se omnes pœnas, quamuis non actu. Finis uerò oĩum terribiliũ est mors, ideo per passionẽ mertis satisfacere debuit. Inquantum uerò exemplaris, respectu satisfactionum nostrarũ debuit habere magnitudinem excedentem omnes alias satisfactiones: quia exemplar debet esse p̃stantius exemplato: ideo secundum maximã pœnã id est, secundum mortem, satisfacere debuit. ¶ Præterea. si quæratur, An conuentior modus reparationis potuit esse: dicendum ꝙ quãtum est ex parte nostra, cõgruentior modus esse nequiuit, ut patuit. Veruntamen Deo non aufertur potentia, nec sapiẽtia, quin potuisset alium modum conuenientiorem facisse, sed hoc secundum alium ordinem rerum.

T. Aquinas 3 q̃st. 46. art. 1.

## QVAESTIO II.

POstremò hic quæritur. *Qualiter Christus a diuersis sit diuersimode de traditus.* ¶ Ad quod in litera congrue respondetur.

3. p. q. 47. art. 3. ¶ Thomas quoque circa hoc scribit: In passione Christi tria ꝓsideranẽ. Vnũ ex parte patientis: qm̃ uoluntariè passus est ex charitate. aliud ex parte occidentium, qui ex iniqua uoluntate occiderunt. Tertiũ ex parte eorũ, quibus passus est puta effectus, & fructus salutis in toto gñre hũano. Atque ſm hæc, tripliciter Deus pater, imò trinitas tota, tradidit Chm̃. Primò, eius passionẽ ad totius hũani generis salutẽ præordinando. Secũdò, infundẽdo. Christo homini uoluntatem, obedientia charitatẽ, ex quibus uoluit pati. Tertiò, qm̃ occisoribus dedit potestatem, qua occiderunt, nec eam compescuit, sed p̃misit id agere. Propter quod Christus dixit Pilato: Non haberes in me potestatẽ, nisi tibi datũ esset desuper. Hæc Thomas in Scripto. ¶ Porrò in Sũma 47. quæst. Chr̃s, ait secundum quod Deus, tradidit seme ipsum in mortẽ eadẽ uoluntate, & actione, qua & pater tradidit eũ: sed inquantum homo, tradidit se ex uoluntate sibi à patre inspirata. Iudas quoq;, tradidit eũ ex cupiditate, Iudæi ex inuidia, Pilatus ex timore mundano, quo timuit Cesarẽ. Eadẽ actio diuersimodè iudicat̃ bona seu mala, secundũ quod ex diuersa procedit radice. Hęc in Summa. Itẽ opus Iudæorum operãs circa Christi passionẽ, fuit iniquum: opus uerò operatum, puta passiua occisio Christi, ut accepta, & accęptata à Christo ex charitate, obediẽtia, pietate, & alia uirtute multiplici, extitit bonum. Ac uerò in his sententia rñsionũ, Alberti, Petri, Richardi, Vdalrici, imò, & antiquorũ, vc3 Antisiodorensis, & aliorum, continetur.

Redẽptio a liberatione differunt. ¶ Petrus tñ, & Richardus affirmant, ꝙ pater tradidit Christum in mortem quatuor modis. addentes tribus modis ex Thoma inductis, quartũ: ꝙ. s. pater tradidit Christum in mortem eum in carne mortali. ¶ Richardus quoq; testatur, ꝙ genus humanum non potuit reparari, & redimi satisfactione condigna, nisi per passionem, & morte Dei incarnati. ¶ Denuo Petrus effatur: Redemptio, & liberatio differunt, quia redemptio fit precio, iusta, soluto



soluto, liberatio aũt quacunq; modo, solet ergo cõiter dici, qd̃ genus humanũ nõ potuit redimi, nisi p̃ incarnationẽ alicuius diuinę, & increatæ p̃sonæ ꝙa aliter nõ potuit eẽ p̃ciũ iustũ. i. ꝓdigna satisfactio.

Vdalricus ¶ Idẽ Vdalricus, dicendo: Quẽadmodũ loquitur Augustinus, alius modus liberãdi hoiem ptãte diaboli, q̃ p̃ filij Dei incarnationem, & passionem, fuit Deo passibilis, nõ solũ potẽtia absoluta, sed ẽt ordinata secũdũ rõnẽ iustitiæ, ꝙa cũ Deus p̃ merita unius q̃q; misereat̃ multorum, quod ille unus p̃meruit merito condigni ꝓgruit: multo fortius pœnitentia primorũ parentũ, & merita sanctorũ sequentiũ p̃sonalia, potuerunt à Deo mereri merito congrui remissionẽ culpæ ipsius naturæ: quæ in ipsis substantialiter erat, quantũ ad pœnam toti naturæ debitã, sicut in eis remissa fuit, quantum ad culpã: & tunc liberati fuissent à dæmonis potestate, qui eos nõ tenuit nisi fine huius reatus, & appertus eis fuit set paradisus cęlestis, ꝙa p̃clusio aditus huius, fuit reatus huius peccati. Porrò ꝙ Deus reddit meritis quibuscunq;, hoc facit ex misericordia non ꝓria ęq tati. quo patet p̃positũ. Tũ ut idem asserit Augustinus, non fuit possibilis alius modus redemptionis, ꝙa redemptio est ꝓctus iustitiæ commutatiuæ, quæ (secundũ philosophũ 5. Ethicorũ) consistit in ęqualitate quantitatis. Precium autem redemptionis humanæ naturæ, æquiualẽs culpæ, non potuit esse nisi creator, & non sola creatura, p̃ tres rationes simul iunctas, uidelicet propter ualorem redimendi, seu rei redimendæ, quod fuit tota natura humana in uniuersis ĩdiuiduis suis, cui nulla una creatura ęqualitur. Secundò, propter infinitatem offensę, qm̃ cũ cõtemptus magnitudinem sumat ex obiecto, ut patet in rebus & personis humanis, ubi (ut ait philosophus) iustitia non est contrapassio, ꝙa si aliquis alapam daret regi, aut pręsuli, non sufficeret, qd̃ ipse idẽ pateretur, imò multo maiori consisteret dignus pœna, constat ꝙ infinitæ maiestatis contemptus habet sibi annexum reatum in infinitum, ꝙa non põt ęquari merito cuiuscunq; creaturæ puræ, cum eius meritũ sit uirtutis finitæ, sed oportet, ꝙ meritum illud sit creatura Deo unitæ, sicq; ex ipsa hypostatica unione uirtutem accipiat infinitam; Tertiò p̃ inopiã creaturæ quæ boni nil habet, quod sit suum, sed totum est Dei. Ideo cum pro seipsa se totam teneatur impendere creatori, p̃ nullo alio satisfacere potest secundum rationem stricti. Hæc Vdalricus 5. li. Postremò in ista materia doctores præallægati communiter sanctum sequuntur Anselmum.

1. Cor. 4.

Scotus. ¶ Scotus tamen in aliquibus aliter sentit. dicẽdo: Cum ait Anselmus libro, Cur Deus homo, Nõ satisfit Deo nisi offeratur ei aliquid maius formaliter, q̃ sit illud ꝙ quo peccauit, id est, cuius intuitu, & amore peccator à Deo recesit, & illi inhæsit, quod est tota creatura: credo saluagratia, ꝙ hoc non sit uerum, quia non oportuit satisfactionem pro isto hominis primi peccato totam excedere creaturã formaliter in magnitudine, & perfectione. Sufficisset enim maius bonum obtulisse Deo, q̃ fuit malum hominis illius peccantis. Vnde si Adam per charitatẽ, & gratiam sibi datam habuisset unum, aut multos actus diligendi Deum propter se, ex maiori conatu liberi arbitrij, q̃ fuit conatus in peccando, talis conatus dilectionis sufficisset pro suo peccato remittendo, & fuisset satisfactio. Hæc Scotus.

Diony cõtra Scotũ ¶ Cuius uerba ex p̃inductis ostenduntur infirmadato, ꝙ Adam habuisset tanti conatus contritionẽ atq; dilectionẽ, ac per hoc pro suo satisfecisset peccato, secundum quod extitit personale, & particulare: tñ quãtũlibet meruisset, nõ potuisset ꝙ sua satisfacere, culpa ſm qd̃ erat toti⁹ nr̃ę, posteritatisq; sue infectiua, ac perditiua. Nec primã gr̃am p̃mereri potuit de ꝓdigno, nec aliter q̃ i fide saluatoris futuri potuit gratiã obtinere, Deo placeret, salutẽ sortiri.

## *Si in Christo diuisio in morte fuit animæ, uel carnis à uerbo. Distinctio XXI.*

POst prędicta considerandũ est. Vtrum in morte Christi à uerbo sit separata aĩa uel caro. Quidam putauerũt carnem sicut, ab aĩa, ita à diuinitate in morte fuisse diuisam. Si enim, ĩquiunt, anima media diuinitas sibi carnem uniuit, sicut superiùs prętaxatũ est: ergo q̃n diuisa est caro ab aĩa diuisa est etiã à diuinitate: ꝙa nõ potuit ab aĩa sciungi p̃ quã uerbo erat unita, ꝙn à uerbo diuideretur. Fuit autẽ diuisa ab anima in morte, alioquin uera mors ibi non fuisset: quia (ut Augustinus) mors, quam timent homines, separatio est animę à carne: mors autem quã non timent, separatio est animæ à Deo. Vtraque verò diaboli suasu homini propinata est. Si ergo in Christo hoĩe uera mors fuit, diuisa, est ibi anima à carne, ac per hoc diuinitas à carne. Huic suæ probabilitati addunt auctoritatis testimonium. Ambrosius. n. tractans de Christi derelictione, q̃ in cruce uoce magna clamans dixit, Deus meus, Deus meus, ut quid me dereliquisti? ait: Clamat homo, seperatione diuinitatis moriturus. Nã cum diuinitas mortis libera sit, utiq; mors ibi esse non poterat, nisi uita discederet. ꝙa uita diuinitas est. Hic uidẽt tradi, ꝙ diuinitas separata sit ĩ morte ab homine: quæ nisi discessisset, homo ille mori non posset. Quod illi ad carnem referunt, quam dicunt à Deo separatam. Quibus respondemus, illam separationem sic esse accipiendam, sicut intelligitur derelictio, quę illis uerbis singnificatur, ut quid me dereliquisti? Quomodo ergo Christus derelictus erat à patre, cum in cruce derelictũ se clamabat? Nõ recesserat Deus ab homine, ita ꝙ esset soluta unio Dei, & hominis. Alioquin fuit quoddam tempus, q̃n Christus adhuc unius, homo erat, & non Deus: quia adhuc unius, se derelictum clamabat, non derelinquendũ. Si ergo illa derelictio, unionis, intelligatur solutio, ante facta fuit solutio Dei, & hominis, q̃ Christus mortuus esset. Sed quis hoc dicat? Fateamur ergo Deum quodammodo illum hominem in morte deseruisse, quia potestati persequentium eum. exposuit ad tempus, non suam potentiam exercendo illum defendit,

Opinio. quorundam erronea.

Sup Psal. 67.

Ambros. Matt. 27.

Respõsio

fendit, ut non moreret. Separauit se diuinitas, qa subtraxit protectionem, sed non so-
luit unionē. Separauit se foris, ut nō adesset ad defensionē, sed non intus defuit ad unio
nē. Si non ibi cohibuisset potentiā, sed exercuisset nō moreret Chr̄s. Mortuus est Chri-
Leuit. 16. stus diuinitate recedente. i. effectum potētiæ in defendendo non exhibente. Hic est hir-
cus* ἀποπομπαῖος, q altero hirco immolato, in solitudinem mittebat, ut legitur in Leui-
Esitius super Leuit. tico. Duo. n. hirci, humanitas, & diuinitas Christi intelliguntur. Humanitate ergo im-
molata, diuinitas Chr̄i in solitudinē abijt. i. ī cælū. Vn̄ Esitius: In solitudinē, id est, in cę-
lum tp̄e passionis diuinitas abijsse dicitur, non, locū mutans, sed quodammodo uirtu-
tē cohibens, ut possent impij consumare passionē. Abijt ergo. i. uirtutē cohibuit, & por-
Isai 53. Deu. 4. Heb. 12. tauit iniquitates nr̄as, non ut haberet, sed ut consumeret. Deus enim ignis consumens
est. Ex his satis ostenditur, p̄missa uerba Ambrosij sic esse accienda ut prędiximus.

## *Alij ad idem inducunt auctoritatem.*

Alij quoq; auctoritati innituntur, q asserunt diuinitatem in morte recessisseab hoīe
secundū carnem. Ait enim Athanasius; Maledictus, qui totum hoīem quē asūpsit Dei
Expositio falsa uerborum Athanasu. filius, denuo assumptum uel liberatum, tertia Die à mortuis resurrexisse non confitet.
fiat fiat. Si. inquiunt, denuo assumptus est homo in resurrectione, quē assumpserat in in
carnatione, deposuit ergo eum in morte, separata ergo fuit diuinitas in morte ab huma
Responsio nitate. Quibus respondemus, ꝙ si in his uerbis assumptio intelligatur, quæ*sit secundū
unionem, non carnē tantū, sed totū hoīem. i. aīam, & carnē, denuo sibi uniuit in resurre *sis
ctione, quia non simpliciter hominem, sed totum hominem assumptum dicit. Totum
ergo hoīem in morte deposuit, id est, animam & carnem. Sed quis nisi hostis ueritatis
dicat animam à uerbo depositam? Et tamen nisi hoc fateantur, ꝙ totus homo sit assum
ptus, non pro eis facit illa auctoritas, quę totum dicit assumptum. Sciendum est ergo,
Athanasium id dixisse contra illorum perfidiam, qui resurrectionem Christi negabant
putantes in morte detineri eū, qui solus inter mortuos liber est. Iōillum maledicit,
qui non confitetur totū hominem denuo assumptum resurrexisse. i. Christum animam
denuo corpori coniuxisse, & *illis duobus denuo coniunctis, in resurrectione uerè secū *in illis
dum hominem uixisse sicut ante mortem. Nam in morte separata est anima à carne.
Vnde uere dicitur Christus mortus, sed neutrum separatum est à uerbo Dei.

## *Auctoritatibus astruit, à verbo carnem in morte non esse diuisam.*

Aug sup Iohan. 10. Sicut Augustinus super Iohannē docet, tractās illud dñi uerbū, Ego pono aīam meā
ut iterum summā eam. Nemo tollit eam à me, sed ego pono eā. Ameipso p̄tātē habeo
ponēdi eam, & iterū sumēdi. Hic aīam dicit amissā, à quo amissa ē? A seipsa nō ē amis-
sa, qa seipsā non posuit, nec uerbū posuit aīam, nec carnē. Caro ergo aīam posuit, sed
Augustin. potestate in se manentis deitatis. Potentia ergo pietatis aīa diuisa est carne, sed neu-
trū à uerbo Dei. Vnde August. Verbum ex quo suscepit hoīem. i. carnem, & animam
nunquam deposuit aīam, ut esset anima à uerbo separata, sed caro posuit animam, qn̄
expirauit, qua redeunte resurrexit. Mors ergo ad tempus carnem, & aīam separauit, sed
neutrum à verbo Dei caro ergo ponit, & sumit animā, non potestate sua, sed potestate
inhabitantis carnem deitatis* His euidēter traditur, nec animam, nec carnem à uerbo *his
Augustin. contra Felicianū Dei in morte esse diuisam, ut aliquo modo soluta fuerit unio. Vnde Aug. contra Feli-
cianum: Absit ut Christus sic senserit mortem, ut quantum in se est, uita perdiderit. Si
enim hoc ita esset, uitæ fons aruisset. Sensit ergo mortem participatione humani*affe
ctus, quem sponte susceperat: non naturę suæ perdidit potētiam, per quam cuncta, uiui
ficat. Sic in sepulchro Christus carnem suam comoriendo non deseruit, sicut in ute-
ro uirginis cōnascendo formauit. Mortus est ergo non discedente uita, sicut passus est
non pereunte potentia. Nemo tollit aīam eius ab eo: quia potestatē h3 ponendi, & su-
Iohan. 10. mendi. Ecce, & hic habes Christum non deseruisse carnem in morte, & uitam non di-
scessisse à mortuo, & ꝙ sponte tradidit spiritū non alius extorsit. Vnde Ambrosius: Emi
sit Chr̄s spiritū, & tn̄ quasi arbiter eruendi, suspendendiq; corporis emisit sp̄m̄, nō ami
Ambrosi, lib. 3. de spūsctō. sit. pēdebat ī cruce, & oīa cōmouebat. Sed vn̄ emisit? Ex carne. Quò emisit? Ad patrem.

## *Qua ratione Christus dicitur mortuus & passus*

Recedēte uero anima, mortua est Christi caro. Et quia caro mortua est, mortuus est
Christus. Sicut enim mortuus dicitur Deus, quando mortuus homo dicitur, quando
mortua est caro. Separatio aīæ, mors carnis fuit. Propter carnē ergo unitā uerbo q̄* mor
talis est, dicitur Deus mortuus: & propter carnem, & animam, quæ utraque dolorem
sensit, dicitur Deus passus, cum diuinitas omnis doloris exors existeret. Vnde Augusti
nus: Verbum caro factum est: ut carnem eam assumēdo panis cælestis ad infantes transi
ret,



ret, & secundum hoc, ipsum uerbum crucifixum est, sed non est mutatum in hominē.
hō in illo mutatus est, ut melior fieret, q̄ erat. Per illud ergo, qđ homo erat, mortuus est
Deus: & per illud, qđ Deus erat, homo excitatus est, & resurrexit. Quicquid passus est hō, Roma. 1.
non potest dici non passus Deus: qm̄ Deus erat hō. Quō potes dicere te nō passum iniu-
*sit riam, si uestis tua concidatur, q̄uis uestis tua non * sis tu? Multo magis ergo qcquid pa-
titur caro unita verbo, debet dici Deus pati, licet verbū nec mori, nec corrūpi, nec muta
ri poterit. Sed quicquid horū passus est, in carne passus est. De hoc ēt Ambrosius in lib. 3.
de spūctō ait: Quod verbi caro patiebatur, manens in carne uerbum in se pro corporis
assumptione referebat, ut uerbū pati diceretur, qa caro patiebat, sicut scriptū est, Chr̄o
in carne passo. Hic docetur, qua rōne Deus, vel Dei filius passus, vel mortuus dr̄, non quia Ambrosi. 1. Pet. 4.
mortem senserit inquantum Deus est: sed qa caro ei unita, mortua est. Scđm quam ra-
tionem dicit Augustinus: Si, quis dixerit, atq; crediderit filium Dei Deum passum, ana-
thema sit. Cuius dicti cām, ex qua intelligentia sumenda sit, aperiens, in eodem subdit:
Si quis dixerit, ꝙ in passione dolorem sentiebat filius Dei Deus, & non caro tm̄ cū aīa, Sermone de fide.
quam sibi acceperat, anathema sit. Sane ergo dici potest, ꝙ mortuus est Deus, & non
mortuus: passus est Dei filius, & non passus. Passa est tertia persona, & non passa: crucifi- Hic magister communiter non tene.
xum est uerbum, & non crucifixum. sed fm̄ alteram naturam passus est, fm̄ alteram im-
passibilis. Vnde Ambrosius: Generalis ista est fides, qa Chr̄s est Dei filius, & natus ex uir
gine, quem, quasi gigantem p̄pheta describit, eo, ꝙ biformis, geminæq; naturæ unus sit,
consors diuinitatis, & corporis. Idem ergo patiebatur, & non patiebat: moriebat, & non 3. li. de spō sancto.
moriebat: sepeliebatur, & non sepeliebatur: resurgebat, & non resurgebat. Resurgebat se Psal. 18.
cundum carnem, quæ mortua erat, non secundum uerbum, qđ apud Deū sp̄ manebat. Iohan. 1.

Summa distinctionis XXI. Postquàm tractauit Magister de Chr̄i passione, ac morte, hic circa hoc sciscitat, An in Chr̄i morte diuisa, & separata sit deitas eius, seu verbis persona, à corpore eius, seu carne. Et circa hoc ponit quorundam falsā opinionē cum suis motiuis. Deinde eadem soluit, & auctoritates, qbus innituntur, bene exponit: erroneumq; illorum excludit, ac reprobat intellectum, & probat ex auctoritate, quam pro se allegant, oppositum. Consequenter declarat, qua ratione Chr̄s dicatur fuisse mortuus, passus, sepultus.

### QVAESTIO. I.

Hic quæritur primò, *Vtrum in Christi morte separata sit deitas, seu increata verbi persona à corpore Christi.* ¶ Videtur, ꝙ sic, per argumentum in litera positum, Aīa Chr̄i fuit medium per, quod caro fuit deitati, seu uerbo ęterno unita: ergo aīa separata à carne, fuit caro separata à deitate, vinculo namq; deficiente, ac rupto, deficit vnio. ¶ Scđō, quia p̄habitum est, ꝙ increatam personā non decet uniri, nec esse unitam creaturæ irrationali: sed caro Christi, aīa diuisa ab illa, est quid irrationale: ergo non decuit diuinitatem manere ei unitam.

¶ Tertiò, si deitas mansisset carni unita, fuisset quasi substantialis forma illius: quod nullatenus decuisse uidetur, cum Deus non sit formale rerum esse, nec principium substantiale intrinsecū. ¶ Quartò, si caro mansit verbo unita, habuisset aliquod esse à uerbo. Cumq; uerbum sit uita plenissima, atq; purissima, sortita fuisset caro illa esse uitale à verbo: & ita fuisset uiuens post separationem suam ab aīa, nec mortua iacuisset in tumulo. ¶ Cuius oppositum habetur in litera. ¶ Ad hæc respondet Albertus: (Albertus.) Nullo modo separata fuit deitas in triduo à corpore Christi. Vinculum enim unionis grǣ, inseparabiliter fortius fuit vinculo naturalis coniunctionis animæ, & corpororis: ideo soluto vinculo naturali, permansit vinculum grǣ, personalisq; vnionis. Nā & caro Christi immediate unita est uerbo, quāuis dicatur illi vnita mediante aīa, inquantum caro ex coniunctione sua cum aīa sortita est congruentiā, ut vniret cum verbo, vt suprà expositum est. Deitas quoq; est fons vitæ effectiuè, nō formaliter: nec fuit in corpore Chr̄i sicut forma in materia, nec sicut anima in animato, quia non inhærebat, nec informauit, sed fuit vnio dignatiua, ut sanctus testat Bernardus. Et, quàmuis deitas hoc modo existens in aliquo sit fons uitæ: non tamen necessariò causat vitam in illo, non ex suo defectu, sed ex incapaciate illius. Hæc Albertus. ¶ Hinc ait Vdalricus: (Vdalricus.) In symbolo fidei dicimus: Filius Dei crucifixus ē, & mortus, & hoc rōnabiliter iuxta præhabitam regulam istā, qn̄ prædicatum dicitur de aliquo composito, quod non est aptum conuenire composito, nisi rōne partis, locutio uera est, ut cum dicit, Paulus est caluus. Cumq; persona Christi composita sit iuxta sensum inductum, uerè dicitur crucifixa, & mortua: quia ista conueniunt ei ratione naturæ assumptæ, q̄ est quasi pars huius personæ. Porrò mors Christi fuit separatio aīæ suæ à corpore, prout ipse dixit: Ego pono animam meam idest depono: (Iohan. 10.) Quod non est intelligendum quasi aīa illa fuerit separata ab unione cum uerbo, quia sic falsum esset illud in symbolo, Descendit ad inferna. hoc namq; de filio Dei dici non posset ratione animæ suæ descendentis ad inferos, si fuisset illa unio dissoluta: quoniam sola unio, causat communicationem, imò nec unio carnis cum uerbo fuit soluta in morte. Alioquin falsè diceretur in symbolo, Et sepultus est, cum hoc non conueniat personæ verbi, nisi ex parte carnis: nec tamen ex hoc corpus illud minus mortuum fuit, quia diuinitas nō potuit esse pro forma substantiali, & anima formaliter vitam dante. Est igitur sensus, quòd filius Dei, ut corpori unitus, deposuit animam: quod non est deponere eam à se, sed à corpore, ut Augustinus exponit. Hæc Vdalricus.

¶ Super his loquitur Thomas: (Thomas Aquinas) Corpus Christi per mortem fuisse separatum à deitate, constat ex tribus: Primò, ex parte Dei, qui cum sit immutabilis, immutabilitatem istam largitur ei, quod sibi perfectè coniunctum est, ut ei immutabiliter adhæreat. Secundò, ex parte assumpti, quia ex morte, quam patri obediendo sustinuit, non debuit suam dignitatem amittere, sed plenius clarificari. Tertiò, ex fine assumptionis: quoniam ea, quæ post mortem eius circa ipsum sunt facta, non fuissent nobis salubria, nisi deitas-

 man-

man sisset carni vnita. Propter easdem etiã rationes anima Christi mansit tunc deitati coniuncta.

Obiectio. ¶ Verum his obijci pót. Sequeret em̃, ꝙ in triduo mortis filius Dei fuit caro, & itẽ, ꝙ fuit aĩa, quia vt tactũ est, vnio est ratio communicationis idiomatũ in diuinis. Item, ꝙ verbum tunc fuisset duo, vel tria, videlicet deitas, & aĩa, atque caro seorsum accepta.

Dilutio. ¶ Dicendũ, ꝙ aĩa nõ nominat perfectionẽ, & plenã naturã, sed partem ipsius. Vñ aĩa nõ est verbo vnita, tanq̃ id, in quo facta est vnio sicut hõ: ideo dici non pót, ꝙ filius Dei sit aĩa, sicut ꝙ est hõ, sed ꝙ tunc fuit animam habens. Et idem dicendum de carne, nisi sumatur ꝓ homine, vt ibi, verbum caro factum est. Iohan. 1.

¶ Ad aliud respondet, quòd relationes s̃m rem, multiplicantur multiplicatione eorum supra quæ fundant: iõ relatio ex parte vnius extremorũ vna, potest ex parte alterius extremi multiplicari: vt qui vna paternitate refertur ad filios plures, qui pluribꝰ filiationibꝰ referuntur ad ipsum, sic quoq; ex parte verbi æterni est vna relatio: q̃ tñ est rõnis, nõ realis. Ex parte verò assumptorũ, quæ duo sunt, duæ sunt vniones in actu post mortẽ: sed ante mortem fuit vna actu, & duæ potentia. Hinc nõ oportet, quòd aliqua vnio fiat de nouo, sicut nec in diuisione continui aliquid de nouo fit, inquantum id, quod fuit vnum actu, fit multa. Hæc Thomas in Scripto, & eadem scribit in 3. parte quæstione 58.

Taranta. ¶ Quibus ꝯsonat Petrus, & addit: Deitas ꝯiuncta fuit animę Christi triplici vinculo, vtpotè per grãm inhabitationis, ꝑ gloriã fruitionis, ꝑ donũ ꝑsonalis vnionis. Prima fuit dispositio ad secundã, prima, & secunda ad tertiã. Cũ n. q; prima fuerit inseparabilis: qm̃ solum peccatum separat eam, sequitur, ꝙ nec secunda, nec tertia separabilis fuit: quod contingit ex immutabilitate bonitatis diuinæ, rationalem creaturam, nunquam primò deserentis, atque ex immutabilitate animæ Christi, nunquam à Deo recedere volentis.

Quæstio. ¶ Insuper quæri potest, an deitas fuit in triduo ab assumpta humanitate separata: Respon. dicendũ, ꝙ humana natura est corpus, & anima simul unita. Loquendo ergo de natura humana materialiter, sic deitas non fuit separata ab ea: quia utriq; parti mansit ꝯiuncta. August. Vnde asserit Augustinus: Maledictus, qui dicit filiũ Dei deposuisse hominem, quem semel assumpsit, & exponit, id est, naturã humanã. Damasc. Damascenus quoq; fatetur: Quod uerbum semel assumpsit, nunquàm à se remouit. Loquendo autem de natura humana formaliter, nõ potest dici ꝓpriè separata: quoniam separatum manet seorsum: attamen desiit esse actu, mansit uerò in suis principijs: Hæc Petrus.

Richard. ¶ Concordat Richardus: Filius, inquiens, Dei carnẽ assumpsit ꝑꝑ ordinẽ eius ad animam, & q̃uis in morte anima fuit separata à carne: tñ in carne remansit ordo ad aĩam, idest unibilitas, & inclinatio ad eandem: ergo remansit ratio suæ unionis cum uerbo, atq; ex consequenti unio ipsa. Hæc Richard,

¶ Concordat Antisiodorensis, & Alexander.

¶ Bonauentura quoq; hic sciscitat, & itẽ Richar, An uerbum fuit unitũ carni, & aĩæ duplici unione, Ad quod respondent: vnio variè sumitur. Vnio tripliciter sumit. Primò, ꝑ actione unientis. Secundò, ꝑ passione rei unibilis, seu unitæ. Tertiò, pro relatione unitorũ. Loquendo de unione primo modo, persona uerbi uniuit sibi corpus, & aĩam unica unione, sicut & ea assumpsit una, & eadem assumptione. Loquendo quoque de unione passiua, fuit ibi unica unio: qm̃ corpus, & aĩa ꝯiuncta sunt uerbo, ut in unã naturam connexa, Loquendo autem de unione tertio modo, cum illa sit relatio, quæ multiplicatur multiplicatione ipsius unibilis, sic fuit ibi, & unica unio actu, quamdiu corpus, & anima fuerunt coniuncta, quibus per mortem diuisis, fuit unio duplex, seu bina in actu, sed potentialiter una. Hæc illi, & consonant præhabitis uerbis Thomæ.

Bonauen. ¶ Præterea Bonauentura quærit. Vtrum anima Chr̃i facta sit impassibilis mox post primum instans separationis suæ à corpore. Respondet, ex certa auctoritate non est hæc quæstio determinata: ideo sine periculo fidei potest, utraque pars defendi. Veruntamen ꝓbabiliùs, rationabiliusq; uidetur, ꝙ statim post separationem sortita sit impassibilitatẽ. Non. n. patiebatur aĩa Christi, nisi dispensatiuè pro nr̃a salute: idcirco uia completa, dum amplius non potuit ꝓmereri, non potuit amplius pati: & ita ante corporis sui glorificationem impassibilis facta est, sicut & aĩæ perfectorũ euolantes, mox impassibiles fiunt post Christi passionem. Hæc Bonauentura.

Durand. ¶ At uero Durandus circa hæc aliqua specialia scribens: Differunt, inquit, cessatio unionis, & separatio unitorum. Cessat namq; unio aliquorũ ꝑ desitionem alterius extremorum. Propriè uerò nõ separant, nisi q̃ manent post separationem, unione eorũ soluta. Propter quod formæ corruptibiles, ut animæ irrationales, non dicunt separari à corpore, quemadmodũ aĩæ rõnales. Hinc in morte Christi humanitas non fuit propriè separata à deitate: attñ unio eius cũ deitate, cessauit, quia humanitas Chr̃i in morte desiit esse, cũ dicat q̃d coniunctũ ex aĩa, & corpore, quorũ coniunctio tunc cessauit, alioquin Christus non fuisset uerè mortuus. De separatione uerò deitatis ab aĩa, & corpore Christi nõ est eodẽ modo r̃ndendum, quia ab aĩa non extitit separata. De corpore aũt non pót sic dici oĩno: imò oportet aliter dicere, s̃m ponentes diuersitatem formarum substantialiũ in eodẽ, & s̃m ponentes unitatẽ formę in uno composito: si enim in hoĩe sit talis formarũ pluralitas, ita ꝙ corpus sit corpus per aliquã aliam formã ab aia, manentẽ in eodem corpore uiuo, ac mortuo, tunc dicendum, ꝙ à corpore Christi, nunq̃ fuit deitas separata, nec unio eorũ soluta. Porrò si in hoĩe nõ ponat aliqua forma substantialis, nisi aĩa, tunc dicendum, ꝙ deitas non fuit ꝓpriè separata à corpore, sed cessauit unio eius cũ corpore, quia sic corpus desiit esse ꝑ mortẽ. Illud quoq; essentialiter erat, quia cum corpus non nominet solã materiam, sed compositum ex materia, & forma dante esse corporeum, de intrinseca, essentialique ratione est corporis forma, ꝑ quam habet esse corporeum. Si ergo in hoĩe nõ sit alia forma ab aĩa, sed ab ea habet esse animatum corporeũ, cum illa fuerit in morte à corpore separata, sequit, ꝙ corpus illud desierit esse id ꝙ essentialiter erat, sic q; ꝑ suã desitionem soluta est, & cessauit unio eius cũ deitate. Hæc Durandus.

Dionysius contra Durand. ¶ Quib. primò obijcit, ꝙ de sensitiuo, & intellectiuo ait philosophus lib. de aĩa. Separet hoc ab illo sicut ꝑpetuũ à corruptibili: quo ꝓbat, ꝙ corruptibile ab incorruptibili separat in morte. Verũ cũ istud in usu terminorum uideat ꝯsistere, paruipendendum est. Deniq;, ex p̄habitis nunc suppono, ꝙ in eodẽ nõ sint simul plures formæ substantiales: ꝙ & philosophi, atq; theologi cõiter tenẽt, idcirco nec ĩ corpe Chr̃i fuit talis pluralitas. Nec tñ ob id dicendũ censet, ꝙ corpus Chr̃i ꝑ mortẽ desiit esse: imò ut Alexander, Thomas, Bonauentura, Albertꝰ, & alij cõiter tenent, persona uerbi, seu deitas, cui fuit, & mansit unitum, diuina, & supernaturali uirtute conseruauit illud in esse. Preterea, si corpus Christi per mortẽ desiit esse: ergo



ergo fuit corruptum. contra, quod dicit Psalmista: Non dabis sãctum tuum uidere corruptionẽ. Vñ in Psal. 15. Act. 2. Actibus beatissimus princeps apostolorum testat: Caro eius non uidit corruptionem. Insuper, quod ait Durandus, corpus non nominat solã materiam, sed cõpositũ ex materia, & forma: uĩ hoc loco ineptè prolatum, quia hic sermo est de corpore, ut est essentialis pars cõpositi, q̃d non includit, nec nominat formam substantialem: alioquin cõpositum cõstaret ex composito ex forma substantiali, atq; materia, sicut ex una parte, & ex alia forma substantiali, sicut ex alia parte. Corpꝰ tripliciter diuiditur. Idcirco dicendum, ꝙ corpus tripliciter sumitur: Primò, ut genus subalternum in prædicamento substantiæ, ut in arbore patet Porphyrij. Et ita uerum est dictum istud Durandi. Secũdò, ut est pars substantialis rei cõpositæ, & proxima eius materia, quæ uocatur materia secunda, uidelicet non nuda materia, sed quantificata, & qualificata. Tertiò, ut est species quantitatis continuę, & ita est accidens. Quid uerò de unitate, & identitate corporis Christi uiui, ac mortui sit sentiendũ, mox clarius exprimetur. Gandauus ¶ Preterea Henricus 12. quodlibeto, quæstione qua quærit. Vtrum Christus si fuisset mortuus, senio putrefactus fuisset secundum corpus: tenet, sicut, & alibi sæpe, ꝙ in Christo præter animam rationalem fuit alia forma substantialis, uidelicet forma corporeitatis: attamen protestatur, ꝙ siue hoc teneatur, siue quòd solum fuit in eo una forma substantialis, utpotè anima rationalis, dicendum sit, ꝙ corpus Christi nunquam fuisset putrefactum, corruptum, dissolutum, neq; incineratum, etiam si resurrectio eius fuisset usq; ad finem mundi dilata: quoniam uirtus uerbi, seu diuinitatis, conseruasset, & præseruasset illud miraculo. quo constat, quod etiam asserentes in Christo fuisse duntaxat unam formam substantialem, scilicet animam, fatentur corpus illud non desisse simpliciter: attamen fuit ueraciter mortuum. nec sequitur, fuit mortuum, ergo corruptum, cum mors non sit nisi separatio animæ à corpore.

## QVAESTIO II.

Deniq; ad id, *Vtrum corpus Christi post mortem debuit dissolui, aut dissolutum fuisset,* Thomas respondet: Mors, dissolutio, incineratio, putrefactio, sunt pœnæ orginalis peccati, quod in CHRISTO non fuit: idcirco nec istos contraxit defectus ex necessitate originis: quoniam sine originali fuit conceptus, nec fuerunt in eo ita, quòd eorum debitor fuerit, cum in eo non fuerit aliqua culpa: sed quosdam defectus pęnales spõte Iohan. 19. assumpsit, ad complendum opus nostræ redemptionis, quatenus in eiusdem nobis pro mereretur. Cumque opus nostræ redemptionis esset in passione completum, quia tunc dixit, Consummatum est: nec corpus sine aĩa fuit in statu merendi, iõ corpꝰ eius dissolui nõ debuit, nec dissolutũ fuisset.

Obiectio. Hebre. 2. ¶ Et si obijciatur, quia secundum Apostolum, Debuit per omnia fratribus similari, ergo, & instar aliorum quantum ad corpus, incinerari: & rursus: quoniam corpus eius fuit ex contrarijs constans, & mixtum, ergo, & dissoluendum: Dilutio. dicendum ad primum, quòd in omnibus, quæ sunt de ueritate naturæ humanæ, & quæ exigebantur ad consummationem nostræ redemptionis, assimilatus est fratribus.

¶ Ad secundum, quòd corpus Christi in quantum ita compositum, & mixtum, fuisset naturaliter incinerabile, nisi altior causa, supernaturalisq; uirtus impediuisset, & illud conseruasset, sicut iam patuit. Cõcordant Petrus, Richardus, aliiq; cõiter.

Quæstio. ¶ Veruntamen quærit Richardus: Vtrum corpus Christi fuisset putrefactum, si diu fuisset eius resurrectio protelata, nec nouo miraculo fuisset cõseruatum. ¶ Quocirca duas recitat opiniones: Vnam, dicentium, ꝙ corpus illud nunquam fuisset putrefactum: quoniam in persona uerbi æterni fuit substantificatum, nec ad illam existentiam fuit operatione naturæ, sed omnipotente Dei uirtute perductum: ideo sine nouo miraculo fuisset à putrefactione præseruatum uirtute diuinę personæ. ¶ Aliam, dicentium, ꝙ sicut ante recessum animæ Christi à suo corpore fuit in corpore eius corruptio naturalis complexionis, ita, & aliæ similes alterationes, ut dissolutio, incineratio, contigissent in eo, si resurrectio fuisset diutiùs protelata, nisi nouo miraculo impeditum fuisset, cui opinioni magis consentit Richardus, & primæ Henricus. Gandauus

Dionysius ¶ Verum, ut iam suprà dictum est sæpe, corpus Christi ab omni corruptione, passione, dissolutiõe poterat conseruari, & præseruatum fuisset non solum ratione unionis immediatè cum uerbo, sed itẽ ex redundantia beatitudinis superiorum uirium animæ eius in ipsum corpus, nisi diuinæ ordinationis moderamine suspensa fuisset redũdatum, quãtum nostræ redemptionis exigit mysterium. Nec tamen ob hoc oportet simpliciter dicere, ꝙ vniuersas passiones, & afflictiones, quas pertulit Christus, miraculosè sustinuit, imò, & naturaliter, & miraculosè passus est eas diuerso respectu. Nempe per respectum ad vnionem cum uerbo, & ad beatitudinem animæ eius in superioribus uiribus suis, miraculosum fuit, & diuina dispensatione euenit, ꝙ eas sustinuit: per respectum uerò ad naturalem dispositionem commixtionis, & compositionis ex contrarijs, naturis, naturaliter fuit passibilis, & est passus. Quamuis etiam diuina dispensatione permissa fuit corruptio naturalis cõplexionis, q̃a hoc nr̃a exigebat redemptio: numquàm tamen ita permissa fuisset putrefactio, aut incineratio corporis Christi: quia has non requirebat redemptio ista, sicut ostensum: imò nec corporis illius dignitati hoc cõgruebat, nec omnipotentiæ, excellentiæ, & beneuolentiæ uerbi æterni, quòd nunquam deponere debuit quod semel assumpsit.

## *Si Christus in morte fuit homo. Distinctio XXII.*

Hic quæritur, Vtrum in illo triduo mortis Chr̃s fuerit homo. Quod non uĩ quibusdam: quia mortuus erat, & homo mortuus non est homo. Addunt ẽt, ꝙ si tunc erat homo, uel immortalis: sed mortalis non, q̃a mortuus: nec immortalis, q̃a tm̃ post resurectionẽ. s. fuit immortalis Quibus r̃ndemus, q̃a licet hõ mortuus fuerit, erat tñ in morte Deꝰ hõ, nec mortalis q̃dẽ nec immortalis, & tñ uerè erat hõ. Illæ. n. & hmõi argutiæ in creaturis locũ h̃nt, sed fidei sacramentũ à philosophicis argumentis est liberũ. Vnde Ambrosius: Aufer argumẽta ubi (Opinio quorũdã. Dilutio. li 2 de trinitate.)

fides quæritur. In ipsis gymnasiis suis iam dialectica taceat. piscatoribus creditur, non dialecticis. Dicimus ergo in morte Chri Deum uerè fuisse hoïem, & tñ mortuum. Et hominem, quidem, nec mortalem, nec immortalem, quia unitus erat animæ, & carni seiunctis. Alia. n. ratione dr̃ Deus homo, uel hō Deus, q̃ Martinus, uel Iohannes. Homo eñ dr̃ Deus, & econuerso, ꝓpter susceptionē hoïs. i. animæ, & carnis. Vnde Augustinus:

li. 1. de tri nita te. Talis erat susceptio illa, q̃ Deum hoïem faceret, & hoïem Deum. Cū ergo illa susceptio per mortem non defecerit, sed Deus hoï, & hō Deo, sicut antè unitus erat uerè, & tunc Deus erat homo, & econuerso, quia unitus aïæ, & carni: & homo mortuus erat: quia aïa à carne diuisa erat. Propter separationē aïæ à carne mortuus, sed ꝓpter utriusq; semper secū unionem homo. Non aūt sic erat homo, ut ex aïa, & carne simul iunctis subsisteret. Ex qua ratione dr̃ aliquis alius homo, & ipse forte ante mortem hoc etiam modo erat homo, & post resurrectionem fuit. In morte uerò homo erat tantum propter animæ, & carnis secum unionem, & mortuus propter inter illa duo diuisionem.

## *Si Christus in morte erat homo alicubi, & si ubicunque sit, homo sit.*

Hic q̃ritur, si Christus in morte alicubi erat homo, & si ubicumq; est, homo sit. An ꝙ dicimus, ga non ubicū q; erat, hō erat: nec modo ubicumq; est, homo est, quia ubiq; est secundum deitatem: nec ubiq; est homo, quia non ubiq; homini unitus: sed ubicunq; est secundum hoïem, ibi homo est. Tempore aūt mortis & ubiq; erat scd̃m Deum, & in sepulchro scd̃m hoïem, & in inferno scd̃m aïam: sed in inferno f̃m aïam tm̃, & in sepulchro f̃m carnem tm̃. In sebulchro ergo era hō, ga humanitati unitus erat, etsi non toti, quia carni tantum: & in inferno erat homo, quia humanitati unitus, sed non toti, quia aïæ tm̃. Sed si in inferno aïæ tm̃, & in sepulchro carni tm̃ unitus erat, ergo nec in inferno unitus erat aïæ, & carni, nec in sepulchro. Quomodo ergo ibi, uel hic hō esse dr̃? Quę est rō dicti? Quia una, eadēq; unione unitus erat aïæ in inferno, & carni in sepulchro. Et sic erat illis duob. tūc separatis unitus, sicut ante separationē, i. ante mortē,

Obiectio. Ad hoc aūt opponit: Si Chrs aïam tm̃, uel carnē tm̃ assumpsisset, non fuisset uerus hō sed ꝓp utriusq; assumptionē uerus hō fuit. Sic ergo ubi carnē, & aïam sibi unitam non habebat, uerus hō ibi non erat. Sed tpe mortis nusquā illa duo uerè unita habebat, ga

Respōsio. nec in sepulchro, nec in inferno, nec alibi: nusquā ergo erat hō. Ad quod dicimus, ga Chrs utiq; uerus homo non fuisset, si carnē, & aïam non assumpsisset. Sed tñ, ga ex quo assumpsit, neutrum deposuit, sed cū utroq; eandē unionē indesinenter tenuit, quā assumendo ꝓxit: ideo non incongruè ubicumq; aīę, uel carni, uel utriq; unitus est, ibi homo esse dr̃, ga ibi humanatus est. Ergo, & in sepulchro erat hō: & in inferno erat hō: ga utrobiq; humanatus erat Chrs, & unā, eandēq; cū aïa, & carne, licet separatis; habebat unionem: & uno, eodemq; tpe in sepulchro iacuit Chrs, & ad infernū descendit: sed in

Aug. sug Iohā. sepulchro iacuit f̃m solam carnem, & in infernum descendit f̃m solam aïam. Vnde Augustinus. Quis non est derelictus in inferno? Christus, sed in anima sola. Quis iacuit in sepulchro? Christus, sed incarne sola, quia in his singulis Christus est, CHRISTVM in his omnibus confitemur, & singulis. Ex his euidenter et ostenditur, quòd carni iacenti in sepulchro unitus erat CHRISTVS, sicut animæ in inferno. Alioquin si carni mortuæ non esset unitus, non in ea diceretur iacuisse in sepulchro. Anima ergo ad infernum descendit, caro in sepulchro iacuit, sapientia cum utroque permansit,

lib. 1. de spūcto. quæ in inferuo positis (ut ait Ambrosius) lumen uitæ fundebat æternę. Radiabat illic lux uera sapientię, illuminabat infernum, sed in inferno non claudebatur. Quis enim locus est sapientiæ ubi eum includat, de qua scriptum est. Nescit homo uias e-

Iob. 28. ius, nec inuenta est inter homines: de qua abyssus dicit, non est in me: mare dicit, nō est mecum? ergo nec in tempore, nec in loco sapientia est, cui nec mors tribuenda est. In ligno enim caro, non illa operatrix omnium substantia diuina pendebat. Confitemur tamen Christum penpendisse in ligno, & iacuisse in sepulcro, sed in carne sola: & fuisse in inferno, sed in anima sola.

## *Quòd Christus ubique totus est, sed non totum: ubique totus est homo, uel Deus, sed non totum.*

Et utique totus eodem tempore erat in inferno, in cęlo totus, ubiq; totus idest perfectus. Persona enim illa æterna non maior erat ubi carnem, & animam simul unitam sibi habebat, quàm ubi alterum tantum: nec maior erat ubi utrunque simul, uel alte-

Cōtra Felicianū in expōne fidei. rum tantum unitum habeat, quàm ubi erat neutrum habens unitum. Totus ergo Christus, & perfectus ubique erat. Vnde Augustinus: Non dimisit patrem Christus, cum uenit in uirginem, ubiq; totus, ubique perfectus. Vno ergo, eodemque tempore totus erat in inferno, totus in cælo. Erat apud inferos resurrectio mortuorum, erat su-

per



per cęlos vita viuentiū: verè mortuus, verè viuus: in quo, & mortē susceptio mortalitatis excepit, & vitam diuinitas non ꝑdidit. Mortē ergo Dei filius, & in aïa non pertulit, & in maiestate nō sensit: sed tñ participatione infirmitatis, rex gloriæ crucifixus est. Ex his apparet, ꝙ Christus eodē tpe totus erat in sepulchro, totus in inferno, totus vbique, sicut & modo totus est vbicunq; est, sed nō totū. i. non f̃m vtramq; naturā. Nec in sepulchro, nec in inferno totū erat, & si totus: sicut Christus totus est Deus, totus hō, sed non totū: quia non solum est Deus, vel homo, sed & Deus, & homo. Totum. n. ad naturam refert. Totus autem ad hypostasim: sicut aliud, & aliquid ad naturam. Alius verò, & aliquis ad ꝑsonam referunt. Vñ Iohannes Damascenus: Totus Christus est Deus perfectus, nō aūt totū Deus est. Non. n. solū Deus est, sed & homo: & totus homo perfectus, non aūt totū homo. Non solum. n. homo, sed & Deus. Totum. n. naturæ est repręsentatiuum. Totus aūt hypostaseos: sicut aliud quidē est naturæ. Alius autem hypostaseos, sic & huiusmodi.

Damasc.

## *Si ea, quæ dicuntur de Deo, vel de filio Dei, possunt dici de homine illo, vel de filio hominis.*

Solet ĕt q̃ri, si ꝙgruenter dici possit filius hominis, vel ille homo descendisse de cœlo, vel vbiq; esse, sicut dr̃ filius Dei, vel Deus de cęlo venisse, & vbiq; esse. Ad ꝙ dicimus si ad unitatē ꝑsonæ teferat̃ dicti intelligentia, sanè dici pōt: si uerò ad distinctionē naturarū, nullatenus ꝙcedendū est. Vñ Augustinus: Vna ꝑsona est Chrs Deus, & hō. Iō dr̃: Nemo ascendit in cęlū, nisi q de cęlo descendit &c. Si ergo attendas distinctionē substantiarū, filius Dei descendit, & filius hoïs crucifixus est. Si uerò unitatem personæ, & filius hoïs descendit, & filius Dei est crucifixus. Propter hanc unitatem personæ nō solū filiū hoïs descendisse de cœlo, sed etiam dixit esse in cœlo cum loqueretur in terra. Propter hanc eandem unitatem. s. personæ dicitur Deus gloriæ crucifixus: qui, tñ ex forma serui tñ crucifixus est, non secundum hoc, quod Deus gloriæ est, & secundum quod glorificat suos: & tñ dr̃ Deus gloriæ crucifixus. Rectè quidem, non ex uirtute diuinitatis, sed ex infirmitate carnis. Quid ergo, & ꝑp quid, & quid, & f̃m quid dicat̃, prudens, & diligens, & pius lector intelligat. Hæc de corrigia calceamenti Dominici, ideſt de mysterio Incarnationis dicta sufficiant, ne ossa regis Idumææ consumantur, vsque in cinerem.

Amos 2.

Summa distinctionis XXII.

IN PRAECEDENTI distinctione de morte Christi tractatum est, hic circa eandem quæstiones mouentur. Primò, vtrum illo in triduo Christus extiterit hō. Secundò, vtrum Christus tempore mortis fuit alicubi homo. Et, an sit homo vbicunq; existit. Quocirca declarat, quòd Christus, vbicunque est, totus sit, non totum. Postremò interrogat. An omnia, quæ dicuntur de Deo, seu filio Dei, possint dici de filio hominis.

### QVAESTIO. I.

PRIMO ergo hic quæritur. *An Christus fuerit homo in triduo mortis.*

¶Videtur quòd non: quoniam fuit mortuus pro tunc, seu mortuus homo: sed homo mortuus non est homo, sicut nec homo pictus.

¶Secundò, ga nō habuit tunc naturā humanā sibi vnitā, cum corpus, & aïa fuerint abinuicē separata.

¶In oppositum sunt, quæ habentur in textu: & ꝙ

Tho. Aqu. iuxta præhabita, persona verbi naturā, quam semel assumpsit, nunquam deposuit.

¶Ad hoc Thomas respondet: Opinio fuit Magistri, atq; Hugonis de S. Victore, ꝙ Christus in illo triduo fuit hō. Ad quod: tñ mouebant̃ vijs diuersis. Hugo etem̃ dixit, ꝙ tota ꝑsonalitas, & quidditas hoïs sit aïa rōnalis, ita ꝙ ipla, ꝑpriè loquendo sit homo, atq; post mortē posit homo vocari, nō solū in Christo, sed in cęteris quoque. Quæ opinio stare non valet: qm̃ enti completo in specie, nequit aliud aduenire ad componendū, cum ipso naturā: sed vel adiungit ei in persona, quod singulare est in Christo, vel accidentaliter. Et ita secundum istā opinionem ex aïa, & corpore nō efficeret vna natura, nec aïa esset corporis forma, nec viuificaret illud formaliter: imò accidentaliter ei adiungeret, vt natura naui, & hō vesti, vt dixerunt antiq philosophi, quorū i hoc Plato extitit princeps, vt Gregorius refert Nisenus. Vñ Plato asseruit, ꝙ hō nō est qd compositū ex aïa, & corpore, sed aïa corpore vtens. Quæ cū absurda sint, Magister nō ꝓsensit, ꝙ alij hoïes post mortem sint hoïes, sed voluit hoc de Christo, in quo aïa, & caro post mortē manserunt vnita in vna persona. Quæ opinio saluari nō valet, propriè sumendo hoc nomen hō: quia de hominis rōne est, ꝙ anima, & corpus inter se vniantur, atque constituant vnam naturam: quòd fit per hoc, quod corpus informat̃ ab anima, quod in Christo non fuit in triduo.

¶Secundò: qm̃ recedente aïa, caro illa nō mansit caro nisi ęquiuocè: vnde nec corpus illud fuit tunc corpus humanū, nisi æquiuocè. Hinc oēs moderni fatent̃, ꝙ in triduo illo Christus non extitit homo.

¶Sciendum tñ, ꝙ nec Magister voluit dicere, ꝙ Christus in triduo illo fuerit hō vniuocè. Nam ait, ꝙ non f̃m eandem rōnem homo fuit post mortem, vt ante, & sicut cęteri homines. Sicque ex positione Magistri non sequit̃ inconueniens aliquod f̃m rem, quia (f̃m philosophum 4. metaphysices) non est inconueniens, vt quod nos dicimus hominem, alij dicant non hoïem, quantum ad ꝙenientia homini: sed in verbis Magistri solū est improprietas in modo loquendi, cum non sit in vsu huius nominis homo, quòd significet animam, & corpus diuisa.

Obiectio.

¶Si aūt obijciat̃: qm̃ 10. Ethicorū testat̃ philosoph⁹, ꝙ hō est suus intellectus: Dicendū ꝙ illa est figuratiua locutio, ꝑp quod dicit, ꝙ homo dr̃ intellectus, sicut ciuitas dr̃ rex: qm̃ totū, quod est in ciuitate, ex regis voluntate dependet. Hæc Thomas in Scripto.

¶Insuper in tertia parte quinta qōne: Christum, inquit, verè fuisse mortuum, est articulus fidei.

Hinc aliquid dicere per quod tollitur ueritas mortis Christi, est contra fidem. Ad ueritatem aũt mortis hominis pertinet, ꝙ per mortẽ desinat esse homo ex aĩę separatione. ideo dicere Christum in triduo illo hominem fuisse simpliciter, erroneum est: qui tñ hoc dixerunt, sensum erroris in fide non habentes, ut Hugo, qui dixit hominẽ nõ esse nisi aĩam rationalem: & Magister, quia putauit, ꝙ unio aĩę, & corporis non sit de rõne hominis, sed sufficeret corpus, animãq; habere siue coniuncta siue diuisa.

Mortuus fuit vere Chr̃s in cruce.

¶ Si aũt obijciatur, ꝙ Christus dr̃ sacerdos in æternum ſm ordinem Melchisedec, ergo in triduo non desiit esse sacerdos, ergo nec homo: dicendũ, ꝙ esse hoĩem conuenit homini rõne aĩæ, in qua character est ordinis. Hinc homo per mortem nõ amittit characterem, & multo minus Chr̃s, qui totius sacerdotij est origo. Hæc idem in Summa. ¶ Quibus obiici potest, qđ implicare vñr: quia si Hugo asseruit Christum in triduo fuisse hoĩem: qm̃ dixit animam hominẽ esse, vr̃ habuisse non solum verba erronea, sed etiam sensum erroris. Et si dicatur, ꝙ non fuit error in fide, obijci posset, quòd ex eis sequitur error iste, quem dicit formaliter esse contra fidẽ, ergo fuit error in fide. ¶ Præterea, quòd dicit Magistrum concessisse Chr̃m fuisse hominem in triduo, quia putauit unionem animæ, & corporis non esse de rõne hoĩs, non apparet: quia (ut ait in Scripto) Magister non intendebat asserere, qđ Chr̃s fuit homo in triduo, nisi æquiuoce: quo constat, qđ scđm intentionem Magistri, unio aĩæ, & corporis de rõne sit hoĩs. ¶ Rursus, Fides, & spes sunt in aĩa, imo in supremis uiribus eius: nihilominus aĩa separata, & beatificata, desinunt in ea esse fides, & spes, ergo ex hoc, quod aĩa manet post mortem, non sequitur characterem sacerdotalem manere in ea. Verum an tunc in ea perseueret, infra super quartum dicetur.

Psal. 109. Dionysius contra Thomam

¶ Itaq; aduertendũ, quod Hugo non negauit Christum uerè mortuum in triduo illo, sicut nec negauit apostolos, & cæteros, qui abierunt, mortuos esse: sed qm̃ dixit carnem, seu materiam non esse de essentia hoĩs, habuit dicere, qđ Christus in triduo illo fuit homo essentialiter, id est, ſm totũ illud, qđ est de essentia hoĩs, non tñ formaliter: qm̃ carnis cõiunctio aliquo modo concurrit ad completum hominis esse. Et sicut quidam Albertum sequentes dicere solent, est de rõne hoĩs, sicut intrinsecus terminus fluxus formæ. Hoc dico non taliter sentiendo, sed quorundam intentionem elucidando.

Respõsio

¶ Præterea Albertus respondet hic ꝓ maiori parte, ut Thomas, & fatetur Hugonem falsum dixisse in uerbis præhabitis. Dicit quoq; Albertus, Magistrum hic esse deceptum ex quibusdam locutionibus, quibus utimur dicendo Chr̃m iacuisse in sepulchro, & descendisse ad inferos, quæ non cõueniunt Chr̃o nisi rõne naturæ humanæ. Cumq; attribuat̃ supposito, uĩ, qđ Chr̃s ibi supponat suppositũ hũanæ naturæ, puta hunc hominem: sed dicendũ, quod illæ locutiones extant synecdochicæ, ponentes partem ꝓ toto, queãdmodum dicimus: Sancte Petre ora ꝓ nobis. Hæc Albertus. Qui ẽt dicit, quòd in illo triduo Chr̃s non fuit rõnalis, quamuis habuit aĩam rõnalẽ: qa à rõnabilitate, q̃ est pars aĩæ, non dr̃ hõ rõnalis, sed à differentia hominis, quæ non est pars aĩę, sed forma totius secundum quod totum est, queãdmodum genus, & differentia. Ampliùs, Christus in triduo fuit suppositũ in natura humana existẽs, sed hoc nõ sufficit ad hoc, ꝙ fuerit homo, sed oportet habere aliquã ronem suppositi ab ipsa natura, quod non fuit in Christo in triduo: quia natura non dat esse suum supposito, nisi prout cõstituendo suppositum, conuenit per compositionem. Hæc Albertus.

Albertus

Dionis. contra Albertus.

¶ Cuius hic ultimo dicto obijci potest, ꝙ cum de rõne naturæ humanæ sint aĩa rõnalis, & caro simul iunctæ, non uidetur Chr̃s in triduo illo fuisse suppositum in natura humana existens: quia in eo non fuit tunc aĩa carni coniuncta, nec aĩæ caro. Nec in Christo suppositum habuit aliquã rõnẽ suppositi à natura humana, quia in Chr̃o non fuit nisi increatũ suppositum, qđ nec esse simpliciter, nec rõnem suppositi unquam hãbuit à natura illa assumpta, quamuis aliquas denoĩationes ex parte ipsius suscipiat per cõicationem idiomatum, q̃ nec aliqđ nouum: nec qđ superadditum ponunt in incõmutabili, & ꝑfecta uerbi ꝑsona. Hinc quoq; Thomas circa hæc ait in Scripto: Christus in triduo nõ subsistebat in natura humana, qa non erant ibi oẽs partes humanæ, vc3 caro, & os, nisi æquiuocè. Nihilominus uerbũ hoc sancti doctoris, inquisitionis eget maioris: & paulo post requiretur, an corpus Christi uiuum, ac mortuum, fuit unum, idemq; numero.

Vdalricus.

¶ Porro Vdalricus: Dicunt, inquit, hic quidã, qđ Christus in triduo mortis fuit homo. Quod si intelligunt ſm quod homo uocatur ex denominatione partis suæ dignioris, iuxta quod ait philosophus, quod homo est suus intellectus, uerum affirmant; propter unionem animæ Christi cum uerbo in triduo illo, Si verò sumunt hoc nomen hõ, prout sancti eo utuntur frequenter in ista materia pro principiis humanæ naturæ idest aĩa, & corpore, iterum dicũt uerũ, qa diuinitas mansit duobus illis unita. Si aũt accipiat̃ ꝓ natura resultante ex immediata illorum unione adinuicem, erroneũ esset. Hæc Vdalricus.

Tarantasi.

¶ At uero Petrus: Circa hæc, ait, tres fuerũt opiniones. Vna Hugonis, ꝙ aĩa ꝑsona est hoĩs: qm̃ substantificat eũ in esse. Cumq; persona hominis sit hõ anima est hõ, contra hoc, quia sic corpus accidentaliter homini adueniret Scđa. Magisti, dicentis, qđ solus Christus post mortem ante resuscitationẽ fuit homo non ex unione solius animæ cum verbo, sed animæ, & corporis cum ipso uerbo, non tñ eo modo, quo cæteri hoĩes appellantur. Nã cæteros efficit hoĩes aĩæ, corporisq; cõiunctio, Christũ uerò utriusq; assumptio: unum aũt hominem fecit utriusq; unitio. Contra hoc est, quod Christus fuisset æquiuocè homó, nec ὁμοούσιος idest consubstãtialis suæ matri. Tertia positio ẽ, ꝙ Christus in triduo nõ extitit hõ: quia hoĩem quasi materialiter fecit eum corporis, & aĩæ assumptio, formaliter uerò utriusq; adinuicem unio, Hæc Petrus. Qui etiam dicit, ꝙ sacerdotium Christi noĩatur æternũ, quia aliud ei nõ successit, neq; succedet, non qa cõtinuè fuit sacerdos: quod consonat Thomæ in Scripto, q̃uis (ut patuit in Summa, aliter uideat̃ sentire.

Richard.

virtutē naturæ creatæ, non potuerūt sibi inuicē reuniri, sed prāte diuina. Sciēdū quoq; ꝙ dn̄s surrexit circa diluculū illucescēte iā die, ad designandū, ꝙ ꝑ suā resurrectionē ad lucē gloriæ nos reduxit: quem admodū mortuus est aduesperascente die, & tendē te in tn̄bras, ad ondendū, quòd ꝑ suā mortē destrueret tn̄bras culpæ, ac pœnæ. Hæc Thomas in 3. parte Sūmæ.

Thom. in Scripto.

Quib⁹ cōcordat, quod in scripto fatet: Chr̄s, ingens, credi resurrexisse crepusculo, qn̄ adhuc lux tn̄bris est permixta: idcirco aliqn̄ dr̄ resurrexisse in noctè, interdū in die. Veruntn̄ de hora, qua Chr̄s expirauit, scribit ī Secūda Secūdæ q̄st. 147. Hora nona deputata ē resurrexiōi ieiunātiū, maximè qm̄ Chr̄s hora nona expirauit, cuius passioni ieiunans cōformat se carnē ꝓpriā affligendo. In quibus verbis ꝑ horam nonam videtur meridies designari.

2. q. 147.

Tarātasi.

¶Præinductis ex Thoma cōsonāt scripta Petri, & addit: Congruentia accelerationis resurrectionis Christi, accipi pōt ex quatuor causis. Primò, ex parte causę efficientis, qm̄ corpus illud fuit deitati vnitū, iō debuit primò influentiā eius recipere, & citò resurgere. Secundò, ex parte causæ materialis, quia in corpore illo non fuit fomes pc̄ti, iō nec incinerari debebat. Tertiò, ex parte causæ formalis, videlicet, quia expleto officio, ad quod uenerat, debuit in se & in suo corpore beatificari perfectè. Quartò, ex parte causæ finalis, vtpote propter nostram vtilitatē, vt in fide resurrectionis futuræ certificemur. Porrò ab hora mortis Christi, vsq; ad horam resurrectionis, horæ sunt 40. vt, & ipsa nona, quā mortuus est, cōputet̄. A uespera verò sepulturæ vsq; diluculū resurrectionis, horæ sunt triginta sex. Deniq; Chr̄i gloriosam resurrectionē, tanq̄ opus prius nouū, & oīno insolitū, magis, q̄ alios articulos ꝓbare oportuit. Gloriosa, quoq; resurrectio quatuor exigit. Primò, naturæ corporeæ veritatē. Secundò, eiusdem, quod mortuū fuit identitatē. Tertiò, carnis reaīationē. Quartò, naturæ corporeę glorificationē. Probauit, itaq; Christus ꝓbabilibus argumentis ſm exigentiā materiæ primum horum, palpabilē se ꝓbendo: ſm, cicatrices monstrando: tertium, comedendo, atq; loquendo: quartum, ianuis clausis intrādo, ac ascendendo. Hæc Petrus.

1. Cor. 15.

Johan 20.

¶In pinductis scripta Richardi de his cōtinent̄.

¶Albertus autem, & Bonauentura de Christi resurrectione non scribunt hic, nisi forsan permodicè.

Vdalricus

¶Porrò Vdalricus: Christus, ait, suā resurrectionē ꝓbauit tripliciter, vtpote per testimonia angelorum, qui mulieribus apparuerunt, atque dixerunt Christū resurrexisse. Secundò, ꝑ testimonia hoīum, qui surrexerunt cū Chr̄o. Tertiò, per sui ipsius frequentes apparitiones, allocutiones, comestiones, palpationem, &c. Vtrū aut illi, q̄ tunc surrexerunt cum Chr̄o, btā immortalitate dotati sunt, Hieronymus in sermone de assentione relinquit sub dubio Beda verò locutus est, q̄ credendi sunt cum dn̄o in corpore ascēdisse, & ergo credo de hoc nō dubitandū, qm̄ aīæ scōrū illorū erant tunc perfectè impassibiles, & beatæ: talesq; aīæ vniri non poterant neq; debuerāt corpori mortali, aut morituro.

Quæstio.

¶Præterea si q̄rat̄, quō corpus Chr̄i tunc fuit palpabile, quū (teste Gregorio) oē tangibile sit corruptibile, tactus etem̄ naturalis, ſm philosophum, est cum mutua alteratione tangentis, & tacti, omne quoque alterabile est passibile, ideoque corruptibile, qm̄ passio facta secundum phūm abijcit à substantia.

Responsio

Dicendum, quòd triplex est tactus, videlicet metaphoricus, vt dū qualitas naturalis sua actiōe immutat corpus, queadmodū dicimus, Frigus me tetigit. Alius est tactus mathematicus, ut dū extrema sunt, simul sine actiōe, & alteratione. ſm quod ait Phūs & linea tangit sphærā in puncto. Tertius est tactus naturalis, q̄ est ſm extrema sensibilibus qualitatib⁹ informata, sicq; cū actione, & passione. Corpus aūt gloriosum habet has qualitates: idcirco tangibile est, dū vult is, cuius est. Sed habet eas bn̄ redactas ad medium, hoc est, ad temperantiā mediā, in qua eas conseruat aīa gloriosa virtute diuina, ita ꝙ nō pōt distēperari, propter quod, nec per tactū alterari.

Lucæ. 14

¶Locutione ēt probauit Chr̄s sui corporis veritatē, quāuis aliquibus aīalibus conueniat locutio, siue per naturā, vt dr̄ de Pygmęis: siue per instructionē, vt videmus in auibus. Loqui tn̄ ꝑfectè non conuenit nisi naturę rōnali, ꝑcipuè spiritualibus, ac diuinis. Quāuis ēt Chr̄s intrando ianuis exclusis dicat̄ ꝓbasse se corpus glorificatū habere, attn̄ alia corpora penetrare non est de natura corporis gloriosi, corpori aūt Chr̄i cōueniebat ex vnione ad deitatē. Vn̄ August. affirmat: Moli corporis, in quo erat diuinitas, ostia clausa non obstiterunt. Hinc egressum Christi ex vtero virginali, comparat ingressioni domus ianuis clausis, affirmans vtrunq; miraculum miraculorū, quod verum non esset, si de natura corporis gloriosi consisteret. Nam quāuis hæc vis penetrandi esset ei miraculosè cōcessa: tn̄ vsus potestatis illius non esset miraculosus, sicut nō esset miraculosum, si cæcus iam illuminatus videret. Præterea cum scandalum fidei. i. id, quo infideles ꝑcipuè scandalizantur in fide Christiana, sit infirmitas, & ignominia passionis Christi, in tantū, quod ipsemet Christus Deus asseruit, Beatus, qui non fuerit scandalizatus in me, Atq; Apostolus: Prædicam⁹ Christum, Iudęis, quidem scandalum, gentibus autem contumeliam, vnde, & apostoli in ea potissimè uacillauerunt, ideo econtrario in virtute victoriæ mortis Christi per resurrectionem ipsius consistit maxima uis fidei Christianæ. Propter quod legitur in Act. Virtute magna reddebant apostoli testimonium resurrectionis Christi. Hinc iste articulus præ omnibus alijs à Christo est probatus. Hæc Vdalricus.

August.

Matt. 11. 1. Cor. 1.

Actu. 4

Albertus

¶Cui concordat Albertus in hoc, quòd asserit resuscitatos à Christo non rursus obijsse, sed in aīa, & corpore glorificatos ascendisse cum saluatore. Etsiq; prætacta rō fortis. mox enim vt Christus in limbum patrum descendit, sancti eius beatifica deitatis fruitione sunt repleti, idcirco, & impassibiles facti, & si dicantur non ascendisse corpore glorificati, sed corpora rursus deposuisse in terra, videntur oportere dici, ꝙ absq; omni pœna hoc fuit.

Pygm.

¶In prætactis, quoq; verbis Vdal, insinuat, Pygmęos non esse veraciter homines, sed irrationales creaturas: de qua re dubitant multi, & nonnulli scribunt, ac pro viribus probāt, ꝙ sint homines parui, quēmadmodū, & in specie canum sunt quidā valde parui cāiculi. Dr̄ ēt, ꝙ si aliorū teritoriorū hoīes, generēt in terra illa Pygmæorū nō generāt, nisi Pygmæos. Habent itē figurā corporis humani, & vt dicūt philosophi, sicut res differunt suis figuris, ita, & formis suis specificis. Vn̄, quis posset concludere, quod sicut res conueniunt figuris, ita, & specificis formis. Nec dubitamus gigantes hoīes esse, quā uis nō minus excedāt nos quātitate, q̄ nos Pygmæos. Multa quoque rationis exercitia videntur habere, de quibus propheta Iezechiel describendo magnificentiam, & excellentiam Tyri, locutus est: Sed & Pygmæi, qui erant in turribus suis, pharetras suas suspenderunt in muris suis per gyrum, ipsi

Iezec. 27.



ipsi cōpleuerūt decorē tuū. Veruntn̄ de hac re nihil affirmo, nec certus sum, an sint capaces notitiæ veri Dei, & eleuari sup materialia cūcta intellectualiter queāt.

Durandus

¶Postremò Durand⁹ cōcordat dictis ex Thoma, hoc dēpto, ꝙ ait Chr̄m post resurrectionē veraciter mādūcasse, ēt quantū ad sumpti cibi digestionē, & conuersionem in corpus suum, quòd nequaq̄ credendum est, & ꝯ Augustinum, atq; communem theologorum doctrinam esse cognoscitur.

## QVAESTIO VI.

AMpliùs q̄rit̄ hic, *An Christus quātū ad aīam descendit ad inferna, & in limbū patrū, & ꝑꝑ quid ita descenderit.* ¶Vr̄, quòd nō, qm̄ dixit latroni: Hodie mecum in paradiso eris. ergo à Christo introijt paradisum. ¶Secundò, qm̄ hoc vr̄ excellentiæ Chr̄i derogare, nec alicui nisi ꝓ sua culpa cōpetere. ¶Tertiò, Chr̄s moriendo animas sanctas in limbo detētas, à reatu absoluit originalis peccati, pro quo detinebant̄ in limbo: ergo aīæ illę eodem instanti, quo Christus tradidit spiritum à limbo fuerant eruendæ, & ad Christum in paradisum ducendæ.

Lucæ. 23.

¶In oppositum est doctrina fidei sacrę.

Multiplex. infernus.

¶Circa hæc scribit Albertus: Infernus multipliciter dr̄. Primò, infernus interior dānatorū. Vn̄ super illud Iacobi, Inflamata à gehenna, asserit Glossa: Dęmones quocunq; vadunt, infernū suum secum portant. ¶Secundus est infernus exterior, & iste est multiplex, Primus est locus pœnæ tenebrosus, dānatos affligens. Secundus est locus pœnæ non penitus tenebrosus, vtpote purgatoriū, in quo purgandi lucē gr̄æ habent. Tertius est locus sine pœna sensus, ac tenebrosus, vt limbus in originali defunctorū. Quartus est locus tenebrosus, aliquid habens lucis ꝑꝑ magnā fidē, & spē inhabitantiū, vt limbus sanctorum patrum an̄ descensum Chr̄i in eum, & ad hunc locum Chr̄s descendit, nō ad alium. Propter quod ait Hieronymus, ꝙ ibi habitabant hi, q̄ per Chr̄m educti sunt. queadmodum em̄ non propter se, sed ꝓpter hoīes hō factus est, ita ad locum illum non ꝓpter se, sed ꝓpter ibi detentos descendit.

Iaco. 3.

Hieron.

Obiectio.

¶Et obijciat̄, ꝙ ſm dicta sanctorum infernus sp̄ in malo accipit:

Dilutio.

dicendum, ꝙ infernus sonat in malum pœnæ dāni, vel sensus, seu vtriusq;, in quorum neutrum Chr̄s descendit, sed tm̄ ad locum illum ad modicū tp̄s in cōsolationem electorum. ¶Deniq;, ſm dicta sanctorum, Chr̄s, in limbo sanctis suam deitatē mōstrauit, horrendiq; carceris locum eis vertit in paradisum, quo ad hoc, ꝙ deitatē eius facie ad faciē cōspexerunt, precio redēptiōis soluto. Per quod soluitur obiectio illa, Chr̄s dixit latroni. Hodie mecum in paradiso eris. Paradisus nāq; tripliciter sumit̄: Primò, ꝓ paradiso interiori, q̄ est aperta, & beatifica visio Dei, & de hoc loquebat̄ Chr̄s latroni. Secundò, ꝓ paradiso exteriori terrestri in Edē. Tertiò, ꝓ paradiso cælesti seu cælo empyreo.

Quæstio

¶Præterea si q̄ratur, quādiu fuit Chr̄s in limbo; dicendum, ꝙ quousq; corpus iacuit in sepulchro. ¶Sed obijci pōt, qd̄ in euangelio legit̄ Nicodemi: Cum scī educti essent in paradisum, apparuit qdā vultu despecto, crucē ferens latronis, qui interrogatus, qs esset, rn̄dit se esse latronē, cui ꝓmiserat Christus, ꝙ secū hodie esset in paradiso: ergo scī statim egressi sunt limbum.

Solutio.

¶Dicēdum, ꝙ Nicodemus loquitur de tēpore post Chr̄i resurrectionē imò ēt scribit ibidem de Enoch atq; Elia, q̄ congratulabantur liberatis, queadmodū etiā sermonem habuerant cum Chr̄o in monte de excessu, quem compleuit in Ierusalem eos redimendo. Quod autem latro dixit se illum, cui Christus promisit, intelligitur materialiter significare dictum Christi. Hæc Albertus.

¶Concordat Vdalricus, qui de his multa conscribit, quæ satis communia sunt, & in Passionali habentur sanctorum. idcirco pertranseo.

Thomas. Aquinat.

¶At uerò Thomas his consonans: Chr̄s, inquit, vt nos à cunctis defectibus liberaret, in se accipere voluit nostros defectus oībus gn̄ales, & q̄ in defectū gr̄æ nō vergebāt. Oībus autē hoībus ante Chr̄i passionem fuit cōe, ꝑ debito originalis pc̄ti in infernum descendere, non quo ad carentiā beatificæ visionis, q̄ carentia vergebat in defectum gr̄æ cōsummatę. Pœna, quoq; sensus post hanc vitā non est meritoria: qm̄ post hāc vitā nō sunt illi in statu merendi: sed est, vel purgatiua, vel dānatiua. Purgatio autē debet̄ impuritati, & dānatio pc̄tō mortali. Vn̄, & pœna sensus post vitā hāc in defectum gr̄æ vergit. Hinc Chr̄o cōpetebat in infernum descendere, ꝓut noīat locum, nō pœnā. sicq; descendere in infernum ad spoliandum, liberandum, & glorificandum, ꝑcipuā denotat dignitatem. ¶Præterea, cum tenebræ exteriores interioribus correspondet pœnis, iō sicut Chr̄s in limbum patrum descendens, interiores tenebras. i. diuinæ visionis carentiā ab eis exclusit interiùs, ita per suę humanitatis ꝑsentiam quantum ad aīam, exclusit tenebras exteriores ab illis per illuminationem, q̄ tn̄ nō splēduit, nisi detentis in limbo illo, qm̄ egit instr̄m pietatis diuinę: quēadmodum pœna inferni dānatorum, cum agat̄ vt instr̄m diuinæ potentiæ, nō agit nisi in eos, qui obligantur ad pœnā. Non autem liberauit diffinitiuè dānatos, cum sint obstinati in malis, neq; de suis pęniteant culpis. Nec eos, qui erant in limbo puerorum, qm̄ nunquā fuerunt Christi membra, nec in charitate, & gratia, neq; sortiti sunt fidem.

Quæstio.

¶Præterea, si quæratur, An liberauit detentos in purgatorio: respondendum, ꝙ quamuis hoc non inueniat̄ determinatum à sanctis, attamen dici potest, quod non, qm̄ pœna purgatorij debetur actuali peccato: idcirco oportet ipsum expiari per propriam actionem, aut passionem peccantis, vel specialis personæ agentis pro ipso. Qui autem in purgatorio sunt, cum non sint in statu merendi, pro se satisfacere nequeunt.

Responsio

Oportet ergo eorum culpam expiari per punitiones eorum, aut per illorum suffragia, qui sunt in statu merendi. Passio autem Christi immediatè remouit impedimentum ex originali peccato proueniens, quod ex altero est contractum. Ad remouendam autem pœnā debitam peccato actuali, quod quisq; ex seipso commisit, aut incidit, pertingit efficacia eius mediāte aliquo sacramento personę exibito, aut aliquo actu ipsius personæ, siue alterius ad ipsam relato. Hinc non decuit, vt sola Christi pœna à purgatorio liberarentur, nisi dicatur, quod in hac vita hoc meruerunt, aut id speciali gratia est concessum. quamuis hi, qui modo in purgatorio sunt, hoc non consequantur. ¶Itaq; pœna nunquam dimittitur virtute passionis Christi, nisi inquantum passioni, quis conformat̄, quod contingit tripliciter: Primò, sacramentaliter, vt in baptismo. Secundò, per meritum dilectionis, ac fidei ex passione surgentis. Tertiò per similitudinem pœnæ, vt in ieiunijs, disciplinis. Primi autem duo modi in purgatorio non sunt, cum non sint in statu, recipiendi sacramenta, nec promerendi. Hæc Thomas in Scripto.

3. p. q. 52.

¶Hæc eadē scribit in tertia parte, quæstione 52 & addit: Duplex est dolor: Vnus de passione pœnæ, quā hoīes patiuntur ꝓ actuali peccato, iuxta illud in psalmo: Dolores iferni circundederūt me. Alius est

Pro 13. est dolor ex dilatione gloriæ, put in ꝓuerbijs scriptū m est: Spes, quæ differtur, affligit aiam. quem dolorem patiebantur existentes in limbo. Ad quod innuēdum. Augustinus testatur, ꝙ lamētabili obsecratione Christum orabant. Vnde in Actibus beatissimus loquitur Petrus, ꝙ Deus suscitauit Christū solutis doloribus inferni, iuxta, quod impossibile erat

Actu 2.

1. Pet. 3. ipsum detineri ab illo. Id quoq;, quod in prima Petri legitur, Christus his qui incarcere erant, ſpiritualiter veniens prędicauit, qui increduli fuerunt aliquando: Athanasius in epistola ad Epicticum, intelligit de descēsu Christi ad inferos, dicens, ꝙ corpus Christi fuit sep ulchro positum, qñ perrexit p̄ dicare his, qui in custodia erant, ſpiritu, quemadmodum dixit Petrus: vt sit sensus, His, qui in carcere. i. in inferno, erant clausi, Christus veniens ſpiritu. i. ſm animam prędicauit, qui increduli fuerunt aliqñ, quia damnatos de eorum incredulitate, atq; malitia confutauit. Vnde, & Damascenus 3. lib. fatetur,

Athanasi.

Dam. 3. li. ꝙ sicut his, q in terra sunt euangelizauit, ita, & his, q in inferno, non vt damnatos, ac in fideles ad fidem conuerteret, sed eorum argueret incredulitatē. Nā, & prædicatio illa nil aliud potest intelligi, q̄ manifestatio suæ diuinitatis, quæ manifestata est infernalibus per virtuosum Christi descensum ad inferos.

¶ Veruntamen Augustinus meliùs hoc exponit in epistola ad Euodium, vt referatur non ad prædicta, sed ad operationem deitatis Christi, quā à principio mundi exercuit. ut sit sensus, ꝙ his, qui in carcere erant. i. in mortali corpore, quod est quasi animæ carcere, viuebant ſpiritu suę deitatis, ueniens prædicauit per inſpirationes internas exteriores q̄s admonitiones istorum, his inquam prædicauit, qui in-

Auguſt.

Gene. 67. creduli fuerunt aliquando, ipſi videlicet Noæ ipsis prædicanti, quando expectabat Dei patientia, per quam differebatur diluuij pœna. vnde subiungit, In diebus Noę cum fabricaretur arca. ¶ Si autem,

Limbꝰ patrū cur vocet̄ infernꝰ

Luc 16. quæratur, Cur limbus patrum vocetur infernus, cum vocetur sinus Abraæ, quo designatur quies exiſtentium ibi. ¶ Dicendum, ꝙ sinus Abraę considerare potest dupliciter. Primò, quantū ad quietem. quæ erat ibidem à pœna sensibili, nec sic conuenit sibi nomen inferni, nec dolor. Secundò, quantum ad priuationem ſperatæ gloriæ, ſicq; rationem inferni, ac doloris sortitur. Ideo sinus ille vocatur nunc requies beatorum, nunc infernus, nec modo dicuntur in eo esse dolores. Quod autem sanctus

Iob. 19. Iob dixit, In profundissimum inferni descendent omnia mea, intelligitur de ſuperiori loco inferni seu limbo patrum, ſecundum Gregorium. Quemadmodum enim respectu altitudinis cœli, aer caliginosus appellat infernus, in quo dęmones plurimi detinentur: sic quantum ad aeris altitudinem terra inferius iacens, infernus nominatur, atq; profundum, & rursus per respectum ad altitudinem terrę, ſuperiora loca inferni, profundissimum inferni possunt vocari. Hæc in Summa, vbi, & asserit, ꝙ existentes in purgatorio, non educebantur tunc inde per Christum nisi ſufficienter purgari, vel, qui in hac vita hoc meruerunt per fidem, & deuotionem ad Christi passionem.

¶ In his scripta Petri, & Richardi continentur. Richardus tamen adiungit, quòd ſecundum quosdam Christus descendit etiam ad detentos in purgatorio, ad manifestandum eis ſuam dignationem, & dilectionem ad ipsos, atque ad dęmonum confusionem. Magis quoque diuertit Richardus ad opinionem dicentium, quòd decentos in purgatorio Christus eduxit, cum passio ſua fuerit magis efficax ad hoc, quam ſuffragia ecclesię, per quæ liberantur quotidie.

Richardus

¶ In præhabitis demum continentur scripta Alexandri, & Bonauenturæ, & consonant dictis ex Thoma, & Alberto, & pauca scribunt de his.

Durandꝰ

Postremò Durandus hic scribit ſpecialia quędā: Anima, inquiens, Christi non descendit ad limbum corporeo, ſucceſsiuoq; motu. Nec clarè patet, ꝙ aiæ ſeparatæ mouentur eo modo, quo angeli, qui dicuntur moueri de loco ad locum, inquātum ſucceſsiuè operantur in locis diuerſis. Anima autem ſeparata non dī habere aliquam operationem circa locum, uel circa corpus existes in loco: quoniam cum ex ſua natura ſit determinata ad certum corpus, non potest mouere, nec agere in aliud corpus, niſi mediante corpore proprio: quo cum careat ſeparata, non potest moueri de loco ad locum ratione operationis, quam habeat circa locum, vel circa existens in loco. Hęc Durandus.

Dionyſius contra Durandū

¶ Quæ inepte prolata sunt, & multis reuelationibus fide dignis contraria, in quibus legunt non ſolum animæ glorificatæ, ſed etiam animæ adhuc in purgatorio detentæ, viuentibus in corpore frequenter apparuiſſe, & collocutæ fuiſſe. Et quamuis interdum credantur angeli in persona animarum extitiſſe, tñ valde temerariū est asſere, qđ nunq̄ fuerint personaliter animæ ipſæ. Nam, & ſanctus Martinus dixit ſibi frequenter apparere glorioſiſsimam virginem: quæ tamen in corpore reſuſcitata cognoſcitur, ſanctasq; Teclam, & Agnetem. cui, & ſancti apoſtoli Petrus, & Paulus interdum apparuerūt, ſicut, & ſancto Franciſco. Sic, & glorioſi martyres Epicticus, & Aſtion perſonaliter apparuerunt, & loquebantur parentibus electi Aſtionis. Et ſanctus Aſtion dixit ſe quotidie mitti cum angelis ſanctis ad ſuccurrendum periclitantibus in mari, & alibi. Multa, quoque huiuſmodi leguntur in obitu beati Hieronymi. Vnde, & diuinus Dionyſius proteſtatur ſe vidiſſe beatiſsimos apoſtolos Petrum, & Paulum poſt eorum martyrium ſimul ingredi Romam. Et quaſi innumerabilia talia poſſent contra dictum illud expreſſum induci. Nec ratio ad illius probationem ullius valoris eſt. Anima namque quandiu eſt in ſtatu viatorum, & in via præſentis exilij, determinata eſt ad corpus ſuum: ſeparata verò ſicut aliū habet modum eſſendi, ita & mouendi, ac operandi. Nec in his, quæ fidei ſunt, ſeruatur ſemper ordo, & curſus naturę. ¶ Multa alia hic ſcribit Durandus, quæ periculoſa cenſentur, vt quòd anima Chriſti non fuerit in triduo ſepulturæ cum animabus patrum in limbo, nec cum anima latronis in paradiſo, niſi per effectum, inquantum animæ illæ merito paſsionis Chriſti gloriam beatificæ viſionis tunc erant ſortitæ: non autem quantum ad locum ſeu realem præſentiam. imò vt ſancti doctores concorditer proteſtantur, aīa Chriſti verè realiter deſcendit ad limbum, & fuit ibidem diffinitiuè, habens operationem tam circa animas illas, quas lætificauit, & ſpiritualiter illuminauit, quàm circa locum quem ſenſibiliter, ſicut iam patuit, illuſtrauit. ¶ Scribit item Durandus, quòd animæ patrum in limbo viderunt Deum clarè per ſpeciem, antequam Chriſtus p̄ deſcenſum deuenit ad eas, quod apertiſsimè eſſe videtur contra prætacta verba Auguſtini. Euſebij, plurimumque ſanctorum.

Aſſertiones frequēter apparuerūt piis, & fidelib. hominibus

## QVAESTIO. VII.

EST quoque inueſtigandum, *An congruebat Chriſtum quadragenario die cœlos aſcendere, ac qualiter, & quouſque aſcendit.* ¶ Videtur quòd



quod non aſcendit, quia aſcenſio eſt motus, motus autem eſt ſignum indigentiæ, & actus entis imperfecti. Chriſtus autem iā fuit pfectè beatus, nec indigens. ¶ Secundò, celeſtes orbes, impenetrabiles, indiuiſibiles, incorruptibilesq; cōſiſtunt: ergo per ea non potuit Chriſtus homo corporalis aſcendere. Quo circa quæri poteſt, An Chriſto ſecundum naturam aſſumptā aliquid ſelicitatis, & gaudij ex aſcēſione accreuit, An etiam motus aſcenſionis extitit violentus, aut ſucceſsiuus.

Philip. 2.

1. Cor. 6.

2. Cor. 5.

Philip. 2.

¶ Circa hæc loquitur Thomas: Congruum fuit Chriſm aſcendere tā ex parte ipſius, q̄ noſtri. Ex parte ipſius, q̄a iā fuit corpore glorificatus p̄cipuè. Iō cælū empyreū & ſummus locus in ipſo, Chriſto homini glorificato cōpetebat, imò, & exaltationem il lā ſua maxima humiliatione, & abiectiſsima paſsione ꝓmeruit. Item ex parte noſtri. Primò, vt nos introduceret in poſſeſsionē ſummi cæli, quam nobis emerat p̄cio ſanguinis ſui. Secūdò, ut in nobis ſpē, & effectū aſcēdendi accēderet, & angeret. Tertiò, ut iā Chriſtū non ſm carnē cognoſcētes, ipſum ſpiritaliter cōtēplemur, diligamus, ſectemur, ſicq; donorū gratiæ & gloriæ eius magis capaces reddamur. ¶ Aſcēdere demū, atq; deſcēdere motu locali, nō cōpetebat Chriſto niſi ſm naturam aſſumptam, & potiùs ob indigētiā noſtrā, q̄ ſuā. Mataphoricè quoque dicit deſcēdiſſe reſpectu humanæ naturæ, iquā tū ſe exinaniuit formā ſerui accipiēs, & rurſum, inquantū p̄ nouū effectū fuit i terris. Aſcēdiſſe uerò, quātū ad aliorū notitiā, q̄ eius excellētiā tūc noſcere, aut clariùs ſcire cœperūt. Et oppoſitio mō deſcēdit, quantum ad ignominiā paſsiōis. ¶ Porrò ad id, quod quærit, An gloria Chriſti creuit in aſcēſione: dicendū ꝙ nō accreuit ei tūc aliq̄d gaudii, nec intēſiuè, nec extēſiuè, ſed qnantū ad numerū eorū. de quibus gaudendū eſt, quia pfectū gaudiū de omnibus habuit bonis ad inſtāti ſuæ conceptionis, ſed accreuit ei nouus modus gaudendi, q̄a de eō quo priùs gaudebat ut de futuro, tunc gaudebatur de ꝓſenti. ¶ Denique, bona gloriæ conſiſtunt, in tribus:

Gloria bona in tribus conſiſtunt.

Primo, in diuina uiſione, quæ eſt eſſentia beatitudinis animæ, & hoc per effectum contulit deſcendendo in limbū, quoniam cōſtitutos ibidē mox beatificauit. Secundum eſt gloria corporis, & hāc inchoauit in ſua reſurrectione Tertiū eſt cōgruus locus, & hoc p̄ſtitit, ac mōſtrauit in ſua aſcēſione. ¶ Si autē q̄rat, an motus ille aſcēſionis in corpore glorioſo fuerit uiolētus: reſpōdēdum q̄ motus dī naturalis, cuius principiū eſt natura. Natura uero dupliciter dī, utpotè forma, q̄ eſt actiuum principiū motus, & materia, q̄ eſt principiū motus paſsiuū. ſicq; motus pōt dici dupliciter naturalis: Primò, q̄a in eo, qđ mouet, eſt actiuum motionis principium, & ſic corpora grauia, & leuia naturaliter mouent. Secundò, q̄a in eo, qđ mouet, eſt diſpoſitio naturalis, p quā mobile eſt ab aliquo mouēte. Qđ cōtingit dupliciter: Primò, q̄a ē aptitudo in eo ut ab aliquo moueat, tñ cum inclinatione ad ꝓrium, ſicut in motu animalium ꝓgreſsiuo, tuncq; motus ille dī uiolētus, quātum ad naturā corporis, inquātum eſt corpus. naturalis uerò quo ad naturā corporis, ut eſt aiatum. put dī phyſicorum 8. Secundo, qm̄ nō eſt aptitudo ad ꝓrium inclinās, ut patet in motu cæleſtium corporū, quæ mouent à ſubſtātia ſeparata, naturaliter tñ, ut dicit cōmentator in principio cæli & mundi ſicq; motus aſcēſionis corporis Chriſti extitit naturalis, q̄a cum corpus glorificatū oīno ſubiectum ſit aīæ, non pōt in eo aliqua inclinatio eſſe ꝓria aīæ uolūtati. ¶ Aliq autē dicunt ꝙ motus ille fuit naturalis

Quæſtio.

qa in corpe glorioſo regnat natura cæli empyrei. Qđ falſum, eſt, q̄a natura cælestis nō commiſceē elemētis: nec moueret ad motum rectum, ſed potiùs circulare, q̄ ꝓprius eſt quintæ eſſentiæ. ¶ Præterea, ſi quæraī, an Chrs aſcēdens ferebatur ab angelis: dicendum ꝙ ferebaē ab angelis: in obſequium dignitatis, nō in audiutorium neceſsitatis. Præterea motus ille fuit corporalis ſucceſsiuus, nō inſtantaneus. eſt que ꝓbabiliùs, ꝙ mouebaē ſua uoluntate p̄ceptibili tēpore, attū poterat imperceptibili tēpore. ¶ Inſup nō decuit Chrm poſt ſuā reſurrectionē ſtatim aſcēdere, ſed quadrageſimo die: qm̄ ea, q̄ circa Chrm ſunt facta, diſpenſatiuè ſunt acta ob noſtram utilitatem: idcirco poſt reſurrectionē nō ſtatim aſcendit ſed multis diebus diſtulit. & cum ſuis diſcipulis eſt familiariter conuerſatus, ut iuterim eos in fide reſurrectionis multiplici apparitione, probatione, ac deſignatione firmaret, ac deſolatos conſolaret. Hinc ait Gloſſa Actuum primo: quēadmodum quadraginta fuerunt horæ mortis Chri, ſic quadraginta dieb⁹ eſt conuerſatus cum eis: qm̄ diuina conſolatio humanā excedit triſtitiā. ¶ Aſcēdit demū uſq; ad ſummum cælum, q̄a ſm dignitatē & cōgruētiā eminētię ſuæ ꝙgruit: & debeē ei locus ſupremus. Vnde nō dī aſcendiſſe ſup oēs cælos, quaſi ſit extra, & ſupra cælū empyreum, ſed q̄a in altiſsimā partē illius conſcēdit, & reſidet in eadē. quāuis & naturali uirtute nequeat fieri dimenſionum penetratio, attū p oī potētiā Dei ſupnaturaliter fieri poteſt, ut dictū eſt.

Philip 2.

¶ Amplius Chrs ſm diuinā naturā ſedet ad dexterā patris, q̄a ſimpliciter patri æqualis eſt. Dextera q̄ppè nobilior pars uocaī: pp quod ſedēs ad dexterā alicuius, nobiliſsimo mō ei cōiungiē. Modus uerò quo q̄s patri cōiungiē, aut eſt nobiliſsimus ſimpliciter, quod eſt eſſe illi æquale: aut eſt nobiliſsimus in gñe, ſeu quantū extat poſsibile creaturæ. Primum competit Chro ſm naturam diuinā, ſm, quo ad naturā humanā, ſic tñ, ut dextera Dei, & ſeſsio iſta metaphoricè, & ſpiritaliter intelligaē. ¶ Si aūt obijciaē q̄a unigenitus filius eſt in ſinu patris, ergo non reſidet ad dexterā eius dicēdum ꝙ inquātum exit, & gñatur à patre, dī eſſe in ſinu ipſius, qm̄ manet in corde patris, eſtq; gñatio illa emanatio immanens. Sic quoq; dexteram patris ſedere eſt ꝓprium Chro nec ulli cōuenit creaturæ, ſicut nec aliqua alia creatura eſt in unitate pſonæ aſſumptæ à Deo, niſi humanitas Chri. ¶ Sed obijci pōt ꝙ beatiſsima uirgo à dextris Dei ſedet; iuxta illud in pſalmo: Aſtitit regina à dextris tuis. Apoſtolus quoque ait de Chro, Cōcedere nos fecit in cæleſtibus. Ipſe ēt Chrs i Apocalypſi: Qui uicerit dabo ei ſedere mecum in throno meo, ſicut, & ego uici, & ſedi cum patre meo in throno eius. ¶ Et rndendum ꝙ ſacratiſsimę uirgini excellētē participationē cōuenit eſſe a dextris Dei, nō tñ per æqualitatē, aut hypoſtaticè unionē. iō ferē aſtare a dextris potius, quàm ſedere Cæteri quoq; cōſedere dicunt Chro i cælis, inquantum poteſtatē iudiciariā ſunt ſortiti, atq; in gloria ſtabiliti, nō tñ à dextris Dei, iuxta ſenſum inductum. Vniuerſi itē, q̄ uincunt, ſedent in throno Chri, q̄a i cælo empyreo de quo ait: Cælum mihi ſedes eſt. ¶ Prēterea quæriē An ſpiritusſanctus ſedeat à dextris Dei patris Si, ſic ergo non eſt hoc proprium Chriſto. Si nō, ergo nō eſt patri, filioq; æqualis. dicendū quòd ſpirituſſanctus poteſt dici edere a dextris patris, inqnantum illi uerè æqualis eſt, nō tñ a ppropriaē ei equalitas, ſicut unigenito filio: idcirco nec ſeſsio: Hæc Thomas in Scripto. ¶ Eadē ſcribit in 3. par. Summæ quæſtione 52. Vbi inter cætera docet qualiter ꝓpria uirtu-

Philip 2.

Dextra patris quod ſit.

Obiectio. Ioha 0. 1.

Pſal 44. Ephe. 2.

Apocal. 3.

Maria a dextris ſtare non ſedere dicitur.

Iſa. 66.

Quæſtio.

Thomas Aquinas 3 q 52

te ascẽdit: quia non solũ uirtute diuina & increata; sed etiã supernaturali uirtute aĩę suæ glorificatæ, cui corpus suũ per oĩa fuit plenissimè obediẽs, ac subiectũ. Fuitq; in corpe Christi glorificato excellẽtissimè dos agilitatis ex redundantia felicitatis animæ suæ in corpus, nõ ex aliqua admixtione naturæ quintæ essentiæ. Ascẽdit ẽt corpus Christi super omnem spũalẽ creatã substãtiã: qm̃ etsi per naturã existat inferiùs, tñ ꝑ hypostaticã unionẽ cũ deitate est oĩ spũali creatura ꝑstãtius. Rursus, Ascẽsio Chr̃i est causa nr̃æ salutis. qa ex ipsa orit̃ nobis credulitas, cõfidẽtia, ac desideriũ pertingẽdi ad cælestẽ & ęternã btitudinẽ illã. Et Chr̃s ascẽdendo uiã nobis parauit, oñdit, & sedẽs in cælis, interpellat ꝓ nobis. Est ergo ascensio Christi causa nostræ salutis, nõ ꝑ modũ meriti, sed efficientiæ, sicut de eius resurrectione præhabitum est. Sedet etiam ad dexteram patris, intelligendo per sessionem, quietem perpetuam, iudiciariam quoq; potestatem, & regiam dignitatẽ, quã eandem nnmero habet cũ patre secundũ qđ Deus & secundum assumptam naturã habet eã per præclarissimã participationẽ Hæc ĩ Sũma. Idẽ Petrus.

1 Iohan. 2. Iohã. 16

Richardus

¶Richardus uero adiungit, ꝙ Christus ascendit usq; ad supremã partem cæli supremi: quoniã nobilissimũ locatum debet eẽ in nobilissimo loco, quãuis ex dispensatione ad modicum tempus possit esse in loco minus nobili seu inferiori, & fortè ad alium locũ interdum se trãsfert ad tẽpus pusillũ, cũ frequẽter legatur apparuisse hoĩbus sanctis. ¶Insuper, Christus si uoluisset, sua increata potẽtia (q̃ est infinita) corpus suũ transtulisset de terra in cælum in instanti, quia nec mediũ restitisset mobili, nec ambo simul motori, nulla fuisset ibi retardatio idcirco nec mora, neq; successio, sed uoluit successiuè ascẽdere. quatenus suã ascẽsionẽ uiderẽt discipuli, qui de ea erant testes futuri. Hæc Richar.

Albertus.

¶Albertus hic q̃rit. Vrũ Chr̃s ascẽdit ad locũ, uel ad dignitatẽ. Et rñdet ꝙ ad utrũq;, quia ad supmum cæli empyrei, & ad dexterã Dei patris, quam dignitatem & ante iã habuit, sed ex tũc fidelibus ꝑ fidẽ, & contẽplationẽ præ solito manifestauit. ¶Si autẽ q̃ratur. An corpus Chr̃i sit in cælo crystalino: dicẽdũ, ꝙ fatua phãtasia est dicere, ꝙ corpus Chr̃i, & gloriosissimè virginis sint in cælo crystallino, uel ẽt ꝙ alij sc̃tĩ sint in cælo crystallino. Chr̃s aũt & mater eius dignissima sunt in cælo empyreo, imò oẽs beati, & sancti in empyreo cælo sunt, qđ est btitudinis locus per congruentiam. Cælũ demũ crystallinũ cũ oĩbus inferioribus, ad gñationẽ, & corruptionẽ est ordinatũ. ¶Circa hæc loquitur Albertus Magnus satis catholicè In his, inq̃ens, magis placet fidelis ignorantia, quàm temeraria scientia ac mendosa cõfictio. Quidã enim dixerunt non debere eẽ motũ corporũ gloriosũ. Alij finxerunt mẽdacia ad soluendũ obiecta, dicẽtes ꝙ corpori debetur locus non ex quãtitate, sed grossitudine, ac loci repletione: quod absurdum est, dicere, idcirco dicendum, ꝙ secundum dicta sanctorum, quibus sine dubitatione est consentiendum, corpus gloriosum põt cũ quolibet alio corpore in eodẽ loco cõsistere: & hoc nõ inquãtum corpus, sed inquantum gloriosum, quod tñ puto miraculum, sicut & hoc, quod corpus elementatũ est immortale & impassibile, fulgẽs septies plus q̃ sol. Aestimo etiã ꝙ Christus habuit potestatẽ mouendi corpus suum in instanti & tempore, cum sit potestatis immẽsæ: sicut & probat philosophus, ꝙ uirtus infinita excedit uirtutẽ finitã, infinitè, & ita mouet̃ in nunc. De his uero quos Chr̃s eduxit de limbo patrum, ubi fuerunt ꝑ dies quadraginta postquam surrexit, an scilicet in paradiso, an alibi, non est aliquid temere asserendum: sed potius credo, quòd ubiq; simul fuerunt cum Christo propter iucunditatem, quam habebant in presentia humanitatis suæ, qua erant redempti, sic ꝙ aderant, qñ Christus apparebat discipulis. Hæc Albertus.

Pia Alberti sententia.

Matt 13.

Vdalric.

¶Concordat Vdalricus, q̃ addit qualiter Christo etiã ẽm diuinã naturã conueniat descendere nõ per loci mutationẽ, aut aliquã in sua deitate factã uariationẽ, sed inquãtum ipse in sua natura inuisibilis, factus est in nostra natura uisibilis, & nouo mõ apparuit in hoc mundo, sicq; per effectum, & dignationẽ descendit. Nã & in Genesi ꝓtestatur: Descendam & uidebo an iuxta clamorẽ qui uenit ad me, &c. Apostolus quoque fatetur: Qui descendit, ipse est qui ascendit super omnes cælos. Et rursus, Excelsior cælis factus. Non ꝙ situaliter sit extra conuexum cæli empyrei, extra quod nihil est: sed quia dignitate, atque dñio omnibus eminet, & cunctis inferioribus cælis sublimiùs scãdẽs, usq; ad summum cæli peruenit emphyrei. Hæc Vdalricus in Summa sua lib. 5.

Gen. 18. Ephe 4. Hebr 7.

Alexand.

¶At uerò Alexãder circa hęc præ cæteris plurimas inserit quæstiones, inter quas principales satis solutæ uidentur: & consonant eius rñsa nunc introductis, dẽpto ꝙ ait materia corpis hũani nõ solũ ẽ elementum, imò & quinta essentia. ut nobis, inquit, sine piudicio sentẽtiæ melioris vr̃. uidelicet natura lucis cæli empyrei. Corpus em̃ aĩatum ex cõtrarijs extat cõpositũ, estq; impossibile ꝙ ꝯtraria cõueniãt, ac faciãt harmoniã, nisi per naturã ea cõciliãtẽ: quæ nõ põt esse natura elemẽtaris, cũ illa cõtrariũ habeat, sed est natura lucis quæ ꝓportionẽ hẽt ad oẽs. Corpora uerò ita se habẽt ad suas ꝑfectiones, quòd respectu nobilioris perfectionis nobilior ẽ dispositio, ita ꝙ ad susceptionẽ aĩæ uegetatiuæ, dispositio ex parte corporis cõciliãs partes cõtrarias, ẽ ipsa lux uisibilis firmamenti. Cũq; aĩa sensitiua sit perfectior, q̃ uegetatiua, oportet ut lux nobilior disponat, atq; conciliet corpus ad ipsius susceptionẽ, & hæc est lux cæli crystallini. Et qa, adhuc nobilior est aĩa rõnalis, oportet ut ad eius susceptionẽ disponat & cõtrarietates conciliet lux eminẽtior, puta lux cæli empyrei infusa, & corpus subintrãs, ac ꝑparãs, nec aliter hõ posset uocari minor mũdus, nisi aliq̃d de cælo emphyteo influeret in corpus humanum, puta influentia lucis illius. Porro in uita spirituali beata, glorificato iã corpore, lux ista dñabit̃ in eodẽ, ac manifestabitur: natura uerò elementatis occultabitur, & latebit, sicut nunc contrario modo sit. Hinc glorificato corpori conuenit locus secundum naturam lucis, i. cælum empyreum, non locus elementalis. Hæc Alexander. Quibus communiter contradicitur, ut patuit supra.

Homo dicitur minor mundus.

Bonauẽt.

¶Postremò, scripta Bonauẽturæ de his penitus consonant dictis Thomę, & cõtinẽtur in eis, & addit. In morte Christi mox ianua cæli fuit aperta, quãtũ ad meritũ: in resurrectione autem, quantum ad egressum de limbo: in ascẽsione autẽ, quãtum ad beatitudinis locum, hoc est, quantum ad introitum in cælũ emphyreũ. Vñ his tribus modis, ac uicibus ianua fert̃ aperta rõne diuersa. Mox uerò ut Chr̃s tradidit spiritũ ĩ descẽsu eius ad inferos, existentes in limbo patrum, uiderunt clarè ꝑ speciẽ lumẽ æternum, tũc quæ patefactum est cælum quãtum ad ꝑmium, & existẽtes adhuc ĩ limbo, habuerunt ibidẽ paradisum i. beatificæ fruitionis uoluptatẽ, de quo paradiso Chr̃s ꝓmisit latroni, qđ ẽm Aug. nõ est intelligendũ neq; de paradiso terrestri, neq; cælesti. Qđ demum dixit saluator. Nemo ascẽdit in cælũ, nisi q̃ descẽdit de

Lucæ. 23. Iohan. 3.



de cælo, exponendum est, ꝙ ipse solus propria uirtute ascẽdit, uel ꝙ ipse solus ascẽdit in cælum trinitatis. i. ad Dei patris æqualitatem, ac dignitatem, nõ per eius nouam adeptionem, sed clariorem manifestationem. Hæc Bonauentura.

Durand.

¶In his quoque Durandus se cõformat maioribus. addit tñ ꝙ Deus potuit corpꝰ Christi ꝓuehere, ita ꝙ esset extra, & supra cõuexũ cæli empyrei: qa de rõne corporis non est esse in loco continente, & circuncribẽte cũ nec cælum empyreum sit ita in loco.

Gandau.

¶De his ẽt scribit Henricus. 15. quodlibeto, scrutãdo an Chr̃s ascendit sup om̃es cælos, & continet̃ rñsio plenè in præinductis, ꝑsertim ex Thoma, Bonauẽtura, atq; Durãdo, & inter cætera asserit sup illud Apostoli, Quod autem ascendit, q̃d est nisi qa primũ descẽdit loquitur Glossa, secũdũ corpus & animam ad cælos ascẽdit. Ad cælos nãq; spirituales trinitatis ascẽdit, qñ in suã incarnatione ad ęqualitatem Dei patris humanitas eius assumpta est ꝑ unionem naturæ humanæ cũ diuina, ẽm quã æqualis est patri. Et ad istud allegẽt hic doctor multas autoritates. Et alij q̃dã cõformiter scribũt. Quocirca uidetur dicendũ, ꝙ humanitas Chr̃i dici nõ põt assumpta ad ęqualitatẽ Dei patris, quasi ipsa humanitas aut Chr̃s secundum assumptã humanitatẽ, sit patris æqualis, cũ & ipsemet Chr̃s locutus sit, Pater maior me est, quod secundũ Augustinum, & omnes catholicos, intelligendũ est de unigenito patris ẽm humanitatẽ assumptã Oĩs q̃ppè creata essentia, ĩfinitè est minor natura diuina seu unaquaq; diuina, & increata ꝑsona. Sed, & gratia Chr̃i creata, & oĩs ꝑfectio suæ hũanitati, seu aĩæ formaliter ĩhærẽs, essentialiter est finita, ab ĩcreata deitatis, ac Dei patris ꝑfectiõe occũbẽs, distãs, deficiẽs infinitè. Hinc cõmuniter dr̃, ꝙ Chr̃s secundũ naturã diuinã sedet ad Dei patris dexteram, id est, æqualitatẽ. utq; ẽm naturã assumptã sedet ad dexterã patris, i. in potioribus eius bonis, fruẽdo pleniùs & ineffabiliter feliciùs increatis diuitijs deitatis, q̃ quæcũq; alia creatura. Quomodo ergo Chr̃i humanitas in incarnatione ad patris æqualitatẽ assumpta est? nisi sic intelligatur, quod assumpta est ad ĩcreatã verbi æterni personalitatẽ, & supposita ĩ illa, ac deitati hypostaticè unita, ita ꝙ filius Dei Deus & hõ, seu Christus in humana natura per incarnationẽ subsistens, uerè æqualis est patri. quamuis non secundũ naturam humanã, quæ nec increata est nec infinita.

Ephe. 4. Philip. 2. Iohan. 14.

## *Si Christus habuerit fidem, & spem, ut charitatem.* Dist. XXIII.

CVm uerò supra perhibitũ sit, Christum plenũ gratia fuisse, non est superuacuum inquirere, utrum fidẽ, & spem, sicut charitatem habuerit. Si em̃ his caruit, non uidetur plenitudinẽ gratiarũ habuisse. Vt aũt hæc q̃stio ualeat apertiùs explicari, de his singulis aliqua in medium ꝓferẽda sunt, & primum de fide, secundum mensuram cuius præcipit Apostolus unicuiq; sapere.

Iohan. 1. Roma. 12

### *Quid sit fides.*

In Enchi.

Fides est uirtus, qua credunt̃, q̃ non uidetur. Qđ tñ non de om̃ibus, q̃ non uidentur accipiendũ est sed de his tm̃, q̃ credere (ut ait Augustinus) ad religionem pertinent. Multa em̃ sunt, quæ si Chr̃ianus ignoret, nihil metuendum est, qa non iõ à religione deuiat.

### *Quot modis dicatur fides.*

3. de trin.

Accipit ur autem fides tribus modis, s. pro eo, quo creditur, & est uirtus, & ꝓ eo, quod creditur, & non est uirtus: & pro eo, quod creditur, quod aliud est ab eo, quo creditur: Vñ Augustinus inquit: Aliud sunt ea, quæ creduntur, aliud fides, qua creduntur. Illa em̃ in rebus sunt, quæ uel esse, uel fuisse, uel futura esse creduntur. Hæc autem in aĩo credentis est, ei tantum conspicua cuius est: & tamen nomine fidei censetur utrunq; & illud s. qđ creditur, & id, quo creditur. Id quod creditur, dr̃ fides, sicut ibi, Hæc est fides catholica, quã nisi q̃sq; firmet̃, fideliterq; crediderit, saluus esse non poterit. Fides aũt qua creditur, si cum charitate sit, uirtus est: qa charitas (ut ait Ambrosius) mater est oĩm uirtutum q̃ om̃es ĩformat, sine qua nulla uera uirtus est. Fides ergo operãs per dilectionem, uirtus est, qua non uisa creduntur. Hæc est fundamentum, quod mutari non potest, ut ait Apl̃s quæ posita in fundamento, neminem perire sinit. Vñ Augustinus: Fundamentum est Christus Iesus. i. Chr̃i fides, scilicet quæ per dilectionem operatur, per quam Christus habitat in cordibus nostris, q̃ neminem perire sinit. alia uerò non est fundamentum. Fides em̃ sine dilectione inanis est. Fides cũ dilectiõe, Chr̃iani est: alia dæmonis est. Nã & dæmones credũt, & ꝯtremiscunt. Sed multũ ĩterest, utrũ q̃s credat Chr̃m, uel Chr̃o, uel ĩ Chr̃m. Nã ipm esse Chr̃m dęmones crediderunt: nec tamen in Christum crediderunt.

super epist. ad Roma. Gal. 5. 1 Cor. 3. de fide ad Petrum. Ephe. 3. 1. Cor. 13. Iac. 2. Matt. 8.

### *Quid sit credere in Deum, uel Deo, uel Deum.*

Credere in Deum Deo, Deũ

Aliud est em̃ credere in Deũ, aliud credere Deo, aliud credere Deũ. Credere Deo, est credere uera esse q̃ loquit̃, qđ & mali faciũt. & nos credimus hoĩ, sed non ĩ hoĩem Credere Deũ, est credere ꝙ ipse sit Deus, quod etiã mali faciũt. Credere in Deum, est credendo amare credendo in eã ire, credendo ei adhærere & eius menbris incorporari. Per hãc fidẽ iustificat̃ impius, ut deinde ipsa fides ĩcipiat ꝑ dilectionẽ opari. Ea em̃ sola bona opa dicenda sunt, q̃ fiũt ꝑ dilectionem Dei. ipsa em̃ dilectio opus fidei dr̃. Fides ergo, quã dæmones & falsi Chr̃iani hñt, qualitas mentis, est sed informis: qa sine charitate est. Nã & malos fides hẽre, cum tñ charitate carcãt Apl̃s oñdit, dicens. Si habuero oĩem fidem, charitatẽ ãt nõ habeam, &c. Quæ fides ẽt donum Dei dici ꝑt: qa & ĩ malis q̃dã Dei dona sũt.

Gal. 5. 2. Cor.

## An illa informis qualitas mentis, quæ in malo Christiano est, fiat virtus cum fit bonus,

Si verò queritur. Vtrū illa informis qualitas, qua malus Chrstianus uniuersa credi quę bonus Christianus, accedente charitate remaneat & fiat uirtus, an ip̄a eliminetur & alia qualitas succedat, quæ uirtus sit, utrunlibet sine periculo dici potest. Mihi tamen uidetur, quòd illa qualitas, quæ priùs erat remaneat, & accessu charitatis uirtus fiat,

## Ex quo sensu dicatur vna fides.

Epho 4. Cumq; diuersis modis dicat̄ fides, fatēdum tn̄ unā eē fidē, ut ait Ap̄ls: unus dn̄s una fides Siue em̄ fides accipiatur ꝑ eo, qđ credit̄, siue ꝑ eo, quo creditur, rectè dr̄ fides una. Si em̄ ꝑ eo quod credit̄ accipiatur, & hac intellegētia dr̄ una fides, qa idē iubemur credere, & unū, idemq; est qđ creditur à cunctis fidelibus. Vn̄ fides catholica dr̄. i. uniuersalis. Si uerò accipiat̄ fides ꝑ eo, quo creditur, ea rōne una dr̄ esse fides, nō qa sit una numero in oībus, sed gn̄e. i. siītudine. Vn̄ Aug. in li. XIII. de Trini. Fides (quā q̄ hn̄t, fideles uocātur: & Augustin. q nō hn̄t. infideles) cōis est oībus fidelibus, sicut plurib⁹ hoībus facies cois esse dr̄, cū tn̄, singuli suas hēant. Nō em̄ fides numero est una sed gn̄e, q̄ cū sit in uno, est & in alijs, nō ipsa, sed similis, & ꝑpter similitudinem magis unā dicimus esse, quàm multas. sicut idem uolētiū dr̄ una uolūtas, cū tamē cuiq; sit sua uoluntas, & duorū siīmorū dr̄ facies una.

## Quòd fides est de his, quæ nō uidētur propriè, tamē uidētur ab eo, in quo est.

Notādū quoq; est fides ꝑpriè de nō apparētibus tm̄ est Vnde Gregorius. Apparētia nō habēt fidē. sed agnitionē. Idē: Cū Paulus dicat, fides est substātia rerū sperādarū argm̄ nō apparētiū, hoc ueraciter dr̄ credi, qđ nō ualet uideri. Nā credi iā nō pōt, qđ uideri pōt. Thomas aliud uidit, & aliud credidit. hoīe uidit, & Deū ꝯfessus est, dicēs: Dn̄s meus & Deus meus. De hoc ēt Augustinus ait: Fidē ipsam uidet q̄sq; in corde suo esse, si credit uel nō esse si non credit: Nō sicut corpora, q̄ uidemus oculis corporeis, & ꝑ ipōrū imagines, quas memoria tenemus, ēt absētia cogitamus; nec sicut ea, q̄ nō uidemus, & ex his, q̄ uidimus, cogitationē utcūq; formamus & memoriæ ꝯmēdamus: nec sicut hoīem, cuius aīam, & si nō uidemus, ex nr̄a cōijcimus: & ex motibus corporis hoīem sicut uidēdo didicimus, intuemur ēt cogitando: nō sic vr̄ fides in corde, in quo est, ab eo cuius est, sed eā, tenet certissima scīa. Cū ergo iō credere iubeamur, qa id, qđ credere iubemur, uidere nō possumus: ipsam tn̄ fidē, qn̄ est in nobis uidemus in nobis: quia & rerum absentiū ꝑsens est fides, & rerum quæ foris sunt intus est fides. & rerum, quę non uident̄, vr̄ fides; & ipsa tēporaliter fit in cordibus hoīm, & si ex fidelibus infideles fiāt, perit ab eis. His uerbis euidenter traditur, fidem ipsam in corde hoīs ab ipso homine uideri, nō corporaliter, nō imaginariè, sed intellectualiter: & ipsam tn̄ absentiū & eorū, quę nō uident̄, esse. Vt em̄ Augustin⁹ alibi ait: Credimus ut cognoscamus, n̄ cognoscimus ut credamus. Quid em̄ est fides nisi credere qđ nō uides Fides ergo est, qđ non uides credere: veritas, quod credidisti uidere. Vn̄ rectè fides dr̄ argumentū uel ꝯuictio rerū non apparentiū: qa fides est: ex eo ꝯ uincit̄, & ꝑbat̄ aliqua esse non apparentia, cū fides non sit nisi de non apparētibus,

In homil. sup Iezec. Hebrę. 11. Iohan. 20. Augustin, lib. 11 de tri. Augustin.

## Descriptio fidei.

Ait em̄ Ap̄ls; Fides est substātia rerū sperādarū, argm̄ uel ꝯuictio nō apparentiū. qa ꝑ fidē subsistūt ī nobis ēt mō sperāda, & subsistēt ī futuro. ꝑ experientiā. Et ipsa est ꝑbatio & ꝯuictio nō apparētiū. qa si qs de his dubitet, qđ sint aliqua nō apparētia ꝑ fidē ꝑbātur, ut adhuc ꝑbat̄ futura resurrectio, qa ita crediderūt patriarchæ & alij sctī. Vel ꝑbatio est, & certitudo, ꝙ sint aliqua non apparētia, ut supra dictū est. Proprie* tamē fides dr̄ substātia rerū sperādarū qa sperandis substat, & qa fundamentū est bonorū, qđ nemo mutare pōt.

Hebr. 11. * autē.

## Si illa descriptio spei conueniat.

Si uerò q̄ritur, An hæc descriptio spei cōueniat, sane cōcedi pōt utrūlibet. Si aūt dicat̄ ꝯuenire, sunt, & alia plura q̄bus differunt fides, & spes. Sed non improbè dici pōt soli fidei ꝯuenire, nō spei, qa fides sola fundamētū dr̄. Non qa fides uirtus possit esse sine spe & charitate. Vn̄ Augustinus: Fides operas ꝑ dilectione, utiq; sine spe esse nō pōt, nec amor sine spe, nec sine amore spes, nec utrūq; sine fide, & fides sine amore nihil prodest. Pōt tn̄ credi aliq̄d qđ nō speratur, nihil aūt pōt sperari quod nō creditur. ideoq; credere, quod est act⁹ fidei, naturaliter p̄cedit sperare, qđ est actus spei: qa nisi aliq̄d credatur, non pōt sperari. Creditur em̄ aliq̄d qđ nō speratur. Inde ē, ꝙ in scriptura plerūq; reperitur, quod fides p̄cedit, spē, & spes seq̄tur fidē. non ꝙ uirtus fidei præcedat uirtutē spei tēpore uel cā, sed qa actus fidei naturaliter p̄cedit actū spei. qđ etiā q̄dā concedūt de ipsa uirtute fidei, ut naturaliter p̄cedat, spē, nō tēpore. Vn̄ & rectè ea sola dr̄ fundamētū oīum uirtutū & bonorum

In Enchiridio. Gal. 5.



norū operū, n̄ aūt fundamētū est charitatis, qa nō ip̄a charitatis, sed charitas ipsius uirtutis fidei cā est. Charitas em̄ cā est & mr̄ oīm uirtutū: quæ si desit, frustra habētur cætera si aūt adsit habent̄ oīa. Charitas em̄ sp̄ūssanctus est, ut ī sup̄ioribus prætaxatū est. Ipsa est ergo cā oīm uirtutū, nō ipsius aliqua uirtutū cā est. quia oīa munera excellit. Vn̄ Augustinus. Respice ad munera ecclesię, & uniuersis excellētiùs charitatis minus cognosces, 1. Ioha 4. quæ ut oleū nō pōt p̄mi in imo, sed *supexcellit. Nō ergo eius cā uel fundamentum fides est. Gregorius tn̄ sup. Iezechielem dicit, qa nisi priùs fides teneat̄, nullatenus ad spiritualē amorē attingit̄. Nō em̄ charitas fidē, sed fides charitatē p̄cedit, qa nemo pōt amare. qđ nō crediderit, sicut nec sperare. Sed hoc accipi potest eē dictum de fide, quæ uirtus non ē: ip̄a em̄ spē & charitatem frequenter pręcedit. uel de actu fidei, qui forte naŕiter actum charitatis præcedit sicut actum spei. quod uerba p̄missa diligenter notata inuunt, & ea ēt, q̄ addit, dicens: Nisi ea, quę audis credideris, ad amandum ea, quæ audis non inflammaberis, quæ tn̄ de non uisis est, ut ante diximus. Vnde Chrisost. Fides in aīa nr̄a facit subsistere ea, quæ nō uīr, de q̄bus ꝑpriè fides est. de uisis enim non ē fides, sed agnitio.

*superexi-lit. Sup Psal. 8. Gregorius Chrisost.

Summa distinctionis XXIII.

HVcusq; tractauit Magister in hoc tertio libro de duplici Christi natura, præsertim de eius humanitate, atq; mysterijs, utpotę incarnatione, passione, resurrectione ascēsione, per quas nos quasi instrumētaliter & efficiēter redemit. Hic tractat de formalibus perfectionibus eius, uirtutibus, donis, habitib⁹, ꝑ quas formaliter & meritoriè nos saluauit. Et primò, inq̄rit, an sicut in Chr̄o extitit charitas, ita & fides, & spes. Quo circa declarat q̄d sit fides, quot modis accipiat̄: & qualiter tria hæc distinguant̄, credere Deo, credere Deū, & credere in Deū. An etiā fides informis, & formata, sint realiter habit⁹ unus ī eo, ī quo ad tp̄s fides īformis, ē, dein̄ formata charitate, ꝑ ꝯtritionē recupata, & utrū fides sit una in uniuersis fidē habētib⁹.

### QVAESTIO I.

Si verò quæritur, vtrum Petrus fidem passionis habuerit, cum hominē Christum oculis pati cernebat: dicimus eū fidē passionis habuisse, nō in eo q̄ credebat hominē pati, qa hoc uidebat, sed in eo, q̄ credebat deum esse, qui patiebatur. Non em̄ uirtus fidei erat, q̄ credebatur homo pati, & mori, quod Iudęus cernens credebat, sed q̄ credebatur Deus esse qui patiebatur. Vnde Augustinus super illum psalmi locum, Respōdit ei in via virtutis suæ: Laus fidei est, non quia credit hoiem illum mortuum, quod & paganus credit eum glorificatum, & verum Deum. Credit ergo fidei (Deum mortuum, & hominem glorificatum. Non ergo fuit Petro fides, credere hominem illum mori, quod oculis cernebat: sed credere Deum esse qui moriebatur. Nec nobis etiam fides in hoc meretur, quod credimus hominem illum mortuum, quod & Iudęus credit, sed quia credimus hominem Deum mortuum esse.

August. super psal. 102

## *Si aliqua sciantur, quæ creduntur.*

Fides nullo capitur sensu.

Post hoc quæri solet, Cū fides sit de non apparentibus, & nō visis, vtrum ēt sit de incognitis tm̄. Si. n. de incognitis tantum est, de his vī esse tm̄, quæ ignorantur. Sed sciendum est, q̄ cum visio alia est interior, alia exterior, non est fides de subiectis exteriori visioni: est tamen de his, quæ uisu interiori vtcunq; capiuntur. Et quædam sic capiuntur, ut intelligātur, & si non vt in futuro: quæ nam autem non. quia cum fides sit ex auditu

Roma. 10.

non modo exteriori, sed interiori, non potest esse de eo, quod omnino ignoratur. Quæ ipsa ad sensum corporis non pertinet, ut ait Augustinus, dicens. Quamuis ex auditu fides in nobis sit, non tñ ad eum sensum corporis pertinet, qui dī auditus: quia non est sonus: nec ad vllum sensum corporis: qm̄ cordis est res ista, non corporis. Quædam ergo fide creduntur, quę intelliguntur naturali ratione: quædam verò, quæ non intelliguntur nunc in enigmate. Vnde propheta: Nisi credideritis, nō intelligetis. Quod August. apertè distinguit: Alia sunt, inquit, quæ nisi intelligamus, non credimus: alia, quæ nisi credamus, non intelligimus, vt de articulis fidei. Nemo tñ pōt credere in Deū, nisi aliqd intelligatur, eum fides sit ex auditu prædicationis. Idem in libro de Trinitate: Certa fides vtcunq; inchoat cognitionem. Cognitio verò certa non perficitur, nisi post hanc uitā. Ambrosius quoq; ait: Vbi fides, nō statim cognitio. vbi cognitio est, fides præcedit. Ex his apparet, aliqua credi, quæ non intelliguntur, vel sciuntur, nisi priùs credantur: quædam verò intelligi aliqñ, etiam antequam credantur. Nec tñ sit intelliguntur modo, vt in futuro sciantur: & nunc, non mundantur corda, ampliùs intelliguntur: quia nisi per fidem diligatur Deus, non mundatur cor ad sciendum eum. Vñ Augustinus: Quid est Deum scire, nisi eum mente conspicere, firmeq; percipere? Sed & priusquam valeamus perspicere Deum sicut percipitur à mundis cordibus, nisi per per fidem diligatur non poterit cor mundari, *quo ad eum videndum sit aptum. Ecce hic apertè habes, qa non pōt sciri Deus, nisi priùs credendo diligatur. Supra autem dictum est, q̄ nemo potest credere in Deum, nisi aliquid intelligatur. Vnde colligitur non posse sciri, & intelligi credenda quædam, nisi prius credantur: & quædam non credi, nisi priùs intelligantur, & ipsa per fidem ampliùs intelligi. Nec ea quæ priùs credantur, quàm intelligātur, penitus ignorantur, cum fides sit ex auditu. Ignorantur tamen ex parte, quia non sciuntur. Creditur ergo, quod ignoratur, sed nō penitus, sicut etiam amatur, quod ignoratur. Vnde Augustinus: Sciri aliquid, & non diligi potest. Diligi verò, quod nescitur, quæro utrum possit. Si nō potest, nemo diligit Deum antequam sciat, Vbi autem sunt illa tria, fides, spes, charitas, nisi in anima credente, quod nondum scit, & sperante, & amante quod credit? Amatur ergo, & quod ignoratur, sed tamen creditur.

Roma. 10. Lib. 13 de Trinita. Isa. 7. iuxta lxx. Augustin. Roma. 10 Ambrosius. Act. 15. Augustin. lib 8 de Trinitat. Roma. 10. Augustin.

Hic



Summa distinctionis XXIIII.

Hic Magister specialiter agit de obiecto fidei, moquetq; dubia tria, q̄ reducuntur ad vnum. Primò quærit, an fides sit de nō visis. Secundò, an Petrus habuit fidem passionis Christi. quando vidit hominem Iesum Christum pati. Tertium, an aliqua sciuntur, quæ creduntur, hoc est, an vnum, & idem ualeat esse scitum creditum. Sicque tota ista distinctio est de hoc vtrum obiectum fidei sit solum res non patens, i. latens nec nota.

### QVAESTIO I.

ITaq; circa hæc quærit, *An obiectum fidei sit solū quid ignotum.* ¶ Videtur quòd non, quia obiectū fidei (vt patuit) est veritas prima, seu Deus sub rōne primæ ueritatis: sed Deum esse, certissimum est, & facillimè, & īsolubiliter, & multipliciter pōt probari, sicut ostensum est, & patuit supra primū. ¶ Secūdò, mundū esse creatum ex tpe, spectat ad fidem. & tñ hoc probatur, atq; (vt claruit circa secundi exordium) aliqui decuit impossibile esse, mundum seu quamcunq; creaturam fuisse ab æterno. ¶ Tectiò, multa creata cadunt sub fides, ut matres Christi virginem esse, & cosimilia quæ traduntur in fide, vt q̄ Samson sit filius Manuæ, Christū esse occisum. imò sicut probatum est, tota theologia est de summæ trinitatis deitate, & de Christi humanitate, ergo obiectū fidei non est veritas increata. ¶ Quartò, ueritas increata est simplicissima, sed multa complexa sub fide cadunt, ut ista, Chr̄s est crucifixus, Christus venturus est ad iudicādū viuos, & mortuos. ¶ Quintò sanctus Iob dixit: Scio, quòd redēptor meus uiuit, & in nouissimo die de terra resurrecturus sum. & tamen cadebāt sub fide: ergo idem est scitū, & creditum. ¶ Sexto, doctores catholici multa argumenta inducunt ad probandum ea, quæ fidei sunt, & viri perfecti habent fidem certissimam cum rōnibus credendorum, & purificatę mentis intelligentia: ergo eorum fides certitudinem, euidentiā, atq; intuitum habet, ergo, & visionē apertam. Septimò, maior ēst fidei, q̄ scientiæ certitudo, qđ multi experiuntur in se. ¶ Octauò, quanto quid innititur certiori, & infallibiliori fundamento, tanto est certius. sed ueritas fidei Christianæ innititur summæ, & increatæ veritati, q̄ nec falli potest, nec fallere, nec mentiri nec variari. veritas autē naturalis sciæ innititur rationi humanæ, & luci creatæ. ¶ Nonò, ex argumētis, & rationibus fidei, ex u arijs gratiosis effectib⁹, ex multis experientis, & sentimētis internis, ex sensibilibus & supernaturalibus prorsus miraculis, certissimū nobis. est fidem Christianam esse à Deo: ergo q̄ certè demonstratur, ac innotescit, Deum non esse auctorem, confirmatorem, testemque falsitatis, tam certum, & demōstrabile est, fidei Chrstianæ nequaquā falsum subesse. ¶ Decimò, dona, & lumina grę fortiora, & clariora sunt, quàm lumina, & dona naturæ: ergo fortiorem, & clariorē in mente credentiū causant notitiam, ficq; certior, & clariùs micans in mente est fidei ueritas, quàm scientiæ habitus.

Iud 19. Iob 19.

Albertus

¶ Circa hæc multa occurrunt dicenda, qa, & multæ quæstiones ab alijs in hoc loco mouentur, quarū responsiones hic comprehendam.

Damasce.

¶ Ita q; Albertus: Fides, inq̄t, ut ait Gregorius, nō habet meritum, cui humana ratio præbet experimentum. Distinguendum est tamen duplici distinctione, quarum ynam ponit Damascenus li. 4. ca. 1. videlicet quædam est fides ex auditu, & quædam est fides est charisma spiritussancti. Illa, quæ ex auditu est, potest habere rationem inductiuā, non pba tiuam, non ut ꝓsentiat, sed vt faciliùs consentiat ei, cui qs p affectum est inclinatus, & consentire paratus. Charisma verò est lumen infusum, & tendens in primā veritatem, & hæc fides non habet rōnem inducentē, sed potiùs gratiā infundentem. Crede re nāq; (ſm Augustinū) est cum assensione cogitare, ficq; credere ex parte cogitationis ꝓbationē admittit, qa ex, ac parte est ex auditu. Istaq; rō, quā admittit, non est ꝓbans, sed credito quasi alludens ad iocunditatem, non ad consensum. Ex parte autē ꝓsensus, nō innittitur nisi limini infuso. ¶ Aliā distinctionē ponit sacratissimus Petrus in Itineratio sctī Clementis: Fides, dicens, nō exigit ꝓbationē, nisi ut ꝓbetur uerus esse propheta, qui tradidit eā. quia fit ille extiterit uerus, cuncta, quæ docet sine dubio uerā sunt, quamuis quædam ꝓp eorum altitudinem non intelligantur. Hinc de ratione inducente, intelligē dum est, quod princeps ait apostolorum: Parati semper ad satisfactionem omni poscenti vos rationem de ea, quæ ī vobis est, fide & spe: Hæc Albertus.

Augustin. S. Petrus. 1. Pet. 3.

¶ Sed qm̄ (teste Apostolo) vna est fides, ita q̄ fides est species specialissima, quō fides ponit duplex Ad qđ ex pinductis posset quis rndere faciliter, sed nescio an sufficiēter, dicendo q̄ est fides suasa, & fides infusa. Primā dicit Damascenus esse nostræ mētis, quia rōne humana suadetur, ac gignitur. Alia dī spiritussancti charisma: qm̄ supernaturale est donū à spiritusancto per creationem infusum. Vel forsan qs dicet. q̄ fides dicitur duplex, non secundum essentiam, sed secundum modum ita, q̄ uòd idem habitus fidei dicitur fides ex auditu: qm̄ dispositum est ex instructione, & prędicatione humana. Nam & auditus dicitur sensus disciplinæ. idem quoque habitus, inquantum realiter per creationem infusus, vocatur charisma spiritussancti.

Epe 4. Fides suasa infusa. Roma. 10.

¶ Porrò de his Thomas pleniùs, planiùsq; cōscribēs: Formale, ait, in obiecto fidei est ueritas increata, sicut expositum est. Deinde rndet ad istud, An fides sit de uero incomplexo. Credere (ſm Augustinum) est cum assensione cogitare. assentire autem non potest quis nisi vero. veritas quoq; non consistit nisi in complexione. hinc obiectum fidei oportet esse verū cōplexū. Nā & qdam illā operationē intellectus, qua cōponit. & diuidit, fidē uocauerūt. Hinc dicentes obiectū fidei esse incoplexum, ꝓpriā uocem ignorauerunt. quod enim dicitur, credo incarnationem, non pōt intelligi de formatione conceptionis incarnationis: qa sic quilibet intelliges significationem nominis huius, incarnationis, crederet incarnationem. Ideo sensus est, credo incarnationē esse, uel fuisse fidei: ergo inquantum fides est, ꝓuenit esse verū complexū. Hoc ēt conuenit fidei rōne sui obiecti, quod ē veritas prima, de qua nō pōt sciri qđ est, ut intellectus in eius cognitione formetur, sed cognoscitur, qa est, quod fit ꝓ intellectū cōponentem, ac diuidentem. De eo autem, quod simplex est in se, multę complexiones, conceptione, & propositiones possunt formari ſm quod multa ei conueniunt. Cūq; fides inuitatur infallibili veritati non pōt ei falsum subesse, nec contingens potest esse obiectum fidei, nisi vt stat sub ꝓuidētia Dei, ficq; necessitatem quandam sortitur. ¶ Præterea ad id, An fides sit de uisis; dicendum, q̄ uisio ꝓpriè actus est sensus visus, ob cuius sensus nobilitatem nomen uisus transfertur ad aliarum cognitiuarum actus potentiarum. ꝓ similitudinem ad sensum visus. Potest ergo attendi cognitio, quātum ad genus cognitionis. ficq; largè, & impropriè ois cognitio dicitur visio. Sic quoq; fides est de visis, vt cūq; visu interiori

riori, ut dicit Magister, cũ & Apostolus dicat: Videmus nũc p speculũ in enigmate. Pōt quoq; attendi similitudo hæc, ẽt quantũ ad modũ cognoscẽdi. Modus aũt quo sensus visus uidet, est inquantũ species nisi pfecta lumine, formaẽ in visu. sicq; trãsferendo nomen uisus ad intellectum, videmus dũ forma rei intellecta est, in intellectu nr̃o perlumen ipsius intellectus, siue illud lumen, sit naturale, siue supernaturale. Cōplexa quoq; ita intelliguñt, quorũ cognitio ex prætacta visione consurgit: & ita fides neq̃t esse de visis: qm̃ forma illa, & veritas, q̃ principaliter obiectũ est fidei, omnẽ formationẽ, & visionẽ hmõi nostri intellectus prorsus transcendit: nec ea, quæ fidei sunt, ad prĩcipia p se nota ualẽt resolui, neq; reduci. Hinc quoq; de ,pprie scitis, q̃ demõstratiuè ,pbanẽ, & in principia p se nota reducuntur, nō est fides. Veruntñ aliq̃d cōparaẽ ad fidẽ dupliciter, puta p se, & p accidens. qm̃ quod p se spectat ad fidẽ, ptinent ad eã ubiq;, & semper, idcirco quod spectat ad fidẽ rōne huius aut illius, ptinet ad eam p accidens. Hinc quod simpliciter intellectũ excedit humanũ, p tinens ad Deũ, atq; diuinitus reuelatũ est pertinet ad fidẽ p se. Quod aũt excedit intellectũ huius, aut illius, & ñ simpliciter naturalẽ capacitatẽ mẽtis hũanæ, p accidẽs spectat ad fidẽ. Nihilominus ad vtrũq; horũ daẽ hoĩ fides. queãdmodũ em̃ grã affectũ perficiens, p̃supponit naturã, qm̃ perficit eã: sic fidei substituitur naturalis cognitio, quã fides p̃supponit, & rō ,pbat, sicut fidei trinitatis cognitiō existẽdi Deũ, ad quã naturalis notitia, fides quoq; sufficienter inclinat, ut q ad eã nō valet rōnem habere, fide ei assẽtiat. imò vt Rabbi Moyses ,ptestaẽ, hoc necessariũ extitit pp q̃nq;: Primò, pp altitudinẽ materiæ q̃ eleuationẽ req̃rit sup sensum, & imaginationẽ ad quã eleuationẽ oẽs nō sunt prōptè dispositi. Scundò q̃uis hō naturaliter ordineẽ ad cognoscẽdũ diuina, tñ p seipsum non pōt ad eã ptingere, sed instructione eget alterius. Quã cũ nō q̃libet posit habere ad manũ, Deus sapiẽter, ac piè ,puidit hoĩ de lumine fidei, quod ad talẽ notitiam eleuet mentẽ. Tertiò, q̃a ad naturalẽ, & philosophicã diuinorũ cognitionẽ multa p̃exiguñt, quorũ scientiã non nisi pauci queũt habere. Quartò, q̃a nonnulli obtusi sunt mente, q fidei illũinatione indigent adiuuari. Quintò: qm̃ plurimi occupantur circa exteriora, & necessaria vitæ, p qđ a diuinorũ cōsiderationibus retrahũtur: ideo fide sunt imbuendi. ¶ Insuper, si quæratur, An ratio seu humana, & naturalis argumentatio minuat meritũ fidei. rñdendum, ꝙ ex duobus perpendiẽ quantitas meriti, puta ex parte operis, & ex parte operantis. Nã opus oportet esse bonum actũ virtutis. Cumq; uirtus sit circa bonũ difficile, oportet ꝙ habeat bonitatem: & difficultatẽ in se. idcirco qđ addit ad alterũ horũ, addit ad meritũ q̃tũ ẽ ex pte operis. Ex parte verò operantis, voluntas requiriẽ. Vñ quo q̃s magis volũtariè operaẽ, eo plus ,pmereẽ, Sp quoq; q̃titas meriti ẽm charitatis radicem perpẽdiẽ imò hæc quantitas est quasi formalis respectu alterius, propter quod ẽm eam certius extat iudicium de meriti quãtitãte, Itaq; rō naturalis dupliciter pōt adduci in his, quæ sunt fidei, vtpotè ,p fide, & contra fidem. Inductio rōnum ꝯ fidem, auget difficultatem actus credendi, quantũ in se est. Hinc manente eadẽ uoluntate credendi, plus promeretur qui credit his, in quibus vidit multas naturales rōnes in ꝯrium, queãdmodum q vehementer tentatur de vitijs carnis, plus meretur resistẽdo, quàm q nō tentaẽ Porrò rō, quæ pro fide inducitur, non facit videri illud, quod creditur: idcirco non minuit operis difficultatẽ, quantũ in se est: attñ quantũ in se est. facit voluntatem promptiorem ad credendum. sicq; pōt augere meritũ fidei, sicut, & habitũ ipsum uirtutis sicq; ratio inducta siue pro fide, siue ꝯ fidem, quantũ in se est: meritũ fidei auget: q̃uis posit ẽt vtrunq; minuere ex defectu credentis, q aliter nō crederet. Vñ rō p̃bens experimentum sufficiẽter fidei, facit uisionẽ. i. euidentẽ rei notitiam. idcirco euacuat credẽdi difficultatem. Sed rō talis haberi nō pōt in his, quæ per se spectãt ad fidem. Rō quoq;, quæ ,p fide inducitur, nō facit ut hō nō purè pp Deũ credat: q̃a & ratione iila remota, nihilominus crederet: hinc quantum in se est, non minuit fidei meritũ nisi ex culpa credentis. ¶ Ex p̃habitis, quoq; patet rñsio ad id, An fides solũ sit de ignotis. Siquidem ad pfectam rōnẽ intellectiuæ cognitionis, tria requiruntur. Primum ut id, qđ cognoscitur; intellectui ,pponatur. Secundum, vt intellectus illi adhæreat. Tertiũ ut intellectus videat illud. i. euidenter intelligat. Ea ergo, quæ fidei sunt, intellectui proponuñt non in seipsis, sed per aliqua verba, quæ ad illorum expressionẽ ñ sufficiũt, atq; q̃busdã similitudinibꝰ qua ab illorũ rep̃sentatione deficiunt. Idcirco dicuntur cognosci in speculo, & in enigmate. Vnde nec clarè, ac ,pprie uidentur, nec penitus ignorantur, sed aliquo mō noscuntur. Iō quod sanctus ait Gregorius, Apparentia fidem non habet, sed cognitionem, intelligitur de cognitione pfecta, q̃ fidẽ ĩcludit. Pppriè aũt dr̃ eẽ præsens id cuius essentia intellectui aut sensui præsentatur. Et quia hoc facit ad visionem, asserit Augustinus, ꝙ uidentur præsentia, creduntur absentia. Iō fides assimilatur auditui, scientia seu cognitio visioni: quoniã per auditũ cognoscimus res absentes Hæc Thomas in Summa.

¶ At verò in Secunda Secundæ, quæst. prima. cōuenientiùs rñdet ad istud, Vtrũ cōplexa obiectum sint fidei: De obiecto, asserens, fidei dupliciter possumus loqui. Primò ex parte crediti, s. put res credita est in seipsa. Sicq; obiectũ fidei est quid cōplexum videlicet res, de qua fides habetur, ut Deus. Secundò, ex parte credentis. semp namq; (vt ait Boethius) cognita sunt in cognoscente ẽm modum cognoscentis. Cumq: naturale sit intellectui nostro in hac uita, componendo, ac diuidendo veritatem cognoscere, vt 3. de aĩa diciẽ, hinc ex parte nostri, cōplexum per modum enunciabilis. obiectũ fidei appellatur. Nã sicut Deus ex sua perfectione composita, & cōplexa incōplexè cognoscit, sic homo ex sua ĩperfectione simplicia, & ĩcōplexa cognoscit cōplexè. Insuper, fidei falsum non subest. nihil em̃ subest alicui actui, habitu siue potentiæ, nisi mediante formali ratione obiecti, sicut color videri non potest nisi per lumen. Cumq; veritas prima sit ratio formalis obiecti fidei, nil fidei subest, nisi quod stat sub virtute diuina, sub quo falsum non stat; idcirco nec fidei subest. Et si fidelis in aliquo deuiet circa fidem, non est hoc ex fide, sed ex cōiectura humana. imò ut 6. Ethicorùm ait philosophus, nulla virtus perficiens intellectum, se habet ad falsum. secundum, quod tale est: cum falsum sit malum ipsius intellectus. ¶ Præterea, si quæratur, An uisa, & scita credãtur, siue fidei subsint tanquam obiectum: dicẽdum ꝙ visus importat intellectus assensum ad creditum Intellectus autem dupliciter assentit alicui: Primò, ex ratione sumpta ex parte obiectorum, quorum quædam sunt per se nota ut, prima principia, aliqua ex ipsis principijs. Secundò ex elicientia propriè voluntatis, qua se magis inclinat ad assensum unius, quam alterius partis. Quod

Si

si talis ꝯsensus sit cum dubitatione, atq; formidine de opposito, uocatur opinio: si autẽ cum certitudine, dr̃ fides. Illa ergo videnẽ, q̃ p seipsa mouent intellectũ, aut sensum ad sui cognitionẽ. Vñ nec fides nec opinio pōt esse de visis, nisi uidere ualde extensesumatur ,p quacunq; notitia. Sic q̃ppè, & fides est quoddã lumen, faciens mente videre, quę credẽda cōsistant. Insup, cum scĩa sit eorum, q̃ ex principiis p se notis ,pbantur, oĩa scita sunt intellectualiter uisa: idcirco nec scita, sicut nec visa, obiectum sunt fidei, nec pōt idẽ esse scitũ, & creditum, saltẽ ab eodẽ & secũdũ idẽ. tñ qđ unus credit, alius scire potest. Nẽpè quòd credit viator, scit & videt cōpræhensor sic, & de Deo multa sciunẽ, vc3 ꝙ est: & ꝙ sit vnus, de quo, & multa creduntur, sed nō est ẽm idẽ. Hinc innotescit, cur fides dicaẽ mediũ inter opinionem, atq; scientiã: qm̃ cũ scĩa cōicat in certitudine, cum opinione aũt in hoc, ꝙ nō est ex euidenti, & sufficiẽti naturali rōne. ¶ Postremò, si q̃ras. Vtrum humana rō minuat fidei meritum: dicẽdum, ꝙ rō dupliciter h3 se ad credenda. Primò antecedẽter, ita ꝙ homo non crederet sine hmõi rōne. sicq; minuit meritum fidei, quemadmodum passio p̃cedens diminuit laudem, ac meritum actus uirtuosi, q non ex passione, sed mentis iudicio fieri debet. Secundò, cōcomitãter, dum credens etiam non existente huiusmodi rōne, nihilominus crederet: Sed qm̃ amat, quod credit seu fidẽ, qua credit; fidei veritatem reuoluit, & ex amore rōnes ad eius confirmationem, seu declarationem excogitat, aut inquirit. & hoc signum est meriti amplioris, nec meriti rōnem excludit. Idcirco auctoritas illa, fides nō habet meritũ &c. intelligenda est, qñ homo voluntatem credendi prōptam nō habet, nisi propter vim rōnis humanæ. Rōnes demũ quæ inducuntur ad fidẽ, non sunt demonstratiuæ, sed potius remouẽt impedimenta credendi, ostendendo ea non esse impossibilia, quæ asserit fides. Rationes verò demonstratiuæ, q̃ adducũtur ad aliqua, quæ sunt fidei, vt quòd Deus est vnus, & vniuersorum principiũ, sunt quasi p̃ampula fidei. & quãuis diminuant fidei rationẽ, dũ faciunt ea apparere, quę creduntur, non tñ diminuunt rōnẽ charitatis, p quã voluntas prompta est ad illa credenda, ẽt rōnibus non inductis; ideo non minuitur ratio meriti, ne cã promerendi. Deniq; ea, quę fidem impugnãt, ut humana argumentatio, exteriorq; p̃secutio, tãto plus meritum augent fidei, quanto in eorum resistentia uoluntas ostenditur pronior, ac fortior ad credendum. Hinc martyres sancti habent p̃cipuum fidei meritum, & post eos viri ingeniosi in philosophicis eruditi, q pp rōnes, & argumenta p̃fidorum, seu ,ppriè adinuentionis, nequaquã à fide recedunt. Similiter qui fidem tuentur, exponunt ac roborant, quibus cooperatur in bonum, quòd hęreses sciunt. hæc Thomas in Secunda secundæ, quæstionibus prima, & secunda.

¶ Concordat Petrus, additq;: Quidã (vt Cancellarius Parrhisiensis, puta Philippus) dixerunt, ꝙ res & nō enunciabilia, sunt articuli fidei: qm̃ res artaẽ semp, & p se ad credendum ex ,ppria sua natura, enunciabilia autẽ p accidens ex diuulgatione. Alij, vt Gulielmus Antisiodorensis, qđ enũciabilia determinata, & nō res, sint articuli fidei: & quãuis variata sunt enunciabilia, nō tñ articuli. qm̃ tria enunciabilia secundũ tres differentias temporis, nō sunt nisi unus articulus. Alij meliùs dicunt. ꝙ res non articuli, nisi materialiter: sed enunciabilia indeterminata: q̃ se habẽt cōiter ad quãlibet differentiã tẽporis, vt Christum fuisse incarnandũ. Enunciabilia verò determinata, non sunt articuli nisi per accidẽs: qm̃ credere sub hac, seu illa differentia, accidit saluti. At uerò fides semp est de nō uisis visione sensibili, vt de obiecto p se. Pōt tñ esse de visis, vt de obiecto p accidens. Quædã namq; oĩno subiacent sensui, q̃ totaliter possunt cognosci experimẽto sensibili. & de his nullo mō est fides ut talibus. quædã verò non totaliter, de q̃bus ẽm qđ sensui patent, non est fides, sed secundùm qđ latẽt sensum. sicque de Chr̃i passione erat fides, ac visio, sed non secundũ idẽ. Nã visio fuit de ea. ,put referẽ ad naturã hũanã visibilẽ: fides, vt referẽ ad naturã inuisibilis deitatis. ¶ Porrò scĩa duplex est. Vna patriæ, q̃ est clara. Alia uiæ, q̃ obscura est circa diuina, q̃a vt habet se visus noctuæ ad lumẽ solare, sic intellectus humanus ad manifestissima naturæ. Itaq; scĩa uiæ de diuinis pp admixtã obscuritatẽ, ex improportione intellectus nostri ad diuina, atq; frequentẽ obnubilationẽ phãtasmatũ, nō excludit fidem. Scientia uerò patriæ haberi potest dupliciter. Primò, indesinenter in perpetuum, & ita excludit fidẽ. Scđò actualiter ad tp̃s, & ita fidem non excludit. ¶ Si aũt objiciatur: qm̃ Deũ esse scitũ est, & demõstratum à prophetis, & tñ inde est fides: dicendum, ꝙ non omnia, quæ creduntur, sunt supra rationem quo ad obiectum, sed quo ad modum, qui est assentire veritati non uisæ, nō propter rationem probantem, sed propter primam veritatem dictantem. Hæc Petrus.

¶ Richardus uerò affirmat: Tam verò complexũ q̃ incomplexũ, fidei est obiectum. Nã verũ incōplexum est ipsa res credita, cuius existẽtia est causa veritatis enunciationis, quæ est veritas cōplexa: ideo res ipsa principale obiectum est fidei. Hæc Richardus, qui concordat in alijs.

¶ Scripta quoque Bonauenturæ de quæstiobus iam inductis concordant, potissimè dictis ex Thoma, & Petro.

¶ Alexander etiam prolixè scribit de istis, cuius responsa in præhabitis virtualiter continentur.

¶ Circa præinducta scribit Durãdus: Cũ sint plura cōplexa, q̃ cadunt sub fide, puto ꝙ inter ea est aliquod primò creditum, quod rō credendi alia, & ad quod fit credibiliũ resolutio vltima. Hoc aũt est credere ecclesiã regi à spiritusancto, quod patet sic. Credimus Deum esse unum, & trinum, filium incarnatũ, passum: q̃a scriptura hoc diciẽ, quã à Deo credimus reuelatam, & inspiratã. ergo credere scripturã esse reuelatã à Deo, rō est credendi ea, q̃ in scriptura tradũtur. & sic est priùs creditum. Rursus credimus scripturã esse reuelatã à Deo, quia ecclesia, q̃ regitur à spiritu sancto, hoc approbat. Nempè cũ multi gesta scripserint saluatoris, vt Nicodemus, Nazaræi &c. illa sola scriptura recipitur, vt authẽtica, atq; canonica, eiq; soli fides adhibetur, quam ecclesia approbat. Vnde Augustinus cōtra fundamẽtũ Manichæi; Ego, inquit, non crederem euangelio, nisi crederẽ ecclesiæ approbanti. Et rursus. Euangelium Nazaræorum non admitto, q̃a ecclesia non admittit. Ergo credere, ꝙ ecclesia non erret, tanquã à spiritusancto directa, est rō seu credendi scripturã, quã approbat, esse à Deo inspiratã. & denuo, hoc credere, est rō credẽdi ea, quæ in scriptura sacra traduntur, ut dictum est. Ergo à primò ad vltimum, primũ inter credibilia quod est rō credendi alia, & ad quod fit vltima credibilium resolutio, est credere ecclesiam regi à spiritusancto. Hæc Durandus.

¶ Quibus objici pōt, ꝙ sacra scriptura habet suã auctoritatẽ nō ab hoĩbus, nec ab ecclesia, sed directè, uerè, & immediatè à Deo, cuius, infallibili, &

inuariabili

Margin notes: 1. Cor. 13. — Grã affectũ p̃ficit. — rabbi Moses. — Virtus est circa bonum difficile. — 2. Cor. 9. — 1. Cor. 13. — Gregorius — articu. 4. — Boethius — Fidei falsum non sub est 22. quæst. 1. — Quæstio. — Opinio qđ sit. — Quæstio. — Fides habet meritũ quomodo intelligendum. — Taratasi. — Scientiã duplex — Obiectio. — Solutio. — Richardꝰ — Bonauen. — Durandꝰ. — Ecclesia a spũ scto regitur. — August. — Ecclesia errare nō potest. — Obiectio.

ĩnuariabili ueritati innitiẽ, propter quod ad Galatas ait Apoſtolus Notũ uobis facio fratres euangelium qđ p̄dicaui in vobis, quia nõ eſt ſm̃ hoĩem. Neque enĩ ego ab hoĩe accepi illud, neq; didici, ſed ꝑ reuelationem Ieſu Chri: imò eccleſiã regi à ſpũſancto nõ noſcimus, nec credimus, niſi ex ſcripturis, & auctoritate, ac inſtructione ſcripturę: Veruntñ quãuis iſtud ſit verũ, attñ verba illa Durandi uidentur catholicę dicta, & oĩa iſta ſtãt ſimul, ita ꝙ ſcriptura hʒ auctoritatem ab eccleſia, & eꝯ, ſed modo diuerſo. Scriptura quippe ab eccleſia auctoritatẽ ſortitur, quãtũ ad innoteſcentiã, ſeu manifeſtationẽ: qm̃ ex determinatione vniuerſalis concilij innoteſcit, & manifeſtatur, q̃ ſcriptura ſit cẽſenda canonica: Ipſa verò ſcriptura hoc doce, ꝙ eccleſia à ſpũſancto ifallibiliter regitur. ſuã uerò auctoritatẽ ueritatẽ, & certitudinẽ hʒ ſcriptura à Deo verè căliter, & exiſtentialiter. Itaque ſcriptura, & eccleſia ſe inuicẽ fulciunt, muniunt, ac tuenẽ. vtraq; verò à Deo auctoritatẽ adepta eſt. & de his in opuſculis de auctoritate generalis concilij, & poteſtate ſummi pontificis, pleniùs ſcripſi.

[Durand.] ¶ Inſup ſcribit Durãdus. Si conſtaret ꝙ aliquid eẽt dictũ à Deo, de illo aliquo ut ſic, non eſſet fides nec aliqua eſſet inde fides neceſſaria. cõſtat namq; certiſsima rõne, ꝙ Deus nõ põt mentiri, nec dicere faſlum. ſi ergo cõſtaret euidenter Deũ dixiſſe aliqd, cõſtaret ſciẽtificè illud eſſe verũ. In ſpeciali etenim videmus claram terminorum connexionem.

[Dionyſius contra Durandum.] ¶ Contra hoc dictum Durandi multa poſſent induci. ſi enĩ Chrianis nõ ꝯſtat ꝑ certo, fidẽ catholicã, & euangelicã legẽ realiter eſſe collatã, ac ꝓmulgatã, ac ꝯfirmatã à Deo, non poſſent certitudinaliter, atq; indubiæ credere, ſentire, confiteri & affirmare, ipſam fidẽ, & legem eſſe uerã, diuinã, ac ſalutarẽ. Non. n. hoc queũt naturali rõne, nec alio medio certo ꝓbare. ¶ Deniq;, ſi dictũ illud Durãdi eſſet verũ, ſequereẽ, ꝙ glorioſi, ac diuini apoſtoli, ac ſancti ꝓphetæ nõ habuiſſent fidẽ. certiſsimè .n. nouerunt Deũ eſſe locutũ ad ipſos ꝑ inſpirationem internã ꝑ angelos ſanctos, q̃ ẽt nequeunt mentiri, neq; peccare, cũ ſint ꝯfirmati in bono ꝑ infuſionẽ ſpũſcti ſic q; euidẽter eis ꝯſtabat, Deũ dixiſſe ea, q̃ ipi vlteriùs ꝓtulerũt, p̄dixerũt, ſcripſerũt, & docuerũt. imò tam certi erant de hoc, ꝙ Paulus apoſtolꝰ dixit, ſcripſitq; [Gal. 1.] Galatis, licet nos aut Angelꝰ de cælo euangelizet uobis, p̄terq̃ euangelizauimus uobis, anathema ſit. Nõne apoſtoli ſciuerũt certiſsimè ſe accepiſſe ſpiritũ [Actu 2. 2. Cor. 12.] ſanctũ in die pentecoſtes? Nonne Paulus ſciuit ſe raptũ vſq; ad tertiũ cælũ, & audiſſe immediatè à Deo verba arcana? & nihilominus habuit fidẽ deinceps. imò, & glorioſſam, atq; oĩno incõparabilis uirgo, ſu[Lucæ. 1.]percertiſsimè nouit ſibi Angelum ſctm̃ eſſe locutũ ſeq; concepiſſe de ſpũſancto, & peperiſſe filiũ Dei, audiſſeq; ab ipſo ea, q̃ fidei ſunt. attñ habuit fidẽ, q̃a viatrix. Idcirco dicendum, iſtud, non obuiare, ſed maximè concordare, conferre, alludere fidei Chriſtianę, quod certè conſtat fidelibus, potiſsimè eis q̃ fidẽ habẽt cũ rationibus credendorũ, & purificatæ mẽtis intelligentia, fidẽ eſſe ꝯfirmatã, collatã, infuſam à Deo. Et quãuis ex hoc ſequiẽ certiſsimè, ꝙ verã ſit fides, & teſtimonia eius nõ tñ amittit fidei rõnẽ, nec ẽ ſcĩa, q̃a nõ hʒ certitudinẽ euidẽtiæ de his q̃ credit, cũ incõprænhenſibilia ſint menti humanę in vita p̄ſenti, nec ea clarè põt in hoc ſtatu conſpicere. Nihilominuus pp̃ Dei auctoritatẽ certiſsimè illis aſſentit, dũ ꝯſtat ei, qđ Deus eſt teſtis. ¶ Hinc Thomas in hac ait diſtinctione. [Thomas.] Argumenta, puta miracula ꝓpriè dicta, ſoli Deo poſsibilia, q̃ cogunt ad fidẽ, nõ ꝓbãt in ſe ſeu ꝑ ſe fidẽ, ſed veritatẽ annũciãtis fidẽ, ita ꝙ ſciẽ eſſe verax. & ſicut p̄cedẽti diſtinctione innotuit, ꝑ euidentiam, & excellentiam miraculum, quæ facta ſunt, & fiunt pro confirmatione fidei Chriſtianæ, dæmones credere compelluntur.

[Gandauen.] ¶ Preterea Hẽricus in quodlibeto 8. rñdens ad iſtud, utrum aliq̃s articulus fidei valeat demonſtrari, ꝯſcribit: Dicunt q̃dã ſenſiſſe Richardum, ꝙ articuli fidei queunt ꝓbari. ſed ſciendũ ꝙ ſm̃ philoſophũ [Ariſtot.] 8. Topicorũ, Duplex eſt diſpoſitio, una ad rẽ, de qua aliq̃d q̃riẽ abſolutè, alia ad poſitionẽ, dũ q̃ritur aliqd p̄ſuppoſito alio, atq; ex eius ſuppoſitione arguiẽ ad quęſitum. Si primò modo proponatur quæſtio de fide. ſit nullus articulus fidei poteſt demonſtrari, probari quia ſunt de his, quę facultatem naturalis rationis excedunt, ita quòd eorum contraria per ea, quæ in naturalibus conſpiciuntur probabiliora conſiſtunt. idcirco ad ea intelligenda primus gradus debet nobis eſſe auctoritas, ſicq; ex creditis, & ſuppoſitis tanq̃ ueris, ac neceſſarijs, & ex alijs naturali rõne cognitis coaſſumptis, ad alia credita intelligenda debemus aſcendere, ita ẽt, ꝙ illa credita, q̃ ſunt principia intelligendi alia, quibuſdã adiunctis, poſsit eſſe concluſiones cognitæ, & intellectæ, vt ſic nullũ maneat credibile, q̃n poſsit eſſe intelligibile. Propter qđ Iſaias aſſerit. [Iſai. 7 iuxta 70.] Niſi credideritis, nõ intelligẽtis. Denique, q̃dã credenda ęterna ſunt, & abſolutè neceſſaria, ac impoſsibilia aliter ſe habere, vt ea, quæ de ſumma trinitate creduntur, de q̃bus ait Richardus, [Richardus] ꝙ ĩpoſsibile eſt ea neceſſaria ratione carere. Quod bene uerum eſt. ſed ſoli Deo, nec vlli purè naturali rõne inueſtiganda ſine fidei ſuppoſitione. Alia aũt credẽda ſunt, q̃ non ſunt ſimpliciter, & abſolutè neceſſaria, ſed ſolũ ſuppoſita diuinæ voluntatis determinatione, ut ea, quæ ſpectant ad ſacramenta, & ad humanã redẽptionẽ, ꝑ Chrm̃, ad q̃ nõ ſunt neceſſaria argumenta, ẽt ſuppoſitis credibilibus, ſed probabilia, & cogruentia ſolum, accepta ex parte modi redemptionis, iuſtificationiſq; noſtræ. ¶ Quo circa ſciendũ, ꝙ differunt circa idem [Credere intelligere & uidere.] hæc tria, credere, intelligere, & uidere. Videre nãq; eſt oculo ad oculũ ſpũaliter mente cõſpicere, ſicut corporaliter ſolẽ videmus. ſicq; beati oĩa vident in diuina eſſentia. nec ſic videri aliquid põt intellectualiter extra uiſionẽ, glorioſam, quacunq; alia cognitione, ſeu naturali, ſeu ſupernaturali. Intelligere uerò eſt cognoſcere aliquod uerũ perſpicuè ꝑ mediũ certius, certificatũ in primis ex ſenſuũ cognitione. Credere aũt eſt alicui ueritati pp̃ auctoritatẽ ꝓponentis, ſignis, atq; ꝓdigiis, cæteriſq; hmõi ꝯfirmatã, per intellectum uoluntariè adhęrere. de qua adhæſione ſcribit Richardus. [Richardus] Nil certius, nihil ꝯſtantius. q̃ qđ fide appręhendimus, ſeu tenemus, ſunt nãq; q̃ pluribus cælitus reuelata, atq; tã multis, & magnis, tã miris ſignis, ac præclaris ꝓdigijs diuinitus confirmata, ut genus videatur demẽtiæ, ĩ his uel aliquantulũ dubitare. Vtimur itaq; in credendorum atteſtatione ſignis ꝑ argumentis, ꝓdigijs ꝓ experimentis, ad perſuadendũ uoluntati, ut credere uelit non ad probandum rationi ueritatem eorum, quæ extãt credẽda, ita ut propter talem ꝓbationẽ, & ueritatẽ perſpicuam credat. utpotè fidem p̄ueniendo aliter enĩ meritũ fidei euacuaretur, ut non ex ratione credamus, quãtum ex parte eſt voluntatis. Sic igitur credere. repugnat omni aperto intellectui ueritatis, qm̃ ſemper obſcuritatẽ habet annexam. Hinc Deum eſſe ſeu, ꝙ vnus eſt Deus, non eſt abſolutè loquendo articulus fidei, cũ ualeat demõſtrari. ſed eſt articulus cum determinatione, videlicet quòd eſt

humani



humani generis reparator, & glorificator, quod ꝓbari ſufficienter non valet, niſi fide ſuppoſita. Hæc Henricus, qui de his ſcribit prolixè, & in proſecutione cõſentire videtur Richardo, quod ſcilicet ea, quę fidei ſunt, poſsint in hac vita intelligi, proficiendo in perſcrutatione eorum ex naturalibus ſcientijs, & argumentationibus aptis. vnde, & addit. Articuli fidei conſiderari dupliciter poſſunt. Primò, ut credibilia ſolum. ſicq; ſoli ſupernaturali lumini innitũtur, & quo ad hoc, nequeunt demonſtrari: quoniam lumen illud eſt primum fidem efficiens, ut nõ credita credantur, aut intelligantur. Secundò conſiderantur, ut intelligibilia poſtquam ſunt credita, & ita innituntur non tam lumini ſupernaturali, quàm naturali, & ſic poſſunt (vt dictum eſt) demonſtrari.

[Dionyſ. noſter.] ¶ In qua re magis conſentio Thomæ oppoſitum ſentienti. Verum in hoc Richardo, & Henrico conſentio, quòd nil certius, nihil conſtantius tenemus, quàm quod appręhendimus fide, atque qđ certi omnino ſumus de hoc, quod Deus omnipotens, & æternus, eſſentialiter verus, ac veritas, huius ſacratiſsimæ fidei noſtræ auctor, & teſtis, dator, conſeruator, ac confirmator eſt. Quod luce clariùs patet, ſi uniuerſa quibus catholica fides iunititur, & quibus probatur, ac declaratur, comportentur, & inuicem comparentur.

[Quæſtio.] ¶ Præterea idem doctor quodlibeto decimo, quærit, vtrum poſsibile ſit, quòd homo conſentiat propoſitioni, cuius contrarium ſibi apparet per rationem. [Reſpõſio.] Ad quod reſpondet: Diſtinguendum eſt de ratione. quia, aut ratio innititur ſolidæ veritati, quæ nullatenus poteſt infringi, & ſolui: aut innitiẽ probationi, quæ quantumcunque uideatur apparens, uerè tamen poteſt diſſolui. Itaque nemo conſentire poteſt illi propoſitioni, cuius contrarium ſibi conſtat per rationem primo modo dictã: quoniam veritas lucidè cognita, cogit intellectum ad ſui aſſenſum, & ad diſſentiendum ſuo contrario. Propoſitioni autem, cuius contrarium apparet homini per rationem ſecundo mõ, acceptam, poteſt hõ aſſentire per fidem, & cogi ad hoc per uoluntatis imperium. Sicq; conſentimus arculis fidei, contra quam nulla rõ primo mõ accepta, poteſt excogitari, nec inueniri, cum fides hęc diuinæ, & increatæ innixa ſit veritati. Hæc Henricus. [Quæſtio.] ¶ Qui rurſus ſciſcitatur, an non habens rationem cogentem, põt aſſentire vni parti contradictionis ſine formidine. Videẽ quod imò, quia ſic aſſentitur articulis fidei. In oppoſitum eſt, qđ rõ demonſtratiua facit aſſentire ſine formidine, ratio aũt probabilis cum formi[Reſponſio]dine. quare cum quiſque aſſentit alicui parti, aſſentit illi ex aliqua ratione, quicunq; aſſentit ſine formidine aſſentit ex ratione demonſtratiua. Dicẽdũ quod aſſentire alicui parti contradictionis, contingit dupliciter. Primò, ex ipſa cogniti claritate in ſua veritate. Secundò, ex habitu infuſo cum voluntatis imperiò. Primò modò nulli aſſentitur ſine demonſtratione, aut veridica rõne, ſiue in diuinis, ſiue in humanis pro ſtatu vitæ præſentis: ſed ſecundo mõ, cum lumine fidei bene aſſentiẽ alteri parti contradictionis ſine formidine, & hoc ſine oĩ rõne, qua directè aſſentiẽ ei, quod ſcitur, q̃uis non ſine rõne, qua quis ſuadeẽ, quod credi dẽt. ſicq; cõcedẽda eſt rõ prima. Ad ſecũdam dicendũ, ꝙ in his, q̃bus aſſẽtit ex auctoritate, p̄ſertim diuina, nõ eſt verũ, ꝙ quicunq; aſſentit alicui parti, aſſentit ei ex rõne, imò talibus aſſentiẽ ſine formidine: & ſi ad idẽ habeaẽ rõ probabilis, tñ in aſſentiendo nulla eſt pp̃ illam formido, quemadmodum, nec ſcĩa eſt cum formidine, dũ q̃s de eadẽ concluſione hẽt demõſtrationem, & rõnẽ probabilẽ ſimul. Nã etſi rõ probabilis ex ſe ſola circa cognitũ ponat formidinẽ, non tñ, vt eſt cũ demonſtratione, aut voluntatis imperio. Hæc idẽ.

[Gandau.] ¶ Poſtremò ſciſcitatur hic doctor quodlibeto eodẽ: Vtrum, ꝙ quid ẽ Dei, ſeu, ꝙ Deus eſt trinus, aut quodcunq; aliud credibile de Deo, poſsit in uia clariùs cognoſci, ſeu ſciri, q̃ qui fidem. Ad qđ rñdemus, ꝙ imò, & ẽt in lumine clariori, q̃ ſit fidei lumẽ Aliter unus fidelium non haberet clariorem notitiã de credẽdis, q̃ alter, cuius oppoſitũ conſtat [Veriſsimũ Auguſtini dictum.] ex Auguſtino, dicente: Quãuis vniuerſi fideles polleant ipa fide, non tñ ſcĩa defendendi ipſam fidem. Hæc aũt ſcĩa conſiſtit in claritate cognitionis, quia ſcĩa eſt quædam cognitio. [Obiectio.] Sed fortè, q̃s dicet, ꝙ fides capit augmentũ, ſuntq; gradus in ea, ſicq; ex ſolo fidei lumine põt vnus p̄ alio ſcientia fidei reſplendere. [Solutio.] Dico, ꝙ ſi clarior non poſſet haberi notitia de credendis, q̃ fidei lumen, tunc neceſſariò fides, & ſcientia æquipararentur: ut quãto plus polleret, q̃s fide, tanto plus polleret iſta ſcientia, cuius contrarium dicit Auguſtinus, & ꝑ experiẽtiã patet, Idcirco reuera aliqđ credibiliũ clariùs põt cognoſci, quàm fide. pp̃ quod aſſerit Auguſtinus: [Aug.] Aliud eſt, ſcire tm̃ quid hõ credere debeat. aliud ſcire qualiter hoc ipſum pijs opituleẽ, & contra impios defendatur. Hic ſciẽtia ſacræ ſcripturæ eſt vtilis, ut ex ea rõnes, ac media capiantur, ꝑ quę credita declarentur, & poſteriora ex prioribus cõprobenẽ. Iõ ad Corĩthios inter dona grãæ gratis datæ, diſtinguit Apoſtolus inter fidẽ, & inter ſermonẽ ſapientiæ, ac ſermonem ſcientiæ: [1. Cor. 12.] Alij, inquiens, datur ſermo ſapientiæ, alij ſermo ſcientiæ, alteri fides. vñ, & ſuper illud Iohannis, [Iohan 1. Aug.] Vita erat lux hominũ, loquiẽ Auguſtinus: Lux increata illuminat hoĩes duplici lumine, paruulos ſ. lumine fidei, quo nutriantur, ut lacte: maiores verò lumine ſapientiæ, quo ut ſolido cibo veſcantur: de qua dixit Apoſtolus, [1. Cor. 2.] Sapientiã loquimur inter perfectos. Hęc idem: Qui iſtã materiã diffuſè ꝓſequiẽ, tenens (vt ſupra) ꝙ q̃uædã credibilia ſint intelligibilia, atq; à ꝓficientibus intellecta altiore lumine, q̃ ſit fidei lumen. Quocirca fateor, ꝙ per donũ ſapientiæ ea, quæ fidei ſunt, clariùs cognoſcuntur, q̃ ſola fide, p̄ut cõiter ineſt fidelibus. Veruntñ quicunque habet fidem formatam, habet, & ſapientiæ donum: imò, & oĩa ſeptem dona ſpirituſſancti. ſm̃ aliquem gradũ. & quãto, quis amplius creſcit in charitate, tanto plus creſcit in dono ſapientiæ, quo per guſtum internum, ac dulcẽ mentis ſaporem noſcũtur diuina. [Sapia duplex, gratũ faciẽs, & gratis data.] Sapientia quoq; hæc, quantum ad gradũ ſuum in hac uita ſupremũ, realiter idem eſt, qđ myſtica theologia. Præter hanc ſapientiã ſalutarẽ, quæ eſt donum gratiæ gratũ facientis. eſt alia ſapiẽtia, quæ eſt donum gratiæ gratis datæ. per quam ſapientiam declarantur, perſuadentur, defenduntur, ea, quæ fidei ſunt, quantum ad diuina æterna, & increatas perſonas Conformiter, pręter ſcientiã, quę eſt donũ ſpirituſſancti, eſt ſcientia, quæ eſt munus gratiæ gratis datæ, per quam defenduntur, ſuadentur, & edocentur ea, quæ fidei ſunt circa creata. & hęc ſapientia, atq; ſcientia aliquibus per infuſionẽ præſtantur. aliqui uerò per ſtudium, & exercitiũ, inſtructionemq; aliorum eas adiſpiſcuntur. Si itaq; dona hæc, utpotè utraq; iſta ſapientia, dicantur lumina altiora, ac clariora, q̃ fidei lumen eſt, inquãtum fidei adueniunt, aut ſuperinfunduẽ, ſeu coniunguntur, ſic concedo, ꝙ ea, quæ fidei ſunt, & qđ ſit Deus, clariùs, & excellentiùs queant intelligi, q̃



per

per fidei lumen. Veruntamen lumen fidei dupliciter potest intelligi, scilicet trãsitiuè, & intransitiuè.

Fidei lumẽ dupliciter intelligitur.

Si transitiuè, sic fides, & lumen fidei realiter ab inuicem distinguuntur, intelligendo per fidei lumen quamcunq; illuminationem actualem in fide, seu præfatas sapientiam, & scientiam. Sicq; rursus admitto, quod altiùs, quàm per fidem valeamus cognoscere in hac vita, ea, quæ fidei sunt. Si uerò lumen fidei sumatur intransitiuè, pro ipsa fide, quæ lumen, quod dam est, sic denuo idem concedo. Nihilominus aduertendum, quòd lumen fidei adhuc dupliciter sumi potest. Primò, pro fide, seu eius illuminatione, Secundò, pro quocunq; lumine ad viatorem spectante, quàm diu in statu viæ, ac fidei est, & per fidẽ peregrinatur à domino. Et ita arbitror concedendum, quod in hac uita non valeamus Deum, & credenda clariùs, eminentiusq; cognoscere, quàm per fidẽ;

1.Cor. 5.

& hoc de lege communi, quamuis per omnipotentiam Dei, & priuilegio gratiæ specialis, aliter queat accidere, sicut fuit in Paulo tempore, sui raptus,

2.Cor. 12.

¶ Præterea Scotus hic sciscitatur, vtrum de credibilibus reuelatis potest, quis habere scientiam simul, & fidem, loquendo de scientia, prout sumitur

Quæstio.

pro quacunque creata notitia, quæ habetur de euidentia rei: & item, loquendo de credibilibus in cõparatione ad fidem, vtrum videlicet simul cum fide possit de eis esse scientia. Circa hæc Scotus primò recitat positionem sancti Thomæ in prima parte, vbi affirmat theologiam esse scientiam subalternatam scientiæ beatorum, quæ est sciẽtia subalternãs sibi scientiam theologicam viatorũ. Hanc positionem reprobat Scotus: quoniam Thomas in secũda Secun

Scotus.

dæ determinat, quod fides, & scientia non stant simul de eodem. Deinde refert de hac quæstione opinionem Henrici præhabitam, quòd scilicet fides, & visio non stent simul, sed fides, & intelligentia, seu scientia de credendis, quæ scientia habetur per lumen clariùs lumine fidei, quod lumen est medium inter lumen fidei, & lumen gloriæ. Contra hæc obijcit, quia Henricus est sibijpsi contrarius, cum dicat in Summa sua, quod ad hoc,

Obiectio.

quod credita intelligantur, non requiritur lumen speciale aliud à fidei lumine. Item, si duo lumina illa, videlicet lumen fidei, & lumen scientiæ de credendis, stant simul, cum lumen illud scientiale, non faciat cognitionem intuitiuam de credibilibus, sed abstractionem, tunc potest tota scientia geometriæ haberi ab aliquo, & tamen simul cum scientia illa posset habere fidem de eodem obiecto.

Dionysi.

¶ Alia multa obijcit contra opinionem Henrici, quæ modici sunt momenti, atque facilimè soluerentur. Sed, quia fassus iam sum opinionem illam etiam paruitati meæ non complacere, non curo eam defendere. Cæterum ponere lumen illud clarius lumine simplicis fidei, approbaui, & à doctore illo solenni idoneè comprobatur, imo ponere illud iuxta modum nunc introductum, apertissimè consonat Augustino in sermonibus varijs de resurre-

August.

ctione, & alibi, & in libro de ciuitate Dei, atque in libro de trinitate, & super Iohannem, & in hoc concordant doctores præcipui, Alexander, Thomas, Albertus, Bonauentura, Gulielmus Parrhisiẽsis, Antisiodorensis, Petrus, Vdalricus, & alij multi. Deni-

Iob. 36.

que, quidã expositores super illud beati Iob, Deus in manibus abscondit lucem, & præcipit ei, ut rursus adueniat, ac denuo oriat, annunciat de ea amico, quod possessio eius sit, & ad eam possit ascẽdere; quidam tangunt expositores, qualiter dominator omnipotens (cuius sunt manus, omnipotentia, iustitia, misericordia, sapientia eius) lucem contemplationis, radium theoricæ illustrationis, splendorem cherubicæ emicationis, habet potestatiuè, atque causaliter in prætractis manibus suis, quam iuxta super liberrimum arbitrium suum emittit, & retrahit, abscondit, & pandit, effundit, communicat. Hæc lux contemplationis deificæ (in, qua ea, quæ fidei sunt, mira, & admirabili claritate cernuntur, cæliformiter apprehenduntur) quamuis non comprehendantur, neq; scientialiter, & apprehensiuè noscantur, non utique omnibus datur, sed præsertim uiris heroicis, purgatiq; animi mentibus, seraphico sanctæ charitatis ardore succensis, & ipsa potiùs est quid actuale pertransiens, quàm habituale quiescens in animo contemplantis. Hæc lux ritè censetur medium quoddam inter lumen gloriæ, lumenq; fidei communiter dictæ: qua lucet radiante, coruscante, prædominante in mente contemplatiua, ineffabiliter præsentantur, innotescunt, cernuntur credenda, & omnis eorum connexio, series, ordo, rationabilitas, consonantia, ac supernaturalis, deiformisq; pulchritudo: ita, quod menti taliter illuminatæ, unctæ, succensæ, nil rationabilius, nil sapientialius, nil uerius, neq; diuinius videatur, quàm Christianæ fidei tenor, theoria, euangelizatio. Hanc lucen negare, irrisoriè examinare, & tanquam fictũ, quid reputare, non est aliud, quàm propriam imperitiam demonstrare, nec alicuius subtilitatis signũ id reor. & certè in scripturis diuinis frequenter de ea fit mentio, de qua, & sancti patres hubertim locuti sunt, præcipuè Augustinus in libro confessionum, & alibi. Verum animalis homo non percipit

August. 1.Cor. 2.

ea, quæ sunt spiritus Dei; imo stultitia est illi. Denique, de hac luce contemplator ille altissimus, diuinissimus, sacratissimus, & theologicissimus Dionysius, in libro mysticæ theologiæ euidenter locutus

Diony.

est, de qua, & sanctus pater effatur Bernardus in epistola ad Carthusienses domus Montis Dei: Omni

Bernard.

potens Deus suo electo, ac dilecto lumen quoddã uultus sui ostendit, sicut lumen clausum in manibus, quod patet, ac latet ad tenentis arbitrium: quatenus per id, quod raptim uidere conceditur, ad plenam æterni luminis possessionem, uisionemq; accendantur, cuit ut aliqualiter pateat, quid sibi desit, quasi pertransiens gratia mentem præstringit amantis, eripiens eã sibi, & rapit eã in diem, quæ est à tumultu rerum ad gaudia silẽtij, atq; pro modulo suo ad momentum idipsum ostendens ei uidendũ sicuti est. Interim quoq; efficit ipsũ in idipsum, ut sit ipso pro modulo suo sicut, & illud est. Vbi cũ dicerit, quid sit inter mundũ, & immundum, reddit sibi, & remittitur ad mundandũ cor, ut si rursus aliquando admittat, si purior ad videndũ, stabilior ad fruẽdum. Ampliùs, de recipientibus, & experientibus huiuscemodi luminis infusionem, irradiationem,

Bernar.

transformationem, idem sanctus in libro de Consideratione fatetur: Hi desuper gratiosissimè præueniuntur, qui in profundissima Dei misericordia, quasi quodãmodo iam sepulta arbitrij potestate, in diuitias gloriæ in spiritu ardoris subitò rapiuntur. De hac luce, & de speciebus, uel potiùs de gradibus eius, scribit diffusè in diuersis opusculis deuotus, ac dulcis doctor Bonauentu. Vir quoq; mirabi

Bonauẽt.

liter de super doctus, vnctus, & in deuotionalibus exercitijs, exercitatiõibusq; internis valde exptus, dñs Iohãnes Ruysbroec, canonicus regularis. In-

Iohannes Ruisbroec.

sup, & philosophi, quidã eximij de hmõi luce aliquid inueniunt locuti. Nẽpe, ut 9. de ciui. Dei loquit Augustinus, fm Apuleitũ Platonicũ, summus Deus vni-

August.



uersorum creator, sic à Platone laudatur, quod ipse solus, qui nequit humani sermonis penuria, vel modicè cõpræhẽdi, vix à sapientibus uiris, cũ se uigore animi quantũ possibile est à corpore abstraxerint, cõtẽplat. Illud quoq; vèlut in altissimis tñbris rapidissimo coruscamine lumẽ cãdidum intermicare.

Aristo.

¶ Hinc, & Aristoteles subtilissimè, & (vt opinor) experimentaliter dixit: Vita nostra qñq; ad modicum talis est, qualis est vita Dei æternaliter. Hãc demum lucem, in qua ea, quæ fidei sunt, tam lympidè,

August.

amorosè, ac dulciter conspiciuntur, electus ille Augustinus expertus, alloquitur Deum in libris confessionum: Splenduisti, & valde coruscasti in aĩa mea ò lux interna, ac sempiterna, concussisti, & penetrasti viscera aĩæ meæ, & nõ satiabar illis diebus cõtẽplari lachrymosè, ac suauissimè admirari altitudinem consilij tui super mõ saluationis generis huma

Thomas cõtra Scotũ defenditur.

ni. ¶ Præterea, quod Scotus dicit sanctum doctorẽ sibijpsi contrarium, facillimè soluitur, si dicatur, quod in Secunda Secundæ dicere velit theologiam non esse scientiam propriè dictam, & subalternantem, ac principia per se nota statu, ac ordine, & genere suo habentem: quod & satis constat uerba ipsius ibi pẽsanti. In prima uerò parte concedit, quòd sit scientia subalternata mõ prætacto, prout de isto dictum est pleniùs circa exordium super primum Sententiarum, vbi tractatum est, vtrum, & qualiter theologia, seu sacra scriptura sit scientia: idcirco pertran-

Responsio

seundũ hoc loco. ¶ Consequenter Scotus propriã ponit opinionem, præmittendo qualiter scientia sumatur dupliciter: Primò, pro omni notitia, quæ est

Sciẽtia dupliciter accipitur.

cum adhæsione: & sic etiam fides extat scientia. Secundò propriè, prout sumitur primo Posteriorum, quo dicitur: Scire est rem per causam cognoscere, &c. sicq; impossibile est de eodem scientiã esse fidẽ. Istud planum est, nec Thomas neque Henricus dicunt contrarium: imò de Deo non potest hoc modo haberi scientia, cum ipse non habeat causam, nec aliquid eo sit priùs. Deinde subiungit Scotus:

Deus sciri propriè non põt.

Notitia, quam, quis habet de his, quæ traduntur in canone bibliæ, non est tradita per modum scientiæ demonstratiuæ, inducendo habitum illius notitiæ de intellectu literæ ex aliquibus principijs alijs, ex quibus demonstratiuè concludatur. Habens ergo habitum de istis sic traditis ex sensu literæ, non habet habitum scientiæ sicut descripta est: attamen habet habitum vnum, quo immediatè consentit omnibus, & singulis in scriptura contentis, & non vni propter aliud: imò si alia non essent tradita ibi, alijs tamen consentiret, ita, quod cuilibet dicto canonis assentit, non quia probatur mõ prædicta sed propter auctoritatem Dei, ratione cuius omnibus assentit in scriptis contentis immediatè, non vni propter syllogisticum discursum. Similiter si quis sciat scripturam exponere, conclusiones explicare, & contraria soluere, talis potest in ecclesia esse maior: tamen quando exponit vnum passum scripturæ per alium, & obscurum per manifestum, non habet maiorem certitudinem de uno, quàm de alio. Si uerò exponit scripturas per scientias alias, immiscendo prophetiam scripturæ, quod sine dubio multum valet, & præcipuè ad hoc metaphysica cõfert, ut ueritas scripturæ de trinitate, & intelligen-

Cõclusio sequitur debiliorem partẽ præmissarum.

tijs abstractis intelligatur: tunc dico, quòd conclusio non habet certitudinem maiorem, quàm altera præmissarum, quæ minus certa est, sicut in omni mixtione, certitudo conclusionis est certitudo pmissæ minus certæ: sicut maiore existẽte de necessariò, & minore de cõtingenti, non sequit cõclusio de necessariò, sed de contingenti. Ideo dum præmissa sumpta ex scriptura non sit euidentes ex terminis, sed credita, conclusio non erit demonstratiuam sciam generans, quãuis possit generare habitum alium à fide. Hæc Scotus. ¶ Contra quæ obijci po

Obiectio.

test. Primò contra illud, quod ait: Notitia, quam quis hẽt ex scripturis de contentis in ea, non est tradita per modum sciæ demonstratiuæ, &c. Contra, quod primo obijcit ita: Veritas dupliciter cognoscitur,

Veritas dupliciter cognoscit.

ac pbatur. Primò, humana, & naturali argumentatione, ut quod hõ est aĩal. Scdò, supernaturali diuina, & miraculosa operatione, ut quod Deus est trinus. Scriptura aũt canonica utroq; gñe argumentationum istarum multoties utit. Primò quippè gñe argumẽtationis vtit Deus apud Isaiã, dicẽs: Nunquid ego,

Isaiæ vlti

qui alios parere facio, ipse nõ pariã, dicit dñs? si ego, qui cæteris gñationẽ tribuo, sterilis remanebo? Ex quibus verbis sumit efficax argumentũ gñationis diuinæ, siue ad intra, siue ad extra: quoniam quicquid fœcũditatis, & gñatiuæ virtutis ẽ in creaturis, altiori mõ cõuenit creatori. Sic quoq; in Isaia Deus pbat suã incõparabilẽ maiestatẽ, & excellẽtiã, seq; solũ eẽ adorandũ demõstratiuè p hoc, quod ipse ẽ oĩm primũ principiũ, & creator, ac ultimus finis. Conformiter in

Num. 23.

Numeris pbatur inuariabilis ueritas diuinæ pnunciatiõis, cũ dr: Non est Deus quasi hõ, ut menitatur: nec, ut filius hoĩs, ut mutet. Dixit ergo, & nõ faciet? locutus ẽ, & nõ ĩplebit? Quasi sic, arguat: Deus, nec mẽtiri põt, neq; mutari, ergo quod dixit iplebit & faciet, nec reuocabit. Sic quoq; argumẽtat Psalmista, alloquẽdo stultos, & pfidos, oĩpotentis Dei puidẽ-

Psal. 93.

tiã, oĩsciamq; negantes: Intelligite insipiẽtes in populo, & stulti aliqñ sapitè. Qui plãtauit aurẽ nõ audiet? aut, qui finxit oculũ nõ cõsiderat? qui corripit gentes, nõ arguet, aut qui docet hoĩem sciam? Ex, quibus sacris eloquijs (ut ẽt Rabbi Moses cõtestat) innuũtur

Rab. Mo.

idonea argumenta ad pbãdũ, quod Deus altissimus, qui oẽm rerũ instituit ordinẽ, atq; hoĩbus sensũ vidẽdi, ac audiẽdi donauit, qui etiã per pphetas corripuit ĩpios, ac futura determinatè pdixit, utiq; uniuersa cognoscit, puidet, iudicat, & disponit. Innumerabilia talia possent adduci. Insup secundo gñe argumẽtationis utit hubertim scriptura, ut cum ad Hebr, ait Apostolus: Quõ effugiemus si tantã negle-

Hebr. 2.

xerimus salutẽ? quæ cũ initiũ accepisset enarrari p dñm, ab eis, qui audierũt, in nos cõfirmata ẽ, cõtestãtẽ Deo signis, & pdigijs, & portẽtis, & uarijs uirtutibus, & spũssancti distributionibus. Sic, & Apostolus idẽ in diuersis locis epistolarũ pbat suæ pdicationis ueritatẽ, p miracula quæ effecit. Imo p totũ, qua-

Miracula fidei ueritatẽ pbãt.

tuor euãgelistarũ textũ Chri miracula describunt, ad cõprobãdũ, quod ipse extitit uer[9] in suis pdicatiõib[9], ac doctrinis, & quod fuit Chrs in lege pmissus. Vñ, & ipse hoc argumẽto frequẽter ẽ usus, dicẽdo: Si nõ

Ioh. 10.

facio opa patris mei, nolite credere mihi: si aũt facio, & mihi nõ creditis, opibus credite. Itẽq; Opa, quæ dedit mihi pr, testimoniũ phibẽt de me. Sic, & alibi

Ibidem.

pbat veritas fidei Chrianæ, p miracula Chri, cũ dr Multa alia fecit Iesus, quæ nõ sunt scripta in libro hoc:

Iohã. vlt.

Hæc aũt scripta sũt, ut credatis, quod Iesus ẽ fili[9] Dei. Itaq; quãuis fides assentiat articulis suis pp Dei auctoritatẽ, tñ ex miraculis, & alijs diuersis medijs, ex vaticinijs pphetarũ, ex effectibus diuinæ iustitiæ in vltiõibus vitiorũ, & remũeratiõe uirtutũ, ex visiõibus, & apparitiõib[9] angelorũ, ex supnaturalib. illuminatiõib. uisitationibusq; iternis, ex finali abiectione Iudæorũ, ex innumerabilibus bñficijs Dei exhibitis populo Chriano, ex sanctissimis cõuersationibus patrũ, ex constãtijs, victorijs, pdigijs martyrũ in-

innotescit,persuadetur, & comprobatur, ꝙ fides
ista à Deo sit,propter ipsius auctoritatem: nec am-
pliùs,quærimus,nō obstante,ꝙ his quæ credimus,
obuiare:& reclamare uidentur sensus,& ratio, ex-
periētia quoq;.Et nisi agnosceremus certiuè,ꝙ lex,
& fides Christiana ita à Deo sit,leuitatis imò,& fa-
tuitatis esset,certiuè,& immobiliter credere articu
lis fidei huius,qui omnem rationem, & capacitatē
prorsus excedunt.Quamuis ergo fides sic credat,
habitus tñ scientialis sacræ scripturæ præfatis inni-
titur argumentis,& vnum probat per aliud,& cun
cta se inuicem fulciunt,ac confirmant, unumq; al
Obiectio. teri certitudinem exhibet Quod si dicatur,ꝙ mira
cula,& apparitiones Christi post suam resurrectio
nem,ac missio spiritussancti facta apostolis,aposto
lorūq; gesta,nobis non constant,nisi per fidem:dicē
dum, ꝙ Deo sic ordinante, usq; in præsens conti-
Solutio nuata,& facta sunt diuersa miracula in Chri eccle-
sia:& ea, quæ non uidimus, euidenter relucent in
suis effectibus,in conuersione totiùs mundi ad tam
arduam legem, & incompræhensibilem fidem,sine
violentia præliorum,sine magicis artibus, quas su-
percertissimè scimus maximè condemnari, odiri,
& uitari à ueris Christianis, ac sctis :quos honora-
mus in tot claustris,collegijs,religionib⁹, basilicis,
& religiosis personis. Hinc totū illud ex Scoto in- Scoti opinio dānat.
ductum,vr̄ prorsus erroneum,ꝙ ait scripturam nō
uti discursibus,& argumentis,demonstrationibus,
& syllogismis,virtualiter saltem, reprobatur mani-
festè per hoc,quod sanctus Hieronymus in prolo- Hieron:
go totiùs scripturæ affirmat:Iob exēplar patiētiæ,q̄
nō mysteria suo sermone cōplectit? Prosa incipit,
versu labit,pedestri sermōe finitur,oēsq; leges dia-
lecticæ,propositione,assumptione,confirmatione,
conclusione determinat,&c.de his plura inducere
esset perfacilè,sed breuitati studendum est.

## Distinctio. XXV.

### De fide antiquorum.

PRædictis adijciendum est de sufficientia fidei ad salutem.Illis em̄, qui præ-
cesserunt aduentum Chr̄i,& qui sequuntur,vr̄ profecisse fides secundum
tpis processum,sicut profecit cognitio. Fides, qppè magna dr̄ cognitiōe,
& articulorū quantitate,vel cōstantia,& deuotione. Est autem quædam
fidei mensura,sine qua numq̄ potuit esse salus.Vnde Apl̄s: Oportet acce-
Aug. dentem ad Deum credere, quia est, & ꝙ remunerator est sperantium in se. Sed, quæ
ritur utrum hoc credere,ante aduentum,& ante legem ad salutem suffecerit. Nam tē-
pore gratiæ constat certissimè hoc non sufficere.Oportet enim uniuersa credi, quæ in
symbolis continentur.Sed nec ante aduentum,nec ante legem uidetur hoc suffecisse:
quia sine fide mediatoris nullum hominem, uel ante, uel post fuisse saluum, sancto
rum auctoritates contestantur.Vnde Aug. ad Optatum: Illa fides sana est, qua credi.
1.Timo.2. mus nullum hominem,siue maioris,siue minoris ætatis,liberari à contagione mortis,
& obligatione pct̄i,quod prima natiuitate contraxit,nisi per unum mediatorē Dei, &
Actu.4. hoīm Iesum Chr̄m,cuius hoīs,eiusdēq; Dei saluberrima fide,ēt illi iusti salui facti sūt,
qui priusquam ueniret in carnem,crediderunt in carnem uenturum. Eadem enim fi-
des est illorum,& nostra.Proinde cum oēs iusti,siue ante incarnationem siue post, nec
uixerīt,nec uiuant,nisi ex fide incarnationis Chr̄i,pfecto,qđ scriptū est,nō esse aliud no
men sub cælo,in quo oporteat saluari nos,ex illo tpe ualet ad saluandum genus huma
Aug. num,ex quo in Adam uitiatum est.Idem:Nemo liberatur à damnatione,quæ per Adā
Actu. 15. facta est,nisi per fidem Iesu Chr̄i.Idem:Eadem fides mediatoris,quę nos saluat, saluos
iustos faciebat antiquos,pusillos cū magnis: quia sicut credimus Chr̄m in carne uenis
se, ita illi uenturum: & sicut nos mortuum, ita illi moriturum: & sicut nos resurre-
Grego. xisse,ita illi resurrecturum:& nos,& illi,ad iudicium uiuorum, & mortuorum uentu-
rum:Gregorius super Iezechielem:Et,qui preibant,& qui sequebant̄,clamabant dicē-
Matt. 21. tes:Osana filio Dauid,q̄a oēs electi,qui in Iudæa esse potuerunt,siue,qui nunc in eccle-
sia sunt,in mediatorem Dei,& hominem crediderunt, & credunt.|His, alijsq; pluribus
testimonijs perspicuè docetur,nulli nunquam salutem esse factam,nisi per fidem me-
Hebr. 11. diatoris.Oportet ergo accedentem credere,quæ supra dixit Apostolus, sed nō sufficit.

### De fide simplicium.

Quid ergo dicetur de illis simplicibus, quibus non erat reuelatum mysterium in-
Quæst. carnationis,qui piè credebant, qđ eis traditum fuit?Dici potest nullum fuisse iustum,
uel saluū,cui non esset facta reuelatio,uel distincta,uel uelata,uel in aperto, vel in my-
Responsio sterio. Distincta, ut Abraæ, & Moysi, alijsque maioribus, qui distinctionem arti-
culorum fidei habebant. Velata, ut simplicibus, quibus reuelatum erat, ea esse
credenda, quæ credebant illi maiores, & docebant, sed eorum distinctionem a-
pertam non habebant, sicut in ecclesia aliqui minus capaces sunt, quia articulos
symboli distinguere, & assignare non ualent, omnia tamen credunt, quæ in sym-
bolo continentur. Credunt enim, quæ ignorant, habentes fidem uelatam in my-
sterio. Ita & tunc minus capaces, ex reuelatione sibi facta maioribus credendo inhæ
Iob.1. rebant, quibus fidem suam quasi committebant. Vnde Iob: Boues arabant, & asi-
næ pascebantur iuxta eos.Simplices,& minores,sunt asinæ pascentes iuxta boues: quia
3.Reg.17. humilitate maioribus adhærendo,in mysterio credebant,quæ & illi in mysterio doce
bant,qualis fortè fuit uidua Sareptana.





### Quæ ante aduentum Christi de mediatore credere sufficiebant.

Sed quæritur,cum sine fide mediatoris antiquis non fuerit salus, sicut, nec moder- Quęstio.
nis,utrum oportuerit illos credere omnia illa de mediatore,quæ nunc credimus. Qui-
busdam uidetur,ꝙ suffecerit illis quatuor tantum credere,s.natiuitatem, mortem, re- Respōsio
surrectionem,aduentum ad iudicium:quod ex præmissis verbis Augustini colligunt,
ubi ista quatuor posuit.Aliis autem videtur,habita fide trinitatis,id de mysterio incar-
nationis fidei suffecisse,vt Dei filius crederetur nasciturus de homine, & iudicaturus,
qui de Iohanne Baptista documentum huius rei assumunt,qui de morte Chr̄i,& descē Matt. 11.
su ad inferos,in euangelio dubitasse videtur secundum expositionem Gregorij,quādo
interrogauit per discipulos:Tu es,qui venturus es,an alium expectamus?Quasi diceret,
es tu per teipsum descensurus ad infernum, an alium ad hæc sacramenta missurus es? Lucæ. 7.
Quidam tamen dicunt eum non dubitasse de ignorantia,sed de pietate,id est, dubitare
se ostendisse,non quia ignorauerit,sed pietatis affectu compassum esse Christo, & eius
humilitatem admirando insinuasse.

### De fide Cornelij.

Solet etiam quæri de Cornelio,utrum fidem incarnationis habuerit, cum dictum Quæstio
est ei per angelum:Acceptæ sunt elemosynæ tuæ,& exauditæ sunt orationes tuæ. Si e- Actu. 10.
nim fidem incarnationis non habebat, tunc ergo sine fide incarnationis erat ei iusti-
tia,quia de illo scriptum est,ꝙ iustus erat,& timens Deum.Si verò fidem incarnationis
habebat,quid ergo missus est ad eum Petrus? Sane dici potest,cum sicut fidem trinita Respōsio
tis,ita,& incarnationis habuisse Dei reuelatione:sed incarnatū iam esse Dei filiū, igno
rasse:& ideo missus est ad eum Petrus, ut iam natum Dei filium ei anunciaret,& sacra
mentum regenerationis ei conferret.Habebat ergo fidem incarnationis, sed an facta,
uel futura esset,non nouerat:& ita per fidem uenit ad opera,& per opera ampliùs soli-
datus est in fide. Per fidem enim (ut ait Gregorius) venitur ad opera. Cornelius e- Gregori⁹
tiam per fidem venit ad opera. Deum enim vnum credebat sed filium eius nesciebat
incarnatum.Per fidem placuerunt Deo opera eius. Sine fide enim impossibile est ali- Hebræ. 11.
quem placere Deo. Augustinus verò dicit, Cornelio dictum esse per angelum, Ac- Aug.
ceptæ sunt eleemosonæ tuæ, & orationes tuæ, antequam in Christum crederet, nec
tamen sine aliqua fide donabat, & orabat. Nam quomodo inuocabat in quem Romā. 10.
non credebat? Sed si posset sine fide CHRISTI esse salus, non ad eum mitttere-
tur architectus ecclesiæ Petrus. Attende, quid ait, sine fidei CHRISTI non
posse esse salutum, & tamen Cornelium exauditum antequam crederet in CHRI-
STVM.Quod ita potest intelligi, scilicet antequam sciret CHRISTVM incarna-
tum,in quem credebat in mysterio.

### De æqualitate fidei, spei, charitatis, & operis, quæ secundum aliquid sunt æqualia.

Illud etiam non est prętermittendum, quòd fides, spes, charitas, & operatio, se-
cundum aliquid æqualia sunt in præsenti. Vnde Gregorius: Fidem, spem, charita Gregori⁹.
tem,atque operationem dum in hac uita uiuimus,æquales sibi esse apud nos inueni-
mus. quia quantum credimus, tantum amamus: & quantum amamus, tantum de
spe pręsumimus. Quisque enim fidelis tantum credit, quantū sperat,& amat: & tan-
tum operatur, quantum credit, & amat, & sperat. Sed tamen maior spe, & fide
charitas dicitur: quia cum ad Dei speciem peruenitur, spes & fides transit, sed chari-
tas permanet. Et quia charitas mater est omnium virtutum, quæ non ideo post fi-
dem, & spem ponitur, quod ex eis oriatur,sed quia post illa remanebit aucta. Chari-
ritas enim nunquam excidit. Præmissa autem æqualitas,propriè secundum interio- 1.Cor. 13.
rum actuum intentionem consideranda est. Huic * verò,quod hic,& superius dictum Obiectio.
* uerbo est, scilicet, quòd charitas non est ex fide,& spe,sed econuerso uidetur obuiare,quod 1 Timot.1.
ait Apostolus,Finis præcepti est charitas de corde purò,& conscientia bona,& fide non August.
ficta.Quod exponens Augustinus,cor accipit pro intellectu,& conscientiam pro spe.
Qualis,inquit,charitas est finis pręcepti procedens de corde purò,id est,de puro intel-
lectu,ut nihil nisi Deus diligatur,& conscientia, id est,de spe bona, & fide non ficta,
id est non simulata. Non ergo charitas fidem, & spem,sed fides, & spes charitatem
pręcedere uidentur. Hoc ergo ea ratione traditum intellige, non quod fides, & spes
causa, uel tempore charitatem omnium bonorum matrem pręcedant: sed quia cha Solutio.
ritas sine illis in aliquo esse non potest, sed illa sine charitate possunt esse, quamuis
non sit pia fides, uel spes sine charitate. Ideo ergo ex fide, & spe procedere dicitur
charitas,quia nulli prouenit sine istis.

Summa distinctionis XXV.

Hic circa prædicta de fide adhuc aliquas mouet perutiles quæstiones. Prima est, q̃ qualis, & quanta necessaria fuit ad salutẽ ante saluatoris aduẽtũ: quo circa declarat qualiter fides uarijs modis dicatur magna: & quõ nunc sub euangelica lege oporteat fidem habere, magis explicitam, & expressam, q̃ olim in lege naturali, ac scripta. Consequenter ostendit, qualiter fides diuersimode fuit antiquitus in maioribus, & simplicibus. Deinde prosequitur de fide Cornelij centurionis, & postremò tangit de æqualitate theologicarum virtutum, sicut patebit.

## QVAESTIO. I.

Hic quæritur, *Utrum secundum temporum processum profecit, creuit, seu aucta sit fides, atq; de numero articulorum fidei, & distinctione eorum.*

¶ Videtur, ꝙ fides secundum temporum interualla non creuerit. Adam enim in paradiso fuit creatus, & de credendis multum illuminatus, ꝓut super secundum ostensum est de excellentia sapientiæ, scientiæ, ac uirtutum ipsius. Cumq; post eiectionem suam ad magnam Dei gratiam, ac uirtutum profectum reductus sit uerisimile est, quòd posteros suos de credendis instruxerit, potissimè immediatos, & proximiores filios suos, & illi suos. ¶ Secundò, Fides ab exordio paulatim defecit magis, q̃ creuit. Nam, & ante diluuium fides vnius Dei fuit in oĩbus, nec ad idololatriam lapsi sunt sicut post diluuium. Maior quoq; vr̃ fuisse fides in populo Iudeorum tempore Dauid, q̃ postea. Similiter tempore Gregorij papæ multo longiùs, ac latiùs diuulgata, & recepta fuit fides Christi, q̃ modo, sicq; secundum temporum processum decreuit magis, q̃ creuit. ¶ Et circa hæc q̃ritur, quantum & qualiter creuit, & utrum ab exordio seculi necessarium fuit saluti, explicitè credere, ꝙ Deus sit trinus, & genus humanum redimi oportere per filij Dei incarnationem, ac passionem.

Alexãder Articulus definitur Hugo.

¶ Circa hæc Alexander scribit diffusè: Primò, quærens, quid sit articulus. Et respondet: Articulus tripliciter diffinitur. Primò sic, ẜm Hugonem: Articulus est natura cum gratia. Secundò, articulus est perceptio ueritatis diuinæ, tendẽs in ipsam. Tertiò (ẜm Richardum) ita, Articulus est indiuisibilis ueritas de Deo, artans non ad credendum.

Richard.

Quarum descriptionum iste sensus: Articulus sumitur strictè, & propriè, atq; cõmuniter. Strictè, prout coartatur ad partes symboli apostolorũ, sicque sumit Hugo, dicens articulum esse naturã cũ gratia In singulis namq; symboli illius articulis, cõfessioni naturæ diuinæ, aut humanæ coniungit̃ effectus gratiæ, ut cum dr̃: Credo in Deum patrem, significatur diuina natura. Cumq; adiungit̃, Creatorẽ cæli, & terræ, exprimit̃ gratia: quia ex gr̃a fuit, ꝙ bonitatẽ suã per creationẽ rebus cõicauit. sic quoque cum addo. Et in Iesum Chr̃m, cõfiteor naturã. Qui cõceptus est de spũ sãcto, adiungit̃ gr̃a. Per naturam aũt intelligitur natura humana, seu diuina. Propriè uerò accipit̃ articulus, ꝓut obiectum est fidei formatæ, sic accipit̃ in secunda diffinitione, qua dr̃, Articulus est ꝑceptio ueritatis diuinæ, tendens in ipsam: & ut ꝑ hoc, qđ dr̃, perceptio ueritatis diuinæ, notet̃ intentio cõis fidei informis, ac formatæ: & per hoc, qđ addit̃, in ipsã tendens, determinet̃, & approprietur fidei formatæ, sicq; designet̃ perfectio duplex articuli, puta ꝑfectio intellectus, cum dr̃, perceptio veritatis diuinæ; ꝑfectio quoq; affectus, dũ subdit̃, in ipsam tẽdẽs. Articulus q̃ppè formatus non solũ illuminat intellectũ ad ueritatis ꝑceptionẽ, sed & mouet affectũ ad ueritatis appetitionẽ. Cõiter demũ articulus sumit̃, ꝓut obiectũ est fidei formatæ, atq; informis, ad qđ Rich. respiciẽs, dixit: Articulus ẽ indiuisibilis ueritas: & ꝑ hoc, qđ dicit, ĩdiuisibilis veritas de Deo tangit articuli eẽntiã: & ꝑ hoc, qđ addit, artãs nos ad credẽdũ, exprimit noĩs rõnẽ: q̃a ex eo, qđ artat nos ad assẽtiẽdũ, vocat̃ articulus. De articulis quoq; fuit duplex opinio: una, qđ res credita existat articulus: alia, quod enũciatio. Sed dicẽdũ, ꝙ res ẽ articulus, loquẽdo sĩpliciter: enunciabile uerò ẜm q̃d Diffinitio ergo Richardi ꝓcedit iuxta primã opinionẽ, descriptio verò prima Hugonis ꝓcedit iuxta secũdã opinionẽ, Hæc Alexã. Qui insuꝑ scribit: Symbolũ est collectio articulorũ fidei. Cã uerò editionis symbolorũ, est instructio fideliũ in una confessione, & intelligẽtia veritatis, ac deuotione religionis. Cã quoq; multiplicationis symbolorum extitit triplex, uc3 fidei instructio ueritatis explanatio, erroris exclusio.

Symboli multiplicandi triplex causa

Quæstio

Fides mediatoris quõ fuerit semper necessaria.

¶ Si aũt q̃ratur, an fides mediatoris fuerit sꝑ necessaria ad salutem: dicendũ, ꝙ distinguendũ est. Fuit enim status añ pc̃tm̃, & status post pc̃tm̃: est ẽt status ante legem, & status sub lege, & status gr̃ę. In statu ante pc̃tm̃ necessaria fuit fides creatoris, q̃a est, & q̃a remunerator est. Est.n. principium conditionis, & remunerator, inquantum cõplementum, & finis btitudinis. Post pc̃tm̃ aũt non solum necessaria fuit fides creatoris, sed ẽt mediatoris, ut Aug. asserit, cum scriptũ sit: Nõ est aliud nomẽ datũ sub cælo, in quo oporteat saluari.

Aug.

Actu. 4.

Nã ex tpe illo ualet fides ad saluãdum genus humanũ, ex quo in Adã fuerat uitiatũ. Hinc ait Hugo: Post pc̃tm̃ duo proposita sunt hoĩ ad credendũ, creator, & saluator.

Hugo.

Sed aduerte differẽtiã mediatoris añ legẽ, & sub lege, & tpe gr̃æ: q̃a ẜm Hugonẽ añ pc̃tm̃ creator credebat̃, & ab eo salus, atq; redemptio expectabant̃, sed ꝑ quẽ, & qualiter salus eẽt cõplẽda, exceptis paucis, q̃bus hoc scire singulari munere datũ est, à cæteris fidelibus nõ cognoscebat̃. Porrò sub lege ꝑsona mediatoris mittenda prædicabatur, q̃d verò illa ꝑsona foret, puta an hõ, uel angelus, aut Deus, nondũ manifestabat̃: sed soli hoc nouerant, q̃ per spm̃sc̃tm̃ ad hoc illuminati fuerunt. Sub gr̃a aũt hoc oĩbus ꝑdicatũ est publicè.

Fidei quadã sp necessaria.

¶ Præterea ẜm Hugonẽ, hæc sunt q̃bus ab initio fides recta nunq̃ minus q̃uit habere, uc3 vnũ esse oĩm creatorẽ, oĩm dñm, & uniuersorũ rectorẽ, nec ipsũ esse mali auctorẽ, qui nobis mĩam suã poscentibus, futurũ redẽptorẽ ꝑsentare dignet̃. Tunc ergo minores habebãt reuelationẽ de incarnatiõis mysterio, velatã, & indistinctã, maiores verò manifestã: quorum fidei adhærebant minores, q̃ & oẽs articulos credebãt ĩplicitè, ac ĩdistinctè. Talis quoque fuit fides Cornelij anteq̃ princeps apostolorũ Petrus uenit ad eũ. Hæc Alexander.

Actu. 10.

Fidẽ quodã añtecedunt quodã cõsequuntur.

¶ At uerò Bonauent. Doctrina, inq̃t, fidei q̃dam habet antecedẽtia, quædã ꝯsenquentia, & q̃dã principalia, ut sunt sua obiecta, sicut in alijs uidemus sc̃tis, q̃dã cõia principia, q̃ supponunt̃ in ea, ut dignitates, & q̃dã cõsequentia, sicut ꝯclusiones corollarię: q̃dã quoq; intrinseca suarũ demõstrationũ prĩcipia. Sic ĩ doctrina fidei añcedẽtia sũt ea, q̃ sunt de iuris dictamine naturalis: prĩcipalia uerò sũt ea, q̃ ad fidei illũinationẽ directè dirigũt, ut sũt articuli fidei. Cõseq̃ntia uerò sũt, q̃ ex ipsis articulis elici queũt. Itaq; doctrina fidei sufficiẽter in apostolorũ symbolo ꝯtinet̃, quantum ad ea, quæ in ipsa sunt principalia, ac propria, quæ sunt articuli fidei, cuius etiam symboli perfectio, ac sufficientia ex parte auctorum suorum, qui fuerint 12. apostoli, comprobatur.

Quæstio.

¶ Præterea quæri potest, an eis, qui ante saluatoris aduentum fuerunt, suffecerat credere ea, quæ ad ipsam pertinent deitatẽ. Quod apparet ex hoc, qđ ait



Hebr. 11.

ait Apostolus, Accedentem ad Deum oportet credere, q̃a est, & quia requirentium se remunerator est.

Respõsio. Post Adæ lapsum nemo saluatur sine fide mediatoris.

Dicendum, ꝙ (sicut Magister in litera multis auctoritatibus probat) post lapsum Adæ nemo saluari valebat sine fide mediatoris. Nullus eñ, quiuit ab illo absolui pc̃tõ, nisi in illũ mediatorẽ credẽdo, vel ipsemet pro se, si fuit adultus, vel alter pro ipso, si extitit paruulus. Cuius rõ est, quia cũ gratia, & ueritas per Iesum Christũ sit facta, & liberatio à peccatis per merita saluatoris, ipsaq; merita Chr̃i non se extendant nisi ad illos, qui sũt mẽbra ipsius, & copulant̃ ei per fidẽ: ideo sicut impossibile est nũc saluari, nisi quis cupuletur Chr̃o per fidem per se, aut per fidei sacramentum per alios, ita, & tunc.

Fides implicite habet̃ & explicite.

Fides aũt põt haberi dupliciter, puta explicitè, ac implicitè. Minoribus autẽ necesse fuit implicitè credere, qua fide implicita caruerũt philosophi, suis meritis, ac uirtutibus inhærentes. ideo tanq̃ superbi à Chr̃i mẽbris, ac meritis sunt separati, & à gaudiis paradisi seclusi. Nõ tñ oportebat tunc incarnationẽ Dei explicitè credere, sed sufficiebat credere, ꝙ aliquis ueniret, qui genus humanũ redimeret.

Quæstio.

¶ Si aũt quæratur, an oẽs aduentum Chr̃i subsecuti, teneantur explicitè credere uniuersos articulos fidei: rñdẽdum, q̃d imò, qđ tñ tripliciter põt intelligi.

Responsio Fides explicita omniũ articulorum nũc necessaria.

Primò, ꝙ tenentur credere articulos oẽs implicitè. Sc̃dò, ꝙ explicitè. Tertiò, ꝙ quosdam implicitè, & quosdã explicitè. Credere oẽs implicitè, est fidei diminutæ, nec sufficit mõ alicui usum rõnis habenti credere in cõi redemptorem, & remuneratorem. In tm̃.n. notitia quorundã articulorum fidei manifesta est, ꝙ nullus rõne utens eos ignorat, nisi oĩno sit negligens, & cõtemens Dei cultum, ac suam salutẽ. Credere aũt quosdam implicitè, & quosdam explicitè, sufficit ad salutem, quia simpliciũ fidei hoc põt sufficere. Nẽpe illos tenent̃ explicitè credere, quos eis manifestat non solũ ꝑdicatio, sed & ecclesiasticus usus, & consuetudo; sicut est fides de trinitate, quã possumus nosse ex ipso actu cognitionis. Consignificat enim se in noĩe patris, & filij, & spiritussancti.

Matt. 28.

Sicq; est de Christi natiuitate, passione, resurrectione, pc̃torum remissione; quas omnes cognoscere possunt ex ipsis solemnitatibus ecclesiæ. Idcirco ab horum notitia nemo rõne utens excipit̃, nec ignorantia excusatur, cum talis ignorantia esse nõ queat sine negligentia, & contẽptu. Alios aũt articulos non tam manifestos, tenentur credere implicitè.

Quid sit credere implicite

¶ Credere aũt implicitè uoco, ut credãt in gñali oẽ, quod credit sancta mater ecclesia, ita, ꝙ in particulari à nullo illorum dissentiant, nec aliquẽ illorum discredant.

Quid sit credere explicitè.

Porrò credere articulos oẽs explicitè, est fidei, iã ꝑuectæ, nec necessarium gñali fidei necessitate, sed si alicui necessariũ est, illis potissimè necessarium est, qui in fidei profecerunt notitia, & qui alios habent in fide instruere, seu ꝑdicandi, ac præsidendi assumunt officium. Multi tñ sunt simplices boni, qui quamuis sint paruæ cognitionis, attñ sunt magnæ deuotionis. Hinc dum simplex hõ audit nouum aliquid prædicari, non debet mox assentire quousq; nouerit ab ecclesia id teneri. Vnde prẽter remediũ diuinæ inspirationis, atq; orationis, ad quod debent ip confugere, habent remediũ humanæ instructionis: ad quod debent habere refugiũ, ut uitent erroris periculũ. Sẽper etenim habuit Deus, & habebit aliquos iustos, & famosos, q̃ ueritatẽ fidei nõ solũ in se, sed in simplicibus quoq; valeant conseruare.

Tres quæstiones.

¶ Porrò dũ q̃rit̃, an fides creuit ẜm tpis diuersitatẽ, põt de hoc q̃stio triplex oriri. Primò, an fides creuit, quãtũ ad credendorũ multitudinem Secundò, an creuit quantum ad luminis plenitudinem. Tertiò, an quantum ad cognitionis certitudinem.

Rñsio ad primam. Fides creuit implicitorũ explicatione.

Ad primum dicendum, qđ credibilia multiplicari possunt intelligi, quantum ad nouorum articulorum additionem, uel quantum ad implicitorum explicationem Et primo mõ fides non ꝑfecit, nec creuit tempore procedente, sed modo secundo: quia quod vno tempore credebatur implicitè, & quasi uno articulo, hoc temporis processu explicatum est, & diuisum in credibilia multa. Nam olim suffecit credere creatorem, & redemptorem futurum, nunc aũt fides redemptoris septem habet articulos, ac multa ex eis consequentia, ac ipsi annexa manifestantur.

Ad secundam. Fides creuit lũinis plenitudine.

Ad secundum illud quæsitum est respondendum, ꝙ secũdũ temporis processum fides creuit, quantum ad illuminationis, seu luminis plenitudinem, intelligendo de fide secundum statum communem. Quod non est primò, ac principaliter propter temporum transmutationem, sed ꝑꝑ veritatis exhibitionem, propter maiorem gratiæ diffusionem, & propter planiorem instructionem. Ideo namq; credentes credenda clariùs nũc cognoscũt, quia iam veritas per Christum exhibita, ac impleta. Gratia quoque spiritussancti nunc copiosiùs effunditur, propter meritum Christi, pręciumq; solutũ Sed, & fides apertiùs nunc prædicatur, docetur, cõfirmatur, defenditur per euidentia Christi, discipulorumq; eius documenta, signa, atq; miracula, quẽadmodum, & in vno homine fides paulatim crescit, & proficit.

Ad tertiũ

¶ Ad tertium uerò quæsitum dicendum, quod certiùs assentitur ei, qđ quæsitũ dicendũ, quod certitudine fidei contingit loqui dupliciter, secundum duplicem fidei comparationem: quoniam fides comparari potest ad ipsam ueritatẽ dictantem, & item ad intellectum assentientem. Loquendo ergo de fidei certitudine secundum primam comparationem, sic eius certitudo, nec augeri potest, nec minui: quia cum ueritas diuina certissima sit, nec falli possit, quantum est ex parte rationis dictantis in fide quacunq;, qua assentit veritati diuinæ ꝑꝑ se, & ꝑꝑ oĩa, ibi status est certitudinis: nec habet ex illa parte fides in certitudine sua proficere, cum, & fides diuinæ, & increatæ ueritatis sit radius, ac pręscientiæ Dei fulgor.

Fidei certitudo dupliciter cõparatur.

Loquendo autem de certitudine fidei quantum ad ipsum credentem, sic fides quantum ad certitudinem crescit, tum per clariorem cognitionem tum per deuotionem maiorem. Illa quippè fides est certior, quæ apertiùs noscit, & deuotiùs acquiescit. Hinc libro de Sacramentis Hugo: Duo sunt, inquit, secundũ, quæ fides crescere dicitur, cognitio, atq; affectio.

Hugo.

Fides creuit cognitione & affectione

Secundum cognitionem crescit, dum eruditur ad sciẽtiã: secundum affectionem, quando ad deuotionẽ exercetur, ac roboratur ad constantiam. Et utroq; modo creuit fides tempore procedente. Incrementũ namq; deuotionis pandit tot milium martyrũ feruor, triumphus, ac grauissima passio. Incrementũ uerò quantum ad scientiam, patet in tot doctorum eruditionibus, ac doctrinis.

Epilogus.

Creuit itaq; fides extensiuè, quantum ad articulorum explicationem, & intensiuè, quantum ad clariorem notitiã: imò, & radicatiuè, quantum ad certitudinis, ac deuotiõis firmiorẽ adhæsionẽ. Et hoc dico quantum ad statũ cõmunem. Cõformiter quoq; in eodẽ proficit homine, & in diuersis, qui sub eadem sunt lege, gradatim se excedẽtes: hoc est, qđ asserit Hugo, secundũ fidei incrementa gña hoĩm inueniunt̃ diuersa.

Hugo.

Quidã enim fideles sunt, q̃ sola pietate credere eligunt: sed utrum credendũ, uel non credendum, rõne nõ

Dionysi.

fide instructi sunt, vt sanctus Dionysius ait, & patet hoc de Sybilla, quę expreßè prophetauit de Chr̄o. Temporibus ēt Constantini (vt in Romanis historijs legitur) inuentum fuit quoddam corpus in sepulchro in Gręcia, auream habens laminam sup pectus, in qua extitit scriptum: Chr̄s nascetur de virgine, & credo in eum. O sol, sub Helenæ, Constantini temporibus iterum me videbis. Illi quoq; gentiles, quibus nō fuit facta reuelatio specialis de Chr̄o, poterant saluari, quamuis nihil scirent de Moysis lege, q̄a lex illa data fuit solis Iudæis, secus est de lege Chr̄i oībus data. Ideo illi gentiles saluabantur in fide implicita redēptoris, implicando fidem suam in cognitione, & prouidentia Dei, vel eorū, qui à Deo erant inde sufficienter edocti, dumodo tn̄ oppositū pertinaciter non tenerēt ꝯ prædicantem, & instruētem.

Quæstio

Responsio

¶Porrò si inquiratur, an explicita fides trinitatis fuit semper necessaria ad salutem: dicendum, ꝙ ꝑ inuisibiles missiones filij, ac spūssancti in corda nostra, homo in vltimum finem dirigitur non solū post peccatum, sed, & ante illud: idcirco explicita cognitio trinitatis, necessaria fuit non solum post culpam, sed etiam ante. non tn̄ eodem modo, ante aduentum Christi, & postea: qm̄ ante aduentū domini maiores duntaxat habuerunt huiusmodi fidē, sed post Christi aduentum oēs tenentur explicitam fidem habere de tribus personis, quemadmodum, & de mysterio incarnationis, quod cognosci non valet, nisi agnoscatur personarum distinctio, qm̄ sacramenta salutis cum inuocatione trinitatis donātur, quæ fides implicitè continebatur in breui symbolo, de quo loquitur Paulus: Accedentem ad Deum oportet credere, quia est, id est, ꝙ sit vnus, verus, & summus Deus, oīum prouidentiam, atq; notitiam habens. in qua vnitate trinitas implicabatur. in eo aūt, quod addit Apostolus, & ꝙ exquirentibus se remunerator sit, implicabatur fides de Christo, & eius mysterijs, per quæ trinitas Deus nostram redēptionem procurare decreuit. Quamuis ēt mō fideles teneantur articulos explicitè credere, eos pręcipuè, de quibus solenizat ecclesia, non tn̄ oportet, ꝙ sciant eos propriè, & particulatim distinguere. Hęc Thomas in Scripto.

Fides trinitatis sp necessaria

Hebr. 11.

Thomas.

¶Insuper super his diffusè conscribit in Secunda Secūdæ, tractatu de fide, per varias quæstiones, quę tn̄ in præinductis pro maxima parte contenta sunt. Credibilia, inquit, fidei in quosdam diuiduntur articulos, quasi in quasdam particulas, aliquam inuicem coaptationem habentes. Et sicut in naturali scientia sunt quædam prima principia per se nota, in quibus est ordo, & omnia reducuntur ad vnū primum, videlicet de quolibet esse, vel non esse: sic in theologia articuli sunt quasi prima principia, & quidam articuli continentur in alijs. Omnes quoque articuli fidei reducunt ad istos duos, vt Deus credatur esse, & prouidentiam circa humanam salutem habere, de quibus duobus ait Apostolus: Accedentem ad Deum oportet credere. Creuitq; fides secundum temporis successionem, non, quo ad suam substantiam, sed quo ad sui explicationem. Duo quippè pręcipuè traduntur nobis credenda, puta secretum deitatis, atq; mysterium incarnationis. Prima ergo credendorum distinctio est, ꝙ quædam pertinent ad deitatis maiestatem, quædam pertinent, ad deitatis maiestatem; quędam ad verbi incarnati humanitatem. Circa deitatem autem tria nobis proponuntur credenda. Primum est vnitas Dei, & de hoc est primus fidei articulus. Secundum est personarum distinctio, & sic secundum tres personas tres assignantur articuli. Tertium est operatio deitatis ad extra, quæ triplex est. Prima cōcernit esse naturæ, de quo est articulus creationis. Secunda pertinet ad esse gratiæ, sicq; omnia ad sanctificationem humanam spectantia, sub vno comprehenduntur articulo. Tertia pertinet ad esse gloriæ, & inde est articulus de resurrectione mortuorum, & vita æterna, & ita sunt septem articuli ad deitatem pertinentes. Totidem quoque de humanitate Christi traduntur. Primus est de eius incarnatione seu conceptione in virgine. Secundus de natiuitate. Tertius de paßiōe, morte, & sepultura. Quartus de descensu ad inferos. Quintus de resurrectione. Sextus de ascensione. Septimus de aduentu ad iudicium. Quidam verò aliter distingunt articulos fidei, ponendo sex de deitate, & sex de Christi humanitate. Tres em̄ articulos de trinitate sub vno comprehendunt, eo, quod trium personarum sit vna cognitio, quia in ratione patris intelligitur filius, & amborū nexus spiritussanctus. Articulum verò de glorificatione distinguunt in duos, vt vnus sit de carnis resurrectione, alter de gloria animæ. Articulum verò de conceptione, non distingunnt ab articulo de natiuitate, quia eiusdem videntur difficultatis. Præterea de sacramento eucharitiæ non assignatur specialis articulus, quia in sacramento hoc duo pensantur. Vnum, inquantum est sacramentum. sicq; continetur sub articulo, qui est de effectus gratiæ sanctificantis. Aliud, secundum quod tam miraculosè ibi consistit. & sic continetur sub primo articulo, qui est de omnipotentia Dei, in qua omniscientia, & prouidentia eius comprehenduntur. Non enim posset Deus omnia facere, nisi vniuersorum scientiam, prouidentiamque haberet.

Hebr. 11.

Duo sunt pcipue credenda

Circa Deitate tria sunt credēda

Quot de Christi humanitate credenda

Thomas

¶Postremò, primus homo ante suam ruinam habuit de Christi incarnatione fidem explicitam secundum quod ordinatur incarnatio illa ad gloriæ consummationem, non vt ordinatur ad liberationem hominum à peccato, quia non fuit præscius suæ trāsgreßionis. Incarnationem tamen futuram esse videtur tunc præcognouisse, cum dixit: Propter hoc relinquet homo patrem suum, & matrem, & adhærebit vxori suę. de q̄bus verbis ait Apostolus: Sacramentum autem hoc magnum est, quod sacramentum primum hominem ignorasse non videtur credibile. Hæc Thomas in Summa.

Gene. 2.

Ephe. 5.

Soluuntur obiecta.

¶Ex præinductis patet solutio ad obiecta. Non enim sic dicitur fides creuisse per temporis processum, quasi in quolibet homine fideli posteriùs existente, fuerit maior fides, quàm in quocunque, qui priùs tempore ipso fuit: sed fit comparatio in communi, & inquantum ad tempora secundum se tota. Certum est namque, ꝙ Dauid, & Isaias, & plures, eminentiores habuerunt reuelationes de Christo, & eius mysterijs, ac toto statu ecclesiæ militantis, quàm multi eis posteriores, imò, & quàm multi prophetę, qui post eos fuerunt. Sic, & beatißimi apostoli perfectiores fuerunt in fide, quàm posteri.

Quæstio

Responsio

Certitudo dupliciter attenditur

¶Sed vnum restat pleniùs perscrutandum, videlicet an maior sit certitudo fidei, q̄ sciē, intelligendo hoc siue de ipsis habitibus, siue de actibus eorū. Ad quod cōiter datur duplex rn̄sio. Vna, ꝙ certitudo attendi pōt dupliciter. Primò, ex parte obiecti, seu ex parte causæ certitudinis, siue ſm se, & sic maior est fidei certitudo, quia diuinę, auctoritati seu increatæ veritati innititur. Alio modo attenditur certitudo ex parte subiecti, seu quantum ad nos, ita vt illud certiùs noscatur, quòd intellectus clariùs intuetur, euidentiusq; cognoscit, qm̄ eius capacitatē minus transcendit, sicq; scientia certior perhibet.

Responsio 2.

Secunda rn̄sio est, ꝙ duplex certitudo. Vna adhærentiæ, & sic fidei certitudo est maior, qm̄ firmiùs adhæremus creditæ veritati, quàm scitæ, imò pro illa intrepidè, secureq; morimur, & oē supplicium toleramus. Alia est certitudo euidentiæ, & ita scientia dr̄ certior. Vtraq; ista rn̄sio bona, & secundam sequuntur Alexander, Bonauentura, & alij, primam Thomas, Petrus, Richardus cum alijs. Imò hæ duæ rn̄siones coincidunt, & sunt vna Siquidē certitudo ex parte obiecti, seu ex parte causę obiectalis ipsius certitudinis, est certitudo adhærentiæ: certitudo verò ex parte subiecti, ex certitudo euidentiæ.

Durandus

¶Veruntn̄ Durandus vtrāq; rn̄sionem hāc reprobare conatur, ꝯ primam obijcens: qm̄ quāuis illa distinctio poßit locū habere in scitis, & creditis, sicut iuxta philosophum substantiæ separatæ certiores sunt ſm se, quàm materiales, nō tn̄ nobis: attn̄ in habitibus, & actibus non tenet ista distinctio: qm̄ habitus dispositio est habentis, & actus est eius perfectio in comparatione ad obiectum. iō actus seu habitus non est certior nisi ꝑꝑ hoc, quod obiectum sit certius nobis, quamuis poßit actus seu habitus dici nobilior ex sola nobilitate obiecti. Et hoc patet ex philosopho primo de aīa, vbi distinguit nobilitatem sciæ in nobilitatem, quæ est ſm certitudinem, atq; in illam, quæ est ex nobilitate obiecti, quod nō esset, si certitudo scientiæ esset ſm certitudinem obiecti. Imò sic oīs scientia, quę esset nobilior, quo ad obiectum, esset nobilior quantū ad certitudinē, quia obiecta, quæ sunt nobiliora ſm se, sunt certiora, sicut diuina. Certitudo ergo actus seu habitus non est ex parte certitudinis obiecti ſm se, sed ex mō quem ponit habitus circa habentem, & circa actum ipsius habitus. Habitus enim nō requiritur, nisi ꝑꝑ modum, qui est in agente, non in obiecto, quamuis sit in nobis per comparationem ad obiectum. Nec stare potest secunda responsio, qm̄ firmitas adhæsionis impropriè dicitur certitudo. Certitudo enim non stat cum falsitate, firmitas aūt adhæsionis stat interdum cum falsitate, vt in hæreticis patet. Rursus, qm̄ firmitas adhæsionis maior esse vr̄ in actu sciētiæ, q̄ fidei Illi quippè firmiùs adhæremus, à quo difficilius recedimus. Difficiliùs autem recedit homo à scientia, si uerè sit sciens, & sciat se esse scientem. Hinc dicendum est aliter, ꝙ quamuis aliquod creditum puta Deum esse trinum, & vnum, sit secundum se certius, ac notius, quàm multa scita de creaturis, attamen simpliciter, ac vniuersaliter habitus scientiæ, & actus sunt certiores, & notiores fide, & actu ipsius extensiuè, & intensiuè. Extensiuè, quia, quod habet plures modos certitudinis, certius extensiuè. Scientia autem habet certitudinem euidentiæ, & adhærentiæ, fides verò solū habet certitudinem adhærentiæ. Itē intensiuè: qm̄ certiùs est, quod est dubitationi impermixtius. scientia aūt nullo mō pōt dubitationē habere admixtā, fides autē pōt habere modū dubitationis permixtū, etiam salua fide. Insuper, scientia beatorum est certior fide, non tn̄ ex parte obiecti, cum vtriusque sit idem obiectum. Hęc Durandus.

Aristotel.

Dionysius contra Durandum.

¶Quibus primò obijcitur, quòd secundum Philosophum, imò peripateticos vniuersos, de singularibus præsertim materialibus corruptibilibus non potest haberi scientia, propter variationem, incertitudinemq; ipsorum: Nempe ut 7. primæ philosophiæ Aristoteles ait, dum extra conspectum sunt, ignoramus an sint, vel non sint, idcirco eorum non



Aristotel.

extat scientia. ergo certitudo notitiæ attenditur, ac dependet ex certitudine obiecti secundum se. Propter quod iuxta Boethium, scientia est eorum, quæ incōmutabilem sui sortiuntur substantiam. Atq; ſcđm philosophum, ꝑꝑ hoc, ꝙ res est, vel non est, oratio vera seu falsa consistit. Deniq;, sicut habitus & actus comparationem habent ad obiectum, ita scitum, & creditum, secundum quod talia, relationem, comparationem seu habitudinem dicunt ad scientem, & ita distinctio illa non minus sortitur locum, & veritatem in habitu, & eius actu, q̄ in scitis, & creditis, ēt dato, ꝙ vna sit relatio ſcđm esse, alia ſcđm dici. ¶Insuper, responsio Durandi ex falsa imaginatione vr̄ ꝓcedere, quia (vt patuit ante) habitū dixit esse modū quendā, nō quid reale. Nec verū est, ꝙ habitus non requirit̄ nisi ꝑꝑ modū, imò ēt ꝑꝑ realem actionē ꝓducendā necessarius est. Nō em̄ pōt vis intellectiua in actū credendi, actualēq; intellectionem procedere, nec actus illos ꝓducere, nisi mediante reali habitu fidei, ac reali habituali scīa. ¶Insuper, si (vt ait Durandus) illud certius est extēsiuè, quod plures habet certitudinis modos, sequit̄, ꝙ fides, & actio eius certiores sint extēsiuè, q̄ scīa, & actio eius, qm̄ pluribus modis innotuit veritas fidei, q̄ scię, vtpote ex innumerabilibus miraculis, ex attestationibus Dei, ex apparitionibus, & testimonijs angelorum sanctorū, q̄ plurimis, ex innumerabilibus testibus prorsus idoneis, sanctis, & glorificatis diuinitus, ex vaticinijs prophetarum, ex derelictione finali Iudæorum, multisq; alijs. Ita, & intēsiuè multo maiorē certitudo fidei, quàm scientię: qm̄ fides multo plus ambiguitatem, dubitationem, incertitudinemq; excludit, quàm scientia: qm̄ fides certiori innititur fundamento, videlicet lumini supernaturali, scientia autem lumini naturali, quod frequenter decipitur. At verò dum aliquid diuiditur siue distinguitur, modi seu species distinctionis sumuntur prout formaliter abinuicem differunt, non prout materialiter coincidunt. Idcirco dum certitudo diuiditur in certitudinem euidentiæ, & adhærentię, certitudo adhęrentię sumitur prout formaliter à certitudine euidentiæ differt, sicq; falsum censetur, quod scientia habet certitudinē adhęrentiæ, sed solum certitudinē euidentiæ habet, quāquam aliàs ēt certitudinem adhærentię sortiatur.

Boethius

Fides est scientijs certior.

Diuisionis mēbra debēt formaliter opponi.

¶Præterea sicut scientia beatorum, & fides sunt habitus distincti specificè, ita habēt obiecta distincta, vel vnum, & idem distinctum formaliter. Iō falsum est, quod scientia beatorum non est certior fide ex parte obiecti, imò veritas prima sub alia rōne formali, obiectum est fidei, atq; scientiæ beatorum. Deniq;, quod formitas adhæsionis non sit propriè certitudo, reprobatur auctoritate Apostoli protestantis: Scio cui credidi, & certus sum, & cætera. Imò viri heroici in fide plenè illuminati, experiuntur se esse certißimos de credibilium, ac fidei veritate. Qui etiam multo difficiliùs recederent à fide, quàm à sciētia: imò pro fide, non pro scientia acerbißimas mortes perferrent. Et breuiter nisi certißima esset fides, eiusque veritas maxima huius vitæ certitudine fulciretur, non dixisset Apostolus: Licèt nos, aut angelus de cælo euangelizet vobis præter id, quod euangelizatum est vobis, anathema sit. Ideo sanctus pater Bernardus asseruit: Certior sum ipsa vita, qua viuo, & ipsa luce, quam cerno, quòd quicunque secundum tenorem regulæ ordinis nostri irrepræhēsibiliter fuerit cōuersatus, mox vt de corpore emigrauerit, æterna beatitudine perfruetur. Vnde ꝙ sanctus frater Aegidius, vnus

2. Time. 1.

Galat. 1.

Bernardus

de

de primis fratribus glorioſi Franciſci,ad inſinuandum maximam fidei ſuę certitudinem, potius voluit dicere:Scio Deum patrem oīpotentē,& cætera quæ continētur in ſymbolo,quàm credo huiuſmodi.Hæc breuiter tetigiſſe ſufficiat. Nec obuiat his, ꝙ Hugo dicit fidem certitudinem eſſe infra ſciam, & ſupra opinionem,quia hoc dictum eſt de fide, inquantum nondum clarè intuetur, quod credit

Hugo.

## De ſpe quid ſit. Diſtinctio. XXVI.

EST autem ſpes, virtus,qua ſpiritualia,& æterna bona ſperantur.i.cum fiducia ex ſpectantur Eſt*ēt ſpes certa ex ſpectatio futurę beatitudinis, veniens ex Dei gratia,& ex meritis precedentibus,vel ipſam ſpem,quā natura preit charitas,vel rem ſperatam, id eſt,beatitudinem eternam.Sine meritis eñ aliquid ſperare,non ſpes,ſed præſumptio dici poteſt.

*enim

## De quibus ſit ſpes.

Auguſt. Et ſicut fides,ita,& ſpes eſt de inuiſibilibus.Vnde Auguſtinus:Fidem appellamus earū
Roma. 8. rerum,quæ non videntur.De ſpe quoq; dī:Spes,quæ videtur, non eſt ſpes. Quod enim videt,quis,quid ſperat?Quod attinet ad non videre,vel quę creduntur,vel quæ ſperant,
Fides aſpe diſtinguitur. fidei,ſpeiq; cōe eſt.Diſtinguitur tñ fides à ſpe,ſicut vocabulo,ita rationabili differentia. Eſt enim fides malarum rerum,& bonarū,qa & bona creduntur,& mala:& hoc fide bona,non mala. Eſt ēt fides,& præteritarum rerum, & preſentium , & futurarū. Credimus enim mortem Chriſti,quæ iam præterijt: credimus ſeſſionem, quæ nunc eſt: credimus venturum ad iudicandum,quod futurum eſt.Item fides,&* ſuarum rerum eſt,& aliena rum.Nam,& ſe quiſq; credit eſſe cœpiſſe,nec fuiſſe vtiq; ſempiternum,& alia, atq; alia non modo de alijs hominibus multa,quæ ad religionem pertinent,verum etiam de angelis credimus.Spes autem non niſi bonarum rerum eſt,nec niſi futurarum , & ad eum pertinentium,qui earum ſpem gerere perhibetur.

*futurę

## Redit ad præmiſſam quæſtionem, ſcilicet an fides, & ſpes Chriſto fuerint

Chr̄s fidē & ſpē virtutes non habuit. Poſt hęc ſupereſt inueſtigare,vtū fides, & ſpes in Chriſto fuerint, vnde tractatus iſte
1.Cor. 13. ſumpſit exordium.Quibuſdam non indoctè vī,fidem virtutem,& ſpem in eo non fuiſſe,ſicut in ſanctis iam beatificatis,vel in angelis non ſunt,& tñ ſancti credunt,& ſperāt reſurrectionem futuram,& angeli eandem credunt: nec tñ in eis fides, vel ſpes virtus eſt,quia , & Deo per ſpeciem contemplando fruuntur, & in Dei verbo reſurrectionē futurā,ſiue iudicium non per ſpeculum in ænigmate,ſed præclariſſimè inſpiciunt.Si'eñ quia credunt reſurrectionem futuram,iō verum eſt eos fidem habere:ergo ea conſummata poſt iudicium,ſimiliter,& fidem habere dicentur,qa credunt eam præteritā. Sed
Ibidem. ſicut tunc credent,nec tñ fidē,quæ fideles facit habebunt,quia non credunt abſq; ſcīa, quæ non erit ænigmatica,ſed per ſpeciem:ita,& mō credunt, & ſperant reſurrectionē, nec tñ fidem habent,quia credendo cognoſcunt.Venit enim eis,quod perfectū eſt, & euacuatū,eſt,quod ex parte eſt.Venit enim cognitio,& euacuata eſt fides.Venit ſpecies, & deſijt ſpes.Ita & Chriſtus,in quo fuerunt bona patriæ,credidit.quidē,& ſperauit reſurrectionem tertia die futuram , pro qua & patrē orauit,nec tñ fidem virtutem, & ſpē habuit,quia nō ænigmaticā,& ſpecularem,ſed clariſſimam de ea cognitionem habuit, qa
Ioh. 17. non perfectiùs eam cognouit præteritam , quàm intellexit futuram. Sperauit tñ Chriſtus,ſicut in Pſalmo ait:In te domine ſperaui,nec tñ fidem, vel ſpem virtutem habuit,
Pſal. 30. quia per ſpeciem videbat ea,quę credebat.De antiquis verò patribus, qui apud inferos vſque ad paſſionem tenebatur,non incongruè dici poteſt,quod fidem , & ſpem virtutem habuerint , quia credebant, & ſperabant ſe viſuros Deum p ſpeciem,qualiter cum tunc non videbant,quia non patuit eis cognitio Dei per ſpeciem ante paſſionem Chriſti,qua conſummata,à fide tranſierunt ad ſpeciem.

Summa diſtinctionis XXVI. DEclarato an in Chriſto fuit fides, nunc declaratur an in ipſo fuit ſpes. Et circa hoc primò diffinit ſpem,deinde oſtendit qualiter differt à fide, tertiò an fuit in ipſo. Circa hæc aliqui multa quærunt de ſpe,vtpote an ſit paſſio partis ſenſitiuæ,& de ſubiecto eius, ac conſimilibus , quæ tamen non videntur ſpeculationis preſentis . idcirco de talibus non niſi breuiter tangam,nam,& ſuper ēm,vbi tractatum eſt de potentijs animæ. puto inde tractatum.

QVAESTIO. I.

ITaq; quæritur, *An in Chriſto ſpes extitit.* ¶ Videtur,ꝙ ſic,quia in litera dī, Chr̄s ſperauit ſe tertiò die reſurrecturū,& p ſua reſurrectione orauit.Item in pſalmis frequenter fertur in eius perſona:In te domine ſperaui.aut aliquid ſimile.Rurſus, quia



Bonauent. quia Chriſtus aliquo modo fuit viator,& nondum fuit glorificatus in corpore.

¶Circa hæc Bonauentura ſciſcitatur , an ſpes ſit virtus gratuita. Et rñpondet:Nomine ſpei pōt intelligi affectio aīæ,prout philoſophi dicunt, & ſancti, quatuor eſſe aīæ effectiones,puta gaudiū,& dolorē, ſpem,& timorem. Poteſt quoq; noīe ſpei intelligi
Tit.2. ipſa res expectata,iuxta illud Pauli ad Titum: Expectantes beatā ſpem,& aduentū gloriæ. Itē accipiē pro habitu,q dirigit motū affectūq; aīæ in id,qđ expectandū eſt ſeu ſperādū . Atq; hoc tertiò mō ſpes
Spes reliquę virtutū eſt ancora. non ſolum eſt virtus gratuita, imò , & theologica, & gratuitarū virtutum ſuſtētamētū,& anchora.Virtus quidē gratuita,& theologica eſt,quia in hoc, ꝙ facit animū expectare ea,q̄ ſunt ſupra rōnē,& oēm æſtimationem humanam, quæ nobis liberalitas promiſit diuina,ſicq; facit hoīem oīno confidere,ac initi ſummæ,infinitæq; largitati, quēadmodū fides facit aſſentire primæ veritati,& charitas facit adhærere ſummæ bonitati.Dū aūt aīa infinitæ liberalitati Dei innititur p̄p ſe,& ſuper oīa, tunc rectificaī, & ſuper ſe eleuatur. ideoq; Deo accepta efficitur. Habitus ergo,quo hoc fit,habet rōnem virtutis gratuitę.Cūq; anima ex ſeipſa potens deficere,& vacillare innititur ei,qui non poteſt deficere,nec moueri,fundatur per ſpem quaſi ſuper firmam petram.iō ſpes non tm̄ eſt virtus gratuita,imò ēt gratuitarum virtutū ſuſtentamentum,& anchora Sic verò accepta,non eſt paſsio,nec in parte ſenſitiua.Quēmadmodū ēt charitas intuetur,ac cupit præmiū increa
Quæſtio. tū,ita,& ſpes ¶ Secundò quęrit hic doctor,an ſpes
Reſponſio ſit virtus ſpecies ſpecialiſſima. Rñdet, ꝙ ſic, quod declarat ſicut iā ſupra oſtenſum fuit de fide. Nā ſicut veritas ſumma obiectum eſt fidei,& rō credēdi cætera oīa,ſic increata illa beatitudo,& liberalitas infinita , obiectum eſt ſpei , formaliſq; rō ſperandi
Quæſtio. cætera cuncta, quæ ordinantur ad illam. ¶ Tertiò
Reſponſio Spes virtus eſt theologica. q̄rit,an ſit virtꝰ cardiālis an theologica.Et rñdet,qđ non eſt virtus moralis, & per ꝑs , nec cardinalis, ſed theologica,quod patet ex eius obiecto,& ſubiecto.Ex obiecto,qm̄ ſicut fides in credendo aſſentit Deo ut dictanti uera, ſic ſpes innititur Deo ut ꝑmittenti magna.Hinc ſicut obiectum fidei,quod habet rationem motiui,eſt quid increatum,uidelicet veritas prima rōne cuius dī virtus theologica,ita dicē dum de ſpe . Idē paret ex parte ſubiecti , quia cum aīa ſm̄ ſuam ſuperiorem partem,ac faciem habeat p̄ uirtutes thologicas reformari , quarum una eſt ſpes,conſtat, ꝙ theologica uirtus exiſtat, conferēs ad reformationem imaginis Dei in aīa.Hinc ſicut in patria erunt tres dotes ſm̄ animæ uires,quarum una reformabit,& conſummabit uim rōnalem,uidelicet uiſio,alia concupiſcibilem, ſuperiorem, puta dilectio : tertia iraſcibilem , utpote intentio
Quæſtio. ſic in uia oportet ponere theologicas tres uirtutes quibus dotes patrię correſpondent . Sicque tres
Reſponſio Spes pōt eē informis . illæ uirtutes ſunt in ſuperiori aīæ parte, ut in ſubiecto:fides uidelicet in intellectu, ſpes, & charitas in uoluntate. ¶Inſuper quærit,an ſpes poteſt eſſe informis,& formata.Reſpondet , uirtus ſpei poteſt eſſe informis, quoniam poteſt , quis ſperare uitam ętternam ſine gratia gratumfaciente , quæ ſpes aliquo modo uirtus eſt,& animam perficit , atque ad uitam beatam inclinat; quandam quoque ſtabilitatem ei largitur, ne per deſperationem ſuccumbat. Ideo ſicut fides ſine act̄ charitatis extat informis ita dicendum de ſpe.Et ſicut fides informis fit charitate ſuperueniente formata,realiter eadem permanens, ita, & ſpes . ¶ Si autem obijcias, ꝙ ſpes eſt: certa expectatio futuræ felicitatis,ex gratia Dei,meritisque proueniens,quod non competit niſi ſpei formatę per charitatem,& gratiam: reſpondendū, ꝙ homo poteſt quadupliciter exire in actum ſperādi. Aut enim ſperat habendo merita in propoſito,& in radice,atque effectu ſeu opere,ſicut uir iuſtus,qui Deo diu ſeruiuit,aut ſperat habendo merita in propoſito,ac radice non in effectu,ut,qui gratiā ſuſcepit, & nondum uſus eſt ea, aut ſperat habendo merita in propoſito , non in radice neque effectu,ſicut peccator,qui propoſuit facere bona, aut ſperat non habendo merita in propoſito,nec in effectu,neque radice,ut malè uiuens,nec ſe emendare proponens,& per ſolam Dei miſericordiam ſaluari confidens , non attenta diuina iuſtitia . Primus actus eſt ſpei formatæ exercitatæ . Secundus eſt actus fidei formatæ infuſæ, non exercitatæ. Tertius actꝰ eſt ſpei informis.Quartus præſumptionis.Cum igitur dicitur, ꝙ ſpes procedit ex gratia,& meritis,reſpondendum eſt, ꝙ vel ſpes diffinitur ibi prout eſt uirtus formata,& ſic nulla obiectio eſt de ſpe informi:aut ſi diffinitur ibi generaliter, intelligitur de meritis,quæ habentur in re,aut in propoſito. Sic quoque quod ait Magiſter , ꝙ ſperare ſine meritis eſt præſumere,intelligitur,dū quis ſperat ſine meritis tā in re,q̄ in propoſito,quod non ſpectat ad ſpem informē,ſed ad præſumptionē.Vñ ſicut habitus fidei poteſt eſſe in formis, qm̄ habet aliquā rectitudinem,ac uigorē in hoc, ꝙ facit credere oīa credibilia,& infidelitatem, atq; errores fidei ōrios excludit, quod tñ eſſe,& fieri pōt ſine gr̄a gratū faciente:ita,& ſpes,qm̄ facit uitare præſumptionē,ac deſperationē,& expectare cuncta ſperanda. ¶ Si aūt rurſus obijcias, ꝙ ſpes ex ꝓpria rōne dicit tendentiam ad ſalutē,& eā habet ſibi annexam , ergo non ualet eſſe informis, quia ſic tendere eſt charitatis: dicendum, ꝙ tendentia duplex eſt, Vna plena , quę eſt cum charitate,& gratiæ , quæ eſt ſpei formatæ: alia ſemiplena , quemadmodum ſcriptum eſt de pigro: Vult, & non uult piger , & iſta eſt ſpei informis, quæ eſt uirtus gr̄aliter dicta, non uirtus gratuita, ſicut de fide præhabitum eſt.Hæc Bonauentura.

Obiectio. Solutio: Spes quadruplex operatiō. Spes ſiue meritis & ꝓ ſumptio. Obiectio Solutio. Spes plena, & ſemiplena. Prou. 13. Quæſtio. Reſponſio Auguſt.

¶Qui itidem ſciſcitatur,an ſpes certitudinē habeat.Et apparet, ꝙ imò ex ſua diffinitione, qua dī, Spes eſt certa expectatio. In ōrium eſt, ꝙ ſpes dicitur expectatio futuræ felicitatis ex gratia Dei,& meritis proprijs.Nemo autem ſine reuelatione ſcit ſe eſſe in gratia,& habere merita uitæ æternæ,quæ nō habentur ſine charitate.Reſpondet, Virtus ſpei in ſuo actu certitudinem habet. Cuiuſmodi autem ſit illa certitudo , difficilè eſt proferre. Nam quidam dixerunt, ꝙ certitudo ſpei non eſt propria ei, nec alia à certitudine fidei:imò, ꝙ ſpes omnem certitudinem ſuam trahat à fide,ſicut ſcientia in particulari à ſcientia in uniuerſali.Nempe(ut ex Auguſtino Magiſter refert in litera) per fidem credit homo omnes electos finaliter eſſe ſaluandos , & de hoc certitudinem habet: per ſpem uerò confidit ſe electum eſſe,atque ſaluandum.ſicque generalem illam certitudinem fidei appropriat , & applicat ſibi.Cumque non ſit certitudo circa ſingularia,niſi inquantum referuntur ad uniuerſale.: ideo non appropriat ſibi certitudinem abſolutè,ſed ſub conditione,ita, ꝙ rectè ſperans,non ſperat ſe omnino eſſe ſaluandum,ſed ſub hac conditione,ſi perſeuerauerit, &c. Sicque affirmant fidei certitudinem non differre à certudine ſpei,niſi: quoniam illa eſt in uniuerſali , iſta in particulari : illaque abſoluta, iſta conditionata. ¶ Verum iſta reſponſio etſi uidea

tur

*Roma. 5.* tur probabilis, tamen non sufficit, cum super il-
lud ad Romanos, Probatio operatur spem, dicat
Glossa, id est, spei certitudinē. Spes ergo (ut ibi in-
nuit Glossa) habet certitudinē propriā, & aliter cer
tificat hō de obtinenda salute per fidem, aliter per
spem. Imò si solùm differrent sicut scientia in vni-
uersali à scientia in particulari, non essent uirtutes
distinctæ, ac habitus differentes, sed unus sub alte-
ro contineretur. Hinc alij dicunt spē propriā cer-
titudinē possidere, eamq; duplici differrētia cogno
sci. Primò, ex pte obiecti circa quod certitudo illa
uersat. Secundò, rōne oppositi cui ɔ̄riatur. Fides aūt
& eius certitudo fertur super cōplexum credibile
rōne compositionis totalis Est namq; circa uerū, &
falsum, quæ in cōpositione consistunt ſm philoso-
phum. Porrò spes, eiusq; certitudo non est circa cō
plexionem rōne totius, sed rei attributæ. Vñ cum
dico, spero me habiturū uitam æternam, non spe-
ratur hoc dictum totale, sed uita æterna. Ratione
quoq; oppositi, qm̄ certitudo fidei repugnat erro-
ri, & dubitationi, certitudo spei repugnat diffiden-
tiæ, & hæsitationi. Quamuis aūt istæ duæ certitudi-
nes sint diuersę, in hoc tñ, conueniunt, quòd utra-
que est firmitas quædam. Nam fides firmat intelle-
ctū ne discredat, spes affectū ne diffidat. Ex quibus
oritur tertia differentia certitudinum harū, qa non
solum differunt rōne obiecti atq; oppositi, sed etiā
rōne subiecti. Certitudo etiā intellectus est duplex.
Vna, quæ reddit intellectum potentem ad uince-
dū errorem, & ad excludendum dubitationē, & ta-
lis certitudo est uiæ. Alia certitudo est, q̄ statuit in-
tellectum impossibilem ad errandū, quę certitudo
est patriæ. Consimiliter duplex est certitudo affe-
ctus. Nam quędam sic firmat affectum, ut ualeat dif
fidentiā superare: alia eum sic firmat, ut nequaquā
posset cōmoueri, aut hæsitare. Prima est spei in uia,
secunda tentionis in patria. Itaq; certitudo spei de
gratia, & de meritis, est certitudo non demonstra-
tionis, sed ɔiecturæ probabilis, & est per bonæ uolū
tatis cōfidentiā, quā cōscientię puritas parit. Estq;
certitudo ista in uoluntate, prout innititur Deo, qui
est firmitas eius, non per respectum ad propriam
uertibilitatem, & defectuositatem. Rursus, certitu-
*Obiectio.* do hæc spei in uia, est certitudine fidei minor. ¶ Si
autem objiciat, quia spes certitudinem habet, ergo
*Solutio.* falli non ualet, sicut, nec fidei certitudo: dicēdū, qđ
sicut duplex est necessitas, utpote absoluta, & con-
ditionalis, ita duplex est certitudo: certitudoq; spei
est certitudo conditionata. Nam certus est homo,
ꝙ saluus erit, si perseuerauerit in bonis.

*Quęstio.* ¶ Præterea si quæratur, utrum spes oriatur ex me
ritis seu bonis operibus, & quòd sic, apparet ex eius
*Responsio* diffinitione. Et rñdēdum, quòd spes aliquando no
minat habitum uirtutis, aliquando actum, interdū
statum, quandoq; terminum seu obiectum. Cum
ergo spes sit uirtus theologica, certum, est, quòd sit
à Deo immediatè infusa, nec ortū habet ex actibus
seu meritis, ſm quod nominat habitum seu ipsam
uirtutem, imò sic actus boni oriuntur ex ipsa. Vnde
si sumatur pro actu, sic ortum habet ex habitu, imò
etiam ex intuitu præcedentium meritorum: quo-
niam nemo idoneè sperat obtinere salutem, nisi
per merita actionum præteritarum, aut quæ facere
iam proponit. Sed prout dicit statum, sic ex meri-
tis præcedentibus, & concomitantibus habet or-
tum. sicque accipitur ad Romanos, quo legitur.
tribulatio patientiam operatur, patiētia ꝓbationē,
ꝓbatio uerò spem. i. spei certitudinē ſm Glossam.
*Rom. 5* ad quā certitudinē ꝑuenit ꝑ opera, ꝑsertim per to
lerantiā passionū. Rursus, ꝑut spes nominat termi-
nū seu obiectū, sic quoq; ortū habet ex ꝑcedentibꝰ
meritis, inquātū res sperata obtinet per merita: sic-
que Deus uocat spes nr̄a, similiter ꝑmiū ipsum. Vñ
cū spes diffinit esse certa expectatio ex meritis, &c.
accipit ꝓ actu, aut ꝓ habitu, cū respectu, & opera-
tione ad actū. Amplius q̄ri pōt, an spes ꝑcedat chari *Quæstio.*
tatē ordine naturæ, uel econtra. Dicendū, ꝙ si cōpa *Responsio*
ret ipsa uirtus seu habitꝰ spei ad charitatē, sic simul
sunt, nec ordinē habent prioritatis, sed simul sunt:
qm̄ oēs uirtutes gratuitæ pariter infundunt, Si uerò *Spes charitatē præcedit*
loquamur de ipsis uirtutibus seu habitibus ꝑ cōpa
rationē ad actū, sic unus actus seu actus unius, or-
dinē habet ad alterū, quia disponit ad illū, & dispo
nendo est quasi illius principium, ac origo, ratione
cuius originis est ibi, & alius ordo, & habitudo. Cū
que actus spei disponat ad actū charitatis tanq̄ ad
ꝑfectionē, ac spūalis ædificij cōplementū (nemo et
em̄ diligit aliquid bonū ꝑꝑ se, & sup oīa, nisi speret
se ꝑuenturū ad illud) hinc ſm ordinē naturæ actus
spei actū charitatis ꝑcedit. Nihilominus actus spei
ex charitate ꝓcedit imperialiter: qm̄ charitas oīm
uirtutū actus imperat fieri, & imperatiuè ꝓducit
Vñ, qđ Magister affirmat charitatē natura seu natu
rali ordine ꝑcedere spē, intelligendū est, ꝑut spes
sumit ꝓ re separata, aut ꝓ statu nō ꝓ actu, aut habi-
tu, uel Magister dicit hoc iuxta suā opinionē, qua
putabat charitatem non esse habitum creatum,
sed spiritum sanctum, quod non tenetur. ¶ Postre-
mò hic q̄ritur, utrum spes sit in bonū sub rōne boni. *Quæstio.*
Rñdet, ꝙ q̄dā dixerūt obiectū spei eē bonū sub rōne *Respōsio.*
futuri nō sub rōne boni. Dixerūt nāq; uniuersas aīę
affectiones esse respū boni, aut mali, ita, ꝙ sicut gau
diū est respectu boni ꝑsentis, & dolor, q̄ ē affectio
ei ɔ̄ria, respectu mali ꝑsentis, sic spes sit respectu bo
ni futuri, timor respectu mali futuri. Ratio autem
eos mouēs ad istud, fuit, quia dixerunt, ꝙ duplex tā
tū sit obiectum, in quod aīa tendit: utpote uerum,
in quod tēdit intellectus, & bonū, in qđ tēdit affectꝰ
Quæ opinio quāuis aliq̄d ꝓbabilitatis uideat habe *Non ē tñ duplex aīę obiectum.*
re, nō tñ est uera. Nec uerū est, ꝙ nō sit aliud obie-
ctū uiriū aīæ, nisi bonū, aut malū, cū obiectū irasci
bilis potētiæ sit arduū siue magnū. Rursus, quod di
cit bonū sub rōne futuri esse motiuū spei, nō uř: qm̄
bonū sub rōne futuri desiderat: desideriū aūt non
est spes, sed differentia, quædā amoris, atq; ad chari
tatē desiderare spectat. Ampliùs, qđ dicit timorē es
se respectu futuri mali sub rōne mali, nō est uerū, qa
contingit timere abstracta rōne mali, sicut timetur
Deus in pr̄ia. Præterea si qñ malū timet, nō timetur
nisi quia excellens. si ergo affectio, q̄ est timor in
suo obiecto plus respicit excellētiā, q̄ malitiā sub
rōne motiui, restat, ꝙ affectio ex opposito sibi cor-
rñpondens, uidelicet spes, respiciat bonum nō sub
rōne boni, sed magni seu ardui. Duplex quippè est
actus spei, quorū unus ē origo alterius. spes em̄ fa-
cit confidere, & faciendo confidere, facit expe-
ctare. Nullus aūt rectè cōfidēs, cōfidit, aut innittitur
alicui, nisi ei, q̄ nec possit, nec uelit ei deficere, & ta
lis nō ē nisi is, q̄ ē potētissimus in uirtute, & munifi
centissimus liberalitate, puta, qui excellentiam uir-
tutis, liberalitatisq; habet, in quod dum quis spem
suam posuerit, confidit se magna assecuturum ab
ipso. Spei ergo obiectum est magnum, & arduum.
Vnde, & Deus suis cultoribus magna, imò maxima
bona ꝓmisit, puta seipsum, & suijpsius btīficā frui- *Gen. 15*
tionē. Ideo Abraæ dixit, Noli timere Abraam, e-
go protector tuus, & merces tua magna nimis.
Itaque, q̄uis uirtus theologica habeat idē materia
liter



rialiter ꝓ obiecto, & fine, nō tñ idē formaliter, qa in
terdū sub alia rōne est obiectū, & finis, vt patet in fi
de, & spe. Est em̄ Deus obiectū fidei sub rōne veri,
& est finis fidei sub rōne boni. Et ita est de spe. Cha-
ritatis verò obiectū, & finis est sub rōne boni. Hinc
spes non habet beatitudinē ꝓ obiecto, nisi inquātū
*Spes subiectatur in irascibili.* beatitudo habet rōnē magni, & ardui. ¶ Ex ꝑdictis
colligit, ꝙ spes subiectiuè est in ui affectiua superio
ri, & ꝓpriè in irascibili, ꝑut irascibilis ponit pars po
tētiæ effectiuæ supioris. Nēpe ad irascibilē pertinet,
non solū detestari mala culpę, & ꝑpeti mala pœnæ,
sed ēt terribilia aggredi, ad magna quoq;, & ardua
*Spei obiectum creatū & increatum.* erigi. Insup obiectū spei est bonū ꝑfectū, æternū, &
gloriosum. Hoc aūt ē duplex, puta creatū, & increa
tū. & respectu utriusq; est spes, principaliter tñ cir-
ca bonum increatum. Bonum uerò creatum spera
tū, hoc est, beatifica uisio, dř bonū æternū. i. ꝑpetuū.
Quāuis aūt bonū illud increatū sit unū, & simplicis
simū, bonū quoq; creatū speratū sit unū, utpote bea
titudo: nihilominꝰ pluraliter dř, spes est uirtus, qua
spiritualia, & æterna bona sperant: qm̄ bonum in-
creatum, cuncta bona, & uniuersas pefectiones per
*Christi spē ꝓpriè dictā nō habuit.* super excellentiā cōpræhendit, & ipsa felicitas oīa
bona inferiora suo mō includit. ¶ Porrò ex his pa-
tet solutio huius, an in Chr̄o fuit spes. ad quod cum
Magistro dicendum, quod nec Chr̄s habuit ꝓpriè
dictā spē, nec aīę beatæ, nec angeli sancti spē hñt,
cum spes ꝓpriè sit expectatio ꝑmij substantialis, qđ
oēs hi hñt, & aīa Christi à suæ creationis exordio
deitatē vidit ꝑ spem. Hæc itē expectatio fidem ha-
bet annexā, quę (ut patuit) in Christo nunquā fuit.
Fuit tñ in eo spes cōiter sumpta, pro quacunq; ex
pectatione boni futuri, quia accidentale aliquod
ꝑmium & corporis glorificationem meruit, & spe-
rauit. Et tale præmiū aīæ beatæ, & angeli præstolan
tur. Existentes demū' olim in limbo patrū habebāt
spem. Conforter, qui tunc, & qui nunc in purgato-
rio detinent. Spes namq; non euacuat, nec tollit ni-
si per subsequens pręmiū, aut per ɔ̄rium uitiū, hoc
est, per desperationē, quę cum sit in dæmonibus, ac
damnatis, non habent spem ꝓriè sumptā.
*Obiectio.* ¶ Et si objiciatur, quòd spes spectat ad uiā, rñdet,
*Solutio.* quod existentes in limbo, & purgatorio, erant ad-
huc aliquo modo in uia, inquantum nondū erant
in patria. Et quamuis spes non sit nisi de futuro, de-
siderium tñ potest esse de bono præcedenti, ac ha-
*1. Pet. 1. Bonauēt.* bito, quatenus continuetur, & sine fastidio possi-
*Thomas.* deatur. sicq; (ut ait scriptura) angeli desiderant in
Christum prospicere. Hæc Bonauentu.
*Spes virtus theologica.* ¶ Præterea Thomas ad istud respondendo, utrū
spes sit uirtus theologica: Spes, inquit, ex propria
ratione dicit extensionem appetitus in aliquod ar-
duum, quod non omnino excedit facultatē speran
tis, quę enim omninò excedunt, & taliter appræhē
duntur, desperationem pariunt magis, q̄ spem. Vñ
ſm quod inest alicui facultas in arduum, est incli
natio in ipso in illud. Cūq; sit arduū aliquod qđ na
turalem hominis facultatem transcendit, ad quod
tamen auxilio gratiæ pōt pertingere, utpote inquā
tum est nostra obiectalis beatitudo, oportet, quòd
ex aliquo dono supernaturali gratuito naturæ su-
peraddito, fiat in nobis inclinatio ad arduum illud,
quod donum est uirtus seu habitus spei. Quæ cum
Deum habeat pro obiecto, theologica uirtus appe-
latur. Quam quidam in ui irascibili esse dicunt, di-
uidentes appetitum rationis seu uoluntatem per
concupiscibilem, & irascibilem. Sed, quoniam oēs
auctores, siue sancti, siue philosophi, ponunt con
cupiscibilem, & irascibilem in appetitu sensitiuo: di
cendū, ꝙ subiectū spei est voluntas, non uis irascibi *Spei subiectū est voluntas.*
lis: nisi uoluntatē inquātū habet actus consimiles
uiribꝰ concupiscibilis, & irascibilis, qs diuidat in cō
cupiscibilē, & irascibilem, sicq; in irascibili ponat
spē. Sed tūc concupiscibilis, & irascibilis in parte
aīę superiori non sunt diuersæ potentiæ, sed noīant
eādē potētiā, utpote uoluntatē ſm actus diuersos.
¶ Verū his obijci pōt: qm̄ expectare uř esse actus lō *Obiectio duplex.*
ganimitatis, & ēt patiētiæ, iuxta illud Apostoli, Spe
longanimes, & ita spes ab illis uirtutibꝰ nō differret *Solutio*
Rursus in arduū tēdere ē magnanimitatis: ergo nō
spectat ad spē, uel sunt una uirtus. Dicendū ad pri-
mū, quòd expectatio diuersis uirtutibꝰ diuersimodè
attribuit. Expectatio em̄ patientiæ, est expectatio di
uini auxilij in periculis. Expectatio aūt longanimita
tis est expectatio diuini auxilij in actionibus, atq;
laboribus circa bonū arduū obtinendū. sicq; expe
ctare non est primus, & proprius actus harū uirtu
tū sed, cōuenit eis per participationē à spe, ſm quod
uirtutes posteriores à prioribus participant aliq̄d,
quēadmodū uirtutes morales participant actū pru
dentiæ, cæteræ quoq; uniuersæ uirtutes influentiā *Solutio.*
charitatis. Ad ſm, qđ magnanimitas multū cōuenit
cum spe, sunt tñ distinctæ uirtutes, quia spes tendit
in arduum supernaturale diuinum, magnaminitas
circa arduum in rebus humanis. idcirco non est uir
tus theologica, sed moralis. Differt aūt spes à fide,
& charitate, sicut ostensum est. ¶ Si uerò quęrat, an *Quæstio.*
ualeat esse informis; rñdendum, ꝙ amor, & deside *Responsio*
riū differunt in hoc, ꝙ amor importat quandā con
uenientiā; & cōnaturalitatē ad amatum: q̄ connatu
ralis perficit, dū amatū aliquo mō habet: desideriū
uerò importat tendentiā in ipsum amabile nondū
habitū. Hinc motus ipsius appetitus incipit in desi-
derio, & terminatur in amore completo. sicq; desi-
deriū est inchoatio, quædā amoris, imperfectusq;
amor. Sed qa principiū habere rei, est ſm quod est
in potentia, ita ut sit in facultate appetentis, iō prin
cipiū, quod amorē īducit, ē facultas habendi rē de-
sideratam, in qua facultate spes consistit. Vñ amor
rei distantis nondum habitæ, spem præsupponit. At
tamen cū spes non sit nisi boni, & primus motus
ipsius appetitus in bonū est desideriū: hinc spes præ
supponit desiderium, estq; media inter desiderium, *Desideriū ē spe prius*
& amorem. Quod rōnaliter accidit. nam cum ira-
scibilis sit propter concupiscibilē, actus ipsius iras-
cibilis à concupiscibili incipit, & in concupiscibili
terminat. amor nāq;, & desideriū in cōcupiscibili su
biectant, spes uerò in irascibili. Similis quoq; est or
do ipsorū, ꝑut in uoluntate cōsistunt. Vnde patet,
ꝙ actus fidei præcedit desideriū: qm̄ oīs actus affe-
ctiuè præsupponit actū cognitiuæ. Desideriū uerò
pręcedit spē, spes aūt amorē. Ideo sicut fides pōt es
se informis: qm̄ actus eius præsupponit amorē, ita, *Spes pōt eē īformis*
& spes. Spes demū nō ꝑsupponit merita ī actu, sed in
ꝓposito. Nō enim aliquis sperat ꝓpter merita, qua-
si merita existentia actum spei ꝓducant: sed qa per
merita, quæ ꝓponit, sperat ad beatitudinem perue-
nire. sed, nec fides, nec spes est formata, nisi per cha
ritatem perficiatur. Quod autem Augustinus præhi
bet omnem affectionem ex amore procedere, intel *Quæstio.*
ligitur de amore ualde communiter sumpto, non
de charitate, quæ est amor infusus.
¶ Præterea q̄rit, An spes habeat certitudinē. Appa
ret, qđ nō: qm̄ certitudo spectat ad cognitionē, qa
& dubitatiōi opponit. Spes aūt pertinet ad affectio *Aristo.*
nē. ¶ In oppositū est, ꝙ ēt ſm philosophum uirtus
certior ē oī arte. Spes quoq; innititur sūmæ largitati, *Responsio*
q̄ nemini deficit: quēadmodū fides primæ ueritati,
quæ

q̃ nullũ fallit.¶ Dicẽdũ,qđ certitudo ꝓpriè dr̃ firmitas adhæſiõis veritatis cognitiuæ circa ſuũ cognoſcibile. Oĩs ãt motꝰ, & oꝑatio cuiuſcũq; tẽdẽtis in aliquẽ finẽ,ẽ ex cognitione aliqua dirigente,uel cõiũcta,ut in oꝑantibꝰ ꝑ uoluntatẽ,aut remota,vt in agẽtibꝰ ꝑ naturã.cũq; virtus opereẽ inſtar naturæ, inclinando in finẽ determinatũ,iõ dr̃ certior arte, quẽadmodũ,& natura,inquãtũ inclinat infallibiliter ex impreſſione primæ cauſæ,ſicq; certitudo cõuenit ſpei,aliter tñ,q̃ virtutibus alijs.Cũ eñ ꝑſupponat facultatẽ perueniendi in finẽ,q̃ facultas eſt ex liberalitate diuina,ac meritis,ꝑ q̃ & cæteræ virtutes in vltimũ ꝑueniunt finem:hinc ſpei certitudo cauſaẽ ex liberalitate diuina in finẽ:hinc nos ordinante,atq; mouẽnte,& itẽ ex oĩm aliarum inclinatione uirtutũ,& ex ꝓpria inclinatione:iõ ꝑter certitudinẽ,q̃ habet ut quædã uirtus,includit certitudinẽ q̃ eſt in alijs uniuerſis uirtutibus,& ultra hæc,certitudinẽ ordinationis diuinæ.Itaq; quãuis certitudo primò,& principaliter ſit in cognitione,tñ per ſimilitudinẽ,& participationẽ eſt in operibus naturę,ac uirtutis.Cũq; certitudo cognitiõis ſit ex ſeipſa, nõ fallit,nec deficit.Certitudo aũt naturæ eſt ex alio ordinãte ipſam naturã in finẽ,idcirco deficere põt per accidẽs: qm̃ talis deceptio non eſt ex principio directiuo in finẽ,ſed ex aliquo accidentaliter contingente,ut ꝙ leue non aſcendit,qa uiolenter impẽdit.Et idẽ dicendũ de ſpe.Cũq; poſſit accidẽtale impedimẽtũ obtinendi ſalutẽ ſperatã accidere, timor adiungiẽ ſpei.Itaq; certitudo fidei, & ſpei in quatuor differunt: primò : qm̃ certitudo fidei pertinet ad intellectũ,certitudo ſpei ad affectũ. Secundò,qa certitudo fidei nequit deficere, certitudo aũt ſpei deficere põt per accidens. Tertiò:qm̃ certitudo fidei eſt de cõplexo, certitudo ſpei de incomplexo Quartò,qm̃ certitudini fidei opponitur dubitatio,. certitudini ſpei diffidẽtia ſeu hæſitatio. ¶ Quæritur nunc,an in Chriſto ſpes fuit. Dicendum ſicut iam patuit,ꝙ non.Spes enim imperfectionem includit. puta abſentiã felicitatis,& quia fundatur ſuper ænigmaticam cognitionem, quæ non fuit in Chriſto, ſicut,nec aliquid imperfectionis contrarium perfectioni animæ. Hæc Thomas in Summa.

Virtus certior eſt oĩ arte.

Fidei ac ſpei certitudo in 4. differunt.

Quæſtio.

Reſponſio Chriſtus ſpẽ nõ habuit.

¶ Qui conſequenter hic quæritur,an angeli,& aĩæ beatæ habeant ſpem,An exiſtentes in limbo patrum habebant ſpem,An exiſtentes in purgatorio virtutem habeant ſpei. Ad quæ omnia reſpondet, ſicut ex Bonauentura oſtenſum eſt.Ad argumentum aũt quo ita arguitur.Spes,quę differtur,affligit animã: ſed exiſtentes in limbo patrum non habebant afflictionem,reſpondet:Dilatio gloriæ non fecit patribus illis afflictionem in limbo,quia non erant afflictionis capaces.Vel aliter reſpondendũ,ꝙ ſpes quãuis rõne abſentiæ ſperati cauſet afflictionẽ,tñ rõne certitudinis ſibi adiunctæ parit delectationẽ. Cũq; certitudo illa in ipſis deficere non valebat, delectatio,quæ ex certitudine illa cauſabaẽ,abſorbebat afflictiones,quæ ex ſperati abſentia contingere poſſent.¶Inſuper in Secunda Secundæ quæſtione. 17. ſcribens,inquit:Spes eſt uirtus, qm̃ uirtus eſt,quæ habentem perficit,& opus eius bonum reddit, ut 2.dicitur Ethicorum.ideo ubicunq; inuenitur actꝰ bonus,neceſſe eſt ut ex aliqua procedat uirtute. Bonum autem in humanis actibus ſumitur, ſm̃ quod propriam regulam ſeu menſuram attingit.Actuum uerò humanorum duplex eſt regula ſeu menſura, una proxima,& homini gena ,ſ. ratio humana:alia excedens,& ſumma, ut Deus. Omnis igitur actus, qui Deum aut rationem attingit,eſt bonus,& talis eſt actus ſpei, cuius obiectum eſt bonum arduum, diuinum,futurum haberi poſſibile,Atque ut 6.Ethicorũ habeẽ,dupliciter ẽ nobis aliq̃d poſſibile:Primò per nos,ſecundò per alios. Vñ ſm̃ philoſophũ id dicimur poſſe,ꝙ poſſumus ꝑ amicos.Sicq; inquã tum ſperamus aliq̃d ut nobis poſſibile ſupernaturali auxilio Dei,ſic ſpes nr̃a attingit Deum,& uirtus eſt,cuius obiectũ eſt beatitudo æterna,ut dictum ẽ. Infinitę etem̃ Dei uirtuti proprium eſt ad infinitũ bonum perducere.Alia uerò,quæ à Deo ſperamus, ac petimus,ad hoc principale referuntur obiectũ, ſuntq; obiectum ſpei ſecundarium, & minus principale, quẽadmodum q̃dã creata obiectum ſunt fidei.Deniq; unus poteſt alteri felicitatem ſperare, in quantum ſpes ſua charitate formata eſt, & per eam alteri tanquam ſibijpſi unitur.

Quæſtio.

Reſponſio

Obiectio Prou.13.

Solutio.

Thomas.

Ariſto.

humanorũ actuũ duplex regula.

Dupliciter ẽ aliq̃d poſſibile.

¶Præterea ſi q̃raẽ,ac liceat ſperare in hoĩe, ut in uirgine glorioſa:dicendũ ſicut iã tactum eſt, ꝙ nõ licet in aliqua creatura ſperare tanq̃ in principali, & primo ſpei obiecto,ſed tanq̃ in obiecto ſecundario,inquantum creatura eſt nobis auxilium inſtrale quę medium pertingẽdi ad ultimum finẽ. Spes quoque certitudinẽ habet ex parte obiecti, qm̃ principaliter innititur omnipotentiæ, ac miſericordiæ Dei,non gratiæ iam infuſæ. Certumq; eſt, ꝙ parte omnipotentiæ,ac pietatis diuinæ non erit defectus noſtræ ſalutis:Vnde ex parte ſubiecti incertitudinẽ ſpes ſortitur,quia uoluntas humana uertibilis eſt, multipliciter potens deficere,ac perire. Hæc Thomas in Summa.

Queſtio.

Thomas.

Spes incertudinẽ habet ex ſubiecti.

Tarantaſi.

¶Petrus quoq; diffinitionẽ ſpei declarans: Deſcribiẽ,ait,à Magiſtro ſpes,non ut eſt naturalis paſſio,ſed theologica uirtus,habiusq; formatus,Habitus aũt cognoſcunẽ ꝑ ſuos actus,& actus ꝑ obiecta Deſcribit igiẽ ſpẽ per ꝓpriũ actũ,q eſt certitudinaliter ex pectare per obiectũ ꝓpriũ,quòd eſt futura beatitudo,per diſpoſitiones coadiuantes ad dirigendum actum ſuũ in ſuũ obiectum:quarũ una eſt cõſideratio diuinæ liberalitatis, q̃ municipaẽ hic gratia:ſecunda eſt ꝯſideratio ꝓprię ſeruitutis,qua Deo ſeruiuit,uel ſeruire proponit, quæ nominatur hic meritũ. Itaq; per actum expectationis,diſtinguitur à timore:per actũ certitudinis,à deſperatione: per obiectũ futuræ beatitudinis, à ſpe paſſione:per cõſiderationem diuinæ gratiæ,à temeritate, ne nimis cõfidat de ſe:per conſiderationem meritorum,a pꝛæſumptione,ne nimis extendat diuinæ miſericordiæ ſinum. Sicq; ſufficienter diſcernitur, ac differt ab omni paſſione,ac habitu,qui videnrur cum ipſa ſimilitudinem quandam habere.Habet quoq; certitudinẽ cõfidentiæ abſolutam.Quod aũt certitudo illa eſt aliquo mõ conditionalis,contingit ex ſtatu ſubiecti.Vnde in beatiſſima uirgine,& in partibus in limbo,fuit ſine conditione.Deniq;, cum ſpes ſit de vltimo fine,& finis eſt regula dirigens in his, q̃ ſunt ad finem, ideo virtus theologica non ſolum dirigit in finem,ſed in his quoque, quæ ſunt ad finem.Hinc ſpes non tantum expectat arduum increatum,imò etiam ſperat auxilium in alijs arduis ad conſequendum per ea arduum ſummum.¶Intuendum etiam,quod triplex eſt certitudo potentiæ cognitiuæ.Vna eſt formalis adhæſio ad vnã partem per cauſam, ut in ſcientia: altera per effectum,ut in experientia,& in ſcientia à poſteriori: tertia per ſignum,ut in coniectura: Determinatio quoque ſeu certitudo motiuæ,ſeu effectiuæ potentiæ ſimiliter triplex eſt.Vna eſt uolũtaria inclinatio ad vnã partẽ, quę eſt certitudo confidentię. Scd̃a eſt inclinatio naturalis, quæ eſt certitudo naturalis

Potẽtiæ cognitiuæ triplex certitudo.

Potentiæ affectiuæ triplex certitudo.



ralis neceſſitatis. Tertia eſt quaſi mixta. Nam uoluntaria eſt ſed per quendam modum naturæ. ut certitudo uirtutis inclinantis uoluntatem ad unũ determinatæ. Spes uerò cum ſit uirtus, certitudinem quandam determinatæ inclinationis habet cum alijs uirtutibus communem ex genere: ſed cũ ſit ex propria ratione certa expectatio, certitudinem quandam propriam habet ex ſpecie ſua, quæ eſt certitudo confidentiæ.Quæ confidentia ex duobus cauſatur:Vno,ut prima cauſa, puta dictamine fidei in generali: altero, ut proxima cauſa, utpotè conſideratione particularis gratiæ, ac meritorum Hinc certitudo ſpei non eſt penitus abſoluta,ſed determinata, conſurgens ex gratiæ, ac meritorum, ſuppoſitione.In confirmatis autem in bono, & in bonis defunctis, eſt certitudo ſpei,abſoluta etiam in particulari: ſi tamen ſciant ſe confirmatos in gratia.Cumque ſpes illorum ſit eadem ſpecie cum ſpe noſtra, conſtat,quòd conditio illa accidit ſpei ex ſtatu ſperantis,nec eſt de ſpei eſſentia,Hęc Petrus.

Spes certitudinẽ habet ex duobus.

Richard.

¶Concordat Richardus qui etiam quærit, an ſpes ſit ſpecies ſpecialiſſima Et reſpõdet,quòd imò Species namque uirtutis attenditur ex comparatione ſui ad ſuum principale,ac formale obiectum quod in uirtute,ſpei unicum, ut potè arduum ſummum, ſiue accipiatur obiectum pro re primò,principaliterque ſperata,ſiue pro eo,in quo principaliter eſt ſperandum de obtinendo bonum ſperatum Hæc Richardus.Cui etiam uidetur,ſicut,& Petro, quòd concupiſcibilis, & iraſcibilis non ſint ponendæ in ſuperiori,& rationali animę parte, ſed ſolum in ſenſitiua,

Albertus.

¶Denique Albertus ſuper his ſcribit diffusè,atq; egregiè,conſonantque ſcripta eius præhabitus, ac continentur in eis. Et dicit eſſe ſpem in iraſcibili, Quo innoteſcit,quòd etiam in ſuperiori parte animæ fatetur concupiſcibilem & irraſcibilem uires, eſſe,& hoc iuxta ſenſum ex uerbis Thomæ inductũ

Durandus

¶Durandus autem ſcribit hic quædam àcommuni doctrina præhabita aliena,dicens, ſpem differre à fide &,charitate, quia immediatum fidei,ac charitatis obiectum eſt Deus, immediatum uerò ſpei obiectum eſt beatitudo(ut ait) creata. Cuius ꝯriũ ſatis pʒ ex dictis,ſic eñ nõ eſſet theologica uirtus.

Scotus.

1 Cor. 13.

¶Præterea Scotus:In hac,ait,quæſtione,quòd utrum ſpes ſit uirtus theologica à fide,& charitate, diſtincta, fundamentum eſt auctoritas Apoſtoli, qui teſtatur:Nunc autem manent,fides,ſpes,charitas,tria hęc.cui innituntur ſancti tractando de iſta materia. Verum qui actoritatem contemneret, diceret duas uirtutes ſufficere,ſicut duæ ſunt uires ſuperiores in anima,intellectus,& uoluntas:per eandem quoque uirtutem poteſt anima deſiderare bonum abſens futurum,& præſens bonum diligere. De iſto multa proſequitur Scotus,tangendo qualiter poſſet per rationem defendi, non oportet ponere,ſpem præter fidem, & charitatem, tanquam, realiter ab illis diſtinctam.

Contra Scotus.

¶Sed iſta argumentatio uidetur inutilis,cum ſit apertiſſimè non ſolum contra prætacta uerba Apoſtoli,ſed contra quaſi innumerabiles auctoritates, ſcripturæ utriuſque teſtamenti, & concordem eccleſiæ uniuerſalis doctrinam.In quibus omnibus diuerſi actus, diſtinctæ, proprietates, uariæ attributiones aſcribuntur fidei,ſpei, & charitati, quarum etiam actus abinuicem ſequeſtrantur.nam alius credit,& nõ ſperat:alius quoque informiter credit,ac ſperat,nec diligit.Finis item & ſpes diſtingũtur in ſubiecto,& iam multæ differentiæ inter eas, ſunt poſitæ.Doctores etiam rationabiliter probãt, quòd ĩdigemus his tribus uirtutibus. Virtutes quippè theologicę,neceſſariæ ſunt, & dantur ad ordinandum,ac perducendum nos ad beatificũ finem, ad quod primò neceſſarium eſt præcognoſcere finem illum:& quamuis per fidem cognoſcat,non tamen tendit in ipſum,niſi ipſum deſideret. Cumque deſiderium poſſit eſſe impoſſibilium.adhuc non tẽdit idonee in finem huiuſmodi,niſi confidat ſe poſſe aſſequi ipſum,quod fit ꝑ ſpem.Quamuis quoque ſic ſperet: non tamen poteſt finem illum attingere, niſi præ alijs cunctis diligat ipſum,quemadmodum finis præfertur,plusque diligitur medijs.

Gãdauus.

¶Conſequenter Scotus tangit poſitionem Henrici quodlibeto.8.15. q̃ſtione quòd, ſpes à charitate diſtinguitur,quamuis perficiant eandem potentiam,vtpote uòluntatem: quoniam ſpes eſt in iraſcibili,charitas in concupiſcibili,quę diſtinguũtur, nõ ſolum in appetitu ſenſitiuo,ſed etiam intellectiuo.Nam utrobique habent obiecta formaliter diſtĩcta. Contingit quoque iraſci non ſolum ex ſenſitiua cognitione, ſed item ex motu, & zelo appetitus intellectiui, iuxta illud.Iraſcimini & nolite peccare.¶Deinde arguit contra iſta: Quia ſi iraſcibilis reſpicit bonum,ut arduum,non maneret in pàtria, in qua difficultas nulla eſt cuicumque potentiæ circa ſuum obiectum,ſed iucunda prorſus facilitas.Tãdem ponit propriam opinionem, dicendo Charitas perficit uoluntatem,inquantum eſt affectata affectione iuſtitię: ſpes uerò eandem perficit uoluntatem. inquantum eſt affectata affectione commodi. ſicque erunt diſtinctæ uirtutes, non tantum ex actibus, qui ſunt deſiderare,& amare,ſed ex ſuſceptiuis,quæ ſunt uoluntas,inquantum habet affectionem commodi,& inquantum habet affectionem iuſtitię.Ex obiectis autem non diſtinguentur,quæ ſũt arduum, & delectabile,ſicut dicit præcedens opinio,imò eadem omnino eſt ratio formalis utriuſque obiecti.

Pſal.4.

Diony. cõtra Scotũ

¶ Sed contra iſtam opinionem obijcitur, quia non ſolum contradicit Henrico,ſed communi doctrinæ ſolidorum,imò, famoſiſſimorum doctorũ, Alexandri,Thomæ,Alberti Bonauenturæ, & aliorum frequenter præallegatorum. Eſt etiam contra doctrinam philoſophi,aſſerentis, quòd habitus diſtinguuntur per obiecta. Imò apertiſſimè falſum, eſt,quod omnino eadem formalis ratio ſit obiecti ſpei, & obiecti charitatis. alioquin nec in uita, nec in patria diſtinguerentur charitatis, & ſpes, remanerentque ſpes in patria quemadmodum charitas: nec ratio, ob quam dicunt ſancti in CHRISTO non fuiſſe ſpem, conſiſteretuera. ¶Denique, ordine dignitatis charitas eſt prior iuſtitia, & charitas ipſa eſt forma, & uita, ac finis iuſtitiæ. ideo falſum eſt, quòd charitas perficit uoluntatem, ut eſt affectata affectione iuſtitiæ: imò iuſtitia non eſt Deo accepta, niſi inquantum charitate formata eſt,& affectata. Atque,ut in libro de doctrina Chrſtiana ,ac alibi sãctus aſſerit Auguſtinus,ꝑ tres uirtutes theologicas, fidẽ,ſpem charitatem, anima directè,& immediatè deſponſatur ſponſo eterno. ¶Amplius,falſum cenſetur, quòd ſpes perficit uolũtatem,inquantnm affectata eſt ipſa uoluutatas affectione commodi.Affectio etenim commodi reflectit animã ad ſeipſam,uidelicet ad propriæ cõmoditatis,ſeu retributionis ĩtuitũ.ſicq; aliquo modo ĩpedit,auertit,ac retrahit mẽtẽ à plena,ac pura,à ſyncera,ſimpliciſſima,& ꝑfecta ꝯuerſiõe, trãsformatione & ſimplificatione,atq; abſorptione in Deũ, i quem

Ariſto.

Auguſtin.

creata mens tãto perfectiùs,puriusq; conuertitur, trãsformatum,ac absorbetur, quanto minus ad seip sam,ad propriã commoditatẽ,mercedem,se remunerationẽ inuenit,ac uertitur,imò ad synceriſsimæ, charitatis ſpectat affectionẽ,merè,& integrè ferri in creatorẽ absq; oi affectu reciproco,& reflexo. Nẽpe reflecti ad propriũ commodum, mercenariam est, aut aliquid mercenariæ proprietatis participare. Ita que ſpes perficit uoluntatem, inquantum uoluntas ex ſua natura & diſpoſitione extenſibilis,ſeu protenſibilis eſt in ſummum & excellentiſsimum arduum, finaliter beatificatiuum,nondum adeptum & poſsibile obtineri,in quod ſuperbeatisſimum obiectum, ſpes tendit,ac erigit mentem. non principaliter intuitu commodi,ſed,ut purè,plenè,imobiliterque cõ quieſcat in illo: ipſoque fruens, totaliter transformetur,ac immobilitetur in ipſo: quod aliter fieri nequit,niſi beatificetur immediatè in eo. ¶ Nec ex his conſequens eſt, ꝙ uis iraſcibilis non perſeueret in patria:quia ad hoc ꝙ ibi permaneat, non oportet ꝙ eundem habeat modum agendi,quem habet in uia ſicut,& timor filialis manet ibidem, quamuis non ſecundum omnem actum eundem,neque ſecũdum eundem agendi modum.Veruntamen opinio eſt Hẽrici,quod concupiſcibilis & iraſcibilis propriè ſint in appetitu intellectiuo,& quòd realiter abinuicem diſtinguantur,ita quòd concupiſcibilis eſt ibi uis principalis, & quòd iraſcibilis eſt quædam uis ipſius concupiſcibilis,tanquam defenſatrix, cuſtos & propugnatrix ipſius. Attamen cum intellectiuus appetitus ſit uis inorgnanica;appetius autem ſenſituus uis organica,fatetur,quòd concupiſcibilis, & iraſcibilis non differunt tam multum in parte intellectiua, ſicut in ſenſitiua. Quæ opinio à communi doctorũ traditione eſt aliena,& contra eam,ac eius motiua. Scotus multipliciter.arguit. Vnde in hoc ei, & cõi doctrinæ magis conſentio.Cumque philoſophus libro de anima expreſsè teſtetur, quòd concupiſcibi lis & iraſcibilis pertinent ad rationale per participationem,hoc eſt,ad partem ſenſitiuam,non uidentur propriè poni in parte intellectiua, ſed per ſimilitudinem quandam. Tamen de uſu terminorum non eſt immoderanter diſceptandum.

¶Poſtremo, de his diffusè ſcribit antiſiodorenſis in Summa ſua 3. libr.cuius ſcripta in prætactis ſententialiter continentur.qui etiam quærit, an ſpes ſit mercenaria.Videtur quòd ſic,cum ſit expectatio p̃mij.Reſpondet, Duplex eſt mercimonia. Vna, qua lucrum quæritur temporale, ut illi,qui ſeruit Deo propter temporalia tantũ,aut principaliter. & talis mercimonia eſt peccatum: quoniam Deum ponit, uiam,non terminum:& utitur Deo, ac fruitur creatura.De taliſ mercenario dicitur in euangelio: Mercenarius uidit lupum uenientem, & fugit. Alius eſt mercenarius ſpiritualiter,qui Deo obſequitur Propter regnum cælorum,quod nõ eſt peccatum,quoniam mercenarius talis quærit utilitatẽ ſua in Deo Hæc Antiſiodorens.

¶Veruntamẽ etiam ſpiritalia dona tam gratiæ,q̃ gloriæ,ſunt ad Deum finaliter referẽda. Imò cultor Dei ſyncerus,& amator perfectus, ſeipſum & cũcta quæ habet,quærit,deſiderat, ad Deum plenariè refert,ita quòd nec ſibijpſius beatificationẽ,ſpiritualẽ ditationem,finalem ſalutem quærit,intendit, affectat niſi in deo,ſecundum Deum, & propter Deum ut.ſ.totus,ac totaliter illi inhæreat,adhæreat, atq; i ipſo immobiliter ꝓtẽtetur,ipſũ totis uiribus inceſſabiliter uenerãs,laudãs,intuẽs,diligẽs,& amplectẽs.

Mẽs hominis feri debet ī Deũ ſine affectu reciproco.

Soluitur obiectio.

Aristote.

Antiſiod.

Quæſt.

Reſponſ.

Iohan.15.

Hoc loco quædam exemplaria inſerti habẽt ea quæ ſequentibus diuerſis tã ſ̃ tibus tam nota- ti ſt.

Diosꝯ

## De charitate qua diligitur Deus & proximus, quæ in Christo & in nobis est. Distinctio XXVII.

QVm autem Chriſtus fidem, & ſpem non habuerit: dilectionem tamen habuit(inquantum homo) tantam, qua maior eſſe non valet, qui ex charitate eximia animam poſuit pro amicis & inimicis. Habuit enim in corde charitatem,quam opere nobis exhibuit, ut exhibitionis forma nos diligendum inſtrueret.Hic aliquid dicendum eſt de charitate, & modo & ordine diligendi Deum & proximum.

### Quid sit charitas.

Charitas eſt dilectio,qua diligitur Deus propter ſe, & proximus propter Deum vel in Deo.Hęc habet duo mandata:unum pertinens ad dilectionem Dei, quod eſt maximum in lege mandatum:& alterum pertinens ad diligendum proximum, illi ſimile. Primum eſt,Diliges Deum ex toto corde,ex tota mente,& ex tota anima. Quod ſcriptum eſt in Deutoronomio.Secundum eſt Diliges proximum tuum ſicut teipſum. In his duobus mandatis tota lex pendet & prophetę.Finis enim præcepti eſt dilectio. & ea eſt gemina,id eſt,Dei,& proximi.

Deu.6. Matt.22. Mar.12. Luc.10.

### Si eadem charitate diligitur Deus & proximus.

Hic quæriſ, ſi ex ea ipſa dilectione diligiſ Deus, qua diligiſ ꝓximꝰ: an alia ſit dilectio Dei,& alia proximi.Eadem ſanè dilectio eſt,qua diligitur Deus,& proximus,quę ſpiritusſanctus eſt ut ſupra dictum eſt, quia Deus charitas eſt.Vnde Auguſtinus: Iohannes ait,Non põt Deum diligere,quem nõ uidet,q̃ fratrem,quem uidet,nõ diligit.Sed ſi eũ, quẽ uidet humano uiſu, ſpirituali charitate diligeret, uideret Deũ,qui eſt ipſa charitas uiſu inferiori,quo uideri poteſt.Qui ergo fratrem,quẽ uidet,non diligit, Deũ (q̃ eſt dilectio,qua caret,qui fratrẽ nõ diligit)quomodo poteſt diligere:Ex una eñ,eadẽq; charitate Deũ ꝓximũ diligimus,ſed Deũ ꝓp Deũ, nos uero & ꝓximũ ꝓp Deũ. Si uero una, eadẽq; charitas ẽ Dei,& ꝓximi quare dr̃ gemina? Propter duo dilecta,id eſt, Deum ꝓximũ.Et una ſit charitas,duo tñ diuerſa ea diligunt̃,ſ.Deꝰ & hõ uel angelus. Pro quo ẽt duo

1.Tim.2. Auguſtin. 1.Iohan.4 Ibidem. Vnam eſt Dei proximi charitas.



duo ſunt mandata:quia cum eadem charitas utroque commendetur,diuerſa tamen diligit præcipiuntur,Vnde Auguſtinus:Arbitror iõ ſpũſſanctum bis datum,ſemel in terra & iterum de cęlo,ut commendarentur nobis duos præcepta charitatis,ſcilicet Dei & ꝓximi;Vna charitas,& duo præcepta:unus ſpiritus,& duo data,quia alia charitas non diligit proximum,niſi illa,quę diligit Deum.Qua ergo charitate proximum diligimus,eadem Deum diligimus.Sed quia aliud eſt Deus,aliud proximus,etſi una charitate diligũtur,ideo forte duo præcepta dicuntur:& alterum maius, & alterum minus.uel propter; duos motus qui in mente geruntur, dum Deus diligitur & proximus. Mouetur enim mens ad diligendum Deum,mouetur & ad diligendum proximum,& multo magis erga Deum quàm erga proximum.

Auguſtin. Ioh. vlti. Act.2.

### De modo diligendi.

Conſequenter modũ utriuſq; dilectionis aduertamus.Hæc regula(ut ait Auguſtinus) dilectionis diuinitus conſtituta eſt,ut Deum propter ſe ex toto corde,& proximum diligas ſicut teipſum.i.ad quod,& propter,quod teipſum diligere debes. In bono ergo, & propter Deum teipſum diligere debes. In bono ergo diligendus eſt proximus,nõ malo, & propter Deum. Proximum uero omnem hominem oportet intelligi, quia nemo eſt cum quo ſit operandum male.Qui ergo amat homines,uel quia iuſti ſunt, uel ut iuſti, ſint,amare debet:hoc eſt,in Deo uel propter Deum.Sic enim & ſeipſum amare debet, ſcilicet in Deo uel propter Deum,id eſt,quia iuſtus ſit.Qui enim aliter ſe diligit,iniuſtè ſe diligit:quia ad hoc ſe diligit,ut ſit iniuſtus:ad hoc ergo ut ſit malus.non ergo iam ſe, diligit. qui enim diligit iniquitatem,odit animam ſuam.* Modus ergo diligendi præcipiendus eſt homini,id eſt,quomodo ſe diligat,ut proſit ſibi.*Quin autem ſi diligat & ꝓdeſſe ſibi uelit dubitare dementis eſt.Modus autem præcipitur,cum ait. Sicut teipſũ. ut proximũ diligasq̃ teipſũ.Si ergo te nõ ꝓp te diligere debes,ſed ꝓp illũ ubi dilectionis, tuæ rectiſſimus finis eſt non ſuccenſeat alius aliquis homo, ſi & ipſum ꝓp Deum diligis. Huius dilectionis modum ueritas inſinuat,dicens:Mandatum nouum do uobis,ut diligatis inuicẽ ſicut dilexi uos,id eſt,ad quod dilexi uos,ſcilicet ut filij ſitis,& uitã habeatis.

Auguſtin. Pſal.10. * Qui Ioh.13.

### De modo diligendi Deum.

Dilectionis autẽ Dei modus inſinuatur cũ dr̃,Ex toto corde, id eſt,ex toto intellectu ex tota anima, id eſt,ex tota uoluntate.ex tota mente,id eſt,memoria, ut omnes cogitationes& omnem uitam & omnem intellectum in nullum conferas, à quo habes ea,quæ confers. Hęc dicens, nullam partem uitæ noſtræ reliquit,quæ uacare debeat dilectione Dei ſe quicquid uenerit in animum, illud rapiatur, quò dilectionis impetus currit :& diligere Deum propter ſe,modus eſt diligendi Deum.& ſunt iſti duo modi diligendi Deum,ut quibuſdam placet.

### De impletione mandati charitatis.

Illud,autem præceptum non penitus impletur ab homine in hac mortali uita, ſed ex parte non ex toto:quia ex parte diligimus,ſicut ex parte cognoſcimus. In futura autem implebitur ex toto. Vnde Auguſtinus:Cum adhuc eſt aliquid carnalis concupiſcentiæ, non omni modo ex tota anima diligitur Deus.Caro autem non dicitur concupiſcere, niſi quia anima carnaliter concupiſcit.Cum autem uenerit quod perfectum eſt, ut deſtruatur quod ex parte eſt.i.ut iam non ex parte ſit,ſed ex toto, charitas non aufferetur, ſed augebitur, & implebitur. In qua plenitudine illud præceptum charitatis implebit Diliges dominum Deum tuum ex toto corde &c. Tunc erit iuſtus ſine peccato,quia nulla erit lex repugnans menti. Tunc prorſus toto corde, tota anima toto mente diliges Deum, quod eſt ſummum præceptum.

1.Cor.13. Auguſtin. 1.Cor.13. Deute.6.

### Quæstio de præcepti ratione.

Sed cur præcipitur homini iſta perfectio,cũ in hac uita eam nemo habeat? Quia non rectè curritur,ſi quò currendum eſt neſciatur.Quomodo autem ſciretur, ſi nullis præceptis oſtenditur: Ecce habes cur illud præceptum eſt,quod hic penitus impleri non poteſt.Impletur tamen ex parte,ſcilicet ſecundum perfectionem uię.Alia eſt enim perfectio currentis,alia peruenientis.Facit hoc mandatum ut curſor,qui Deum ante omnia & præ omnibus diligit,nec tamen omnino perficit.

Quæſtio. Reſponſio

### Quod alterum mandatum in altero est.

Cum autem duo ſint præcepta charitatis,pro utroque ſępe unũ ponitur.Nec imme-

rito,quia nec Deus sine proximo,nec proximus sine Deo diligi potest. Vnde Apostolus omne mandatum legis dicit instaurari (id est contineri & impleri ) in hoc uerbo, Dili- Rom.13. ges proximum tuum sicut teipsum. Et Christus dilectionem proximi specialiùs commemorat,dicens:Mandatum nouum de uobis, ut diligatis inuicem sicut dilexi uos. Iohan.13. Vbi illud maius mandatum dilectionis Dei uidetur prętermissum.sed bene intelligentibus utrunque inuenitur.in singulis:quia qui diligit Deum,non potest eum contemnere ,quem Deus pręcipit diligi;& qui diligit proximum,quid in eo diligit,nisi Deum. Ipsa est dilectio ab omni mundana dilectione discreta,quam distinguens dominus,ait Sicut dilexi uos. Quid enim nisi Deum dilexit in ,nobis quem habebamus; sed ut haberemus; Sicut medicus egrotos,& quid in eis diligit,nisi salutem quã cupit reuocare, non morbum,quem uenit expellere;Sic & nos inuicem diligamus, ut quantum possumus,inuicem ad habendum in nobis Deum ex dilectione attrahamus.

## *Quæ charitatis diligenda sint.*

Sed quę hac dilectione diligenda sint iam inquiramus. Non enim omnia (ut ait Au- Augustin. super Iohãnem. gustustinus)quibus utendũ est diligenda sunt:sed ea sola,quæ uel nobiscũ societate quadam referuntur in Deum,sicut est homo vel angelus, uel quę ad nos relata ,beneficio Dei per nos indigent,vt corpus: quod ita pręcipiendum est diligi, ut ei ordinate prudẽterque consulatur.

Summa distinctionis XXVII

COmpletis, distinctionibus de duabus uirtutibus theologicis, fide & spe,nũc de tertia (,i. de charitate) prosequitur eius excellẽtiã multipliciter pandens eo, quòd fuit in Christo, nec euacuaẽ, & ex ea dominus nos redemit.Ipsam uero & exẽplo nobis ꝯmendauit,iussit,ac relinquẽdum præficit. Deinde Augustin. ostẽdit quid sit charitas ipsa,Quo circa mouet hoc dubium,utrum eadẽ charitate diligẽdus sit Deus, & proximus.In cuiꝰ solutione mouet & soluit,cur charitas nominetur gemina ,cũ sit una & simplex & cur de ea duo dentur præcepta.Deinceps Decla- Habac.2. Heb.11. Mat 9. Mar.5. rat modum seu formam,qua diligendus est proximus,qualiter quoque diligendus sit Deus.Quo circa inquirit,utrum in uita præsẽti ualeat præceptum illud amamdi Deum impleri perfectè: & si non,cur traditum sit Postremò exponit,quemadmodũ duo charitatis præcepta à se inuicem includuntur.

### QVAESTIO I.

HIc q̃ritur, *Utrum charitas sit uirtus suprema, ac specialis cæterarum forma virtutum & an valeat esse formis.* ¶Videtur ꝙ non sit uirtus,quia secũdum Magistrum hoc loco,& alibi,non est habitus ĩfusus nec acq̃situs ,sed ipsemet spiritussanctus. Cuius opinionis motiua super primũ inducta sunt. ¶ Secũdò,Augustinus ait in homilia, quòd quarta generalium,cardinaliumque uirtutũ, quibus uita gubernatur hnmana, est dilectio Dei ,& proximi, q̃ per cæteras cũctas diffundiẽ.¶Tertiò,iustus ex fide uiuit,& sine fide impossibile est Deo placere,omnia quoq; possibilia sunt credẽti,& sancti per fidem uicerũt regna,operati sunt iustitiam:atque ut sæpe ait saluator,Fides credẽtem saluum facit:ergo fides est prima,& summa uirtus, fons totius spiritalis,ac meritoriæ uitæ.¶Quartò,naturalis ratio docet,iubet, ac protestatur summum,immensum,& incomparabile bonum,uniuersorum creatorẽm, cõseruatorẽ, ac maximũ benefactorem ,summè & super omnia propter seipsum esse amãdum :ergo charitas Dei ẽ amor naturalis,& acquisitus,nõ supernaturalis,ne- Albertus. que infusus.

¶Ad hæc respõdet Albertus: Charitas uirtus est ad quam natura nũquã suffecit, nec sufficit ad actũ ipsius,sed ad actũ naturalis amoris. Quis autem sit iste actꝰ , rectè determinat philosophus primo Ethi- Aristo. corum.quo probat, ꝙ sicut unicuique inest,& cõuenit operatio propria,ita , & homini secundũ quod homo est nec hęc actio conuenit homini secundũ partem uegetatiuam,aut sensitiuam,sed rationalem Qui actus est eligere,& diligere super omnia id quod secundum se & non in relatione ad alterum bonum est.quod philosophus uocat fælicitatem.Et uerum est,quòd est fælicitas increata. ¶Si tamen q̃ratur à philosophis, utrum hoc bonum quærendũ ut quoniam in seipso bonum est , aut quia bonum homini, id quærenti responderent , ꝙ ideo quoniã bonum est homini , nec aliud bonũ à philosophis, est quæsitum . Charitas autem non sic quęrit bonũ sed id quærit, quod in seipso absolutè, ac independẽter bonũ est,oĩsque boni causa;nec ĩnititur illi bono propter rationem, quæ probat hoc bonum , ac optimum esse, sed quoniam bonum illud efficit in anima talem dilectionem . Vnde cum dicitur, diligere Deum propter se,& super omnia actus est charitatis:ly,propter se, non dicit causam unam duntaxat,sed tres.Vnam,quæ est ut obiectum: & aliam quæ est ut efficiens : & tertiam , quę est ut finis . Si autem sic arguatur,Ad quod sufficit ratio in cogno- Obiectio. scendo ,ad hoc sufficit affectiua uis in diligendo, sed ratio naturalis dictat Deum taliter esse amandum:dicendum ꝙ quamuis uires sint coordinatæ Solutio. & proportionatæ in ordine,non tamen sunt æquales in posse.practicè etenim minus possunt quàm cognitiuè.Multa quippè cognoscimus , quę operari, Vires, in non sunt æqualis potentia. nequimus. Multa quoque agnoscimus certa,quę affici non ualemus,nisi per supernaturales donum adiuuemur & eleuemur,& ita est in charitate.Non eñ possumus per affectum affici in Deum propter se,& super omnia liberaliter, nullo cogente omnino, quamdiu innitimur rationi affectum conuincenti, quòd ita sit faciendum,idcirco non est dilectio illa communicatiua. Imò dato quòd hoc fieri queat ut aliqui dicunt;tamen difficile est hoc credere, qđ natura diligat aliquid supra se,nisi inquantum bonum est ei,secundnm eos, qui dicunt ,quòd natura est curua in se , & naturali dilectione amicitiæ non diligit aliquid supra se. Hinc illi distingunt duplicẽ dilectionẽ,uidelicet amicitiæ,& concupiscentię. & Duplex dilectio amicitiæ & cupiscentiæ, dicunt quòd aliquid diligitur propter se dilectione amicitiæ,sed non super omnia.Dilectione autem concupiscentiæ nihil propter se,sed omnia diligũtur ut bona sibi.¶ Veruntanem cum in libris legat, Obiectio philosophorum quosdã se exposuisse periculis mortis amore boni honesti ,ac reipublicæ, difficile est tueri



tueri quòd nemo diligat aliud supra, se naturali amore: ideo reuertendum esset ad solutionem priorem. Insup charitas quantum ad suã essentia uirtus est specialis,qua Deus diligitur propter,se,& ꝓximus in Deo,ac propter Deũ, Nã actus charitatis est specialis,ac diuisus ab aliarum actione uirtutum.Idem patet ex speciali ratione sui obiecti, qđ est Deus ut summum bonum.¶Si autem obijciatur quia secundum Apostolum,Charitas omnia credit Obiectio omnia sperat, omnia sustinet,&c.ergo ipsa est omnium actuum laudabilium effectiua,atque ut asserit 1.Cor.13. Augustinus,uirtus non est nisi amor ordinatus.Gregorius quoque in homilia:Omne,iuquit, mandatũ de sola dilectione est.Respondendum quòd chari- Augustin. Gregorius tas non est formaliter & elicitiuè omnium uirtuosorum actuum productiua,nec ut formaliter contraria unicuique uitio sed,q̃m mouet ad omne bonum, imperat aliarum actus uirtutum , facitq; eas Solutio. operari ꝑꝑ Deum ,& actus earum refert ad ultimũ finem.Ideo uirtus dicitur amor ordinatus seu charitas,non quia realiter,aut essentialiter quęlibet uirtus sit charitas, sed propter ordinem habitus ad actũ,ac finẽ.Quia,ut tactum est hãc ordinationẽ, ac relationem ad vltimũ finẽ facit charitas in omni opere uirtuoso,tanquam uniuersalis motor uirtutũ Virtus est amor ordinatus. influẽs eis uitam memoriam, & directionem. Aliq̃ tñ dicunt ꝙ in illa diffinitione uirtutis, amor non sumitur pro charitate,sed pro generali amore,quo unaquæq; uis animę, & quęlibet uirtus amat suo coniungi obiecto. Sed hoc nõ uidetur Augustinus prætendere , q̃m amor ordinatus propriè charitas Oẽ mandatum est de sola dilectione. appellatur . Conformiter omne mandatum dicitur esse de sola dilectione non formaliter,sed finaliter quoniam cuncta præcepta ad plenam charitatis ad impletionem ordinantur . Ex his accipi potest , cur Augustin. Augustinus ĩ libro de moribus ecclesiæ,omnẽ uirtutem ꝑ amorem diffiniat, dicẽs: Fides est amor Deo credẽs.Fortitudo est amor omnia tolerans propter Quæstio. Responsio amatum.¶Præterea quæritur, an charitas sit forma omnis uirtutis. Ad hoc mihi uidetur dicendũ sine ꝑiudicio aliorum in hac quæstione aliter sentientiũ, ꝙ charitas non est forma uirtutum, nec secundum, uirtutis formam,nec speciem,nec secũdum esse gratiæ gratum facientis:sed charitas informat uirtutes in ratione triplicis causæ,puta formalis & efficiẽtis, atque finalis.Ratione causæ formalis , non sicut intrinseca forma, sed,ut forma extrinseca,complens, & actuans.Item in ratione causæ efficiẽtis,inquantũ in potestate uoluntatis imperat & exercet aliarum uirtutum actus. In ratione quoq; causæ finalis,secũdum quod ordinat actus illarum in ueram salutẽ Charitas ẽ forma virtutum. Hæc Albertus . Et de isto dictum est paulo ante in quæstione, An charitas sit fidei forma . Dicit quoq; hoc loco Albertus,sicut,& alibi,ꝙ charitas differt realiter à gratia gratumfaciente: & ꝙ gratia illa cõ- Albertus. fert uirtutibus esse gratiæ, seu esse gratuitum . sed de hoc tractatum est super 2.Addit item Albertus, quòd charitas non potest esse informis.Primò,quoniam ipsa est primũ donum, in quo oĩa dona do- Charitas ĩformis eẽ non pôt. nantur.Primum inquam ex parte dantis , non ex ꝑte nostri:quia secundum uiam generationis, charitas est post fidem . Primum autem in suo genere nõ ualet esse informe,alioquin oporteret esse aliquid priùs eo ,quo formareẽ. Secundo , quia ex propria ratione habet quod agat propter Deũ eo ipso,quo formaliter diligit eum.Tertiò, quoniam ipsa in esse ctu intimo est fundata .Quartò, quia est similitudo primæ bonitatis.ideo mouet in ratione bonitatis , unitque mentem Deo ut bonificatam ,ac Deo conformatam,acceptam,& gratam, quod non conuenit fidei ,neque spei,Hæc idem.

Thomas. ¶Præterea Thomas respondendo ad istud , utrũ charitas sit uirtus:Finis,inquit,vitæ humana excat, fælicitas.Vnde secundum diuersas uitas, distinguũ- Charitas est uirtus tur fælicitates.Qui enim sunt extra uitam ciuilem , ad fęlicitatem ciuilem nequeunt peruenire, quę attingit summitatem uitæ ciuilis. Similiter adhoc ꝙ quis ad contemplatiuæ uitæ fælicitatem pertingat oportet,ꝙ uitæ contemplatiuæ sit particeps. Hinc fęlicitas ad quam homo per naturalia sua potest ꝑduci,est secundum uitam humanam,& de hac philosophi sunt locuti.Verum quoniam nobis ꝓmittiẽ supernaturalis fælicitas , in qua angelis sanctis erimus pares:quæ non hominum solum, sed angelorũ quoq; naturales uires excedit:solique Deo est naturalis,non potest homo ad illam pertingere,nisi diui- Aristo. næ uitę sit consors. Quod autem ad alterum maximè conuenientiam facit,est amicitia:quia (ut nouo diciẽ Ethicorũ) unusquisque ꝯuersaẽ cũ amico suo in his,quæ maximè diligit, & que reputat suam uitam,q̃si amico suo uolens ꝯuiuere. Propterea q̃dam simul uenãtur,aliq̃ simul potant,nonnulli simul phi- Charitate Deo conuiuimus. losophanẽ, Hinc esse oportuit amicitiam quandam ad Deum,qua ei conuiueremus.& hæc est charitas. Hæc quoq; conuictio hominis cum Deo,excedit facultatem naturæ.idcirco oportet hac supernaturali amicitia perfici hominem.& hæc est charitas theologica uirtus.Porrò Apostolus dicens,Finis pręce- 1.Tim.1. pti est charitas, non intendit,quòd finis præcepti sit charitas,quasi ipsa sit ultimus finis uirtutum:sed ipsa est id,quo cæteræ uirtutes in finem ultimum ordinantur.& excludit ibi Apostolus tria à charitate, quæ amicitiæ uerę repugnant.Primum est fictio, cũ ait,De fide non ficta,fidem pro fidelitate accipiens. Amicitiæ quædam repugnant Secundum est malum fundamentum , sicut eorum qui communicant in peccato ,& per hoc amici & socii fiunt unde ait, De conscientia bona . Tertium est obliquata intentio , ut cum quis diligit amicum propter proprium lucrum.ad quòd excludendum ait Apostolus,De corde puro.¶Si autem insteẽ, q̃m Obiectio homo per naturalia sua potest super omnia diligere Deum:Dicendum ꝙ charitas amorem , desideriũ Solutio. amicitiamque includit. Desiderium autem naturale non potest esse nisi rei , quæ naturaliter potest haberi. Vnde naturale desiderium summi boni inest , nobis secundum naturam,inquantum summum bonum participabile est à nobis per naturales effectus. Amor quoque ex similitudine oritur. Hinc summũ bonum naturaliter super omnia à nobis diligiẽ inquantũ similitudinem habemus ad ipsum per naturalia bona.Sed quia natura nõ potest pertingere ad operationes Dei,quæ sunt sua uita,& sua beatitudo ut sunt uisio,atque fruitio deitatis:idcirco ad amicitiam non peringit , quę facit amicos conuiuere, atque in omnibus communicare.Hinc charitaiem superaddi oportuit,per quam ad Deum amicitiam habeamus:& ipsum amando, assimiletur ei per spiritualium participationem bonorum,desideremusque eum,ut participabilem per gloriam à suis amicis.¶Denique, ad sciendum in qua potentia sit aliqua uirtus,oportet attendere, cui potentiæ competat actus principalis uirtutis . Principalis autem actus charitatis est Deum diligere, qui actus est rationis,ut dirigentis:uoluntatis, ut elicientis,& exequentis, ideo charitatis subiectum est rationalis Charitatis subiectum ẽ uolũtas appetitus, puta uoluntas . Quemadmodum etiam dictum est,quòd fides est uirtus specialis ,ac una q̃a formale & principale eius obiectum est unũ,& spe-

cialem obtinet rationem, propter quam cętera cuncta creduntur, conformiter ſpes: ita quoq; de charitate eſt ſentiendũ. Specificatur namque à ſuo primò formali, ac principali obiecto, quod eſt bonitas ſumma, ob quam, & alia diliguntur, inquantum eam participant participareve poſſunt per dona gratiæ, ac munera gloriæ. ¶ Porrò, ut eluceſcat qualiter charitas ſit forma uirtutum, penſandum, ꝙ charitas ad omnes virtutes cęteras comparatur, vt motor, ut finis, & vt forma. Quod enim ſit motor cæterarum uirtutum: hinc conſtat quoniam bonum, quod eſt charitatis obiectum ſub ratione finis, eſt finis uirtutum. In cunctis, aũt potentijs, & actibus ordinatis, ars ſeu potentia quæ eſt circa finẽ, ordinat aliarum actus ad proprium finem: quemadmodum militaris, quæ eſt propter uictoriam, ad quã omne officiũ bellicum ordinatur, ordinat equeſtrẽ, & nauale ad ſuum finem. Hinc charitas dicitur mater uirtutum, inquantum actus earũ imperatiuè, pducit ex præcõceptione ultimi finis, qui ſe habet per modum feminis, cum ſit principium in operabilibus. ſicq; imperat actus inferiorum uirtutum, inquantum facit eas operari ob ſuum finẽ. Hoc aũt intereſt inter elicere actus uirtutum, & imperare, ꝙ habitus, ſeu potentia elicit illum actum, quẽ producit circa ſuum obiectum nullo mediãte: imperat uerò actum: qui producitur mediante potentia, aut habitu inferiori circa obiectum illius potẽtiæ. Sic ergo charitas motor, ſeu motrix eſt aliarum uirtutum, eſt quoque finis earum. Hoc nãq; uirtutibus oibus eſt cõe, ꝙ actus ipſarum ſint proximi fines earũ. Finis autem inferioris potẽtiæ, ac habitus, ordinat ad finẽ ſuperioris, ſicut finis temperantiæ ad finem charitatis. Sicque actus omnium inferiorum uirtutum, ordinantur ad charitatis actum & complementum, tanquam ad finẽ: iõ dr̃ finis pręcepti. Ex quibus patet, ꝙ charitas etiã ſit forma, perficiens unãquanq; uirtutem ī rõne uirtutis, Omnes demum aliæ uirtutes, q̃ ſunt meritoriæ uitæ æternæ, put nũc de uirtutib⁹ loquimur, ſunt in potentiis uoluntati ſubiectis: qa nec actus alicuius potentiæ põt meritorius eẽ, niſi inquantũ aliquid de uoluntario hẽt, quod contingit ex hoc, ꝙ uoluntas mouet, & imperat aliarum actus potẽtiarũ. Cumq; charitas perficiat uolũtatẽ, ipſa uocat̃ forma cæterarũ uirtutũ, ſicut prudentia moraliũ. Hic ergo eſt unus modus, quo charitas dr̃ forma virtutũ. Alij uerò duo modi accipi poſsũt ex hoc, ꝙ charitas eſt motor, & finis uirtutũ. Nempè ut mouens, ponit modũ ſuum in inſtrumento. Ea quoque, q̃ ſunt ad finem, diriguntur ſecundum exigentiã rõnẽq; finis, ita & modus charitatis in aliis participatur uirtutibus, inquantum mouentur à charitate, & inquantũ ordinantur ad ipſam: ¶ Cumq; inquirit̃ an ſit forma uirtutum exemplaris uel intrinſeca, dicendũ ꝙ exemplaris. Sed forma exemplaris eſt duplex: Vna, ad cuius repræſentationem ſit aliquid. & ad hanc non exigitur niſi ſimilitudo tantũ quemadmodum res ueritas dicimus eſſe picturarũ, formas exemplares. Secundo dicitur forma exemplaris, ad cuius ſimilitudinem aliquid fit, & per cuius participationem reſpicit eſſe. ſicut diuina bonitas eſt forma exẽplaris omnis bonitatis, diuina quoque ſapientia omnis ſapientiæ: & talem formã exemplarem non oportet eſſe eiuſdem ſpeciei cum cauſatis: & ita eſt de charitate reſpectu aliarum uirtutum. ¶ Inſuper charitas non poteſt eſſe informis, & in hoc cõiter omnes concordant. Cuius cauſam quidã aſsignãt, quia ipſa eſt ſpiritusſanctus, quod in primò reprobatũ eſt libro. Alij, quia realiter idẽ eſt quod gratia gratum faciens, quod in ſecundo libro deſtructum eſt. Oportet igitur alias ponere cauſas. Vna eſt, quia (ut patuit) charitas eſt amicitia quædam quæ requirit coniunctionem, cõſenſum, & cõplacentiam quandam inter amicos: quod eſſe non poſſet, niſi charitas eſſet participatio quædam uitæ diuinæ, quod eſt per gratiã: ideo charitas ſine gratia nequit eſſe. Secunda ratio, eſt: quoniam ipſa eſt aliarum uirtutum motor & forma. Vnde omne peccatum mortale auſert, & perimit charitatem, in quantum opponitur actui alicuius uirtutis. Cumque gratia tolli non queat, niſi per mortale peccatum: ideo ablata gratia, tollitur charitas ipſa. Hæc Thomas in Scripto.

¶ Porrò in Secũda Secũdæ, quæſtione 23. Non q̃ libet, ait, amor rationem amicitiæ habet, ſed ille q̃ beneuolentiæ rationem ſortitur, dum alicui uolumus bonum propter ipſum, non propter propriũ commodum. Si enim res amamus, inquãtum nobis utiles delectabilesve conſiſtunt, non amore amicitiæ, ſed cõcupiſcentiæ eas amamus: ſicut amamus equũ, ueſtem aut cibũ. Nec beneuolentia ad amicitiæ ſufficit rationẽ, ſed reamatio quædã exigitur. Eſt enim amicus amico amicus. Hæc quoque reamatio in communicatione quadam fundatur. Eſt autem nobis communicatio quædam cum Deo ſecundum intellectualem animæ perfectionem, ſecũdum quam Deus nobis ſuam beatitudinem nũc per fidem inchoatiuè communicat, poſt modum uerò plenè p ſpeciem: ſicq; inter Deum, & nos eſt amicitia, quæ charitas nominatur. Vnde, & ſocietatem cum Deo habere aſſerimur, iuxta illud Apoſtoli. Fidelis Deus, per quem uocati eſtis in ſocietatem filij eius. Veruntamen amicitia ſe extendit ad aliquid dupliciter. Primò, reſpectu ſuiipſius, & ſic nullus diligit niſi amicum reamãtem. Secũdò, reſpectu alterius perſonæ, ob cuius amorem diligun tur uniuerſa ad ipſum ſpectantia, tam filij, q̃ miniſtri. Cumq; amici dilectio tanta conſiſtere poſsit, ut propter ipſum diligantur attinentes eidem, quam uis offenderint diligentem, ſeu oderint, idcirco iubemur inimicos propter Deum diligere. ¶ Præterea amicitiarum ſpecies uno modo ſumuntur ſecundũ finium diuerſitatem, ut ſunt amicitia boni honeſti, amicitia utilis, & amicitia rei delectabilis. Primam habent uirtuoſi, ſecundã cupidi, tertiam libidinoſi. Secundò penes diuerſitatẽ communicationum, in quibus fundat̃ amicitia, ſicq; alia eſt amicitia conſanguineorum, quæ fundatur in communicatione naturali: alia conciuium, quæ fundat̃ in cõicatione ciuili: alia peregrinantiũ, ut 8. dr̃ Ethicorũ. Neutro aũt mõ charitas diuidi põt. nã finis eius eſt unus, uidelicet boni as increata. cõicatio quoq; in qua fundatur eſt una. i. beatitudo æterna. Amicitia etiã fideliũ deuotorum, fundatur in communicatione charismatũ gratiæ, ſicut amicitia beatorũ in cõicatione munerũ gloriæ. ¶ At uerò q̃uis charitatis obiecta dicanẽ Deus, & ꝓximus, hoc tñ nõ eſt ex æquo. Eſt nãque una rõ diligẽdi Deũ, & ꝓximũ, utpotè bonitas Dei: idcirco eadẽ charitate uterq; diligit̃, Deus pp̃ ſe proximus propter Deum Hæc Thom. in Summa.

¶ Conſonat Petrus, qui diffinitiones charitatis exponens: Charitas, ait, conſideratur dupliciter: Primò, ſecundum, ſe, & in ſe, ſicq; eã deſcribit Auguſtinus, dicẽdo: Charitas eſt uirtus qua Deus diligit̃ pp̃ ſe & ꝓximus pp̃ Deum habitus qppè cognoſcitur, diſtinguit̃ ac diffinit̃ p propriũ actũ, & actus p obiectum, ſm philoſophum. Obiectum quoque eſt duplex. puta formale, & materiale: obiectum formale

Charitas eſt forma uertutum, motor & finis.

Charitas mater eſt uirtutum.

Quæſtio.

Reſponſio

Charitas ī formis eẽ non põt.

Thomas.

Amicitia exigit̃ reamationẽ

Bonauẽ.

2. Cor. 1

Amicitia dupliciter ſe extẽdit

1. Cor. ij.

2. Cor. 13.

Amicitiarum diuerſæ ſunt ſpecies.

Ibidem.

Ariſto.

Thomas.

Taranta.

Auguſt.

Ariſtote.

Obiectum duplex.



formale habet rõnem motiui p ſeipſum, ſicut lux obiectũ eſt uiſus, Obiectũ materiale habet rationẽt motiui per alterum, ſicut color per lumen mouet uiſum. Deſcribit igitur Auguſtinus charitatem per actum proprium, qui eſt diligere: per obiectum formale, quod eſt Deus: per obiectum materiale, quod eſt proximus. Secundò attenditur charitas in comparatione ad alias uirtutes inquantum earũ eſt motor, & forma. ſicq; deſcribit eam Apoſtolus, dicens: Charitas eſt finis præcepti, de corde puro, & cõſcięntia bona, & fide non ficta. Charitas quippè ſecundũ quod forma cunctarum uirtutum, eſt ultima ordine originis ſeu executionis, prima uerò ordine dignitatis ſeu intentionis, ſeu intentionis. Cumq; ſit in prima ordine dignitatis & intentionis, eo quòd ſit immediator fini, ideo dicitur finis præcepti: & quia eſt ultima origine, additur de corde puro. Præſupponit enim naturaliter habitum gratiæ gratum faciẽtis tanquam diſponens, quo cor ab amore peccati purgatur: habitum ſpei, quo animus ad ſuperiora erigitur habitum fidei, quo intellectus ab errore mũdatur, ac pręſeruatur. Diſpoſitio quoque gratiæ immediatior eſt charitati, q̃ ſpei, & ſpei quàm fidei, cũ ſpes poſsit eſſe ſine charitate, gratia non. Ideo primò dicit Apoſtolus, de corde puro: deinde conſcientia, i. ſpe bona, ſecundum Gloſſam: & poſt modum, fide non ficta. Hæc Petrus.

¶ At uerò de hoc, an charitas ſit uirtus ab alijs uirtutibus diuerſa, ſcribit Bonauentura: De hoc eſt triplex poſitio. Vna, ꝙ uirtus, ſeu habitus charitatis nõ diſtinguatur realiter à uirtutibus alijs, dicens habitus uirtutum non diſtingui ab inuicem, niſi ſola relatione ad actus diſtinctos. una namq; virtus denominat aliam. Nam dicimus, charitas credit, fides diligit, iuſtitia pia eſt, pietas iuſta. quod formis diſparatis non conuenit. Cum ergo Apoſtulus attribuat charitati omniũ actus uirtutum, dicendo. Charitas patiens eſt, benigna eſt &c. non uidetur per eſſentiam differre à uirtutibus cęteris. Verum hæc opinio nec rationi eſt conſona, nec communi doctrinæ, nec diuinæ ſcripturæ cum dicat Apoſtolus: Nunc autem manent tria hæc, fides, ſpes, charitas. ergo ſunt habitus tres, & addit. Maior horum eſt charitas: ergo realiter differt à fide, & ſpe. Iterum ait fidem euacuari: Ex parte, inquiens, cognoſcimus. Cum autem uenerit quod perfectum eſt, euacuabitur quod ex parte eſt. Charitatem autem dicit nunquam excidere. Virtutes quoq; realiter ab inuicem diuerſificari, oſtendit diuerſitas actuum & obiectorum, ordo, & gradus, multiformitasq; earum. Id circò dũ una uirtus denominat aliam, ut actus unius attribuitur alteri, hoc non eſt propter habitum indifferentiam, ſed ob mutuam eorum circumincęſsionem, & cõmunicantiam, ſicut de potentijs animæ dicimus, quod ſe inuicem circumincedunt, & ſupra ſe mutuò referuntur: non quia omnino idem ſunt, quia cum in eodẽ ſint, poſſunt reflecti ſuper illud, in quo ſunt, & ſuper ſe inuicem, ac proprios actus: quoniam anima intelligit, ſe, & diligit, ſe, & uires ſuas, & actiones. Aliarum quoque uirtutum actiones attribuuntur charitati: quoniam imperat eas, & quia ipſa eſt fundamentum, & complementum uirtutum, ſine qua nulla uirtus habet perfectam rationem uirtutis, cũ nec Deo accepta ſit, neq; ad fęlicitatẽ ſine charitate perducat. ¶ Secũda opinio eſt, qđ charitas ab alijs uirtutibus non diſtinguitur propter ipſius generalitatem, dicentes uim concupiſcibilem diffundi per alias omnes uires, eo quòd cunctæ animæ uires appetũt ſua obiecta, ita quòd quidã amor eſt in oibus illis. Cumq; charitas ſecundum Auguſtinum nõ ſit niſi ordo amoris, ſeu amor ordinatus, dicunt charitatem ob ſuam generalitatem ab alijs uirtutibus non diſtingui. Sed contra iſtud ſunt motiua contra primam opinionem inducta. Nec concupiſcibilis uis eſt ita per alias uires diffuſa, ut nõ ſit à rõnali ira ſcibliq́ue diſtincta: ſed diffundi ſic dicitur, propter ſimuleitatem, & ordinem in mouẽdo. Generale ꝙp pe, ſeu uniuerſale quid appellat̃ dupliciter: Primò in prædicãdo, ut genus & ſpecies. Secundò, in cauſando, ut ſol. Sicq; uoluntas, & charitas poſſunt dici communes: quoniam communem influentiam, atq; dominium ſuper cæteras habent uires, à quib. nihilominus realiter diſtinguuntur. ¶ Hinc tertia extat poſitiuo, ꝙ charitas uirtus eſt ſpecialis, ſicut probatum eſt: & quia aliud habet ſubiectum, quàm aliæ quædam uirtutes, utpotè uoluntatem: & ſpeciale uitium ei opponitur, eſſentiale quoque prẽmium ei correſpõdet. Quemadmodum etiam imago creationis conſiſtit in tribus potẽtijs, & in una eſſentia animæ, ita imago recreationis conſiſtit in theologicis tribus uirtutibus, & gratię unitate. Hęc Bonauentura, qui in cæteris conſonat præinductis ſicut, & alij doctores communiter.

¶ Præterea Scotus ſolùm hic ſciſcitatur, utrum charitas ſit uirtus theologica inclinans ad diligendum Deum ſuper omnia. Videtur ꝙ non, quia creatura ad Deum amicitiam nequit habere, ut dicitur Ethicorum. 8. qm̃ Deus incomparabiliter nos excedit. charitas autem amicitia quædã eſt. Secundo, ſ. Ethicorum aſſeritur, amicabilia ad alterum menſurantur ex amicabilibus ad ſeipſum: menſuratum autem non excedit menſuram, ergo impoſsibile eſt nos magis diligere Deum quã noſipſos. Vnde communiter dicitur, ꝙ dilectio ad alium, deriuatur ex dilectione ad ſeipſum. Dilectio quoque ſuper unitatem fundatur. Nihil autem eſt amãti, tam unum ut ipſe ſibi. Tertiò, naturali ratione dictãte, poteſt homo diligere ſuper omnia Deum, ergo ex actuum illorum frequentia generat̃ in hominem habitus inclinans ad huiuſcemodi actus. ſicq; præter habitũ illum non erit ponenda in homine charitas infuſa, quia nec pluraliter eſt ponẽda ſine neceſsitate, nec habitus duo eiuſdem ſpeciei poſſunt ſimul ineſſe eidem: Nec ualet dici, ꝙ hi duo habitus differant ſpecie propter diuerſitatem cauſæ efficientis, quia ſecundum Auguſtinũ 3. de trinitate, ſola efficiens cã nõ diſtinguit effectum Anſelmus quoq; libro de incarnatione diſſeruit, differentia originis nõ diuerſificat ſpeciem. ¶ Circa hæc ſunt tria uidenda. Primũ, ꝙ diligere Deum eſt actus rectus, & uirtuoſus, rationiq; conſonus, & ob hoc ex uirtute, & habitu charitatis procedens, præſertim quia præcepta moralia ſunt de lege naturę, inter quæ primum, & maximùm eſt de Deo ſuper omnia diligendo. & eſt diſtincta à ſpe, cæteriſque uirtutibus: quoniam eius actus eſt tendere in bonum ſecundum ſe etiam ſi per impoſsibile circunſcriberetur eius commoditas ad amantem. Secundò dicendum eſt hic, quòd formale charitatis obiectum eſt Deus ſecundum rationem ſuam abſolutam, uel Deus inquantum bonum, uel Deus inquantum bonum amanti conueniens, uel inquantum includit utrunque, uidelicet ut eſt bonum quoddam infinitum in ſe, cuius participatio quædam eſt ipſe amans, ſicut finitũ eſt participatio infiniti. Si unũ horũ ponereẽ, ſic Deus ſecundũ quod dat eſſe per creationẽ amore diligitur naturali: ſed inquantum largitur eſſe beatificum, diligitur charitate. ¶ Circa hæc dico, qđ ratio

Auguſt.

Generale dupliciter

Quæſtio.

Scotus.

Ariſtot.

Auguſti.

Anſelmus

tio obiectiua actus charitatis ut habitus, intelligi potest tripliciter: uel prima, quæ sm̃, se accepta, nata est esse per se ratio terminandi actum. uel secũda, quæ est ratio alia actum pręcedens, propter quam actus natus est elici: uel alia, quæ actum concomitatur, imò quasi consequitur actum elicitum. Prima ratio est propria ratio obiectiua, nullaq; alia strictè loquendo. & hæc ratio obiectiua, est ratio Dei in se. præcisa namq; ratio huius essentiæ, est formalis rõ terminandi omnem actum, ac habitum theologicum: & hoc in quacunq; natura intellectuali, quia potentia respiciens obiectum commune adæquatũ sibi siue in ratione motiui, siue in ratione termini, nõ potest perfectissimè quietari, nisi in eo solo, in quo est perfectissima ratio huius obiecti adæquati. Omnis autem potentia intellectiua, & uolitiua, respicit pro obiecto adæquato, & terminante ens totum. Tale autem est solùm hoc primum ens, non sub ratione aliqua relatiua, sed sub ratione, qua hoc ens. Secunda ratio potest aliquo modo dici ratio obiectiua, præcipuè respectu actus amandi. & talis in proposito est ratio relatiua huius naturæ ad amantem, qua scilicet est boni sui cõmunicatiua illi. sic enim in nobis primò amatur aliquis propter bonum honestum. Secundò, quia scitur redamare, quę redamatio est in eo una specialis ratio amabilitatis, alliciens ad eius amorem, ut sic Deus ametur non solũ quia infinitum est bonum, sed etiam quoniam nos amauit communicando se nobis. Atq; in isto secundo gradu amabilitatis poni potest omne illlud, in quo inuenitur ratio amabilitatis, qũocunq; à Deo manauerit. Tertia ratio, quæ est circa obiectum finiens actum, non est propriè ratio formalis obiectiua, quia naturaliter consequitur actum elicitum. & tamen pro quãto semper comitatur actum, posset poni alia ratio obiecti. sicq; Deus diligitur, inquantum est bonum beatificũ diligentis. sicut diceretur Deus summè diligi, qm̃ summè diligit. Insuper ponitur, ꝙ natura non sufficit ad eliciendum actum charitatis absq; habitu infuso. primò, q̃a natura determinatur ad unum. Determinatur enim ad appetendũ proprium esse, ergo nõ potest appetere non esse sui. & hoc, quocunq; posito circa ipsum, nisi dicatur determinari ad appetendum suum non esse conditionaliter, quod non uidetur multum probabile. Cum ergo natura intellectualis ex se determinet ad appetendum se esse, non uidetur ꝙ determinet ad appetendum potiùs Deum esse, q̃ se esse, & si utrũque simul stare nõ posset, uidelicet Deũ esse, & se esse, potiùs uellet Deũ nõ esse: deniq; appetitus naturalis nõ uř esse, nisi respectu conuenientis appetẽti, & pcõsequens est primò respectu illius, cui optat conueniẽs, & hoc est ipsemet amans. Et si est primò respectu eius, ergo non potest esse magis respectu alterius.

Obiectio.

¶Sed contra hoc obijcitur, q̃a pars magis appetit esse totius, q̃ suijpsius: quia & aqua ascẽdit, ut uacuũ euiteť, & manus se exponit suæ destructioni, ne lędatur caput aut homo neceť.

Solutio.

Se istud nõ cogit, non em̃ manus hoc agit, sed homo, qui plus amat conseruationem suæ partis principalis, seu suæ personę, quã suæ manus. Nec aqua ascendit in tali casu ex sua natura, sed à quodã mouẽte extrinseco, Nihilominus cõcedo ꝙ naturalis rõ dictat, atq; ostẽdit intellectuali creaturæ aliq̃d esse summè diligendum, uidelicet Deum. quia in oĩbus actibus essentialiter ordinatis aliquid est suppremum, ergo, & aliqua suprema dilectio, & ita supremũ obiectum sic diligibile. Sed recta ratio non ostendit hoc diligibile esse quid aliud à bono infinito, seu Deo: aliàs charitas inclinaret ad oppositum eius quo dictat ratio recta, & ita non esset uirtus.

Aristot.

Præterea secundum philosophum nono Ethicorum. Fortis policitus secundum rectam rationem exponit, se morti pro bono reipublicè, & tamen philosophus non diceret talem uirum aliquod recipere præmium post hãc uitã, sicut apparet ĩ multis locis, in quibus dubitat de animæ immortalitate, & magis uideť declinare ad hoc, quod sit mortalis: ergo circunscripto præmio futuro, talis cupit non esse, quatenus conseruetur bonum commune.

Mirũ q̃.

¶Potest addi ad idem probandũ persuasio theologica: quia si homo non potest Deũ ex naturalibus super oĩa diligere, ergo certus potest esse, se in charitate consistere, cum multi experianť se Deum super oĩa diligere.

Diligit homo Deum ex solis naturalibus sup omnia.

Insuper, cũ dicimur obligari diligere Deum super oĩa, istud super oĩa, põt intelligi extensiuè, seu intensiuè. Extẽsiuè, ut plus diligat Deum, q̃ alia omnia, ita ut aliquo affectu potius uelit alia cuncta non esse, quam Deum non esse. In tensiuè sic, ꝙ maiori affectu uelit Deo benè esse quã alicui alteri. Quantum ad primum, conceditur communiter, quòd nihil aliud à Deo, nec omnia simul sunt æquè appreciand, ut Deus.

Dilectio Dei super omnia dupla.

De secundo ponitur una distinctio, quòd amor excedit amorem, aut quia feruentior, aut quia tenerior, aut quia fortior, seu firmior, sicut dicitur. Mater diligit prolem ardentiùs, atque tenerius, pater uerò fortiùs, & fixiùs, quia periculo exponeret, se maiori pro filio. Sic ergo dilectio nostra ad Deum debet super omnia esse, quantum ad firmitatem, ne scilicet aliud aliquid possit nos à Deo auellere. non autem oportet ut si maior, quantum ad feruorẽ, & teneritudinem, ac dulcorem.

Obiectio

¶Sed contra hæc arguo: Quia hoc solùm diligitur magis, quod diligit firmiùs, hoc nãque plus diligo, cui minùs uolo malum accidere, pro cuius bono saluando maiori me expono periculo ex charitate: quia exponere sequitur actum amandi, qui actus est uoluntatis, non qui est actus seu passio appetitus sensitiui. Hinc si qui dicantur diligere Deum feruentiùs siue teneriùs, qui non diligunt eum firmiùs, non est ex hoc in eis aliquis excessus amoris intellectui, sed forsitan alicuius passionis amoris sensitiui, quemadmodum aliqui, qui dicunť magis deuoti, sentiunt interdum quandam dulcedinem maiorem, quàm alii multo solidiores in dilectione, qui cẽtuplo promptiùs sustinerent matyriũ. Nec dulcedo est actus voluntatis elicitus, sed passio quædam actui attributa, qua Deus nutrit, & allicit paruulos ne in uia deficiant. Dico ergo, quòd illud, super omnia, intelligendum est extensiuè, ac intensiuè. quemadmodum enim teneor Deum diligere super omnia extensiuè, ita etiam maiori affectu quàm aliquid aliud. Et simpliciter dico maiori, quia uidelicet magis repugnat effectui opposito, quo faciliùs posset inclinari ad oppositum dilectionis cuiuscunque alterius, quàm ad oppositum dilectionis Dei.

Responsio ad obiecta Scoti.

¶ Ad obiecta respondeo, quòd charitas propriè potest amicitia dici, quamuis non accipiendo amicitiam tam strictè, ut sumit eam nono Ethicorum Philosophus: quia secundum hoc, est ad Deum aliquid excellentiùs amicitia, ut superamicitia. Nec excellentia illius obiecti tollit, quod perfectionis est in amicitia. ¶Ad secundum, quòd Deus ex naturalibus saltem in statu naturæ institutæ super omnia diligi potest. & ad auctoritatem philosophi respondendum, quod intelligitur quantum ad innotescentiam. Amicitia enim ad alterum innotescit, quando ei appetimus ea, quę nobis, uel loquitur de amicitia multum strictè accepta.



Cumq; de unitate arguitur, dico ꝙ duæ conditiones cõcurrunt in obiecto amabili, vtpotè vnitas, & bonitas, & quãuis qñq; vnitas superet vnitatẽ, tñ ex alia parte bonitas recõpensat. Ad tertium, conclusionem concedo, nec tñ charitas infusa superfluit. Et etiam dico, quòd non potest aliquis habitus eiusdẽ speciei cũ charitate, acquiri ex actibus, licèt possit acquiri aliqua amicitia tendens in Deũ sub eadẽ rõne obiecti: & ẽt per similem actũ põt esse, & actibus acquisita. Quæcunq; namq; natura non põt esse ab aliquo efficiente eiusdem speciei cum efficiente alterius, non est eiusdem speciei cum illa alia sicut est in proposito. Hęc Scotus.

Obiectio contra Scotum.

¶ Quibus objicitur primò, ꝙ distinctio illa qua amor multipliciter dicitur maior, seu minor, uera rationabilisq; cõsistit, & dictis Antisiodorensis, atq; Gulielmi Parrhisiensis, Alexandri, Thomæ, Bonauenturæ, ac aliorum, concordat. Et quamuis absolutè loquendo id magis, ametur, quod firmiùs, seu fortiùs vel intensiùs: non tamen hoc solùm magis diligitur omni modo, ac specie diligendi, quemadmodum quamuis simpliciter melior sit, q̃ perfectiùs diligit Deum: non tamen ille solùm melior est omni modo melioritatis; aliquid non posset de tot sanctis verificari illud ecclesiastici: Non est inuentus similis illi, &c. (Eccl. 44.) Coformiter, quamuis absolutè odium Dei sit peccatum grauissimum: non tamen odium Dei grauissimum est peccatum omnipotens modis grauitatis peccati. Imò sic desperatio aliquo modo est maius peccatum. Idcirco nec verum est, imò simpliciter falsum est illud, si qui Deum feruentiùs, & teneriùs diligunt, qui non diligunt, eum firmiùs: non est in eis ex hoc aliquis excessus amoris intellectiui, sed forsitan alicuius passionis amoris sensitiui. Cuius dicti error ostenditur: quoniam feruor non solùm ad sensitiuum, sed etiã ad intellectiuum spectat amorem. Vnde vt diuinus Dionysius (Dionysius) asserit lib. de hierarchia Angelica, in summo ordine Angelorum potissimè uiget feruor, charitas quoque uiatorum proficiendo feruet, & ardet prout Hugo de sancto Victore, & Richardus eius discipulus, protestantur. (Hugo de S. Victo. Richardus) Hinc charitas melioratur atque perficitur non solum firmitate, sed etiam intellectiuo feruore.

Dulcedo deuotiõis charitati annectitur

Porrò dulcedo charitati annexa (hoc est, in eius actu consistens) non aliud est, quàm delectatio spiritalis in uoluntate, interioriq; actione charitatis existens: quæ non est propriè passio, prout passio in sensitiuo ponitur appetitu. Itaque tenemur super omnia Deum diligere, imò incomparabiliter plus, quàm nosipsos, & cuncta creata appreciatiuè, ita quòd pro nulla reuelimus separari ab eo: non tamen magis intensè, quantum ad ipsum feruorem, præsertim qui ex redundantia causatur in parte apetitus inferioris, sed firmiùs. Et si illi firmitati feruor, & dulcor iungantur, perfectior redditur, & cæteris paribus, melior fieri ritè censetur.

Gandauus. Quæstio.

¶ Præterea circa hæc quærit duodecimo quodlibeto Henricus, An Deus possit diligi à creatura absque hoc, quòd aliquid simul cum Deo ab ipsa creatura diligatur. Ad quod respondet, quòd imò: quoniam Deus facere potest se esse cognitum à creatura absque hoc, quòd aliud à se actualiter cognoscatur à creatura. Nil autem diligi potest nisi cognitum. Etenim Deus potest se præsentare menti creatæ, non repræsentando ei aliud aliquid.

Obiectio. August. Responsio

Si autem objiciatur illud Augustini, Si Deus diligitur, proximus diligitur: respondendum, quod verum est actu, aut habitu, cũ idẽ sit habitus charitatis quo Deus proximusque amatur.

Quæstio.

¶ Amplius quærit decimotertio quodlibeto, an bonum sit appetitus obiectum, inquantum bonum uel inquantum conueniens. Quæ quæstio satis subtilis videtur, & applicari potest ad hoc, an homo diligat Deum potius inquantum in seipso est bonus, uel inquantum ipsi homini extat conueniens.

Responsio

De qua re iam introducta sunt aliqua, ex quibus innotuit, quod syncerissimus amor creaturę ad Deum, fertur in Deum inquantum in seipso est bonus: deinde inquantum sibi conueniens est per beneficia, & pro missa: tamen hæc ipsa referendo ad ipsum datorem inquantum necessaria sunt ad inhærendũ Deo plenariè, & perfectè, non inquantum sibi accomoda. Sed ad dubium respondet Henricus diffusè, & eius responsum ad uitandum prolixitatem dimitto, præsertim quia, & in quartò forsan occuret.

Antisiodorensis.

¶ Præinductis quoque concordat Antisiorensis, charitatemq; ait speciem specialissimam esse, & addit: Charitati opponitur omne peccatum secundum tria. Primò, quia peccatum separat à Deo charitas verò ei coniungit. Secundo, quia peccatum est Dei offensa, charitas autem efficit Deo gratum. Tertiò, quia peccatum est animę mors, charitas est animæ uita. (Sapien. 16. Psal. 10.) Idcirco qui peccat, animam suam occidit, atque per hoc odit eandem. Deniq; charitatem quidam dixerũt posse esse informem, & quod gratia non est uirtus, sed quasi ros quidam rigans & formans charitatem, cęterasq; uirtutes. Hæc Antisiodorensis.

Dionysius noster.

¶ Contrarium autem huius vltimi dicti iã patuit: vtpotè charitatem non posse esse informem.

## QVAESTIO II.

Præterea quæritur, *An possumus Deum in hac uita immediate totaliterque diligere*. ¶ Videtur quòd non, nisi dilectio cognitionem assequitur, sed non valemus Deum in hac vita immediatè cognoscere, nec eius essentiam intueri, ergo nec immediatè possumus eum diligere. ¶ Præterea, non possumus Deum totaliter in hac vita cognoscere, ego nec immediatè diligere. ¶ Iterum, sicut Deus, sua actualitate, & cognoscibilitate transcendit in infinitum nostri intellectus capacitatem, propter, quod non possumus totaliter cognoscere eum, ita & sua bonitate, & amabilitate transcendit, ac superat nostræ voluntatis facultatem: ergo nec immediatè neque totaliter diligere possumus ipsum.

¶ In contrarium est, quod obiectiuè Deum diligimus, ita, quòd dilectio nostra directè, & immediatè terminatur in ipsum.

Thomas

¶ Circa hæc Thomas conscribit: In potentijs ordinatis, vbi terminatur actus præcedentis potentiæ, incipit actus sequentis, quemadmodum actio, intellectus incipit in termino imaginationis, quamuis autem essentiam Dei intellectus noster in vita, ista non videat immediatè: tamen cognitio intellectus terminatur ad Deum. Nam ipsum esse apprehendit ex eius affectibus. Hinc actio voluntatis potest circa Deum nullo medio interueniẽte versari, sicq; Deum immediatè diligere, præcedentibus tñ motibus seu, actibus multarum uirium inferiorum.

Obiectio. Augustin.

¶ Si autẽ objiciatur, quòd intellectus est uelocior uoluntate, propter quod loquitur Augustinus, Præcedit intellectus, & sequiť tardus, aut nullus affectus: ergo ad Deum pertingit velociùs, imò & immediatiùs, quàm affectus:

Intellectus q̃ uolũtate velocior.

dicendnm ꝙ intellectus uelocior est affectu, quantum ad hoc, quòd præuenit

nit uoluntatem: affectus tñ amando magis pertingit ad intima rei, & sicut asserit Hugo, cognitio foris stat, vbi affectio intrat. ¶ Insuper circa hoc, an diligamus Deum totaliter, aduertendum, quòd ad dilectionẽ tria concurrunt, videlicet ipse diligãs, dilectio, & res dilecta: quorum unicui q; correspondet proprius modus. Etenim res dilecta habet modum suæ diligibilitatis: diligens quoq; habet modũ quo est dilectiuus, id est, aptus seu natus diligere. Modus uerò dilectionis attenditur in comparatione diligentis ad dilectum: quia dilectio media est inter utrũq;. Et ita de uisione dicendum. Si ergo ly totaliter, dicat modũ rei dilectæ in se, sic sancti in patria vident, cognoscũt & diligunt Deum totaliter: qm̃ sicut nihil est de essentia Dei, quod non uideãt ac diligant, pp quod totum videre, atq; diligere p hibentur: sic nihil de modo, quo Deus est, manet eis non visum, aut non dilectum. Idem dicendum, si ly totaliter, dicat modum diligentis, quia secundum omnem modum suum, id est, secundum totum posse, vident, ac diligunt Deum, nihil suæ potentiæ subtrahentes uisioni, ac dilectioni diuinæ. Porrò si dicat modũ dilectionis, sic neq; totaliter uident eum: modus namq; uisionis, & dilectionis (vt patuit) attenditur in comparatione diligibilis, atq; visibilis ad videntem: & modus, quo Deus uisibilis, diligibilisq; consistit, modum creaturę transcendit, cũ lux, & bonitas Dei sint infinitæ: ideo non videtur tam clarè, ac plenè, nec amatur tam feruenter, & intensè, sicut ex sua natura uisibilis, ac diligibilis extat, imò sic solum à seipso totaliter videtur, & diligitur quemadmodum sibi soli comprehensibilis est. Hæc Thomas in Scripto.

An dilectionem tria concurrant.

Tho. 22. quæst. 27.

¶ Insuper in Secunda Secundæ quæstione uigesima septima: Cognitio, inquit, fertur in cognitum, secundum quod illud est in cognoscente. Deum autem in hac uita non valemus cognoscere, nisi per creata, quæ diuinam naturã plenè nequeunt repræsentare, nec in seipsa ostendere: Ideo Deũ in isto exilio immediatè uidere non possumus, quia nec per propriam speciem est in nobis sicut obiectũ nostræ cognitionis: appetitus uerò fertur in uolitum, secundum, quod illud est in re. Hinc charitas etiam fertur immediatè in Deum ubi cognitio sistit, dilectio incipit. ¶ Præterea, cum dilectio inter amantem & amatum sit medium, uniés unum cum alio, dum quæritur an Deus à nobis amari totaliter possit, totalitas ista referri potest ad Deum: ficq; Deus totaliter diligi potest, ac debet: quoniam ipse totus, & quicquid in ipso est, extat amabile. potest quoq; ad amãtem referri, & sic rursus totaliter debet, & pót amari: quoniam rationalis creatura totis uiribus debet ipsum diligere. Potest rursus totalitas hæc capi per comparationem diligentis ad dilectum, vt sit sensus: An Deus à creatura tantum queat amari, quantum ex sua bonitate amabilis est, & amandus ficq; à se solo totaliter, id est, perfectè, & plenè potest amari. Hæc idem in summa.

Amari Deus a creatura non potest q̃tum est amabilis.

¶ Concordat Petrus, Richardus, & alij plures.

## QVAESTIO III.

AMplius queritur hic, *Vtrum dilectio, qua Deũ diligimus, habeat modum.* ¶ Videtur, quòd nõ, quia in præcepto, quo illa iubet dilectio, dicitur: Ex toto corde, ex tota uirtute, & sic nulla mensura præfigitur ibi. ¶ Secundò, quia secundum Bernardum libro de amando Deum: In hac dilectione modus est, sine modo diligere: quia quo plus, eo melius diligitur Deus. ¶ Tertiò, quia tenemur incomparabiliter plus amare Deum, quàm nos ipsos, & cætera vniuersa. ¶ Quartò, dilectio attedit, ac mensuratur penes suum obiectum, cumq; diuinę dilectionis obiectum sit bonitas increata, quæ infinitæ est amabilitatis, videtur quòd sine mensura, imò in infinitum amanda sit.

ernar. l.

¶ In oppositum est, quòd omne finitum habet modum. Discretio quoque, vt sanctus fatetur Bernardus, omni uirtuti seu actui uirtuoso pfigit, & imprimit modum. Iterum, in libro Sapientiæ dicitur Deo: Omnia in numero, pondere, & mensura, constituisti, atque vt beatus asserit Augustinus, in omni creato inueniuntur species, modus, & ordo.

Bernard. Sap. 11. Auguſt.

¶ Ad Bonauentura respondet, Actus tripliciter habet modum. Primò per limitationem ad seipsum seu propriam speciem. Secundò, per aggregationẽ circunstãtiarum. Tertiò, ex mediatione inter superfluum, & diminutum. Primo modo omnis actus virtutis creatæ habet modum. Omnis namque virtus creata, determinatæ extat perfectionis. Secundo quoque modo finitus est, & modum sortitur, cum nullus actus laudabilis, meritoriusve consistat, nisi ad eum concurrant circunstantiæ debitæ, quæ ipsum modificant. Et his modis etiam charitas habet modum, non autem tertio modo: quia cũ sit theologica uirtus, obiectum eius est infinitũ, ultra quod nil accipi potest. ¶ Insuper, si quæratur, vtrum teneamur hunc modum dilectionis Dei in hac uita implere, videtur quòd nõ, qa impossibile est nos in hac uita actum infinitæ enimentię exercere. Cum ergo modò probatum sit dilectionem Dei modo carere, videtur esse infiniti vigoris. Secundò, nemo diligit Deum toto corde, nisi qui indefinenter, & secundum extremum suum posse fertur, & manet in ipso, quod fieri nequit in seculo isto. In oppositum est quod istud nobis præcipitur, atque vt ait Hyeronimus, Maledictus est, qui dicit Deum homini impossibilia præcepisse. Dicendum quòd modus iste uno modo est dispositio meriti, alio modo est præmij. Et hoc secundum duplicem modum totalitatis cordis, & mentis, ac animę: dupliciter nãq; potest intelligi, quòd amor Dei possideat totum cor. Primò sic, quòd excludat omnem affectum extraneum, & tunc dominatur cordi perfectè, ac plenè: quod est, dum omnes motus cordis per amorẽ referuntur incessanter in Deum. Hæc q; totalitas includit plenum dominium charitatis super motus inferiores. Secundò dicitur amor dei totum cor possidere, quando excludit omnem affectum contrarium, ita quòd nihil ametur supra Deum, neq; æqua liter ei: sicque diligit Deum toto corde, qui eum super omnia amat. Prima totalitas non est viæ, sed patriæ. Secunda habetur in uia per gratiæ infusionem, quæ excludit omnẽ culpam mortalem. Et hoc secundo modo obligat istud præceptum. Primò autem modo non obligat in præsenti, sed insinuat nobis ad quid tendere debeamus, vt iugiter studeamus proficere, atque ad illam patriæ perfectionem appropinquare. Meritò quoq; istud præceptum taliter datum est, quoniam plenitudo legis est dilectio, ac finis præcepti. Et item ut uidentes nos à plena executione deficere, humiliemus semper nosipsos, nec æstimemus nos vnquam apprehendisse, sed meliora, & uiciniora soluti quæramus. Hæc Bonauentura.

Hieron. Responſio. Amor Dei totum cor poſſidet. Rom. 5.

¶ Concordat Alexander in Summa.

¶ Insuper Thomas: Modus ait mensurã quandã importat. Actus aũt mensuratur ab eo, qđ est rõ agendi, sicut misericordia misero succurrẽdo sumit mẽsuram ex quantitate miseriæ, quæ mouet ad succurrendum. Causa autem diligendi Deum, est bonitas eius utiq; infinita. Cumq; actus noster necessariò sit finitus, non potest esse commensuratus rõni dilectionis. Hinc in præcepto dilectionis Dei non ponitur aliquis modus, extra quẽ nõ oporteat progredi: imò quantũcunq; diligat, semper ad anteriora extẽditur se, & ob hoc dicitur modum non habere, quia non habet modum prefixum, vltra quem non liceat aut expediat progredi. Quod etiam intelligendum est de actibus, quos charitas elicit, nõ quos imperat. Itaq; actus charitatis non est simpliciter infinitus, aut infiniti vigoris, nec immodificatus uel sine discretione, sed quia præfixum non habet modum.

Charitas non habet modum.

¶ Præterea totum, & perfectum (secundum philosophum) idem sunt. Ratio quoq; perfecti consistit in hoc, vt nihil ei desit. quod contingit dupliciter: Primò, ut nil desit rei, quod nata est habere. Secundò, vt nihil desit ei illorum, quæ debet habere, sicut quis habet debitam quantitatem, dũ habet tantam quantam requirit natura humana, quamuis non habeat quantitatem gigantis, quam possibile est esse in natura humana. Prima ergo perfectio humanæ naturæ est in statu gloriæ, quando totum habebit, quod possibile est esse in ea. Secũda perfectio est in statu naturæ cõditæ, dũ homo habuit totũ, quod habere debuit pro tempore illo. ¶ Iuxta hæc totalitas in dilectione Dei dupliciter consideratur: Primò, ut ei nil desit de his, quæ hõ põt in Dei amorem expendere, quin ea in dilectione exhibeat, quæ totalitas nõ ponitur in præcepto, ut mõ impleda: sed magis oñditur vt quo tẽdẽdũ, ac pertingẽdũ sit, agnoscat. Nẽpè per hanc totalitatẽ excluditur omne, qđ ad tempus actum dilectionis diuinæ interrumpere potest. Alia verò dilectionis huius totalitas ponitur in præcepto, ut nunc adimplenda, vt s. homo nihil omittat eorum, quę exhibere, & agere debet in Dei amore, quæ totalitas excludit omne charitati contrarium, non autem id, quod actum charitatis ad tempus intercipit: quia indefinẽter explere actũ uirtutis, sine omni interruptione, est beatorum. Hęc Thomas in Scripto. ¶ Denique, in Secunda Secundæ affirmat: Modus est, quem vnicuiq; rei propria præfigit mensura. Determinatio autem mensuræ quam modus significat, diuersimodè inuenitur in mensuris, ac mensuratis: quoniam in mensura inuenitur essentialiter, & per se, eo p mensura seipsam determinet. & mensurata modificet. In mensuratis verò, secundum quod mensuram attingunt. In mensura ergo nihil immodificatum accipi potest. Porrò in agibilibus, & appetibilibus mensura est finis, quia in talibus oportet mensuram ex fine accipere, secundum philosophum secundò physicorum. Hinc finis secundum seipsum habet modum ordinata verò ad finem, secundum quod fini proportionatur: propter qua secundum philosophum primò Politicorum, appetitus ipsius finis in actibus omnibus est absque modo, ac termino. Medicus namque sanitate produci, quantumcunque bonã potest. Mediorum verò ad finem est terminus. Cum ergo dilectio Dei sit omnium humanarum actionum affectionumq; finis, non est in ea modus, sic, quòd in ea possit esse excessus, sicut in mensuratis contingit. Est tamen modus in ea, secundùm quod in ipsa mensura est, quidam modus: non quod in ea ualeat esse minus, aut plus, sed quo magis habetur, eo est melius, & ita in dilectione est modus, quia quo magis Deus diligitur, tanto perfectior consistit dilectio. Hæc in Summa. ¶ In qua, & quæstione quadrageſima quarta testatur. Præceptũ impleri potest dupliciter: Primò perfectè, qñ videlicet secundũ intentionem percipientis impletur, ita, vt usque ad ipsius intentionem perueniatur. ficque secundum Augustinum libro de perfectione iustitiæ, Præceptũ charitatis nõ nisi in patria adimpletur: quia tunc homo Deo omnino, acq; omnimo dè subijcietur, quod est intentio Dei hoc præceptum iubentis. Secundò imperfectè, dum vsque ad intentionem ꝑcipientis non peruenitur, non tñ contra intentionem iubentis aliquid agitur siue ad mittitur. ficq; ꝑceptum istud impletur in uia. Hæc ibi. ¶ Alibi verò super hoc plenius scribit, dicendo: Præceptum dilectionis Dei tripliciter pót exponi. Primò, ut homo iugiter toto corde sine interpolatione feratur, & demoretur ex chiritate in Deo, qđ non agitur nisi in patria. Secundò, vt sic homo toto corde diligat Deũ omni tempore opportuno, ut eã deuitet quæ charitati directè contrariantur, vt odium, & omne mortale peccatum. ficq; cadit sub ꝑcepto quo ad uniuersos uiatores. Tertio, ut ẽt illa uitentur, quæ charitatis profectum solent specialiter, impedire, & eam occasionaliter extinguere, ut sunt carnales deliciæ, temporales diuitię propriæ uoluntatis libertas, & consimilia q̃dam, quæ Christus uitari, ac relinqui consuluit, & ita præcepti huius impletio, ad religiosos & eos qui in perfectoni sunt statu, pertinere asseritur.

S. Thom.

Quæ impediunt charitatis profectum.

¶ In præhabitis sententialiter continẽtur scripta Petri, Richardi, Durandi, & aliarũ de ista materia.

## QVAESTIO IIII.

ADhuc circa hæc aliqua sunt addenda, ut clariùs intelligatur. Et quæritur primò, *Quid sit amor.* ¶ Ad quod Thomas respondet: Amor spectat ad appetitum, qui est virtus passiua. Omne autem passiuum perficitur, & mouetur, & secundum quod formatur per formam sui actiui: atq; in hoc motus eius terminatur, & conquiescit, quemadmodum intellectus, antequam per speciẽ intelligibilẽ sui obiecti formatur, dubitat & inquirit. Cumq; fuerit formatus, inquisitio cessat. Conformiter, quando appetitus imbuitur forma sui obiecti, quod est bonum complacet sibi in illo, adhæretq; illi. & tunc dicitur illud amare. Vnde amor non aliud est, q̃ transformatio quædam ipsius affectus in rẽ amatam. Cumque omne, quod efficitur forma alicuius, fiat vnum cum illo, hinc per amorem amans fit vnum cum amato. Vnde nono Ethicorum ait philosophus, quod amicus est alter ego. Apostolus quoque testator: Qui adhæret Deo, unus spiritus est. Denique vnumquodque agit secundum exigentiam suæ formæ, quæ est agendi principium, & regula operis. Bonum quoque amatum est finis agentis. finis verò est principium in operabilibus, sicut principia prima in cognoscendis. Deinde amans ex amore operatur secundum exigentiam rei amate, talisque operatio est delectabilis sibi, utpotè conueniens suæ formæ, seu amori. Ideo quicquid amans facit, aut patitur pro amato, delectabile sibi est: & magis ad rem amatam accenditur, inquantum maiorem delectationem de amato experitur in his, quæ propter ipsum facit, aut patitur. Et sicut ignis cohiberi nequit à motu sursum, nisi per uiolentiam, ita nec amãs qui agat secundùm sui amoris impulsum: idcirco ẽm Gregorium, amor ocio sus esse non potest. Operatur etenim magna, si est. Cumque omne uiolentum sit contristatiuum tanquã uoluntati repugnans, ut 5. metaphisicæ dicitur idcirco penale est cõtra inclinationem amoris, aut præter eam operari. Operari autem secundum eam est

Amor quod ſit.

1. Cor. 6.

Gregorius Amor nõ eſt ociosus

est facere ea, quæ amato conueniunt. Cum etenim amans assumpserit sibi amatum quasi idem sibi, constat quod gerit quasi personã amati amantis, ita ꝙ quasi inest, & inhæret amato, sicut & econuerso. ¶ Amplius, inter affectiones aĩæ amor est prior: qm̃ amor dicit terminationem, seu stabilitionem affectus, per hoc, quod informatur suo obiecto, & figitur in eodem. Idcirco sicut in cæteris motus, ꝑcedit à quodam priori quieto immobili, sic cæteræ affectiones ex amore. Si uerò quæratur, An cognitio altior sit amore: dicendum, ꝙ potentia cognitiua cõparari potest ad appetitiuã tripliciter. ¶ Primò, secundum ordinem antecesionis, & sic cognitiua est prior, quia cognitio affectionem pręcedit, & parit. ¶ Secundò penes capacitatem, & ita æquales sunt, quia utraq; est respectu oĩum. Vñ & inuicẽ se includunt, quia intellectus cognoscit ea quæ sunt appetitiuæ, seu voluntatis. Volũtas quoq; cupit, quæ sunt intellectiuæ potentiæ. ¶ Tertiò secundũ eminentiã uel dignitatem, & ita se habent ut execedentia, & excessa Si enim cõsiderentur ut proprietates, & accidentia eius, in quo sunt, sic intellectus voluntate, præstantior est: & ea, quæ pertinent ad intellectũ, digniora sunt ꝑtinentibus ad voluntatem. Si verò cõsiderentur, vt potentiæ, & ẽm ordinẽ ad actus atq; obiecta, est econuerso. Si demum quæratur, quid absolutè sit dignius inter eas: respondendum quòd quædam sunt res superiores anima rationali, & q̃dam inferiores. Cumq; homo per amorem, & uolũtatem trahatur in uolita, & amata, ꝑ intellectum verò res fiant in anima ꝑ similitudines suas, nobilior est amor eorum, quę superiores sunt aĩa, q̃ ipsarum cognitio: rerum verò quæ inferiores sunt aĩa, cognitio dignior est, q̃ ipsarum dilectio. propter, quod malarum rerum, quarum prauus est amor, est bona cognitio. Hæc Thomas in Scripto.

Quæstio. Bonaue. Responsio

¶ Ampliùs Bonauentura hic sciscitatur, An uno, & eodẽ actu charitatis posset quis diligere Deũ, & proximum. Respondet. Motus dilectionis in Deũ, & proximum, potest esse dupliciter. Primò, ita ꝙ sit in utrumq; tanq̃ in obiectum, & terminum. Secundò, ita ꝙ sit in vnum tanquam obiectum, & in alterum tanq̃ in vltimum finẽ. Si secundò modo, dicendum ꝙ in vtrumq; q̃s põt ferri eodẽ actu dilectionis: qm̃ uno actu dilectionis diligitur proximus propter Deũ, q̃ motus est quasi collatiuus utrũq; vt in subiectũ. Si aũt sit in utrumq; vt obiectũ, hoc põt eẽ dupliciter: q̃a cũ actus charitatis sit diligere, seu uelle bonũ alicui, secũdum hoc asignatur duplex charitatis obiectum. Vnum est bonum illud, quod optatᵉ alicui, secundum est is, cui optatᵉ hoc bonũ. ¶ Itaq; motus charitatis ad Deum, & proximum, comparatur in ratione obiecti dupliciter. Primò, sub ratione eadem, & vniformi, ita ut vtrunque diligat tanquam id, cui optat bonum. Secundò, sub ratione difformi, ita vt vnum respiciat tanquã id, cui optat bonũ; alterum, tanquam bonum, quod alteri optat. Si ergo respiciat vtrũq; difformiter, sic põt esse vnus motus charitatis in utrumque. Charitas quippè illo motu, quo diligit proximum, optat proximo Deum. Si demum respiciat utrunque uniformiter oportet motum dilectionis in vtrunque alium esse ac alium. Alius namq; est motus dilectionis, quo uolo bonum Deo, & quo uolo bonũ proximo. Nã alius, & alius dilectionis est terminus, estq; unus in- (Matt. 22.) tensior, alter remisior. Atq; secundũ hoc circa actũ dilectionis sunt duo præcepta. Vnum, ut Deus super omnia toto corde ametur: alterum, vt proximus diligatur in Deo, sicut diligens amat, seu amare tenetur seipsum. (Bonauen.) ¶ Quærit duoque Bonauentura: Quis istorũ motuum seu actuum dilectionis, prior sit altero. ¶ Et Respondet, actus isti charitatis dupliciter comparantur ad habitum suum. Primò, secundũ primam ipsius habitus inclinationẽ, sicq; prior est actus dilectionis in Deum: qm̃ charitas priùs inclinat ad Deum, quàm proximum, cũ Deus sit principalius eius obiectum, inclinatio quoq; in Deum, cã sit inclinationis in proximũ, loquendo de inclinatione hac charitatiua, sic quod ly, ꝑꝑ, hoc, dicit habitudinẽ causæ finalis, & causæ mouentis, ac inducentis, sicq; actus charitatis in Deum, prior est non solum dignitate, sed item origine. Secundò cõparãtur hi actus ad habitum charitatis secundũ exercitij perfectionem. sic cum exercitio circa motum dilectionis in proximum, concernat vitam actiuam, exercitio uerò circa motum dilectionis in Deum vitam respiciat contemplatiuam, qua inferior est uita actiua, sic prior est dilectio proximi. qui enim uult esse ꝑfectus Dei amator, priùs exercere se debet in Dei amore: quemadmodum, qui vult esse bonus contemplator, priùs debet esse bonus actiuus, ut docet Gregorius. Hæc Bonauentura.

¶ Veruntamen Antisiodorẽsis in Summa sua tertiò libro dicit imposibile esse, eodem actu charitatis diligi Deum, & proximum, sed ex distinctione Bonauẽturæ habetur corcordia. Antisiodorensis enim loquitur prout Deus, & proximus diliguntur ut id, cui bonum optatur. Responsio autem Petri concordat Bonauenturæ.

## *Si illo præcepto iubemur diligere totum proximum, & nos totos. Distin. XXVIII.*

HIc potest quæri, Vtrum in illo mãdato dilectionis proximi, totũ proximum id est, animã & corpus, nosq; ipsos totos, diligere præcipiamur. Ad quod dicimus, Omne genus diligendarum rerum in illis duobus mandatis contineri, Quatuor enim diligẽda sunt, ut ait Augustinus. Vnum q̃d supra nos est, s. Deus. Alterum, quod nos sumus. Tertiũ, quod iuxta nos est, scilicet proximus. Quartum, quod infra nos, scilicet corpus. De secundo, & quarto nulla præcepta dãda erat, scilicet ut diligeremus nos, uel corpus nostrum. præcipitur autem Deus diligi, &

(Diligenda quæ sint.) proximus. Vt autem quisque se diligat, pręcepto nõ est opus. Quantũlibet. n. homo excidat à ueritate, remanet illi dilectio sui, & dilectio corporis sui: q̃a nemo unquam carnem suam odio habuit. (Ephe. 5 August.) Nam uiri iusti, qui corpus suum cruciant, non corpus, sed corruptiones eius, & pondus oderunt. Hic uidetur Augustinus tradere, quod ex præcepto nõ teneamur diligere nosmetipsos vel corpus nr̃m. quod si est, non oẽ genus diligendarũ rerum illis duobus præceptis continetur: quia eum, & nosipsos, & corpus nostrum dili-

gere



gere debeamus, ad quid necessarium est præceptum, cum scriptum sit, Qui diligit iniquitatem, odit animam suam? Sed speciale de hoc præceptum non erat dandũ, nec speciali ꝑcepto opus erat id tradi, ut quisque se uel corpus suum diligeret: quia hoc in illo ꝑcepto continetur, Diliges proximum tuum sicut teipsum. (Matt. 22.) Ibi enim, & proximum totũ & te totum intelligere debes. Vnde Augustinus in eodẽ: Si te totum * intelligas. i. aĩam, & corpus, & proximum totum, i. aĩam, & corpus (homo. n. ex anima cõstat, & corpore) (De doctrina Christiana.) nullum rerum diligendarum genus in his duobus ꝑceptis ꝑtermissum est. Cum. n. præcurat dilectio Dei, eiusq; dilectionis modus pręscriptus appareat dilectio proximi, de tua dilectione nihil dictum uidetur. Sed cum dictum est, Dilige proximum tuum sicut teipsum, simul, & tui abs te dilectio pretermissa nõ est. Ecce hic apertè dicit, in illo præcepto, non tantummodo ꝑximi, sed & tui dilectionẽ contineri, & totiùs ꝑximi, totiùs ꝑximi, totiùsq; tui. Ex quo apparet, quod dictum est de scđo, & quarto, id est, de dilectione nostri, & corporis nostri, nulla pręcepta danda, ita esse intelligendum, scilicet specialia, & diuisa, quia in illo uno totum cõtinetur. Et quia id, quod sumus, & quod infra nos tamen pertinens, naturæ lege diligimus, quę in bestijs etiam est, ideoq;, & de illo, quod supra nos est, & de illo quod iuxta nos est, diuisa pręcepta sumpsimus. In quorum altero eius, quod sumus, & illius, quod infra nos est, dilectio continetur.

* diligas

(Nec in antiqs libris non inueniuntur, imo est q̃dã quasi expositio textus.) *Si condita est mens humana, ut nunquam sui non meminerit, nunquam se non intelligat, nunquam se non diligat, Sed quoniam qui odit aliquem, nocere illi studet, non immerito, & mens hominis quando sibi nocet, se odisse dicitur, Nesciens enim sibi uult malè, dum non putat sibi obesse, quod vult: sed tamen malè sibi uult, quando illud uult, quod obsit sibi, secundum illud. Qui diligit iniquitatem, odit animam suam. Qui ergo diligere se nouit, Deum diligit. Qui uerò non diligit Deum, etiam se non diligit, quod ei naturaliter inditum est. tamen non incongrue se odisse dicitur, cum id agit quod sibi aduersatur, & seipsum tanquam suus inimicus insequitur.* (Psal. 10.)

## *Si in illo præcepto contineatur dilectio angelorum.*

Oritur autem hic de Angelis quæstio: Vtrum ad illud præceptum dilectionis proximi, etiam dilectio pertineat Angelorum. (August. de doctrina Christiana.) Nam, quod nullũ hoĩem exceperit, qui pręcepit proximum diligere, dominus in parabola semiuiui relicti ostendit, cum dicens proximum, qui erga illum extitit misericos. Deinde subdit: Vade, & tu fac similiter. (Luc. 10.) Vt enim proximum intelligamus cui vel exhibendum est officium misericordiæ, si indiget: vel exhibendum esset, si indigeret: nullum verò exceptum esse, cui misericordiæ negandum sit officium, quis non uideat, cum vsque ad inimicos etiam porrectum sit, dominio dicente, Diligite inimicos uestros, & benefacite his, qui oderunt uos? (Matt. 5. Luc. 6.) Manifestum est ergo, omnem hominem proximum esse reputandum. Proximi uerò nomen ad aliquid est. (Proximus quis sit.) Nec quisquam esse proximus nisi proximo potest. Vnde consequens est, & cui præbendum, & à quo prębendum est officium misericordię, rectè proximum se nostrum dici uoluit, ut in parabola saucij ostendit. Et in Propheta, (Hebr. 1. Luc. 10. Psal. 34.) Manifestum est ergo, præcepto dilectionis proximi etiam sanctus angelus contineri, à quibus tanta nobis misericordiæ impeduntur officia: ex quo, & dominus proximum se nostrum dici uoluit, ut in parabola saucij ostendi. Et in propheta, Quasi proximum, & quasi fratrem nostrum sic complacebam. Sed quia excellentior, ac supra nostram naturam est diuina substantia, pręceptum dilectionis Dei à proximi dilectione distinctum est. Ideoque licèt nobis Deus omnia impendat beneficia: non tamẽ nomine, proximi includitur in illo pręcepto; quem non sicut nos diligere debemus, sed plus, quàm nos toto corde, & anima. Christum uerò in (Ioh. 14.) quantum homo est, sicut nos diligere debemus, eiusque secundum hominem dilectio, illo continetur mandato: quem etiam secundum hominem magis, quàm nos, sed non quantum Deum, debemus diligere: quia inquantum est homo, minor est Deo.

## *Quibus modis dicitur proximus.*

Hic notandum est, proximum dici diuersis modis, scilicet consitione primæ natiuitatis, spe conuersionis, propinquitate cognationis, ratione beneficij exhibitionis.

(Summa distinctionis XXVIII.) POstquã tractauit Mastiter de charitate, quãtum ad eius essentiã, diffinitionem, ac modum, nunc eam determinat quantum ad eius obiecto, hoc est, quantum ad diligibilia, seu quantum ad numerum & distinctionem diligendorum. Et ex verbis Augustini in libro de doctrina Christiana, exprimit, quæ & quot sint illa, mouetq; quęstionem, An unũ illorum sint natura, seu persona angelica, & respondet, ꝙ imò.

QVAESTIO I.

HIc quæritur, *Vtrum solum hæc quatuor ex charitate sint diligenda, Deus & ipse homo diligens proximus quoque & proprium corpus.* ¶ Videtur, ꝙ non. quia uirtutes, & felicitas sunt diligendæ ex

charitate

charitate, nec tamen comprehenduntur sub aliquo horum.¶ Secundò: quoniam corpus est pars hominis, ergo non ponit in numerum inter diligẽda, sed expresso homine datur intelligendi.¶ Tertiò, quia Angelus non exprimitur inter ista, & tamen ex charitate est diligendus. Nec videtur nomine proximi designari, quia nec statu, nec specie communicat nobis.¶ Videtur quoque, quòd impij, perfidi, & hostes boni communis, non sint ex charitate amãdi, cum mortem ipsorum zelo iustitiæ licite appetamus: Aliqui etiam obstanti, incorrigibilesque cõsistunt, qui non videntur diligendi ex charitate.

Responsio Alberti.

¶Ad hoc respondet Albertus: Non sunt nisi quatuor ex charitate diligenda. Bonum namque, quod mouet ad diligendum, aut est beatificans; & hoc est supra nos tripliciter, videlicet dignitate, causalitate, & fine: quoniam bonum illud, quod est Deus maiestatis est immensæ, & causale principium nostrum, ac bonum finale, in quo tota nostra salus cõsistit: idcirco hoc bonum habet specialem rationem mouẽdi nr̃m amorem. Aut est id, quod nos ipsi sumus, & hoc habet duplicem rationem mouendi ad sui amorẽ, videlicet secundum suũ principale, quod est anima: & secundum suum inferius, quòd infra nos est, quod est proprium corpus: ex coniunctione sui cum anima nostra specialiter mouet ad diligendum, vt tandem glorificetur cum anima. Aut est id, quod iuxta nos est, & hoc siue sit corpus, siue anima proximi, non addit spiritualem rationem mouendi, seu diligendi, nisi quòd quadam societate coniungitur nobis, ut beatificabile. Sic autem non est de proprio corpore, quod coniunctum est nobis ut inferius, non ut iuxta nos. Cumq; non sint plures diuersitates in genere boni ordinati beatitudinẽ, non sunt nisi hæc quatuor diligẽda ex charitate.¶ Præterea si quæratur, An uirtutes, gratia, beatitudo, sapientia, & consimilia charismata ex charitate sint diligenda: dicendũm, quod diligi possunt non sicut obiecta, quibus volumus bonum, sed ut formæ ordinantes, & disponentes nos ad beatitudinẽ. Et ipsa beatitudo creata diligitur tanquam formalis, immediataque uniò mentis cum Deo. Alij dicunt, ꝙ dicuntur dilectione non concupiscentiæ: qm̃ ordinamus illa ad nostram salutem: non autem dilectione amicitię: quod non arbitror uerũ. Beatitudo autem creata beatitudine non est super nos diligenda, sed propter nos. quia non quærimus eam nisi propter nos vt ipsa dispositi, increata perficiamur, ac perfruamur: nec ipsa nos beatificat, nisi formaliter, increata autem beatitudo efficienter. Insuper certum est ex prædictis, ꝙ irrationalia non sunt ex charitate diligenda, quia beatitudinis susceptiua non sunt. Ideo non est in eis formalis ratio obiecti ipsius charitatis, quæ tamen tanquam uniuersalis motor circà cuncta uersatur, & irrõnabilibus ad obtinendam beatitudinẽ utitur. Angeli uerò ex charitate amandi sunt, quia beatitudinem sunt sortiti. sed non sunt diligendi supra nos, seu plus quàm nosipsi à nobis; quoniam gratia perficit, & decorat naturam similiter charitas. Natura aut semper mouetur plus ad diligendum proprium bonum, q̃ bonũ alterius creaturæ. Hinc solus Deus est super nos diligendus Iniqui uerò ita sunt diligendi, ut in eis diligatur natura, non culpa: & quàm diu uiatores sunt, ipsæ personæ sunt spiritualiter diligendæ, ut fiant iustæ, ac beatæ. Dãnati uero, ac dæmones cum sint gratiæ incapaces, non sunt ex charitate amandi: sed naturali possunt amore amari, quantum ad id, quod habent à creatore, sicut, & Deus diligit cuncta quæ fecit.¶ Postremò si quæratur, An Christus quantum homo sit super nos diligendus. Videtur quòd sic quia ut sic, est caput nostrum.¶ Dicendum ꝙ quæstio ista dupliciter potest intelligi, eo quod ly, inquantum, potest dicere ueritatem, seu vnitatem personæ, & ita est concedenda. Potest etiam dicere conditionem naturę, & hoc uel naturæ ut unitæ verbo, & sic rursus concluditur: uel naturæ secundum se sumptæ, & ita non est super nos diligendus: quia sic non est caput nostrum neque redemptor. Hæc Albertus.

Quæstio. Angeli & charitate amandi sunt. Natura iniquorũ non culpa diligenda est. Responsio.

Thoma Aqui.

¶ Consonat Thomas, eadem pleniùs scribens, ac dicens: Cum charitas includat amorem, & aliquid addat, aliquid potest ex charitate amari dupliciter. Primò, sicut id ad quod charitatis amicitia terminatur, & ita non est charitas nisi ad rationales creaturas, quibus volumus bona gratiæ, ac gloriæ. Secundò: ut id, ad quod terminatur amor, qui in charitate includitur, quamuis ad illud amicitia non habeatur: isteq; amor ordinaẽ ultra ad id, quod principaliter amatur, sicut amamus sanitatem amici propter amicum: & ita uirtutes diliguntur ex charitate. Similiter, nec irrationalia, quia cum illis nõ est nobis communio, nec conuenientia naturæ, operatione, & conuersatione: nec uolumus eis bona, nisi per respectum ad hominis: & ita ad ea est cõcupiscentiæ, non amicitię amor, nec ueræ salutis capaces sunt. Veruntamen diligi possunt ex charitate, ut ea, ad quæ amor, quem charitas includit, terminatur: sicut amicus amat possessiones, ad quas amicitiam nullam habet. Nec ista dilectio est tantum imperata à charitate, sed item elicita: quoniam charitas elicit actum dilectionis, non tantum ad ea, ad quæ principaliter est charitas elicit sed etiam ad ea, quæ ordinantur ad principalia illa. Denique, sicut iam patuit, nec charitas nec amicitia potest consistere, nisi inter eos, qui eandem participant uitam. Vita autem Angeli, & hominis, duplex est. Vna, quę conuenit eis secundum naturam ipsorum, & ita non communicant in uita eadem, sed homines, qui circa eadem occupantur. Alia, quæ conuenit eis per gratiam, secundum quod fiunt diuinæ uitæ participes. atque in hac uita communicant inuicem, & cum Deo, & ita est inter eos amicitiã, & charitas. Nam & inuicem nati sunt conuersari in patria, & nunc aliquo modo conuersatio iustorum hominum est in cælo. Insuper, corpus nostrum est unum de quatuor diligendis ex charitate. Dilectio namq; charitatis habet pro fundamento cõicationem uitæ beatè principaliter. & ẽt vitæ grãe. prout ordinat, ac p̃ducit ad vitã Beatã. Hæc quoq; uitã tripliciter hꝫ relationem ad habentem charitatem. Est. n. uno mõ in aliquo, tanq̃ in principio diffundente eã in alios sicq; in Deo est. Est itẽ in ipso amãte, sicut in participante hanc vitam. Et hoc rursus dupliciter, q̃a in aĩa est principaliter, in corpore autẽ p̃ redundãtiã. Est etiam in proximis, sicut ĩ cõparticipãtibus. Hinc quatuor sunt ex charitate amanda. Hæc Thomas in Scripto.¶ Pręterea in Secunda Secundæ quæstione uigesima quinta: De charitate, inquit, contingit loqui dupliciter. Primò, in cõi, ut est amicitia quædã & sic nemo ꝓpriè diligit seipsum, quoniam amicitia unionem designat: hominis autem seipsum non est unio, sed unitas. Hinc sicut de primis principijs nõ habetur scientia, sed aliquid maius, utpotè intellectus: sic nemo ad seipsum amicitiam propriè habet, sed aliquid plus. Secundò, penes propriam, penes

Ex charitate amare, quõ fiat. Angeli & hoĩs vita duplex. Philip. Thoma Aqui.



nes propriam rationem ipsius, prout est amicitia hominis principaliter ad Deum, & ex consequẽti ad ea, quæ ordinantur ad Deum, inter quæ est ẽt ipse homo, qui diligit. Idcirco qui diligit Deum, diligit, & seipsum in ordine ad eum. Ista plana, atq; communia sunt, idcirco nec immorandum.

Tarãtasi⁹. Quæstio. Responsio.

¶ Concordat Petrus per omnia, qui etiam q̃rit in quo membro contineatur dilectio hoĩs Christi. Respondet, de Chr̃o hoĩe est loqui dupliciter. Primò quantum ad suam personam, & sic continetur in dilectione Dei, Secundò, quantum ad naturam humanam, & sic in dilectione proximi continetur. Sed naturã illã possumus cõsiderare dupliciter: Primò ſm se: secũdò. vt vnitã uerbo. Primo modo continetur in numero, & ordine dilectionis proximi. sic enim minus esse amanda à nobis, q̃ nosipsi, si natura illa per se esset separata à verbo. Secundo mõ contineẽ in numero dilectionis proximi, sed non in ordine quia plus diligi debet à nobis, quàm nosipsi, tanquã mediator, atq; redemptor. Hæc Petrus.

Bonauẽt.

¶ Porrò ad hoc, An creaturæ irationales sint diligendæ ex charitate, scribit Bonauentura: Oĩa opera meritoria sunt ex charitate tãquã à principio mouente, & imperãte. & si ille actus dicitur esse ex charitate, quẽ habitus charitatis formaliter respicit, & directè, qui scilicet elicitiuè ex chapitate progrediẽ sicut diligere: itaq; irrationalia possunt diligi ex charitate imperatiuè, nõ elicitiuè. Nam possumus illis uti merititoriè, & per eas Deum laudare, colore uenerari, sicq; ex naturali quadã pietate circa eas hõ afficitur, & tanto plus, quo ampliùs ad innocentiæ statũ ꝓpinquat. Nã, & iuxta hoc hoĩ magis, & magis mãsuescunt, ut in sancto patebat Francisco, q̃ circa eas mira pietate affluebat. Innocentiam namq; quodammodo recuperauit. In cuius signum irrationales creaturæ ei mirabiliter obtemperabant. Hæc bonauentura.

Creaturis possumus meritorie. Frãciscus.

Dionysi.

¶ Verum ut patuit, Thomas affirmat irrationalia ex charitate amari etiam elicitiuè, prout ad laudem & honorificientiam creatoris cupimus ea conseruari, ac redigi.

Richard⁹.

¶ Richardus quoq; utranq; tangit opinionem, & magis uidetur responsioni Thomæ fauere.

Dionysius.

¶ Veruntamen uerbis Augustini, & Magistri plus consonat positio Bonauenturæ: & pro concordia potest dici, quòd irrationalia non diliguntur elicitiuè ex charitate ꝓpriè, & perfectè, sed aliquantulũ & imperfectè: quia nec bonum gratiæ, nec donum gloriæ eis optatur: tamen ex charitate ad Dei honorificientiam ordinantur.

## *De ordine diligendi, quid prius, quid posterius. Distinctio XXIX.*

Cant 2.

Post prædicta de ordine charitatis agendum est, quia dicit spõsa: Introduxit me rex in cellã uinariam, & ordinauit in me charitatem. Videamus ergo ordinem, quem priùs, quid posterius esse debeat, peccat enim qui præposte re agit. Nam scire quid faciat, & nescire ordinem faciendi, non est perfectæ cognitionis. Ordinis namq; ignorantia conturbat meritorum formã. Ordinẽ aũt diligendi Augustinus insinuat, dicens: Ipse est, qui ordinatum habet dilectionem, ne aut diligat, quod non est diligendum, aut non diligat, quod diligendum ęque diligat, qđ minus, uel ampliùs diligendũ est, aut minus, uel ampliùs, quod æque diligẽdũ est. Omnis peccator inquantum peccator est, nõn est diligens: & omnis homo inquantum est homo, diligendus est propter Deum. Deus uerò propter seipsum, & Deus propter se omni homine ampliùs diligendus est: & ampliùs quisque debet Deum diligere, q̃ seipsum. Item ampliùs alius homo diligendũ est, q̃ corpus nostrum, quia propter Deũ omnia ista diligenda, sunt, & potest nobiscum Deo homo perfrui, quod non potest corpus nostrum, quia corpus per animam uiuit, qua fruimur Deo. Audisti aliqua de ordine charitatis, ubi expressum est nos ampliùs debere diligere Deũ. q̃ oẽs homines uel nosipsos, & ampliùs animam alicuius hominis, q̃ corpus nostrum. In enumeratione etiam quatuor diligendorum superius posita, priùs ponitur, quod supra nos est: secundò, quod nos sumus: tertiò, quod iuxta nos: quartò, quod infra nos est. vbi ordo diligendi insinuari videtur ex ratione numerationis. Non est autem apertum, utrum omnes homines pariter diligere debeamus, & tantum quantum nos, uel minus.

In lib. de doctrina Christian.

### *An omnes homines pariter diligendi sint.*

Vnde etiam super hoc sępe mouetur quæstio, quam perplexam faciunt sanctorum uerba uariè prolata. Quidam enim tradere uidentur, quod pari affectu omnes diligendi sint, sed affectu. i. in exhibitione obsequij, distiuctio obseruanda sit. Vnde Augustinus. Omnes homines æque diligendi sunt, sed cum omnibus prodesse nõ possis, his potissimum consulendum est, qui pro locorumt, & temporum uel quarumlibet rerum opportunitatibus constrictiùs tibi quasi quadam sorte iungunẽ. Pro sorte enim habendum est, quo quisq; tibi temporaliter*colligatiùs adhęret, ex quo legis potius illi dandum esse. Idem super epistolam ad Galatas: Operemur bonum ad omnes, maximè autem ad domesticos fidei, id est, ad Christianos: Omnibus enim pari dilectione uita æterna optanda, & si non omnibus eadem possunt exhiberi dilectionis afficia, quę fratribus maximè sunt exhibenda: quia sunt sibi inuicem membra, qui habent eundem patrem, scilicet Deum. His alijs quæ testimonijs innituntur, qui dicunt omnes homines

De Doctrina Christiana. *colligantiu. Gal 6. Matt 23.

pariter

Deute.5. pariter diligendos esse charitatis affectu,sed in operis exhibitione differentiam.

## Quæ his repugnare videtur.

Quibus obuiat illud præceptum legis de diligendis parentibus, Honora patrem tuũ & matrem,ut sis longeuus super terram.Vt quid enim specialiter illud præciperetur de parentibus,nisi maiori dilectione forent diligendi? Sed hoc illi referrendum dicunt ad exterirorem exhibitionem,in qua preponendi sunt parentes.Vñ honora dixit, non di-
Hieron. lige.Obuiat etiam illud, quod Hieronymus super Iezechielẽ ait, scilicet ut ordine charitatis,sicut scriptum est:Ordinauit in me charitatem,post omnium patrem Deũ, car-
Canti.2. nis quoq; pater diligatur,& mater,& filius,& filia,frater,& soror.Ambrosius quoque di ligendi exprimens ordinem,super illud Canticorum, Ordinauit in me charitatẽ, ait: Multorũ charitas inordinata est: quod in primò est,ponunt tertiũ,uel quartum.Primò Deus diligendus est,secundò parentes,inde filii,post domestici:qui si boni sunt,malis si
Deuter.6. Mat. 22. Mar.12. Luc.10. Rom.2. liis prẽponendi sunt.Secundum hoc in euangelio ad cuiusq; dilectionem,propriũ.Diliges dñm Deũ tuũ ex toto corde tuo,& ex oĩbus uiribus tuis,& proximũ tuũ sicut teipsum,& inimicos non ex tota uirtute,nec sicut teipsum,sed simpliciter. sufficit enim qđ diligimus,& nõ odio habemus.Ecce ex premissis apertè insinuatur, quæ in affectu charitatis distinctio sit habenda,ut differenti affectu,non pari homines diligamus: & ante omnia Deum,secundò nosipsos,tertiò parentes,inde filios, & fratres, post domesticos demũ inimicos diligamus,Sed inquiunt illi,quæ de ordine dilectionis supra dicuntur,esse referenda ad operum exhibitionem,quę differenter pximis exhibenda sunt.Primò parentibus,inde filiis,post domesticos,demum inimicis:Deum uerò tam affectu,quàm obsequii exhibitione ante omnia diligendum.

## Quòd aliquid eorundem tantum proximus, quantum nos debere diligere tradunt.

li 3.de tri. Quorum etiam nonnulli tradunt affectu charitatis tantum pximos esse diligendos, quantum nosipsos diligimus:quod confirmant auctoritate Augustini, qui ait:Nec illa iam quęstio moueat, quantum charitatis fratri debeamus impendere, quantum Deo Incomparabiliter plus Deo quàm nobis, fratri uerò quantum nobis. Nos autem tanto magis diligimus,quanto magis diligimus Deum.Ex hoc, & præmissis testimoniis Augustini,asserunt omnes homines pariter esse diligendos à nobis, & tantum, quantũ nos.Deum autem plus,quàm nos, corpus uerò nostrum minus, quàm nos, uel nos proximos. Nec in enumeratione prẽmissa quatuor diligendorum, ordinem diligendi assignari dicunt,sed tantum,quæ sunt diligendi.

## Secundum alios non pari effectu omnes diligendi sunt.

Verum quia prẽmissa uerba Ambrosii,ordinem diligendi secũdum affectum magis qđ secundũ effectum diligenter intuentibes explicare uidentur, non indoctè alij dicunt nõ modo in exhibitione operis,sed ẽt in affectu charitatis ordinem differentem esse tutum,ut ante omnia diligamus Deum,secundò nos, tertiò parentes, quartò filios uel fratres,& huiusmodi, postea domesticos,demum inimicos.Quod uerò Augustinus dicit pariter omnes esse diligendos, & pari dilectione omnibus uitam optandam,ita ac-
1.Cor.7. cipi potest,ut paritas non ad effectum referatur,sed ad bonum, quod eis optatur: quia charitatem omnibus optare debemus, ut paria bona mereantur, sicut Apostolus dicit: Volo omnes homines esset sicut me.Optanda est enim minoribus perfectio maiorum ut ipsi fiant perfectio,& sic parem mereantur beatitudinem. Vel pari dilectione oẽs diligendi sunt.Item quod ait, ut tantum diligamus fratres, ad quantum nos, ut tantum bonum eis optemus in ęternitate, quantum nobis, & si non tanto affectu. Vel ibi quantum, similitudinis est, non quantitatis.

## Quæstio de parentibus bonis, & malis, quomodo diligendi sunt.

Solet etiam quæri, si parentes nostri mali sunt, uel filii, uel fatres, an magis, uel minus diligendi sunt alijs bonis,hac ratione nobis non copulatis.Videtar quòd magis sint diligendi boni,qui nobis carne non sunt conuincti,quàm mali carne coniuncti,qa
Beda Mat. 12. Luc 8. Marc.3. Ioh.19. nobis sunt coniuncti corde glutino charitatis. Sanctior est enim copula cordiũ, quàm corporum. Vnde Beda de illis uerbis domiui, Mater mea, & fratres mei hi sunt, qui verbum Dei faciunt, ait. Non iniuriosè negligit matrem, nec mater negatur, quæ etiam de cruce agnoscitur, sed religiosiores monstrantur cu lpæ mentium quàm corporum. Veruntamen latebrosa quęstio est hæc, nec à nobis plenè absoluenda



da properantibus ad alia. * Mouemur eñ ex uerbis illis,quibus inimicos non ex tota uirtute,non sicut teipsum iubet diligere,sed simpliciter. Sufficit enim, qꝺ diligimus, & non odio habemus. Quod non ita accipiendum est,quasi sufficiat tibi diligere inimicũ, & non sicut teipsum: quia omnes,& amicos, & inimicos sicut teipsum diligere debes. Sed ad ostendendum gradus diligendi Deum,& proximum,& inimicum,qui tñ proximus est,propria dominus ponit cum ait:Diliges Deum ex tota uirtute tua, & proximũ Matt. 22. sicut te ipsum. Non ait,ex tota uirtute,ut ostendat proximum diligendum minus,q̃ Deum. Dicit etiam Diligite inimicos,nec addit,ex tota uirtutè. nec,sicut teipsum:sed simpliciter. Sufficit eñ,qꝺ diligimus,& non odio habemus.i. sufficit dicere,ut diligamus,& non odio habeamus,non quin eos diligere debeamus sicut nos,quia proximi sunt: sed sufficit si eos minus diligimus,q̃ alios proximos,qđ dilectionis genus innuit. Mat. 5. Luc. 6.

## Quæstio Augustini in lib. Retractationum.

Quæri etiam solet, Cur dominus præceperit diligere inimicos, cũ alibi pcipiat odio habere parentes,& filios. Ad quod dicendum est, duo esse diligenda in homine, naturam,& uirtutem:uitium uerò,& peccatum odiendum. Et parentes ergo inquantũ mali sunt,odiendi sunt:& inimici diligendi,inquantum homines. Diligamus ergo inimicos lucrandos regno Dei,& odiamus propinquos si impediunt nos à regno Dei, & in omnibus communiter naturam diligamus,quam Deus fecit. Lucæ. 14.

## De gradibus charitatis.

Sciendum quoq; est,diuersos esse gradus charitatis. Est enim charitas incipiens,profi- 1.Ioh.3.
ciens,perfecta,perfectior,perfectissima. Vnde Augustinus: Perfecta charitas hæc est, ut quis paratus sit pro fratribus etiam mori. Sed nunquid mox,ut nascitur, iam prorsus per- In epist. Iohan.
fecta est? imò,ut perficiatur,nascitur:cum fuerit nata,nutritur:cum fuerit nutrita,roboratur:cum fuerit roborata,perficitur:cum ad perfectionem uenerit,dicit: Cupio dissolui,&c. Hic appertè progressus,& perfectio charitatis insinuatur, quam perfectionem ẽt Philip.1.
ueritas commendat,dicens:Maiorem hac dilectionem nemo habet,quàm ut animam suam ponat,q̃s pro amicis suis. Quod utiq; dictum est de opere dilectionis,qa maior dilectionis effectus non est,q̃ ponere animam pro alijs. Nec te moueat, quod ait,pro amicis,qui enim ponit animam pro amicis,ponit,& pro inimicis,ad hoc,ut ipsi fiant amici. Iohan.15.

Sũma distinctionis. XXIX.

POst quàm præcedenti distinctione tractatum est de numero diligendorum ex charitate, nunc agitur de ordine charitatis in actu suo circa sua obiecta. Et primò ostendit,quòd ordo amandi spiritaliter cadit sub præcepto, ita, quòd primò, & maximè teneamur Deum diligere, deinde nosipsos. Deinde inquirit, an homines vniuersi æqualiter sint diligendi. Et circa hoc ponit duas opiniones: Vnam, quòd omnes æquè intensè amandi sint, quantum ad interiorem charitatis affectum, non autem quantum ad exteriorem effectum. Aliam, qꝺ secundum nullum istorum æquè amandi sint charitate. Quam positionem approbat, & confirmat. Consequenter inquirit, an proximos debeamus diligere tam intensè sicut nosipsos. quocirca similiter duas narrat responsiones, quarum unam refutat, alteram approbat, utpotè, quòd magis teneamur nosipsos, quàm proximos ex charitate diligere. Insuper scisciatur, an magis diligendi sint extranei uirtuosi, quàm propinqui vitiosi, quantumlibet sint propinqui. Inquirit etiam de inimicorum dilectione, an necessaria sit saluti. Postremò tractat de triplici charitatis gradu, & de eius profectu, augmento, & perfectione de his nunc ordinatè est prosequendum. Bernard⁹.

### QVAESTIO I.

QVæritur ergo. *An ordo charitatis, seu actualis dilectionis, uerè describatur in litera.*

¶ Et arguitur primò, quòd in actu charitatis non sit ordo aliquis diligendi. Primò, quia ut habitum est, charitas non potest esse informis: ergo qualitercunque diligat, manet formata: & quamdiu formata est, ponit, & tenet hominem in statu salutis. & sic ordo diligendi non erit de necessita te salutis.

¶ Secundò, quanto charitas extat intensior,ac magis prædominans, tanto commendabilior, & magis meritoria extat: sed quanto feruentior, atque intensior est, tanto uehementiùs rationem absorbet, ita, quòd nec modum, nec ordinem, imo, nec discretionem amittere videtur, prout Hugo, & Richardus de sancto Victore testantur. Vnde, & sanctus fatetur Bernardus, Feruens amor gradum nescit, dignitatem non pensat, impetu suo fertur, nec certis limitibus coartatur.

¶ Tertiò, beatissima virgo magis amanda est syncerissimo charitatis affectu, quàm pater carnalis, aut persona quantumcunque propinqua, imò, quàm aliqua pura creatura in esse creato subsistẽs: ergo plùs diligenda uidetur, quàm propria persona, & parentes,ac soboles. ¶ Quartò, quãuis multæ sint rationes,seu causæ diligendi alium ex charitate, maxima tamen esse uidetur bonitas rei dilectæ. bonum namque est appetitus obiectum. Amor quoque fundatur in bono, ergo tanto plùs tenemur unumquodque diligere, quanto est melius. Cum ergo extranei, & alieni frequenter sint uirtuosiores, quàm proprius parens, ac propria proles erunt, & magis diligendi. Imò ex hoc apparet, quòd homo magis debeat proximum bonum, & iustum, quàm seipsum iniustum diligere. ¶ In contrarium sunt, quæ dicuntur in litera.

¶ In hac quæstione multa tãguntur. Primũ est de ordine charitatis. Quocirca declarãdũ ẽ, penes, qd

attendendus sit charitatis rectus,& rõnalis ordo. Itaq; super his loquitur Antisiodorensis in Summa sua 3.lib Secundum Ambrosium, primò,& super omnia debemus diligere Deum,secundò nosipsos. tertiò parentes,quartò filios,|ac filias , quintò domesticos,sextò extraneos, qui si boni sint,pręponẽdi sunt filiis,atq; domesticis prauis:septimò, & ultimò inimicos.Et dicimus,ꝙ nullus sit diligendus, nisi:qm̃ bonus est,aut ut bonus sit: & qui magis est bonus,magis est diligendus.cæteris causis, & circunstantiis paribus.Sunt aũt plures causæ dilectionis. Etenim solus Deus est finalis causa dilectionis proximi.Ipse quoq; est cã principaliter motiua,& effectiua dilectionis proximorũ. Porrò imago,seu similitudo Dei in homine,est cã materialis dilectionis illius;imo post Deũ est cã motiua, & effectiua eiusdem.Præter has cãs dilectionis,sunt aliæ causæ amoris secundariæ,quæ solum sunt causæ motiuæ, & augmẽtatiuæ dilectionis proximi,ut paternitas , filiatio, familiaritas: & huiusmodi causæ dilectionis sunt beneficia,|quæ dilectionem Dei augẽt, nõ faciunt: deniq;, tenemur nos Deo conformare in charitate, cæterisq; virtutibus . Deus aũt non diligit unũ magis,q̃ alium maiori affectu, aut motu intensiori,quia per suam essentiam diligit uniuersos quos diligit,sed ideo dr̃ unum magis,q̃ alium diligere,quia ad maius bonum,ad maiorem gratiam, aut gloriam diligit ipm̃. atq; in hoc tenemur Deũ sectari,ut quẽ nouimus meliorem ,velimus ei maius bonũ:non tamen oportet,ut diligamus eũ maiori affectu. ¶ Insuper in dilectione ꝑponendi sunt boni extranei prauis domesticis in aliquibus , non aũt in omnibus, sed in quibusdam,puta spiritualibus,ut præbendis , & consimilibus . mobilia uerò quotidianusq; uictus,magis debetur cõsanguineis malis,q̃ bonis extraneis,si sint in æquali necessitate.Extranei tamen in tanta possent esse necessitate, ꝙ magis teneremur eis præstare. Quantitatem uerò illius necessitatis magis determinat uirtꝰ, q̃ ars. imo in talibus unctio docet de oĩbus.Hoc uerò cõtingit:qm̃ spiritualium sumptuũ sumus tm̃ dispensatores:ideo debemus spiritualia dispensare secundum dñi uoluntatem,quæ est,ut melioribus magis dentur spũalia.Carnalia autem dantur indifferenter à Deo bonis,ac malis.¶ Veruntamen aliquid dicitur plùs amari tripliciter.Primò,ad maius ꝑmiũ, hoc est,quantum ad terminum,seu obiectum, ita, ꝙ maius bonum appetitur ei.Secundò,quia maiori affectu diligitur.Tertiò,quo ad maiorem exhibitionẽ,seu ostensionem exteriorem.Duobus primis modis Christus magis dilexit Petrum Iohanne,sed tertio modo magis Iohanem. Duobus quoq; primis modis magis sunt diligendi parẽtes,q̃ filii.Tertiò aũt modo filii magis, q̃ parentes: qm̃ filii nascũtur indigentes,magisq; indigent exhibitione exteriori.Vnde in extrema necessitate magis præstandum esset filiis,quàm parentibus , si filii sint adhuc de familia patris. Si uerò sint separati , tunc ꝯm diuersas circunstantias interdum parentibus,interdũ filiis magis esset subueniendum . Et de ho cunctio docet.Ideo aũt in scripturis pluries ꝑcipimur diligere parentes,q̃ filios:quoniam plures minus prõpti sunt ad dilectionem,& charitatiuã necessariorũ exhibitionẽ circa parentes, q̃ filios.¶ Dicendũ quoque de ordine charitatis,cuius causa est lætitia spiritualis, quæ in Dei consistit amore.Vnde in Canticis,ait sponsa:Introduxit me rex in cellam uinariã, ordinauit in me charitatem idest Christus introduxit me in ecclesiam,in qua uinum potatur spũalis lętitiæ, per quã uilescunt tpalia omnia, quia sũt impedimenta ordinis charitatis : quibus remotis per spiritalem lætitiam,ordinatur in homine charitas. Magis etiam diligendum est proprium corpus, & corporis stola,q̃ proximus. Hæc Antisiodorẽsis.

Gulielm⁹.

Dilectiõis causæ sũt plures.

De⁹ quõ unũ magis alio diligat.

1.Ioh. 2.

Cant. 2.

¶ In quibus hoc ultimum uerbum uidetur obscurum,quia communiter dicunt doctores,& Magister in litera ex uerbis Augustini,quod magis diligendus est proximus, q̃ proprium corpus , sicut patebit.Incertũ quoq; ur̃,an Christus magis dilexit Petrum,q̃ Iohannem duobus illis primis modis,hoc est,maiori mentis affectu,& ad maiora charismata gratiæ,ac glorię:quia,ut Solomon loquiť, spirituum ponderator est dominus.Deniq;,dato,ꝙ vterq; æquè diu uixisset post susceptionem spũssancti plenariam in die pẽtecostes, adhuc quæstio esset, sicut,& nũc est,quẽ eorũ magis dilexerit Christus,& qui eorum absolutè loquendo fuerit charior.Chr̃o,hoc est,melior,& in felicitate,ac gloria maior. Cum ergo Iohannes tot annis uixerit post Petri martyrium,in quibus utique annis quotidiè miro mõ profecit, & creuit in charitate, constat,ꝙ incertum sit istud,ꝙ scilicet Chr̃s illis modis magis dilexit Petrum, q̃ Iohannem.Quemadmodũ,& incertum est,an illis duobus modis dilexit Iohannem baptistam,q̃ Iohannẽ euãgelistã.¶Insuper,nunc in ductis ex uerbis Ambrosii obijci potest idẽ affirmat Ambrosius:Lõge plùs diligere debemus,quos de sacro fonte suscepimus,q̃ quos secundum carnem generauimus.¶ Ad quod respondet Antisiodorensis in Summa sua libro 4.Sensus illius auctoritatis est,quod filios illos spũales,inquantum sunt spirituales filij,magis debemus diligere, q̃ carnales, inquantum sunt carnales:eo,ꝙ magis diligẽda sit filiatio spiritualis,in quocunq; sit, quàm carnalis.¶ Præterea de ordine charitatis asserit Thomas: In quolibet actu uirtutis oportet esse modum:quoniam non est aliquis iustus , nisi iusta faciat iustè . Modus autem in actu uirtutis,est ex mensuratione potentiæ ad obiectum,ut ab eodem sortiatur mensuram,à quo speciem habet.Obiectum uerò charitatis est bonum,ita,quòd bonum simpliciter est amabile,ut 8.dicitur Ethicorum.Vnicuiq; autem in est proprium bonum,Cum ergo magna sit diuersitas,& multiplex gradus bonitatis in ipsis bonis, oportet,ꝙactus dilectionis ordinẽ habeat ad hoc,ꝙ uirtuosus consistat,præsertim,quia beatus Dionysius 4.ca.de diuinis nominibus loquitur:Malum hominis est,obuiare bono rationis.Malum autem hominis est esse contra bonum uirtutis:ergo in qualibet uirtute oportet bonum rõnis consistere. bonũ aũt rõnis est, unũquodq; agere ordinatè.Item, vbi cunq; vnum est propter alterum ,est aliquis ordo . Charitas aũt diligit cætera propter Deum,ergo ordinatè hoc facit.¶ Rursus,actus uirtutum uariañt secundum differentiam,& exigentiam obiectorũ , obiectum aũt charitatis,quod est bonum ordinem habet, differentiãq; multiplicẽ,ꝯm quod unũ est altero melius siue propinquius:ergo in actuali taliũ dilectione est ordo . Veruntñ in amore est duplex gradus:Vnus ipsius diligibilis ad diligibilẽ, de quo gradu nunc loquimur. Alius diligentis ad diligibile, de quo in pręallegata auctoritate loquitur sanctus Bernardus.Hęc Thomas in Scripto. ¶ Vbi, & sciscitatur. Vtrum ordo charitatis sit attendendus secundum affectum , uel effectum , uel simul secundum utrunq; . Respondet , Effectus exterior non spectat ad charitatem , nisi inquantum ex affectu procedit , in quo primo est actus charitatis : ideo si

Dionys. contra Antisiod.

Prou. 16.

Act. 2.

Obiectio.

Dilutio.

Thomas

Dionysi. Ariopag.

Quæstio. Respõsio



si esset ordo in effectu duntaxat ,non pertineret ad charitatem,sed magis ad alias quasdã uirtutes , ut ad liberalitatem,aut misericordiam.Cumq; ordinata sit charitas , oportet esse ordinẽ in interiori eius affectui,& ex affectu in effectum prodire, non sic , quòd ei,qui ex affectu magis diligitur,plùs sp in effectu exhibeatur:sed ꝙ amans ad hoc sit paratus, si sit necesse dilectio.Quod patet per simile in natura, quia vnicuiq; rei naturali tm̃ inditum est à creatore de amore naturali circa aliud,quantum necessarium est,ut per effectum illi exhibeat. Conformiter ordo affectus imperatur in lege diuina , secundum gradum,quẽ necesse est obseruari in opere.Hinc ait Gregorius:Probatio dilectionis, est exhibitio operis.Bonum quoq; est obiectum charitatis,quantum ad effectum.Cumq; ordo charitatis pensetur secundum diuersitatem bonorum, oportet, quòd charitas ordinẽ principaliter habeat ꝯm affectum, deinde ꝯm effectum.Hæc in Scripto.¶ Porrò in Secũdæ, quæstione 26.Charitas, inquit, tendit in Deũ, sicut in primũ totius beatitudinis causale principiũ. Vbicunq; est aliquod principium,oportet aliquem ordinem esse, cum ordo sit habitudo inter priùs,atq; posteriùs.Idcirco in dilectione eorum, quæ ex charitate amantur,seruandus est ordo,ut vnum intensius, ac principaliùs diligatur,q̃ aliud. Et primò, ac maximè Deus, qui essentialiter, & interminabiliter bonus est, in seipso beatissimus,& totiùs beatitudinis fons,atq; communicator.Veruntamen dupliciter dicitur aliquid esse causa dilectionis. Primò, qa est rõ diligendi,& sic bonitas est causa amoris. Secundò,quia est via ad diligendum.sicq; cognitio dicitur causa dilectionis, quia ostendit mẽti amabilitatem obiecti.Cum ergo proximus nobis priùs innotescat,ipse secundum hanc uitam priùs diligendus dicitur, tanq̃ plùs notus, & priùs ad diligendũ occurrens . Propter quod in prima sua canonica sanctus ait Iohannes:Qui non diligit fratrem suum quem videt,Deum,quem non videt,quomodo põt diligere?Hæc in Summa.¶ Sed quantum ad primũ, Deus est primò , ac maximè diligendus . Deinde tam in scripto, quàm in Summa prosequitur, ꝙ Deus sit super omnia diligendus:& qualiter in dilectione Dei possit haberi respectus ad mercedem, de quibus cum iam satis sint declarata, pertranseo.

Gregori⁹.

Thomas Aquinas.

Ordo in charitate seruãdus.

1.Iohan.4.

¶ Præterea de ordine charitatis scribit Bonauẽt. Charitas est uinculum ligans , & uinculum perfectionis ꝯm Apostolum , ac uirtus unitiua ꝯm diuinum Dionysium . Cumq; amor charitatis sit amor maximè liberalis , circũplectitur multa,& quasi in vnum colligit ea.Hinc charitas non solum coniungit ultimo fini ipsum amantem, sed & eos,qui apti sunt fini uniri:nec tm̃ est uinculum ligans , sed etiã pondus inclinans.Quod enim est pondus in corporibus,hoc amor in spiritibus.Cum igitur unumqđque per suum pondus ordinetur , & charitas pondus est,ponderatrixq; iusta:hinc charitati maximè competit rõ ordinis,& ordinare amantem circa diligenda,ut afficiatur ordinatè,ad ea.Nec solum coniungit amantem Deo,imo, & ordinat eum circa amata,ut oĩa amet secundum exigentiam ultimi finis:nec in dilectione creaturarum sistat in creaturis,sed sapienter referat eas , & earum amorem ad Deũ,& ad eius amorẽ,honorem, & cultũ.Deniq;, post Deũ debet hõ potissimè affectare suijpsius salutẽ,& seipsum magis diligere,q̃ proximum, cũ dicat saluator: Quid proficit hõ si lucretur uniuersũ mundum,seipsum aũt perdat?& hoc naturaliter inditum est naturæ . ¶ Si aũt obiiciat illud Apostoli. Charitas non quærit, quæ sua sunt, dicendum , ꝙ suum idem est,quod proprium.Proprium autẽ quęrere contingit dupliciter. Primò, prout proprium dicitur cum præcisione. sic excludit bonum cõmune,& sonat in uitium.sicq; cõiter dicitur,libido est amor proprij boni.Sic quoq; ait Apostolus,Charitas non quærit , quæ sua sunt.Secundò propriũ bonum uocatur bonum,quod pertinet ad se,ita, ꝙ in appetitu boni illius uoluntas non repugnat uoluntati diuinæ,neq; præiudicat utilitati cõmuni,ut est appetitus salutis suijpsius,& ita diligit hõ seipsum, & quærit,q̃ sua sunt ex charitate.Hoc quoq; sciẽdũ, ꝙ ordo charitatis non attenditur penes magnitudinẽ boni optati,sed penes maioritatẽ , & præponderationem affectionis ipsius diligẽtis.Hinc melioribus me,& sanctis Dei, licet opto maius bonũ maiusuè præmium , ꝙ nihil. Hæc Bonauentura.¶ Præterea Albertus:De ordine,inquit,charitatis diuersę sunt diuersorum opiniones. Vna, ꝙ charitas per se non habet ordinem , nisi penes rationem boni distinctã acceptum:& gradus cõiunctionis,quos tangit Ambrosius,potiùs sunt de ordine diligentis , q̃ dilectionis.quod probant, quia huiusmodi gradus euacuabunť in patria,ubi plùs diligitur maius bonũ,excepto, ꝙ amãs amat seipsum post Deũ. Cũq; charitas perseueret in patria, dicũt,ꝙ tales gradus non sunt charitatis per se.Item: qm̃ Augustinus testatur, ꝙ nihil diligimus in proximo,nisi rõnẽ imaginis,quæ rõ æqualiter consistit in oĩbus. ¶ Ad auctoritates,aũt Ambrosii,ac sanctorum, respondẽt, ꝙ intelliguntur cæteris paribus.tunc enim natura concordat cum gr̃a.Si aũt imparitas extet in gr̃a, dicunt, ꝙ charitas magis sequitur ordinem gr̃æ , q̃ naturæ. Sed cũ triplex sit ordo, uidelicet ordo naturæ tm̃, & ordo gr̃æ tm̃:ordo naturæ tm̃ est ,ut se principaliter diligat, & alia plùs,& plùs,secundum quod magis, & magis pertinent ad se,qui ordo curuus est,& est naturæ corruptæ,& eget correctione. Ordo gratiæ tm̃,est super oĩa Deum diligere, & alia plùs, & plùs, secundum quod Deus in eis magis, aut minus rel cet, qui ordo erit in patria , præter hoc solum,quod proprium bonum plùs diligetur, quàm bonum alterius:sic ꝙ ibi primò , ac maximè amabitur Deus, deinde unusquisq; plùs amabit seipsum, deinde eum, qui melior est, ut quem Deus plùs diligit.Ordo gratiæ in natura, est in uita præsenti,qui ordo corrigit, & reformat curuitatẽ naturæ.Quod aũt Deus plantauit in nostra natura,uidelicet,ꝙ nosipsos magis, q̃ alios, & consanguineos magis,q̃ alienos diligimus,tolerat.¶ Præterea, sufficientia ordinum charitatis est secundum Augustinum,ꝙ Deus primò, & propter se, & super omnia diligatur,secundò nosipsi,tertiò proximus,qui iuxta nos est, sicut nosipsi, quartò propriũ corpus minus,q̃ anima proximi. Porrò sufficientia Ambrosii est,ut primò Deus,deinde nosipsi, tertiò parentes, quartò filij,& fratres, quintò domestici, sextò extranei,septimò inimici.Sufficientia Augustini attenditur penes diuersam rõnem boni,qđ primò, & plene consistit in Deo. & in alijs secundum diuersum modum participandi. Vnde, & alia diligunť à Deo in Deo, & ad Deum . Sufficientia uerò Ambrosii sumitur penes differentem,atque multiplicem coniunctionem diligibilium ad mentem. ¶ At uerò si quæratur, an charitas possit habere oculũ ad mercedem: dicendum ꝙ quædam est merces , quæ nil aliud est,q̃ Deus,& ea,quæ nos formaliter Deo cõiũgit, ut spiritalia dona gr̃æ, & munera gloriæ, cuiꝰ mercedis intuitũ charitas non excludit, quãuis nõ

Bonauẽt. Col.3.

Charitas ẽ uinculũ ligans, & unicus.

Dĩs creatura in deũ ẽ referenda.

Matt. 16.

Obiectio.

1.Cor. 13.

Albertus

Ordo est triplex.

Quæstio.

Respõsio

respiciat eã, ut merces est, sed ut dilectũ ad per fruẽ dum. Hæc Albertus, Concordant aũt doctores in his cõiter. ¶ Durãdus quoq; prolixè scribit de hoc, Vtrũ rõnalis creatura naturali amore plùs diligat Deum, q̃ se ipsum Et arguit cõtra tenentes patrẽ ne gatiuam, ac tenet, q̃d imo, sicut, & suprà ꝓbatũ. Verum, quia de isto iam satis dictum est tam hic, q̃ suprà libro primo, idcirco pertranseundum.

QVAESTIO II.

Thomas Aquinas. REstat ergo nũc declarare, *Qui sint magis diligendi post Deũ, & post ipsam creaturã, q̃ diligit.* ¶ Et circa hoc Thomas ait in Scripto, rñdens ad istud, Vtrum homo ex charitate magis diligere debeat extraneos, q̃ propinquos: Proximos, inquit, diligimus inquantum in eis bonum nostrum per similitudinem inuenitur, loquendo de amore bñuolentiæ. Hic aũt similitudo attenditur ſm quod cum eis cõcamus: pp quod ſm diuersas cõicationes, diuersas amicitias distinguunt philosophi. Quædam namq; est cõicatio naturalis, qua in naturali origine quidam cõicãt, in qua cõicatione fundatur amicitia mutua parentum, ac sobolis, ac cõsanguineorum. Alia œconomica, qua homines in domesticis officiis simul cõicant. Tertia politica, seu ciuilis, sicut conciuiũ in his, quæ ad ciuilem pertinent uitã. 2. Cor. 12. Roma. 12. Quarta communicatio est diuina, qua hoĩes uniuersi in uno mystico corpore ecclesiæ communicare dicunt actu, uel potentia: in qua fundatur amicitia charitatis, quæ habetur ad oẽs ẽt inimicos. Cũq; charitas bneuolentiã importet, quæ bonum optat amicis, & operatur bonum ad oẽs: ideo secundum vnam quamq; amicitiarum istarum, amandi sunt amici, quantũ ad bona pertinentia ad cõicationẽ, in qua amicitia ipsa fundatur. idcirco ad parentes, & cognatos amicabiliter nos habere debemus in his, quæ ad conseruationem spectant naturæ: ad domesticos: autẽ in his, quæ ad dispensationẽ pertinent domus: ad conciues in his, quæ ciuilem uitã concernunt: ad homines uerò uniuersos in his, quę spectant ad Deum, optando omnibus uitam æternam, & cooperando saluti eorum secundum statũ, & dispositionem nostram. Simpliciter tamen loquẽdo, secundum illam amicitiam maior debet esse dilectio, quæ magis accedit ad id, quod magis est diligendum. Maximè autem diligendus est Deus, & post hoc debet homo maximè seipsum diligere. Et qm̃ vltima amicitiarum dictarum plùs propinquat ad Dei dilectionem, ideo si ab illa priores amicitiæ seperantur, potiùs absolutè esset ipsa fine illa, q̃ ecõtrario. Non aũt separantur quantum ad aliquem in hac uita uiuentem, sed post mortem separantur ab amicitia charitatis damnati. Hinc plùs diligere debeo hoiem Christianum uiuentem, q̃ patrem meũ infidelem defunctũ, loquendo simpliciter, quãuis liceat secundum naturalem affectum plùs ferri in illud, quod secundũ naturã magis est nobis cõiunctum. Prima autem amicitia, utpotè, quæ in cõunication naturali fundatur originis, proximior est dilectioni, qua hõ diligit semetipsum, q̃ secunda, & secunda, q̃ tertia, tertia simpliciter, q̃ quarta tantũ. Ambrosius ¶ Idcirco Ambrosius hunc dilectionis ordinẽ ponit, ut primo consanguinei diligantur, ad quos habetur amicitia prima. Secundò domestici, ad quos habetur scda, quantum ad illos, qui in domo conuersantur nobiscũ: & tertia, quantum ad illos, qui in ciuilibus, honestisq; actibus famliares cõsistunt. Tertiò inimicos, ad quos sola amicitia quarta habetur. Et intelligendum est istud loquendo simpliciter, scilicet scdm quod potest ordo iste mutari, ut scilicet amicabiliùs habeã me ad familiarẽ, qui mihi cõicat in honestis operibus, quantum ad sociertatem in istis, quàm ad patrem in istis non communicantem. & conformiter est intelligendum in aliis. Itaq; cum amicitia politica fundetur in cõicatione ciuili, amicitia uerò naturalis in cõicatione naturali, sicut expositum est, quæ cõicatio naturalis propinquior est cõmunicationi hoĩs ad seipsũ: ideo sicut hõ seipsum magis debet diligere, quo ad suã naturã, quamuis ipe sit malus, q̃ alium hoiem bonum: sic personam patris sui magis debet diligere, quamuis pater sit malus, q̃ alium quamuis bonum, non inquantum pater suus est malus, sed inquantum est pater suus, ut sit bonus. Imo, & in hoc quoq; Deo assimilamur, ꝙ eos magis diligimus, q̃ nobiscum magis cõicant, sicut & ipse eos secũ magis cõicãtes plùs diligit, quàuis non sint iidẽ, qui secum, & nobiscum cõicant. ¶ Porrò in his, quæ non pertinent ad cõmunicationẽ naturalẽ, quam cũ patre, consanguineisq; habemus, ut in ecclesiasticorũ collatione beneficiorum, non oportet, ut cognatis magis benefaciamus: sed illis, qui magis cõiuncti sunt nobis ſm illam cõmunicationem, ad quam illa pertinent bona. ideo beneficia ecclesiastica nõ sũt magis consanguineis dãda, sed eis, qui magis idonei sunt ad regimen ecclesiæ. quia tales nobiscũ magis cõicant. inquantum diuinorum dispensatores existimus. Sed de patrimonio proprio, atq; de his, q̃ homo proprio, ac licito lucro acquirit, benefacere potest consanguineis magis, quàm alijs: imo, & debet, nisi ex alia parte præponderet aliquid, ut indigentia siue utilitas. Denique, in his, quę pertinẽt ad conseruationem naturæ. magis sumus debitores parentibus, q̃ alijs, deinde cognatis: ideo magis libera re debemus patrem à morte, quam extraneum, quã uis ille nos in simili casu liberasset à morte. In alijs verò beneficiis qñq; possumus magis amicabiliter nos habere ad extraneos, quàm propinquos. Hinc Gal 6. ad Galatas scribit Apostolus: Operemur bonũ ad oẽs, maximè aũt ad domesticos fidei. Ad Timotheũ quoq; 1. Timo. 5. Si, quis suorum, & maximè domestico rum curam non habet, fidem negauit, & est infideli deterior. Ergo propinqui sunt extraneis præferendi, & magis habenda est cura propinquorũ, quàm aliorum. ¶ Præterea si quæratur, An inter propinquos pater sit maximè diligendus: dicendum, ꝙ amicitia propinquorum fundatur super cõicatione naturali, oĩs quoq; cõicatio naturalis fundatur super originem, ſm quam sunt pater, & filius Fratres enim dicuntur aliqui in hoc, quod ab eodem prẽ nascunt. sicq; deinceps. Vñ tota amicitia propinquorum fundatur super amicitia patris ad filium: ideo hæc amicitia maior est, quàm aliqua alia propinquorũ. In hac aũt amicitia filij quodãmodo ꝓponunt parentibus, quodãmodo ecõtra, ſm duplicẽ modũ amoris. Aliq̃d namq; amat, ut res distincta quẽadmodũ amo Iohannẽ, aut Petrũ: & aliq̃d, ut existẽs alterius, sicut amo manũ meã, seu aliud mẽbrũ uno, & eodẽ amore, quo amo meipsũ. Loquẽdo igit de amore rei in se, sic magis amant patres, q̃ filij, loquẽdo uerò de amore, quo aliq̃d amat in altero sic filij magis diliguntur, q̃ parentes. Cuius rõ est, qm̃ unũquodq; tãto magis diligit, quãto plùs nobis ꝓpinquũ ẽ. Propinquus demũ alicui ẽ, q̃d eẽntia lẽ ordinẽ hẽt ad ipm, q̃ q̃d ad ipm accidẽtaliter ordinat. Cã aũt est eẽntialis effectui, sed effect⁹ ad cãm accidẽtaliter hẽt se, qa sequit eẽ eius, sicut spẽs ad genus, nisi effectus sit aliq̃d causę: qm̃ si effectus cõparet ad cãm ꝑ modum partis integralis, quæ actu, & accidentaliter est in toto, ſm quod est aliquid causæ, non est distinctum ab eo, imo est vnum cum ipsa. Itaq; considerando patrem, & filium, ut sunt distinctæ personæ, sic pater magis amat cum sit causa, q̃ filius, qui est effectus: sed quia filius est, quædã res patris, non econtrario, ideo filius diligitur alia dilectione, in quantum est res patris diligentis qua si mẽbrũ ipsius. Vñ Philosophus ait, ꝙ id, quod genitum est ab aliquo, extat ꝓpinquius sicut mẽbrũ, utpote pes, aut dens: & quia hoc mõ quasi vna dilectione diligit cum illa, qua aliud seipsum diligit, id circo ſm hoc filius magis, quàm pater diligit. ¶ Atque ſm hanc uiã assignat philosophus tres rõnes, quare filij magis diliguntur à parentibus, q̃ ecõtra. Filij quare magis a parẽtibus diligant, q̃ ecõtra. Prima est, qa filij sunt sicut mẽbrorum patris, ꝓp quod pater diligit filium sicut seipsum. Scda est, qa parentes magis sciunt eẽ aliquos filios suos, q̃ econtrario. Tertia: qm̃ bonũ patris refulget in filijs, sicut bonum causæ in suo effectu. Vñ, & naturaliter quilibet artifex diligit opera sua, quasi filios. Sed qm̃ amor, quo diligitur aliquid in seipso, maius hẽt de rõne bneuolentiæ, quæ est amicitię radix, atq; principium, iõ amicitia magis habetur ad patrẽ, q̃ ad filiũ. & similiter charitas, quamuis alio mõ amor sit magis ad filiũ. ¶ Veruntñ quidã dicunt, ꝙ filij magis amant affectu naturali, sed patres affectu charitatis: quod mihi non placet: qm̃ nihil naturalium inordinatũ est, esset aũt inclinatio inordinata, si natura inclinaret ad diligendũ magis, q̃d diligendũ est minus. Charitas quippè ordinẽ naturæ non tollit, sed perficit. Præterea in quibusdã hõ facilius à se expellit filium, q̃ parentẽ: quẽ non expellit, nisi ex abundãti malitia, ut 8. dr Ethicorum. Quædã quoq; alia naturali inclinatione magis inclinantur ad parentes, q̃ filios, ut in hexameron. lib. 8 refert Basilius de ciconiis, quæ parentes ætate confectos fouent plumis, alimenta ministratur, & in uolatu supportant. Obiectio 2 Con. 12. ¶ Verum his obiici potest illud Apostoli, non debẽt filii parentibus thesaurizare, sed parentes filiis. Rursus, naturaliter homo plùs diligit filium, quàm patrem, quemadmodum beneficians naturaliter plùs diligit beneficiatum, quàm econtrario, inquantum in beneficiato relucet bonum suum, vt 9. Ethicorum asseritur. Item uidetur, quod homo post se maximè debeat diligere suam uxorem, quæ vna secum est caro. Iterum mater plùs diligit filium suũ, quàm econtra, ergo filius in hoc debet matri suæ rependere vicem, quod ita se habere experientia docet: quoniam dissensione inter parentes existente, filii communiter magis adhærent matri, quàm patri. Videtur quoq;, quod saltem filiæ magis diligãt matres suas, quàm patres, cũ sint matribus similiores.

Christus ordinẽ naturæ non tollit perfici. Basilius. Obiectio 2 Con. 12. Matt. 19. Ephe. 5. Quæstio. Responsio. Responsio primũ.

¶ Et respondendum ad primum, ꝙ pater causa est filii. Causæ autem est influere in causatum, non econtrario. Hinc amor naturalis ad filium, attenditur penes naturalem inclinationem benefaciendi, prouidendiq; filio. Amor verò filii ad patrem attenditur ſm naturalem inclinationem subiiciendi se patri, & hæc inclinatio non est minor, q̃ prima, sed maior. Et quamuis interdũ pater in casu sit inferior filio, & indigens eius auxilio, hoc tñ per accidens est, nec conuenit patri inquantum est pater. Cumq; natura magis inclinetur ad illud, quod est per se, quàm quod est per accidens idcirco in filio non est tanta inclinatio ad benefaciendum patri, ut ad benefaciendum filio. sed inclinationem ad hoc efficit ratio, quæ in hominibus supplet id, ad quod nõ sufficit natura rõ. In brutis uerò, in quibus, & hoc interdum cõtingit, ꝙ pater indiget filio, natura sufficientem inclinationem indidit filiis, ut de ciconiis dictum est. ¶ Ad aliud respondetur, quòd filius, ut beneficiatum, plùs amatur à patre. ¶ Ad tertium, ꝙ uxor ad actum generationis assumitur: idcirco uidetur in eodem gradu dilectionis ponenda, quantum ad amorem bneuolentiæ cum filiis. Ad quartum, quòd matres naturaliter plùs diligunt filios, q̃ ipsi patres, triplici rõne. Primò: qm̃ plùs laborant in filiorum generatione, & sic plùs ponunt ibi de suo. Secundò: qm̃ certiùs sciunt, ꝙ filii sunt earum. Tertiò, quia filios natos secum tenent, ac nutriunt, non autem sic patres. Hinc, & consanguineos cum, qui bus conuersati sumus magis diligimus. Nam amicitiæ naturali amor iungitur socialis. & hoc totam redit ad hoc, ꝙ mater plùs de suo ponit in filio, q̃ pater. Attamen plùs à patre ponitur de eo, quod est filii in filio, quàm à matre: quia pater dat formã, mater materiam ideo naturaliter plùs diligit hõ patrẽ & cognatos ex patre, q̃ matrem, & cognatos ex matre. ¶ Ad quintum, quòd filia in his, quæ perfectionis sunt quæ & ipsa magis in se diligit, plùs assimilatur patri, quàm matri: in his uerò, quæ imperfectionis sunt, matri magis assimilatur, quod non est ratio dilectionis maioris, sicq; patrem plùs amat. Vnde, & homo naturaliter plùs amat fratres, quàm sorores. Hæc Thomas in Scripto. ¶ Insuper, in Secunda Scæ respondendo ad istud, Vtrum hõ magis debet diligre propriũ patrem, quàm filiũ: Gradus, inquit, dilectionis ex duobus pensatur. Primò ex parte obiecti, & ita, quod est melius, est magis amandum & quo ad hoc, debet homo magis diligere patrem suum, quàm filium: qm̃ pater habet rõnem causæ, atq; principii, filius autem rõnem effectus. Secundò, ex parte subiecti diligentis. & sic qđ magis coniunctum est magis diligitur. & ita plùs diligit homo filium suum, quàm patrem, ut 8. Ethicorum habetur. Primò, quia parentes diligunt filios tanquam aliquid sui, cum filius sit de substantia patris: pater autem non est aliquid filii. Secò, qa parentes sunt certiores, ꝙ filii sint eorum, quàm econtrario. Tertio: qm̃ filius est parenti ꝓpinquior, cum sit quasi pars eius. Quatuor, quia parentes diutius dilexerunt filios, quàm econtrario. Amor autẽ tanto est fortior, quanto diuturnior. Hinc secundum Philosophum 8. Ethicorum, parẽtes naturaliter plùs diligunt filios, q̃ diligantur ab eis. Verumtamen in necessitatis articulo obligantur filii potissimè ꝓuidere parentibus, ꝓp beneficia præcipua ab ipsis accepta. ¶ Præterea pater inquantũ pr̃, per se loquendo, magis est diligendus, q̃ mater inquantum mater, quãuis aliunde ꝓp speciales rõnes, atq; uirtutes oppositum possit accidere. Pater q̃ppè, & mater amant, ut principia naturalis originis. pr̃ aũt habet excellentior originis rõnem, q̃ mater, cum habeat se ꝑ modũ actiui principii, in cuius semine est uirtus formatiua. sicq; magis dispõit ad formæ substantialis susceptionẽ, q̃ mater, q̃ se habet per modum patientis, ac passiui principii. ¶ Simili mõ magis amandi sunt parentes, q̃ uxor ex parte obiecti amoris, quod est bonum: quia parẽtes habent rõnẽ principii respectu filiorum. ex parte aũt subiecti amoris, magis diligit uxor: qm̃ magis coniũgitur, & vnum efficitur uiro. ¶ Insuper amandus est proximus magis, quàm propriũ corpus, cum magis susceptiuus sit beatitudinis. nõ tñ tenet hõ corpus suũ exponere mortis periculo pro proximis. nisi eẽ immineat cura salutis pro illo. Quod si ultra hoc sponte exponat corpus suum periculo tali, perfectionis hoc est non necessitatis. ¶ Deniq; aduerten-

Ad 2. Ad 3. Ad 4. Matres plus patribus diligunt filios. Ad 5. Tho. Aq. 22. q 2. a. 9. Matt. 16.

dum, quòd actus proportionatur obiecto, atq; agenti, & ex obiecto recipit speciem, ex virtute verò agentis intensionem, & remissionem, sicut, & modus specificatur à termino ad quem. Velocitatem, autem, & tarditatem sortitur ex dispositione mouentis. Sic & dilectio speciẽ habet a suo obiecto, intensionem autem sui actus ex dispositione amantis. Meliores ergo sunt ampliùs diligendi, quantum ad speciem dilectionis. Melioribus nãq; debemus maius bonum, seu ampliorem diuinæ bonitatis, ac salutis participationem, quemadmodum charitas, æquitasque requiruntur, ut ordo diuinæ iustitiæ conseruetur in rebus. Sed ex parte diligentis maiori, seu intensiori amoris affectu, diligendi sunt propinquiores: quibus minus bonum volumus in tensiori affectu, quàm melioribus maius bonum. propinquiores quoque pluribus modis diligimus, secundum quod eis in pluribus communicamus. Omnes aũt inferiores amicitiæ ad charitatem sunt ordinandæ. ¶ In patria demum ordo charitatis manebit, quantum ad hoc, ꝙ Deus super omnia diligetur. seipsum verò beatus minus diligit, q̃ beatiorem, ac meliorem, quantum ad bonum optatum: qm̃ maiorem gloriam vult meliori. Nec est ibi locus ampliùs proficiẽdi. tñ ex parte subiecti plùs diliget se, q̃ meliorem, quia intensiori affectu diliget se, q̃ illum. ¶ Considerando quoq; proximorum ordinem adinuicem, ille in patria simpliciter magis amabitur, qui melior, ac Deo extat propinquior. Hæc Thomas in Summa, vbi de his diffusè pertractat.. ¶ At uerò Petrus: Vnumquodq;, ait, cupit conseruationem suijpsius potiùs, q̃ alterius. Hinc habitus charitatis primo inclinat ad diligendum illud, à quo est, & à quo principaliter conseruatur, videlicet Deum. Secundò ad id in, quo secundariò est, hoc est, proprium subiectum. Tertiò, ad id, in quo tertio, puta in proximo, in quo est sicut in simili sibi. Quartò ad id in quo ẽ sicut instrumento, quo vtitur, scilicet in proprio corpore. Maior autem est dilectio patrum ad filios, deinde filij ad patrem. hanc dilectionem sequitur dilectio filiæ ad patrem, deinde dilectio filij ad matrem, & econuerso: hanc illa, quæ est filiæ ad matrem, & econtra. In hac autem linea parentum magis debet proles diligere parentem, quàm econuerso. Nam filius totum suum esse habet à parente, sed parens non dat totum suum esse filio. Item ratione obligationis, quia ut dicit Hugo de sancto Victore, Amor patris in filiũ est totus gratuitus, amorq; filij in patrem est totaliter debitus. ergo magis tenetur filius ad dilectionem patris, quàm ecõuerso. Propter quod expresſiùs hoc iubetur in lege, quæ debitum pensat. Hæc Petrus. ¶ Porrò Richardus in his recitat responsiones Thomæ ad hęc, An homo magis debet diligere patrem, quàm filium. Et utrũ magis diligere debet uxorem, quàm patrem, uel matrem.

*In patria ordo charitatis manebit.* — *Petrus.* — *Hugo.* — *Richard'.*

¶ Et apparet Richardo, ꝙ solutiones Thomæ non satisfaciant quæstionibus istis: quia ex eis non innotescit, quis horum magis sit diligendus omnibus computatis. ideo addit, quòd filius absolutè magis debet diligere patrem: quoniam plura ab eo beneficia est sortitus, & in amore magis præuentus à patre. Similiter homo absolutè loquendo magis debet diligere parentes, quàm coniugem: quoniam fortior est coniunctio illa fundata super propinquissimum gradum naturæ, quæ est ad parentes, quàm illa, quæ fundata super mutuum consensum per verba de præsenti inter coniugatos. Insuper addit Richardus, quòd quamuis magis diligendi sint propinqui, quàm extranei, loquendo in generali: attamen extraneus posset tam multum accedere in bonitate, & propinquiùs posset in gradu tam remoto attinere, ꝙ magis diligendus esset extraneus, quàm propinquus. Interim addit, quædam creata etiam intensiori affectu esse diligenda, quàm ipsemet amans, scilicet propter priuilegiatam bonitatem ipsorum, ut sunt humanitas Christi, & gloriosissima virgo, ex quarum etiam bonitate maius bonum prouenit nobis, quàm ex parentibus proprijs. Postremò adiungit, quòd homo magis diligere debet patrem carnalem, quàm spiritualem, optando patri carnali maius bonum, & ex maiori effectu: quamuis etenim homo susceperit beneficium maius patre spirituali, quàm à patre carnali: tamen pater spiritualis non est ita uerè, ac propriè causa beneficij spiritualis, sicut pater carnalis beneficii carnalis. Siquidem pater spiritualis non est causa illius beneficii, nisi dispositiua, & ministralis. pater autem carnalis, causa est effectiua. Hæc Richar.

*Dionysi. noster.* — *An Christo maius bonum nobis prouenit quàm ex parẽtib'.*

¶ Bonauentura verò affirmat: Sicut ait Ambrosius, secundum ordinem charitatis parentes præponendi sunt filijs in amando, cæteris paribus. Amor namq; gratuitus facit hominem perceptorũ beneficiorum memorem esse. Plura autem, & maiora beneficia percepimus à parentibus, quàm à filijs. ideo secundum ius diuinum plùs eis tenemur, atq; eorum salutem plùs desiderare, & procurare debemus. Veruntamen naturalis affectus magis inclinatur ad filios, quia natura in suo simili appetit conseruari, magisq; diligit illud, in quo principaliter habet saluari. Pater autem secundum naturam saluatur in filio: quoniam esse eius continuatur in illo. Hinc magis cupit illum sibi esse superstitem, q̃ parentem. Dilectio autem gratuita magis respicit beneficiorum collationem, ac supernę patriæ impletionem, ad quam indifferenter pater, & filius comparantur. ¶ Si uerò obiiciatur, quòd gratia debet esse conformis naturæ: dicendum, quòd natura in aliquibus currit consona uia cum gratia, in quibusdam opposita, in aliquibus disparata. Nẽpe in hoc, ꝙ homo plùs diligit se, quàm proximum, natura gratiæ concordat: in hoc autem, quòd diligit se plùs, quàm Deum, gratiæ contrariatur: sed in hoc, ꝙ diligit filium plùs, quàm patrem, procedit uia diuersa, seu disparata. Hic superueniens gratia in primo affectu ordinem saluat, ac perficit, in secundo simpliciter mutat, in tertio nouum ordinem tribuit: ita tamen, ꝙ illum affectum non exterminat. Vnde estimo, ꝙ homo in charitate existens, parẽtes, ac filios habens dum moritur affectu dilectionis gratuitæ, magis desiderat parentũ salutem: dũ uerò moritur affectu naturæ, magis cupit prolis salutem. Nec est in hoc oppositio dilectionis naturalis ad gratuitã, propter considerationem diuersam. Hæc Bonauentura, qui respondendo ad istud, Vtrum domesticus sit extraneo præferendus, coincidit cum præindicta responsione Alberti. ¶ Durandus quoq; circa hæc multa conscribit, quæ uidentur ueritatem magis inuoluere, quàm elucidare: ideo dimittuntur.

*Bonauẽt.* — *Obiectio.* — *Durãd. ueritatis obscurator potiùs, q̃ elucidator.*

¶ Postremò, quia Magister in fine huius distinctionis tractat de charitatis incremento, ac gradibus, quidam doctores inde hic aliquas proferunt quæstiones, de quibus pertranseo: quoniam super primum distinctione 17. pertractata est materia ista diffusè. propter quod Bonauentura, Richardus, & alij multi, super hoc nihil hic tangunt.

Si



## Si melius est diligere amicos, quam inimicos, vel econuerso. Distictio. XXX.

HIc solet quæri, quid potiùs sit, puriusq; meriti, diligere amicos an diligere inimicos. Sed hæc comparatio implicita est. Si enim conferatur dilectio amicorum tm̃, dilectioni amicorum, & etiam inimicorum, perspicua est solutio. Sed si in aliquo vno homine, q diligit simul amicũ, & inimicũ, quid horum potiùs sit quęrat̃, obscura est responsio: qa de motu mentis agit̃, de quo nõ est nobis facile iudiciũ, an unus, & idem motus sit erga amicũ, & inimicũ sed erga amicum intẽsior: an duo, vnus erga inimicum, q dr̃ difficilior: alter erga amicum, qui vr̃ feruentior. Nec incongruè putatur melior, q est feruentior. Vel si vnus idẽq; est, idem potior vbi est ardentior, non improbè æstimat̃. Augustinus tñ sentire ur̃, maius esse diligere inimicum, q̃ amicum: quia perfectorum esse dicit diligere inimicos, & benefacere eis, neq; hoc à tanta multitudine impleri, quanta exauditur in oratione dñica, cum dr̃: Dimitte nobis debita nostra, sicut, & nos dimittimus debitoribus nostris. Illa. n. sponsionem dicit à multis impleri, qui nondum diligunt inimicos. Ait enim sic. Magnum est erga eum, q tibi nihil mali fecerit, esse beneuolum, & beneficum. illud multo grandius, & magnificentissimæ bonitatis est, ut tuum quoq; inimicum diligas: & ei, qui tibi malum vult, & si potest facit, tu sp̃ bonum uelis, faciasq; ei, quod possis, audiẽs dicentem Iesum: Diligite inimicos uestros, & benefacite his, q odiunt uos, & orate pro persequentibus, & calumniantibus uos. Sed qm̃ perfectorum filiorum Dei est istud, quo quidem se debet oĩs fidelis extendere, & humanum animum ad hũc affectum orando Deum, secunq; agendo, luctandoq; perducere: tamen qa hoc tam magnum bonum tantæ multitudinis non est, quantã credimus exaudiri, cum dr̃ in orõne: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: proculdubio uerba sponsionis huius implentur, si homo, qui nondum ita profecit, ut etiam diligat inimicum: tamen qñ rogat̃ ab homine, qui peccauit in eum, ut ei dimittat, dimittit ex orde: qui ẽt sibi roganti vult dimitti, cum orat, & dicit, sicut, & nos dimittimus debitoribus nostris. Quicunq; uerò rogat hominẽ, in quem peccauit, si pctõ suo mouet̃, ut roget, non est adhuc deputandus inimicus, ut eum diligere sit difficile, sicut erat qñ inimicitias exercebat. Quisquis verò roganti, & pęnitenti non dimittit, non æstimet à dño suo peccata dimitti: quia mentiri ueritas non potest, quæ cũ docuisset orationẽ hanc, in ea positam sententiam cõmendauit, dicens: Si dimiseritis hominibus peccata eorũ, dimittet, & uobis pr̃ vester. Si uerò non dimiseritis, nec pr̃ vester dimittet uobis peccata uestra. Ecce hinc haberi ur̃, quod & prætaxauimus,. s. maioris uirtutis esse diligere inimicum, & benefacere ei. q̃ illũ, qui nihil mali fecit nobis, vel amicum. Quod si quis concedere simpliciter noluerit, dicens, intensiùs diligitur amicus, q̃ inimicus, & ideo illud potiùs isto: determinet ista s̃m præmissam intelligentiam, dicens ibi comparationem factam inter dilectionem, qua diligit̃ tm̃ amicus, & illam, qua amicus, & inimicus diligitur. Illud uerò, quod sequitur, magis nos mouet, quod. s. dicit non esse tantæ multitudinis diligere inimicos, quanta exauditur cum dr̃, Dimitte nobis debita nostra, &c. vbi dat intelligi, ꝙ alicui à Deo dimittantur peccata non diligenti inimicum, si tamen fratri roganti, qui in se peccauit, dimittit, Sed cum peccata non dimitantur alicui adulto, nisi charitatem habeat, sequit̃ vt charitatẽ habeat, q nõ diligit inimicũ. Quomõ ergo noĩe proximi oĩs hõ intelligit̃ in illo mandato, Diliges proximũ tuum sicut teipsum? Si. n. omnis hõ proximus est, tunc & inimicus. Præcipimur ergo, & inimicos diligere. Et quia illud pręceptũ generale est, omnibus pręcipitur omnes homines diligere, etiam inimicos. Quidam, qđ hic dr̃ simpliciter tenere uolẽtes, illud præceptum determinant, dicentes illic perfectis dari in præceptum diligere omnem hominem etiam inimicum, minoribus uerò in cõsilium. In præceptum uero eos diligere,, qui nihil mali fecerunt eis, & inimicos non odire. Sed meliùs est, ut intelligatur omnibus illo mandato præcipi cunctos diligere, etiã inimicos: cui sensui attestantur superiùs positæ auctoritates, & alię multæ. Illud uerò Augustini nouissimè positum, de perfecta charitate dictum intelligitur, quę tantũ est perfectorum, qui non solum amicos, sed etiam inimicos perfectè diligunt, eisq; benefaciunt. Quæ perfectio dilectionis non est tantæ multitudinis, quanta exauditur in oratiõe dominica. Et hoc reuera grande est, & eximiæ bonitatis, scilicet perfectè diligere inimicum. Ita & cum dicit impleri uerba illius sponsionis ab homine, qui non ita profecit, ut diligat inimicum, de dilectione perfecta accipiendum est.

*Aug. in Enchi.* — *Lucæ. 11. Matt. 6.* — *Matt. 5. Lucę. 6.* — *Matt. 6.* — *Matt. 15.* — *Matt. 6.* — *Matt. 22.*

*Summa distinctionis XXX.*

COmpleta distinctione de ordine charitatis, iam inducitur quæstio circa præhabita, quid melius sit, magisq; meritorium, diligere ex charitate amicos, an ex charitate diligere inimicos. Quocirca declarat duplicẽ ẽ intellectum huius q̃siti Insuper circa hæc sciscitatur, An idẽ sit



motus

motus,seu actus charitatis,quo amicum,& inimicum diligimus.Deinde inquirit,an inimicos diligere cadat sub præcepto, quantum ad omnes credentes.Et circa hoc argumentatiuè procedit. Interrogat quoq; , quid horum sit amplius arduum , atq; difficile,ac tandem circa hæc determinat veritatẽ.

QVAESTIO I.

HIc quæritur, *An inimicos diligere in effectu,& amicitiæ signis,sit de necessitate salutis.*

¶ in qua quæstione supponitur, quòd inimicos diligere teneamur,& quæritur, An etiam charitatis effectum, seu actum , ac signa ipsis ostendere sit præceptum. Quod autem inimicos diligere consilium sit,non præceptum Magister in litera persuadere uidetur auctoritatibus Augustini. Probatur quoq;,quia hoc videtur contra rationem, contra naturam,& contra iustitiam.Ratio etiam dictat,ut vnicuiq; fiat sicut promeruit,& influatur ſm capacitatem ipsius,& corruptiuis,& lęsionibus resistatur : qm̃ vnunquodq; naturaliter appetit suijpsius conseruationem.aduersarijs ergo, & iniuriantibus est repugnandum.¶ Insuper,Christus non venit legem soluere,sed implere.Ipse autẽ in euangelio loquitur,Audistis, quia dictum est antiquis , Diliges amicum tuum,& odio habebis inimicum tuũ,ergo Christus hoc adimpleuit.¶ Insuper,quod signa amicitiæ exhibere aduersarijs sit præceptum,apparet, quia per hoc scandala euitantur, offensus placatur,charitas reparatur,& homo assuescit frangere semetipsum.¶ Christus quoq; videtur hoc præcepisse,dicendo : Diligite inimicos vros, benefacite his, qui oderunt vos. ¶ Hic respondet Antisiodorensis 3.Summæ suæ libro: Si sũmatur dilectio proaffectu diligendi tantum; tunc verum est, quòd quicunq; diligit ex charitate amicum,diligit inimicũ, & econtrario.Attamen melius est diligere amicũ, quàm inimicum: quoniam alijs paribus,dilectio amicę semper extat intensior, atq; feruentior , quàm dilectio inimici , si fiat comparatio motus ad motum.Si autem conferatur affectus diligendi amicũ ad effectum diligendi inimicum simpliciter,nõ prout est ex charitate,sic melius est inimicum diligere, quàm amicum;quia inimicum diligere charitatem importat,non autem diligere amicum, Istud Antisiodorẽsis obscure prosequitur , nec videtur resoluta responsio.¶ Albertus verò suum sentire exprimit clarè,& deinde responsionem prætactam enarrat:Simpliciter,inquiens,& absolutè melius est diligere inimicum,q̃ amicum diligere,quia Matthæi 5. ait Glossa, cumulum esse perfectionis inimicos diligere.Super illud quoq; in psalmo,Considerabo mirabilia de lege tua,asserit Glossa : In operibus Dei nihil mirabilius,q̃ inimicũ diligere.Rursus, S. Bernardus super illud,Maiorẽ charitatẽ nemo habet, addit:Tu dñe habuisti maiorem, qui etiam pro inimicis tuam animã posuisti.Vñ,& Apostolus ad Roman.Cõmendat charitatem suã in nobis Deus: qm̃ cum adhuc inimici essemus, Christus pro nobis mortuus est.Amplius super illud Matthæi, Diligite inimicos vestros,Glossa effat:Ecce ad quantã perfectionẽ nos ꝓuehit.Itẽ ſm Philosophum, Virtus est vltimũ potẽtię in re.Maioris aũt potentiæ est charitas,quæ diligit inimicũ.& sicut fortior est ignis,qui calefaciendo ad remota pertingit,sic charitas,quæ diligendo usq; ad inimicos extenditur.¶ Aliqui tñ dicunt, ꝙ in his duobus põt fieri cõparatio ſtatus ad ſtatum,vel actus ad actũ, vel habitus ad habitũ; & hæc oĩa , vel in eodẽ hoĩe, aut in diuersis. Si fiat cõparatio ſtatus ad ſtatum in diuersis hoĩbus , dicunt, ꝙ melius sit diligere inimicũ , quia hoc indicat ſtatum perfectionis non aliud. Si verò in eodẽ hoĩe, adhuc istud est melius:quia sic diligere inimicum præsupponit amicorum dilectionem,non ecõtrariò.Quod si fiat cõparatio habitus ad habitum in eodẽ homine,cõparatio nulla est: qm̃ in eodem hoĩe non est nisi unus habitus charitatis. sed in diuersis hũt se sicut excedentia, & excessa . Si aũt fiat cõparatio actus ad actum :qm̃ actus diuersi sunt tã in homine uno,q̃ in pluribus,dicunt, ꝙ vnus actus est melior ſm quid,& alius ſm quid.Cum.n. equales sint habitus,ut ſuppont cõparatio,tunc ꝓp dulcedinẽ,& feruorẽ plus valet amici dilectio ad beatitudinis cumulũ: dilectio verò inimici ad peccati dimissionẽ,& ad hoc redit oĩm solutio magistrorum.Verum mihi uidetur,qđ Chr̃s intendit docere,ꝙ inimici dilectio absolutè sit melioris:quia fortioris est charitatis,& magis super naturam. Insup mihi apparet,non esse de necessitate ꝓcepti ostendere inimicis signa dilectionis : nec oẽs ad hoc tenentur,nisi in casu,vt si videant inimicũ in necessitudine positũ,aut si uenia postulet non irridens: & si salutet,resalutãdus est,cũ probabile æstimet, qđ ex irrisione id non agat.Perfecti Demũ ꝓp scandalum euitandũ,pręcipuè corã his,qui sciunt ipsos esse offensos,tenent signa dilectionis offerre. Hęc Albertus.¶ At verò Thomas:Inimicos,ait, tenemur diligere,ꝙa brĩtudinis sunt capaces,& intellectuali natura nobiscũ cõicant,ſm quã cõicare queũt nobiscum in uita diuina,q̃ diu sunt uiatores . Diligere aũt inimicos, quãtum ad ostensionẽ signorũ beneuolentiæ,perfectionis est:nec ad hoc oẽs tenentur, sed optare eis gr̃am,ac saluẽ.In veteri quoq; lege homines tenebantur ad inimicorũ dilectionẽ,cum scriptum sit:Non quæres ultionem,nec memor eris iniuriæ ciuium tuorũ. Atq; alibi, Si ceciderit inimicus tuus ne gaudeas,Idcirco,qđ Chr̃s ait,Audistis, ꝙa dictũ est antiquis,Diliges amicũ tuũ,& odio habebis inimicũ tuũ: quantũ ad hãc ultimã clausulã, nusquã inuenitur in litera legis,sed additũ est ex intellectu Iudæorũ erroneo,ꝙ hoc concludebant ex eo,qđ iussum fuit,Diliges amicũ tuũ. In euangelio verò est additũ de ostensione beneuolentiæ ad inimicum.¶ Quocirca sciendũ, quòd effectus charitatis dẽt correspondere eius affectui: iõ prout, ꝙs tenetur ad effectũ charitatis circa inimicũ, ita tenet ad ipm ostẽdere charitatis officiũ.Charitas aũt respicit bona gr̃æ,ac gloriæ,cũctis fidelibꝰ cõia actu, vel potentia:idcirco cõior latiorq; cõsistit oĩ amicitia alia.Qđ aũt cõe ę,uehemẽtius ẽ adhærẽs:qđ verò est ꝓpriũ,plura ĩcludit actu.Perfectio verò ipsi cõis ẽ in hoc,qđ se extẽdit ad oĩa illa, q̃ cõplectitur ꝓpriũ,quẽadmodũ eẽ uehemẽtiùs inhæret,q̃ diuere,qđ tñ aliud includit ultra eẽ:& charitas vehemẽtiùs appetit alijs charismata gr̃æ,q̃ aliqua amicitia alia optet bona corr espõdẽtia amicitiæ illi. non tñ est de necessitate charitatis,sed de eius pfectiõe,ꝙ se ad bona illa extẽdat.Itaq; ex charitate tenemur odiẽtibus bona ęterna optare,& q̃ eis necessaria sũt ad illa . Cũq; remotio mali ꝓtẽdat ordine gñatiõis adeptionẽ boni, idcirco affectus nulli optat bonũ, cui optat malũ oppositũ ſm qđ malũ. Hinc, q̃is sit de pfectiõe charitatis optare inimicis tpalia bona, tñ de necessitate salutis ẽ,nõ optare eis mala,ut talia,nisi ꝓ accidẽs,,put eis expediũt. Sic,& coparii inimicis debemꝰ ad uitã beatã,loco,& tpe opportuno saltẽ pro ipsis orãdo in gñali , seu à communi oratione eos non excludendo : & ultra hoc benefacere eis , est perfectionis , nisi incumbat necessitas.

Nunc



Quæstio. ¶ Nunc considerandũ, qđ maioris sit meriti, diligere inimicũ, aut amicũ.Ad quod dicendũ, ꝙ cõparatio dilectionũ istarũ intelligi potest dupliciter:utpote quantũ ad actũ, & quantũ ad habitũ. Si quantũ ad actus, sciendũ, ꝙ dum quæritur de duobus actibus,quis sit melior,magisq; meritorius,intelligitur de actibus illis per se,loquẽdo ſm genus suũ.Cõtingit nãq;,ꝙ id,qđ scđm genus suũ est minus bonũ, aliquod ad ueniẽte fiat melius: sicut paruũ opus ex magna charitate factũ,magis est meritoriũ , q̃ magnũ ex parua.Bonitas aũt actus ad duo mẽsuratur, ex quibus recipit bonitatẽ:puta ex termino seu obiecto,& ex principio,qđ est uoluntas, & termino habet speciẽ bonitatis,ex uoluntate aũt rõnẽ merẽdi, qa scđm hoc est in potestate facientis,quod ex uoluntate ꝓcedit.Si ergo cõparemus dilectionẽ amici & inimici,quãtũ ad terminos seu obiecta,cũ obiectũ magis cõpetens dilectionis,fit amicus potius,q̃ inimicus,sic melius est diligere amicũ,q̃ inimicũ.Si uerò cõparemus dilectiões amici,& inimici ad principiũ,quod est uoluntas,sic ubi est maior uoluntatis conatus,ibi ẽst meritũ maius,qa quo maior uolũtatis conatus,tanto feruẽtior uoluntas define,ꝓp quẽ attentat illud,quod ſm se magis sibi repugnat, quamuis sit magis remissa qñq; circa illud , ad qđ magis conat Meritũ aũt consurgit ex hoc,qui uolũtas circa finem afficitur: idcirco si ita cõparemus istas dilectiones,dilectio inimici magis est meritoria inquantũ hmõi:quia vt talis, maiorem requirit conatum,& maiorẽ fauorẽ circa finẽ,quamuis amici dilectio sit magis intensa circa obiectũ:sed amici dilectio est melior,quantũ ad bonitatem essentialẽ,quæ consequitur speciẽ actus, quia specificat ex obiecto.Si autem comparentur iste delectiones inquantum ad habitus,sic oporter ut uel intelligat de dilęctione inimicorũ,quæ est necessitatis, & sic nulla est cõparatio:qm̃ idem est habitus,& æqualis respectu vtriusq;.vel de dilectione inimicorum , q̃ est perfectionis,sicq; dilectio inimicorum dilectionem amicorum includit,non ecõtrario.Ideo talis inimicorum dilectio est melior.Porrò, quod ait saluator,Si dilexeritis eos,qui uos diligunt, quã mercedem habebitis?intelligitur de dilectione,qua solũ amici diliguntur cum exclusione dilectionis inimicorum , quæ dilectio non procedit ex gratia , nec meritoria est. Hæc Thomas in Summa.

¶ Insuper in Secunda Scđæ,quęstione 35. De inimico,ait,tripliciter possumus loqui Primò , ſm qđ inimicus est,& ita nõ est diligendus, quia hoc esset inimicitiã , & uituim eius diligere. Secundò, quo ad eius naturã, tñ in vniuersali, inquantum est hõ. Sicq; dilectio inimici est de necessitate salutis , qm̃ à gñali dilectione, qua Deus,,pximusq; diligi iubẽtur,excludendus non est. Tertiò,vt singularis persona,& sic inimicorum dilectio nõ est absolutè de necessitate salutis:qm̃ non tenemur in speciali motum dilectionis ad inimicum habere,sicut neq; ad amicos,cum impossibile sit singulos hoies sigilatim diligere, Veruntñ talis dilectio inimici necessaria est,quantum ad animi præparationem,ut prępparatus sit corde subuenire, si articulus necessitatis occurrere.Aliàs hoc facere perfectionis est. Nẽpe dum hõ Deum perfectissimè diligit,tunc hoĩes vniuersos tanto plus amat,quanto plus diligit Deũ.Et quantũ ad hoc, verificat, qđ Augustinus in Enchiridio ꝓtestat:Hoc tñ bonum vt inimicos diligere, non est multitudinis tantæ,quantã credimus exaudiri in oratione,qua dr̃,Dimitte nobis debita nr̃a. Prętera eo modo,quo tenemur inimicos diligere, tenemur cis effectum dilectionis impendere, & signa dilectionis ostendere.Hæc ibi ¶ In eadẽ denique Sũma,quæstione 27.rñpondens ad istud,Quid sit magis meritorium,diligere inimicũ,uel amicũ: Cũ,in quid,dilectio possit referri ad diligẽtẽ, &ad Deum,qui est cã,& rõ diligendi proximum , dilectio amici præeminet dilectioni inimici,ex parte subiecti amanti,quia amicus est melior, atq; coniunctior,& per consequens aptior materia diligendi. Propter quod actus dilectionis transiens super eũ, melior,oppositumq; ipsius est peius Etẽſm grauius pctũ est odire amicum,q̃ inimicũ.Quantũ uerò ad id,quod est rõ diligendi proximũ, quod est Deus, dilectio inimici ꝑeminet dilectioni amici: Primò: qm̃ huius dilectionis solus Deus est cã,amicus uerò ob alias põt diligi causas.Secundò,quia ex amore inimici ostenditur fortior esse dilectio Dei in eo, qui propter Deum tam difficilem exequitur actũ. Nihilominus amici dilectio scđm se feruentior,meliorq; consistit,& meritoria existit.Ad rõnẽ quippè uirtutis,& meriti,plus confert bonum, q̃ difficile. Propterea quamuis inimici dilectio sit difficilior, non tamen sequitur, ꝙ melior,& magis meritoria sit.Porrò si amicus diligatur eo tantum intuitu,qa amicus est,& non propter Deum,tunc dilectio prępponderat inimici.Ideo dicit saluator.Si eos diligitis,qui uos diligunt, quã mercedem habebitis? Signum demum,ꝙ amicus propter se, non propter Deum ametur,est,cum ita diligitur,quòd inimicus oditur.Hæc Thomas in Summa.

¶ Præterea Petrus compendiosè quæsita dissoluens:Affectus,inquit,dilectionis est duplex.Primus innocentiæ,secundus beneficentiæ . Primò affectu tenemur omnes diligere,etiam inimicos , ne optemus eis mala inquantum mala . Possumus tñ per accidens eis optare mala pœnalia,inquantum credimus ea ipsis aut reipub.expedientia.Affectus aũt beatificentię duplex est.Vnus est principalis,quem charitas primò,& per se elicit,ut optare dilecto dona ſpiritualia gratiæ, ac salutis. Alter secundarius, quem ſm quosdã charitas imperat, non elicit : ſm alios uerò elicit,non tñ primo,& per se,ac principaliter,sed ꝑ accidens:idcirco,nec ſp,qa non ſp expedit dilecto,ut optare ei tpalia bona:Primo mõ tenemur hoc affectu diligere inimicos, nõ scđo modo: imò,& minus inimicos ecclesiæ,q̃ personæ: qm̃ inimicis ecclesiæ optare tpalem prosperitatem , imperfectionis est magis, q̃ perfectionis, nisi per accidẽs. Inimicis aũt ꝓpriè personæ optare tpalia bona,est perfectionis,nisi per accidens occurrat obstaculũ, ut si euidenter obuient eorum saluti,aut aliorum.

Quæstio. ¶ Insuper si quæratur,An inimicis ueniant petentibus teneamur dimittere; rñdendũ, ex iniuria seu damno illato alicui,solet in eo gñari rancor in cor de,signũ rancoris ſ uultu,aut ope, & actio contra iuriantẽ. Primũ tenetur hõ remittere. i. nunq̃ in corde suo tenere. Secundo tenetur remittere veniam ueraciter postulanti.i.parato emendere pro posse.Tertium non tenetur remittere .Hæc Petrus.

¶ Idem Richardus.Qui respondendo ad istud,utrũ maioris meriti sit diligere inimicum,quàm amicũ, afirmat:Ad uidendum,quis duorum actuum diligendi ex charitate sit magis meritorius , est respiciendum ad quatuor:Primò , ad formam , quæ est charitas . Secundò , ad conatum uoluntatis ipsius amantis. Tertiò,ad conuenientiam obiecti quartò, ad relationem ad finem. Si enim unus actus excedit alium horum,& ſint pares alijs tribus , ille, qui excedit,est magis meritorius,Vñ si duo actꝰ sint ex

charitate

Matt.5. Ibidem. Respõsio Albertus. Matt. 5. Psal. 118. Bernardꝰ Iohan 15. Roma. 5. Matt. 5. Thomas Aq.inus. Leuit. 19. Prou. 24. Matt. 5. Nota. Matt.8. Augustin. Matt.6. Grauius est amicũ q̃ inimicũ odire. Matt.5. Petrus. Dilectionis affectꝰ est duplex Richardꝰ

charitate æquali,&ex æquali uolūtatis conatu,atq; respectu obiectorū æquè conuenientiū, & unus referat nobiliori mō in vltimū finē,q̃ alter:ille,qui nobiliori mō in ultimū finē refertur, magis meritorius est.Conformiter dici pōt de qualibet aliarū conditionū,alijs manentibus paribus.Dico ergo,ꝙ si actus diligendi ex charitate inimicum, & actus diligendi ex charitate amicum,sint ex eodē habitu charitatis,& ex æquali conatu uoluntatis, & æquè nobili mō referantur in ultimum finē,quod magis meritorius est ille, qui est respectu amici,q̃ qui respectu inimici,quia excedit quantū ad conuenientiam obiecti,quia amicus est conuenientiùs obiectum dilectionis,q̃ inimicus.¶ Secundum quoque, quod actus dilectionis,qui est respectu amici,cum sit ex æquali conatu uoluntatis cum illo,qui est respectu inimici extat intensior, q̃a ad diligēdum inimicum non ita iuuat diligens à naturali inclinatione,neq; à passione,sicut iuuatur in dilectione amici.Porrò si dilectio inimici sit ex maiori uoluntatis conatu,q̃ amici dilectio,quod sp contingit,qn̄ dilectio amici non consistit intensior illa,tunc inimici dilectio magis est meritoria,q̃ dilectio amici, si conatus uoluntatis tm̄ excedat in dilectione inimici conatum uoluntatis in dilectione amici, ꝙ plus faciat ad actus bonitatē,q̃ maior conuenientia obiecti in dilectione amici,Itaq; constat ex dictis non esse uniuersaliter uerū,ꝙ actus bonus tanto plus sit meritorius,quāto difficilior,q̃a ut patuit, magnitudo,& efficacia ex alijs quoq; causis pēsant.Hæc Richar.

Richard⁹. Bonauent.

¶ Deniq;,Bonauentura multa circa hæc sciscitat.Primò,an hō ex quacunq; charitate possit quātæcunq; tentationi resistere.De qua re dictū est super secundum.Secundo an homo in quantulacunque positus charitate,teneatur mortē pro Christo subire.Ad quod respondet:Subire mortē intentione placendi Deo,potest esse tripliciter.Primò,dum adest necessitas deserendi iustitiam , aut amittendi uitam corporalem.Secundo,dum se offert opportunitas manifestandi gloriam Dei,& ædificandi ecclesiam.Tertiò,solum ex odio propriæ uitæ.Primū est æquitatis,& necessitatis , secundum perfectionis,& supererogationis, tertiū est impietatis,& crudelitatis,ut in his,qui seipsos occidunt.Tertiò quærit.An habens charitatem perfectam, teneatur ea , quæ ꝑfectionis sunt adimplere.Rn̄det,multiplex est genus perfectionis,multiplex quoq; est ratio obligandi.

ꝑfectionis gen⁹ multiplex.

Vna quippè est perfectio sufficientiæ,utpote adimpletio præceptorum Dei,ſm illud:Estote perfecti,sicut,& pater uester cælestis perfectus est.Secūda est perfectio religionis,quæ consistit in adimpletione consiliorum,de qua dr̄:Si uis perfectus esse, uade,uende oīa,quæ habens,& da pauperibus. Tertia est perfectio prælationis,quæ consistit in regimine subditorū,de qua ait Saluator:Perfectus omnis erit,si sit sicut magister eius . Quarta operationis, quę consistit in ostensione exemplorum bonorum, de qua in Genesi: Noe uir iustus,atque perfectus. Quinta tranquillitatis,quę consistit in consummatione difficillimorum,optimorumque operum , de qua scriptum est: Perfecta charitas foras mittit timorē.Philosophus quoque fatetur,perfecta uirtus optimorum est operatiua.Similiter intelligendum est,ꝙ quinque modis aliquis obligatur ad aliquid.

Matt.5. Matt. Lucæ.6. Gene 6. 1.Iob. 4.

Obligatur aliquis ad aliquid. 5. modis.

Primò,obligatione mandati.Secundò, ex uoto.Tertiò,ex suscepto officio.Quartò , ut scandalū euitetur.Quintò,ex conscientiæ iudicio, ne lædat. Itaque existens in charitate perfecta , tenetur ad opera perfectionis primò modo acceptæ , non aūt ad opera aliarū perfectionū,nisi aliud superueniat uinculū,ipsum ad specialia , ac maiora astringens. Hæc Bonauentura,qui vltra hæc quærit hic,quæ & alij,in quorum solutione concordat præhabitis.

Durandus.

¶At uerò Durandus in responsione huius quæsiti,Vtrum diligere inimicum sit magis meritoriū , q̃ amicū diligere,concordat præinductæ rn̄sioni Alberti,quod probat,quia ēt ex parte operis maior conatus est in diligendo inimicum,q̃ amicum.¶Ad quòd ex dictis Richardi rn̄detur,quod,q̃uis,hoc ita sit,tn̄ ex alia parte aliud obstat,videlicet,ꝙ amici dilectio super conuenientiorē fertur materiā. Denique ordo charitatis est,ut amicus plus diligat,q̃ inimicus:ergo oppositum huius videtur inordinatū.

Scot

¶Scotus quoq; quęrit hoc ipsum,nec vr̄ ad quæstionem formaliter rn̄dere. sed circa hoc versatur præcipuè,an liceat uelle mortem inimicorum. ad quod tamen ex dictis sanctorum satis plana habet responsio.Nam,& iudex iustè, ac meritoriè potest reo mortem inferre,inimicorūq; fidei,ac boni communis mortem licèt appetere,& ad eorum occisionem in libello hortari,atq; cooperari , si ab impugnatione ecclesiæ, ac reipublicæ non desistant , & obstinati,ac incorrigibiles videantur Tunc namq; appetitur mors eorum vt terminus tantarum impietatum ipsorum,& ne Deum tam dirè ultra offendant , & ne grauiorem incurrant damnationem, imò totum ex charitate,& æquitate optatur.

QVAESTIO

T. Aquin. 22.q.27.

Præterea, quæritur hic , *An diligere proximū sit magis meritorium, quā diligere Deum.* ¶ Quæ quæstio videtur superflua,nec ad eius solutionē cu rorn̄siones quorundam inducere , sed breuiter dico,ꝙ nec amicorum,nec inimicorum,nec ambo rum simul sumpta dilectio, tanti est meriti sicut dilectio Dei,non obstante,ꝙ supergloriosissimū Deū diligere perfacilè,dulcissimumq; consistat.Nempè cum Deus naturaliter,& incircunscriptibiliter bonus sit,propriúmq;,& formale charitatis obiectū, dilectio eius incomparabilem dignitatem ex parte sui obiecti sortitur super omnem aliam dilectionē, & ex sua natura intensior, cōnaturalior,iustior, salubriorq; consistit.Vnde,& crimē ei appositum, utpote odiū Dei,grauissimum est peccatum. Rursus, dilectio Dei est causa,ac ratio dilectionis proximorum.Essentiale quoque præmium dilectioni correspondet diuinæ.

QVAESTIO III.

Ampliùs quæritur hic, *An virtus,ac radix merendi in charitate consistat.*

Thomas

¶Ad quòd sanctus doctor respondet : Meritum propriè dr̄,quod aliquis exibet ad hoc,ꝙ faciat aliquod suum,quod est meriti pręmium. Hinc ad meritum duo principaliter requiruntur.Vnum, quòd sit sponte exibitum,non extortum, cum nil ualeat exhiberi,nisi,quod in potestate est exibentis,idcirco requiritur,quòd sit uoluntarium,quia uoluntas nos facit dominos actuum nostrorum . Aliud est, ut id,quòd exibetur,sit sufficiens ad faciendum id esse propter quod exhibetur , & ex utraque parte principalitas promerendi est ex charitate.Ipsa nam que ē in uoluntate ut in subiecto,ipsam ꝑficiens,& quantum ad primum actum eius , ac principalem, & iterum cum sit amor Dei , facit amatum ipsum, quod est præmium obiectale,esse suum,inquantum unitur ei.Hinc principalitas meriti est in charitate:in alijs autem nirtutibus, secundum quod charitate informantur.

Ad meritū duo requiruntur.

Obiectio.

¶Veruntn̄ obijci pōt quia ut ait scriptura , Iustus ex



ex fide uiuit,& fides iustificat ipsum.Difficiliùs quoq; est credere ea,quæ fidei sunt,& rōnē prorsus trāscēdunt,q̃ Deum diligere.Gratia item gratū faciēs, ut ex suo noīe patet, vr̄ esse primū, præcipuumq; merēdi principium.

Habac. 1. Roma. 1.

¶Et rn̄dendū, ꝙ nec fides , nec alia virtus iustificat,aut spiritaliter uiuere facit,nisi inquantū charitate informantur.Fidei quoq; actus hmōi ascribunt, qm̄ ipsa est fundm̄ uirtutū,& oculus rationis,ac principium per quod fidelis ab infideli,iustus ab iusto discernit.Difficultati uerò non correspōdet ꝑmiū principale,sed magis maiori, & affectuosiori uoluntatis conatu,qui est ſm inclinationem uoluntatis maiorem,quæ ex dei amore præsertim causatur.Hæc Tho,in Scripto.

Dilutio. 1.Cor. 3. Bonauen.

¶Porrò de hac re Bonauentura duplicē narrat positionem,apparenter inuicē repurgantē,quas,& concordat,dicendo:Quidā dixerūt meritū primò principaliterq; cōsistere circa fidei motuū,& actū, cum ipsa sit prima virtutum,& eius actus,principiū sit aliorum uirtuosorum actuū.Alij dixerunt,ꝙ act⁹ charitatis primò,ac principaliter meritorius sit,cū ipsa secudum Gregorium,atque Ambrosiū caput, & radix sit omnium bonorum.Et utrāque harū opinionum magni clerici defenderunt, qui si sane intelligant,non inuicē contradicunt.Dupliciter q̃ppè dr̄ vnū altero priùs,puta origine ſm uiā generationis,& cōplemēto seu diffinitione:i.ſm uiam perfectionis.Et primo mō rō promerendi primò consistit in fidei actu, cū aliorū actuū bonorū extet principium,& Deum à ueritate procedit formata, meritorius est Secundò aūt mō efficacia promerendi per priùs attribuenda est actui charitatis, cum ipsa omnium completissima sit uirtutum,& in eius actu omne meritum consummetur.Nam,& ipsa nos potissimè efficit deiformes,tum ratione liberalis exibitionis, tum rōne vnionis conformis , tum rōne quietationis finalis.

Charitas facit nos deiformes

Rōne inquātum liberalis exibitionis,qm̄ sicut Deus ex amore oīa sua dona largit, sic charitas liberaliter cuncta obsequia , & præcepta exequitur.Rōne quoq; confoimis unionis, qn̄ sicut pater,& filius nectuntur nexu amoris , sic hō, per charitatem adhærendo Deo efficitur vnus spiritus,iuxta illud Ioannis:Vt sint cōsummati in vnū sumus.Item rōne quietationis finalis quia cū amor secundum Augustinum sit pondus , facit mentem in Deum tendere,& in ipso quiescere, quemadmodum corporalia per pondera sua suis in locis situantur,atque stabiliuntur.His ergo de causis efficitur homo Deo præsertim conformis per charitatem in triplici genere causę , ſm quod creatur ad creatorem refertur,uidelicet ſm rōnem principium mouentis,ſm rōnem formæ exemplaris,& secundum rōnem finis quiescentis.Hinc charitas inter uirtutes primatum sortitur , prout ad Corinthios apostolus contestatur.Hæc Bonauentura.

Iohan.17. Amor est pondus. 1.Cor.15.

Petrus.

Deniq; his Petrus concordans:Quēadmodū,ait, in oculo corporali primum,ac remotū uidēdi principium est aīa,principium uerò propinquū, sed nō immediatū,est uisiua potentia , principium proximum bona dispositio organi seu lux:ita in aīa primū,& remotū merendi principium est gratia, quæ ponit animam in esse spiritali,& statu merendi;principium uerò propinquum , non immediatum, est quælibet uirtus;sed proximum,& immediatū principium est charitas,tā rōne subiecti,qm̄ forma est, atq; perfectio uoluntatis,in qua principium totus est meriti,q̃ rōne obiecti,quia obiectum eius est ultimus finis,ex cuius intentione perfectio totius meriti oritur,ac dependet.Difficultas aūt operis non facit ad meritū, nisi dimissionis pœnæ per modū coniunctionis.charitas uerò facit maiorem inclinationem uoluntatis,propterea auget meritum , per se augendo conatum.Hęc Petrus.

Richard.

¶Richardus quoq; Propriè , inquit , loquendo de merito,prout consistit in actu recto remunerabili de condigno in uita æterna,sic omne meritum, aut est charitatiua Dei dilectio,aut causatum ab ea inquantum ad id,quod in ipso formale est,per charitatiuā Dei dilectionem.nempe per hoc,ꝙ uoluntas per charitatem diligit Deum propter ipsum Deum,& super omnia,uult cæteros actus suos rectos esse, ac fieri ꝓpter illum, cui propter se,& sup cuncta adhæret,quod est ipsos debito modo referri in ultimum,& sicut rectitudo est in actu ex sui conformitate ad regulam suam , quæ in naturalibus est natura in artificialibus, in moralibus ratio recta seu lex diuina:sic illud , quod est formale in merito,hoc est,remunerabilitas , est in ipso ex debita relatione sui in ultimū finem,atque consequenti, ratio remunerabilitatis in merito est formalis, ex charitatiua dilectione Dei causata. Hęc Richardus.

Gulielm⁹.

¶Antisiodorensis aūt in Sūma sua 3.lib.affirmat; Meritū plus consistit in fide,quàm charitate , quia difficiliùs est credere,quàm diligere, & iustus ex fide uiuit,ipsaq; fides est prima uirtutum.

Habac 2 Roma.1.

Dionysi. contra Antisiod.

¶Sed huius ɔ̃riū patuit modo.Est autem Antisiodorensis in opinionibus suis frequenter singularis, & multum extremus:nam,& proprium corpus dicit esse plus diligendum,quàm proximum.

## *Si charitas semel habita amittatur.* Distinct. XXXI.

ILlud quoq; non est prætereundum,quod quidam asserunt charitatem semel habitam ab aliquo non posse excidere , nullumq; damnandum hanc aliquando habere. Qui hanc traditionē sub dictis muniūt testimonijs.Apostolus ait:Charitas nunquam excidit.Augustinus etiam inquit : Charitas, quæ deseri potest,nunquam uera fuit.Item,Charitas est fons proprius,& singularis bonorum,cui non communicat alienus. Alieni sunt omnes , qui audituri sunt, Non noui uos.De hoc fonte scriptura ait:Fons aquæ uiuæ sit tibi proprius,& nemo alienus communicet tibi.Si aūt alieni sunt,qui audituri sunt illam uocē,non ergo huic fonti communicant damnandi.Item Augustinus super epistolam Iohannis: Radicata est charitas.securus esto.nihil mala procedere potest Item Gregorius in Moralibus:Valida est ut mors dilectio:uirtuti enim mortis dilectio comparatur,quia nimirum mentem, quam semel ceperit,à dilectione mundi funditus occidit.Item Augustinus super epistolam Ioannis:Vnctio inuisibilis charitas est,quæ in quocunque fuerit,radix illi erit,quæ

1.Cor.11. Matt.25. Prou.5. Cant.8.

ardente

ardente ſole areſcere non poteſt,nutritur calore ſolis,non areſcit.Item Beda ſuper Io
Beda. hanem:Quęrendum eſt,quomodo ſpeciale filij Dei agnoſcendi ſignum fuerit,quod ſu
Iohan. per eum deſcenderit,& manſerit ſpiritus.Quid magni eſt filio dei,ꝙ in ipſo manere ſpi
ritus aſtruatur?Notandumq́;,quia ſemper in dño manſerit ſpũs, in ſancti uerò, q̃ diu
mortale corpus geſtauerint,partim ſemper maneat, partim rediturus ſecedat. Manet
autem apud eos,ut bonis inſiſtant actibus.Recedit uerò ad tempus,ne ſemper infirmos
curandi,mortuos ſuſcitandi,dæmones eijciendi,uel etiam prophetizandi habeant fa-
cultatem.Manet ergo ſemper,ut poſſint habere uirtutes,ut mirabiliter ipſi viuant.Ve-
nit ad tempus,ut etim alijs per miraculorum ſigna, quales ſint intus, effulgeant. Item
Gregorius Gregorius:In ſanctorum cordibus ſecundum quaſdam uirtutes ſemper manet ſpũs, ſe-
cundum quaſdam receſſurus uenit,& uenturus recedit. In his uirtutibus,ſine quibus ad
uitam non peruenitur,in electorum ſuorum cordibus permanet. In his uerò,per quas
ſanctitatis uirtus oſtenditur,ut in exibitione miraculorum aliquando adeſt,aliquando
ſe ſubtrahit.Item Ambroſius:Ficta charitas eſt,quæ ĩ aduerſitate deſerit.Hęc innuere vi
dentur,ꝙ charitas ſemel habita non amittatur. Ideo quidam in prætaxatam proſilie-
runt audaciam,dicentes charitatem à damnãdis non haberi, nec à quoquàm habitam
poſſe amitti,quos ratio uincit,& auctoritas.Quidam enim ad tempus ſunt boni,qui po
Lucæ.10. ſtea fiunt mali,& econuerſo.Vnde quorundam nomina Chriſtus dicit ſcripta in libro
Iohan. 6. uitæ,qui tamen poſtea abierunt retro.Sed ſcriptura dicit, non ſecundum preſentiam,
ſed ſecundum præſentem iuſtitiam cui deſeruiebant,quia digni erant, tunc illo bono,
Ambroſi' quod habituri ſunt præſcripti ſecundum præſentiam. Vnde Ambroſius: Quibuſdam
gratia data eſt in uſu,ut Sauli,& Iudæ,& illis diſcipulis quibus dominus dixit: Ecce no-
mina ueſtra ſcripta ſunt in cęlis,& poſt abierunt retro. Sed hoc dixit propter iuſtitiam,
cui deſeruiebant,quia boni erant.Frequẽter enim ante ſunt mali,qui futuri ſunt boni,
& aliquoties priùs ſunt boni,qui futuri ſunt,& permanſuri mali,propter quod dicun-
tur ſcribi in libro uitæ,& deleri.

## *Determinatio auctoritatum prædictarum.*

Quod verò Apoſtolus ait.Charitas nunq̃ excidit,nullatenus pro illis facit. Dignita-
1.Cor.13. tem enim charitatis oſtendens,dicit eam non excidere, quia hic,& in futuro erit, ſed
fides,& ſpes euacuabuntur,& ſcientia.Item,quòd dicitur charitas nunquam fuiſſe ue-
ra,quæ deſeri poteſt,non ad eſſentiam charitatis refertur,ſed ad efficientiam:quia non
efficit charitas,quę deſeritur hominem uerè beatum,nec perducit ad uerum bonum.
Huic etiam fonti alieni.i.damnandi non communicant,ſcilicet in fine,quia non per-
ſeuerant.Poteſt tamen hoc,& cętera,quę de charitate dicta ſunt de perfecta intelligi,
quàm ſoli perfecti habent,quæ ſemel habita non amittitur.Exordia uerò charitatis ali
quando creſcunt,aliquando deficiunt.Sunt enim virtutis exordia,& profectus,& per-
fectio,quos gradus ille diſcernit,qui parabolam illam intelligit: Sic eſt regnum Dei,
Matt.5. quemadmodum ſi iactet homo ſemen in terram,& dormiat,& exurgat ſemen, & ger-
minet,& creſcat,&c.Si ergo perfecta charitas ſic radicata eſt, vt amitti nequeat: inci-
piens tamen,& prouecta amitti poteſt,& ſæpe amittitur. ſed dum habetur, non ſinit
Auguſt. ſup epiſtolam. Iohan. habentem criminaliter peccare.Quod Auguſtinus oſtendit,inquiens: Quia radix om-
nium malorum eſt cupiditas,& radix omnium bonorum eſt charitas,ſimul ambæ eſſe
non poſſunt niſi una radicitus euulſa fuerit,alia plantari non poteſt. Sine cauſa cona-
1.Timo.6. tur aliquis ramos incidere,ſi radicem non contendit euellere.

## *Quare fides,& ſpes,& ſcientia dicuntur euacuari, & non charitas,cum,& ea ex parte ſit.*

Aduertendum etiam eſt,quomodo fides,ſpes,& ſcientia dicantur euacuari, quia ex
parte ſunt,& non charitas,cum,& ipſa ex parte ſit.Ex parte enim,id eſt, imperfectè di-
Eſitius ſup Leuit. ligimus,ſicut ex parte ſcimus,ut ait Eſitius ſuper Leuiticum.Cum ergo omne,quod ex
parte eſt euacuetur, cur charitas excipitur, quæ dicitur nunquam excidere? Charitas
quidem etiam ex parte eſt,ut ſæpe ſancti docent,quia ex parte diligimus nunc; & ideo
ipſa euacuabitur inquantum ex parte eſt,quia tolletur inperfectio,& addetur remane- *actus
bitque ipſa aucta,&*actus eius &,*modus diligendi,ut diligas Deum propter ſe ex to- *motus
Matt.22. to corde, & proximum tuum ſicut teipſum, ſed imperfectionis modus eliminabitur.
Fides uerò,& ſpes penitus euacuabuntur.Scientia uerò ſecundum actum, & modum
ſuum,qui nunc eſt:non ſecundum ſui eſſentiam,tolletur, Ipſa enim uirtus ſcientiæ re-
manebit,ſed alium tenebit uſum,& modum.

Nunc



## *Si Chriſtus ordinem charitatis præſcriptum habuerit.*

Nunc iam ſupereſt inueſtigare,ſi Chriſtus ſm quod hõ,ordinem diligendi pręſcriptũ
ſeruauerit.Quod ſi eſt,omnem hoĩem ſicut ſeipſuu dilexit.Omnibus ergo uitam opta
uit,omneſque;ſaluos fieri uoluit,ſed non omnes ſalui ſunt,& ita non eſt factum, quod 1. Tim. 2.
optauit.Sed non eſt ignorandum in eo fuiſſe charitatem iuxtam modũ patriæ, nõ uię
eumq; ordinẽ diligendi impleſſe,qui ſeruat̃ in patria,non in uia:Qui eñ in patria ſunt,
id eſt,iã beatificati ſunt,adeo iuſtitiæ Dei addicti ſunt,ui,ut nihil eis placeat niſi, quod
Deo placet,ac ꝑ hoc illorum tm̃ ſalutẽ diligũt,& uolunt,quos deus ſaluari uult.eoſq;
ſolos ſicut ſe diligunt:ita,& Chriſtus electos tm̃ ſicut ſe dilexit,eorumq; ſalutẽ optauit.

Sũma distinctionis XXX. IN hac diſtinctione tractat Magiſter de ꝑmanẽtia,& ſtabilitate ineuacuabili charitatis,& cur ipſa potius nunq̃ excidere,q̃ fides,ſpes,atq;ſcia affirmet.Et q̃rit,An,& qualiter queat amitti,allegando ad partem utranq; uarias auctoritates ſanctorum.Deinde ſoluit,&,eas, exponit,& breuiter tota iſta materia in primo lib. diſt.17.tractata eſt,& diſcuſſa,ideo ſuperfluũ reor hic immorari.Vñ quod primò hic quærit,*Utrũ charitas ſemel habita poſſit amitti*,expeditum eſt ibi.Similiter,quod ſecundò hic q̃ritur, *An aliquis poſſit deleri de libro vitæ*, dicuſſum eſt lib. 1. Quòd item hic 3.quærit, *Utrum minima charitas poſſit cuilibet tentationi reſiſtere*,pertractatum eſt lib.2.

### QVAESTIO IIII.

QVartò hic quæritur. *An hõ charitate peccãdo priuatus,poſſit pœnitendo in maiori, uel æquali charitate reſurgere.*¶ Videtur,quòd non,quoniam, quo maiora gratiæ dona,quis habuit,eo peccando grauiùs Deum offendit, ingratitudinemq́; maiorẽ illabitur:ergo non ualet ſubito ad priſtinæ gratiæ æqualitatem redire, ſed paulatim proficiendo re- Amos.5. uertit̃ vnde exciderat.¶ Pręterea ſuper illud Amos, Virgo Iſrael cecidit,aſſerit Gloſſa:Non negat quin reſurgat,ſed,quòd reſurgere uirgo poſſit, quia ſemel oberrans eſt humeris reportetur paſtoris,non habet gloriam tantam,quantam,qui nunquam abierant.Gloria autem charitati commenſuratur, ergo poſt peccatum pœnitens nequit ad priſtinæ charitatis,ac gratiæ æqualitatem redire.

¶ Inſuper peccator poſt reciduum pœnitens, incipit eſſe in ſtatu incipientiũ,ergo non põt in ſtatu charitatis proficientiũ,aut perfectorum reſurgere.

Roma.5. ¶In oppoſitũ eſt,quod ait Apoſtolus:Vbi abũdauit delictum,ſuperabundat,& gratia.Atq;, quod à Malach.3. Malachia ſcriptum eſt. Placebit dominum ſacrificium Iuda,& ſacrificium Ieruſalem,ſicut dies ſeculi,& ſicut anni antiqui: Charitas autem facit ſacrificia noſtra Deo accepta eſſe. Deniq; ꝯſtat qđ Petrus poſt negationem,& Paulus poſt Stephani lapidationem.Dauid quoque poſt grauia crimina,ampliorem,quàm ante adepti ſunt gratiam.

Bonauent. ¶Ad hoc Bonauentura reſpondet: Poſſibile eſt hoĩem in charitate æquali reſurgere. ſiue enim dicamus donum gratiæ menſurari ſm largitatem diuinam,ſiue ſm ſuſcipientis idoneitatem, ſequitur ꝙ gratia,ĩ qua quis reſurgit,poteſt eſſe æqualis charitati,qua cecidit.Ex parte etenim largitatis diuinæ hoc planum eſt,quæ quantum in ſe eſt, ſemper parata eſt dare prout ſe homo diſponit.Item ex parte hominis patet,quia poſſibile eſt,ꝙ homo poſt lapſum,peccatum ampliùs deteſtetur, atque ab horreat vitia,quàm priùs:quemadmodum multi corrupti plus deteſtantur uitia carnis,quàm uirgines. Ideo Gloſſa illa Amos.5.de gloria præmij accidentalis,non in gloria præmij eſſentialis uerificatur.

¶Si aũt,quęratur,An hõ queat reſurgere in charitate minori;dicendũ,ꝙ quorundã fuit opinio,ꝙ neceſſe ſit hominem reſurgere in charitate æquali,aut maiore. Quæſtio. ¶Ad quod dicendũ moti fuerũt, tũ ex cõſideratiõe diuinæ diſpoſitionis,ſeu ꝓdeſtinationis, tum ex conſideratione diuinę retributionis, tũ ex conſideratione noſtræ reparationis, Ex conſideratione diuinæ pręDeſtationis,qm̃ ſcriptũ eſt:Scimus: qm̃ diligentibus Deum omnia cooperantur in bonũ,&c. Rom.8. Vñ apparet, quòd diuinæ prædeſtinationis immutabilitas non deſinat prædeſtinatum à præſciẽtia cadere charitate,niſi ex lapſu illo vr̃ aliquid melius ſecuturum.Ex parte quoq; retributionis rõnẽ ſumpſerũt:qm̃ Deus remunerat opera ſm magnitudinem charitatis ex qua ſunt facta.ſi ergo charitas in qua hõ reſurgit, uiuificat opera priùs facta,& amortificata,faciens ea remuneratione condigna, cum remuneratio adæquetur charitati, ex qua opera prodierunt,nec poſſit quãtitatem excedere charitatis,in qua quis reſurgit, concludunt, quòd impoſſibile ſit minorem charitatem eſſe in reſurgẽte, q̃ fuerat in cadente. Ex parte item noſtræ reparationis ſic arguunt;Quanto homo eſt magis ineptus, ad gratiam,tanto maiori eget præparatione ad eius ſuſceptionem.ſed quanto à maiori gratia corruit, tanto plus peccauit,atq; ineptior ad gratiam factus eſt.quantitas ergo præparationis adæquanda, ſeu proportionanda eſt quãtitati charitatis,à qua ruit. Ad quod allegant,& illud Ierermiæ, Conuertimini filij Iſrael ſicut in profundum receſſiſtis. Ieramias. ¶ Verum iſta opinio eſt contra rõnẽ,& experimentũ, nec habet ſtabile fundm̃. Reprobatio falſæ opinionis contra rationẽ eſt dicere, quòd perfectus cadens à charitate perfecta,reſurgere nõ ualeat niſi in charitate perfecta. imò de multis ita cadentibus ſatis apparet, quòd non reſurgunt in tanta perfectione.Nec habet ſtabile fundamentum. Diuinæ namq; prædeſtinationis diſpoſitio non requirit,quod homo ſemper procedat, & creſcat in charitate,ſed', quod ſit finaliter bonus. Retributio etiam Dei non concernit charitatem initialem,quãtum ad efficaciam meriti,ſed charitatẽ finalẽ. Noſtra quoq; præparatio ad gratiã, poteſt eſſe maior in eo,qui minus peccauit,& minor in eo, q magis peccauit.Deniq; uerba illa prophetica, & conſimilia intelliguntur non de quacunq; ꝑparatione, ſed de ꝑparatione ꝑfecta,& prima conſummata, qua omnia reſtituuntur ablata.Hinc cõis opinio eſt, ꝙ homo põt reſurgere in charitate æquali, & minori,atq; maiori. Homo namq; eſt liberi arbitrij, & magis,ac magis intenſè ſe ad gratiam poteſt diſponere.Hæc Bonauentura.Idem Albertus.

T. Aquinas. ¶Concordat Thomas:Mẽſura,ingens,charitati ꝑfigit̃ à Deo ſm ſuã uolũtatẽ,aliquo mõ cõmẽſurat̃ ad conatũ eius, q grãm,charitatẽq; recipit. Idcirco cũ hõ poſt culpã poſſit multũ,& parũ conari ad recipiẽdũ charitatẽ,nec diuinæ liberalitati termin' ꝑ

figatur

figatur per culpam, oportet dicere sicut cõiter dr̃, ꝙ homo post peccatum pot est, & in minori, & in maiori, & in æquali resurgere charitate, ac gratia. Nã, & minima cõtritio sufficit ad delectionẽ oĩum peccatorũ, quantũ ad culpã. Quamuis demum loquendo de una, & eadem charitate, uerũ sit, ꝙ charitas incipiens minor sit, q̃ proficiens, aũt perfecta, tñ gratia incipiens vnius, potest esse maior, q̃ gratia ꝓficiens alterius. Imò, & ille, qui non habet charitatẽ, plus pôt conari ꝓ ea, q̃ conatur pro gratiæ incremento, qui grãm habet, sicq; ille plus gratiæ sortietur, q̃ sit gratia huius. Hæc Thomas in Scripto. Idẽ Petrus, Richard⁹, Durand. Rñsio quoq; Bonauenturæ in Summa Antisiodorensis continet lib. 3.

## QVAESTIO V.

QVæritur consequenter, *Utrum fides, spes, sciẽtia, euacuabuntur in patria magis, q̃ charitas.* ¶Vr̃, quòd non: qm̃ fides, & spes sunt virtutes theologicæ: virtutes aũt theologicæ nobiliores sunt cæteris cunctis uirtutibus, imò, & donis, ut communiter dr̃. sed quędam uirtutes morales, ut latria, prudẽtia, iustitia humilitas, manent in patria, ergo plus fides, & spes. Similiter dona manent ibidẽ, nec euacuantur, ergo, nec fides, & spes. ¶ Secundò, fides, & spes sicut sunt præclaræ, & supnaturales virtutes, ita sunt præcipua ornamenta, & supernaturalia lumina mentis hũanæ: ergo manẽt in patria, saltẽ quãtũ ad habitum, ad decorandũ sua subiecta. ¶ Tertiò, scientia est donum spiritussancti, sicut sapiẽtia, ergo manet in patria, sicut & cætera dona. ¶ Quartò, accidens non corrumpĩt nisi corruptione sui subiecti, uel actione sui contrarij, uel cessatione conseruationis suæ. causæ potentiæ aũt, quæ sunt harũ virtutum subiecta, sunt incorruptibiles: uitia quoq; virtutibus istis contraria, in electis, & iustis dum ad patriam assumuntur, non sunt, nec conseruatio bonitatis diuinę subtrahĩt eis. ¶ Quintò, sicut altior, & eminentior modus diligendi est in regno cælesti, q̃ in isto exilio: ita altior, atque sublimior modus sciendi, ac cognoscendi, ergo scĩa non magis euacuaĩ, q̃ charitas: imò utraq; manere vr̃ ẽm essentiã, & euacuari solũ quantũ ad modũ agendi, ita, ꝙ imperfectio auferatur, & quòd manet perficiatur.

Responsio Alberti.

¶ Ad hæc respondet Albertus; In fide sunt duo ex ea parte, qua est cognitio, & tertium, quod est affectio. Primum in cognitione est genus, uidelicet uisio Est namq; fides visio, quędam veritatis diuinæ. Secundum est forma informans hanc uisionem seu cognitionem ad fidei speciem. Hoc autem est speculum, anigma ueritatis nõ apparentis. quibus sublatis, non est, nec permanet fides, sed potest esse uisio faciei siue alterius scientiæ. Tertium est affectio, quòd non afficit pp aliquid, nisi pp primam ueritatẽ absolutè, quia etsi rõnem haberet, non crederet pp eam.

Fides quõ euacuetur

Dici igitur pôt, & fides euacuatur, quo ad secundum, quod est forma, modusq; visionis, non quo ad primum, ac tertium: imò illa magis perficiuntur, succeditq; fidei uisio, quæ est tota merces, cum sit uisio amati, & possessi seu habiti pascens.

Johan. 17.

De spei euacuatiõe

¶Insuper de spei euacuatione dicendum, ꝙ habitus spei seu spes ipsa, & actus eius euacuantur, imò totaliter destruuntur. Quo circa notandum, ꝙ in transitu gratiæ ad gloriam quatuor oportet seruari, quædam enim manent in actu, & habitu substantialiter, atq; formaliter, sed mutantur, quo ad modum, quem habent non ex se, sed ex eo, quòd sunt in tali statu subiecti sui, & sic charitas mutaĩ, ac trãsit. Quędam manent in habitu substantialiter, ac formaliter non in actu, ut cardinales virtutes, vt infra dicetur. Quædam manent ẽm substantiã, nõ ẽm formam, & actum, ut fides. Quædam, nec quo ad substantiam, nec quantum ad formam, aut actum, sed in cõmuni iuxta modum proportionis tantummodo manent. ut spes. Quintò mõ se habet id, quòd non est virtus, ut scientia uiæ, quæ meo iudicio tota destruetur, sicut patebit.

Spes ẽm expectatio gloriæ.

Porrò habitus spei habet expectationem glorię, & protensionem in eam. Et expectatio ostendit id, quod materialiter est, protensio uerò ostendit formale spei, quo distinguitur ab alijs uirtutibus, quibus conuenit expectare, quorum utrũq; aufertur. Verum, qñ omnis sperans ẽm id, quod sperat, rei speratæ proportionatur: ideo illa proportio manet, dum rem speratã consequitur. sicq; intelligo uerba doctorum, dicentium, ꝙ in transitu spei in gloriam, non manet nisi commune secundum proportionem. Transeunt ergo fides, & spes potius, quàm uirtutes cardinales eis inferiores, quia quod eis informibus, ac formatis essentiale est imperfectum, incompetens est statui beatitudinis.

De sciẽ euacuatiõe

¶Præterea de euacuatione scientiæ sunt duæ opiniones: Vna, ꝙ sciẽtia destruetur, quo ad modũ addiscendi, & inquirendi, nõ quoad substantiam habitus.

Obiectio

Quibus objicitur, quia ẽm hoc clericus in philosophicis, ac theologicis literatus, charitatem habens minorem, maiorẽ haberet beatitudinem, q̃ uetula charitatis maioris, aut si non, scientia destruetur. ¶ Item inutiliter videtur manere habitus scibilium, cum tunc per alium modũ cognoscamus in uerbo.

Responsio

Ad quod illi respondent, ꝙ remanet ad decorem, atque ad modum alium cognoscendi. Ego autem melius puto consentire Magistro in litera asserenti, quòd scientia destruetur omnino, quia nos post mortem siue boni, siue mali fuerimus, necessariò alium modum cognoscendi habebimus res in propria natura, quod dæmones habent, & angeli à creatore. Et puto, ꝙ ille modus cognoscendi tunc dabitur nobis per species, quæ sunt similitudines ordinis uniuersi causarum mundi, qui modus cognoscendi nobilior est isto, quem nunc habemus. Hinc sentio, quòd scientia ita acquisita, destruetur omnino. Non enim uideo, si ponatur tunc esse scientia sicut modo, quin sequatur alterum duorum ĩconuenientiũ, utpote, quòd, uel erit superflua, qñ habebimus illam, quę data est angelis, aut ignorabimus multa per naturam, oportebitque ibi discere, ac studere, & deficiemus à potestate scientiæ angelorum, quæ ambo reor absurdã.

Charitas manet in patria.

¶ At uerò de charitate perhibeo, quòd manet eadẽ numero in uia, & patria, quantum ad subiectum, & eadem specie ex parte obiecti. Verum tamen Magister dicit, quod perficitur, & augetur, quod non intelligo quantum ad substantiam charitatis, quæ in patria non crescit, nec proficit: sed, quo ad modum, quem accepit à subiecto, quod tunc per impedimenta carnis, ac mundi non retrahetur à contemplatione. Hæc Albertus. de cuius dictis quid uideatur, infra tangetur.

Thom Aquin 1. Cor.

¶Ampliùs. Thomas ad ista respondens: In fide, inquit, est cognitio quædam, & modus cognoscendi, quia cognoscit in speculo, atque ænigmate, qui modus imperfectionis est, & obscuritatem importat. Cumque gloria omnem talem impefectionem, obscuritatemque tollat, tollet modum fidei quantum ad modum cognoscendi: sed remanebit cognitio eorum, quorum est fides non ęnigmatica, sed clara: ideo quamuis uisio illa beata non sit contraria fidei, quantum ad id, quod fides habet de cognitione: est tamen ei contraria quantum ad id, quod habet



bet de ænigmate. Et ex hac parte uisio illa fidem expellit.

Obiectio.

¶Si aũt objiciaĩ, quòd in eodẽ simul: sunt scientia, atq; opinio, ergo fides, & uisio simul stant

Dilutio.

rñdendum, quòd quamuis sciẽtia, & opinio sint de eodem, non tñ ẽm medium idem, sed ẽm diuersa. ideo possunt simul inesse. Fides aũt, & uisio patriæ sunt de eodẽ ẽm mediũ idẽ: qm̃ fides assentit primæ ueritati pp se. similiter uisio illa. ¶Denique de spei euacuatione sciendum, quòd de habitibus oportet ex eorũ actibus iudicium sumere. Duplex autẽ est actus: Vnus est actus imperfecti, q actus ut talis, est quasi motus. Alter est actus pfecti, q actus ut talis, est sicut operatio ꝯñs formam. Contingit verò qñq; actũ perfecti inueniri in imperfecto, ẽm quod impfectũ participat aliquid de pfectione, quẽadmodũ aliquid de actu albi est in pallido. Dũ itaq; imperfectũ ad perfectionẽ pertingit, actus, q est eius inquãtũ habet aliquid de pfectione, in quã tendebat, manet quantum ad id, quod est de substantia actus: sed tollitur, quantum ad id, quod erat de imperfectione, sicut loquela balbutientis pueri tollitur, dum ad perfectam uenit ætatem, quantum ad id, quod imperfectiõis erat in ipsa, & manet quo ad id, quod perfectionis fuit in ea. Motus verò, q est motus impfecti, qñ peruenit ad terminum, motus non manet, quantũ ad aliquid substantiæ actus, sed quantum ad radicẽ, ẽm quã inerat motus, q fuit ꝓportio q̃dã, & ordo imperfecti ad perfectionẽ. Cognitio aũt inquãtũ hmõi, importat actũ pfecti: idcirco cognitio, q̃ hr̃ in statu imperfectionis, manet quantũ ad id, quod cognitionis est, imperfectione sublata. Spes uerò inquantũ tendit in arduũ nondũ habitũ & futurũ, est sicut actus imperfecti, cũ sit quasi q̃dã motus. Iõ cũ ad perfectũ uenerit, non manet id, qđ est expectationis. sed hoc tm̃, in quo expectatio hæc radicabatur, vz ordo, & ꝓportio hoĩs ad illa iã habita. idcirco nõ ponĩt aliud speciale succedẽs spei, sed tentio seu compræhensio beatitudinis, quæ ordinẽ dicit hoĩs ad Deũ iã habitũ. Vñ ordo iste cõis ẽ utrobiq;, & quantũ ad hũc ordinẽ, spes manet: sed quãtũ ad naturã sui actus, trãsit. ¶Insup ad id, Vtrũ aliquid de substantia seu essentia fidei, & spei manet in patria idẽ numero: Rñdet, Ablatio alicuius, quod est de substantia rei, inducit rei illius corruptionem, non aũt ablatio alicuius accidentaliter se habentis. Imperfectio aũt, quã tollit beatifica uisio à fide, est de substantia fidei, atq; ad eius pertinens speciẽ, quod patet ex hoc, qa accipiĩ secundũ rõnẽ obiecti à quo fides recipit speciẽ. Obscuritas q̃ppè quã ænigma designat, ad cognitionis pertinet genus. Hinc hac imperfectione remota, species, & essentia fidei de necessitate destruñĩ, uelut si ab hoĩe rõnabilitas auferaĩ Cumq; fides sit forma, non cõposita ex forma, & materia, ideo ipsa destructa nõ remanet aliquid fidei idẽ numero, sed genere idẽ. similiter nihil manet de spe, qđ de spe clarius est. Hæc Thomas in Scripto, & concordant scripta eius in Secunda Secundæ. Idẽ Petrus, & Richardus.

In sciẽ huius vitæ tria consideranĩ.

¶Insup ð hoc, An scĩa euacueĩ: rñdet, In scĩa huius uitæ tria consideraĩ, uidelicet habitus, & actus, ac mod⁹ agendi, qui modus est intelligere intuendo phantasmata. Actus uerò est cognoscere conclusiones, resoluendo eas ad prima principia.

Habit⁹ qd sit.

Habitus autem est qualitas intellectus, habilitans adhũc actum. Intelligere uerò cum phantasmate, conuenit aĩę ex sua cũ corpore unione. ideo soporata pôt sine phãtasmate intelligere ex habitu scientiæ antea habitæ. ¶ In actu quoq; scientiæ duo pensantur, uidelicet inquisitio seu rationis discursus, & terminus in quisitionis, qui est certa cognitio. quorum primum, puta inquisitio, est imperfectionis, secundum uerò pfectionis.

Scĩæ act⁹ manet in aĩa separata quomodo

Idcirco actus scientiæ manet in aĩa separata. quantum ad secundum, non quo ad primũ. Sed post resurrectionem poterit aĩa intelligere sine phãtasmate, quia plenè dominabitur corpori. De damnatis uerò probabile est, quod discurendo intelligent: Sic ergo intelligendum est, quod ait Apostolus, Scientia destruetur, uidelicet quo ad modum, & actus ipsæ mutabitur, habitusq; manebit.

1. Cor. 13.

Nec ob hoc anima literati, qui minoris est charitatis, plus habet de gaudio præmij essentialis, quàm anima idiotæ charitatis maioris. Nec superfluit sciencia ista in patria, ubi oĩa cognoscuntur in uerbo, quia iucundum est unum, & idem pluribus modis, ac medijs cognoscere, sicut, & angeli res cognoscunt in uerbo, & per species inditas, ac infusas sciẽcias.

Charitas nõ euacuabitur.

¶Porrò charitas non euacuabitur: quia dilectio ex ratione propriæ speciei non dicit aliquid imperfectionis, sed magis perfectionem, utpote terminationem affectionis in dilecto, ac quandã transformationem in rem amatam: idcirco in patria charitas ipsa, & actus eius perficiuntur, quemadmodũ cognitio nunc perfectio erit.

Obiectio.

¶ Et si objiciatur, ꝙ charitas seu dilectio sit quidam motus uoluntatis in Deum, qui motus cessat adepto iam termino,

Dilutio.

dicendum, quòd dilectio est unio cum Deo, & quietatio, ac terminatio quædam in ipso, nec dr̃ motus, nisi prout motus uocatur actus perfecti, quemadmodum sentire, & intelligere nominantur motus 3. de Anima. Quod aũt charitas uiæ nequit ad perfectionem charitatis patriæ in hac uita pertingere, est propter diuersum statum distinctumque ordinem uiatorum, & compræhensorum, sicut, nec gratia ad perfectionem gloriæ. Hæc Thomas in scripto, & concordat in Summa.

Richard⁹

Concordãt Petrus, & Richardus, qui Richardus narrat opinionem quorundam, dicentium, quod habitus scientiæ non manet in anima sperata, quantũ ad actum: quoniam species intelligibiles non manent in intellectu, actuali intellectione cessante, ut asserit Auicenna, quod super 2. est reprobatum.

Lucę. 16

In euangelio quoque describitur, quòd anima diuitis epulonis in inferno recordabatur rerum, quas uidit in seculo isto, quod non fuit nisi per intelligibiles species, qa in anima separata non manent phantasmata, sicut, nec uires organicæ sensitiuæ. Ista responsa procedunt secundum phantasmaticorum immaginationem, dicentium hominem non posse intelligere nisi speculando phantasmata: cuius oppositum ostensum est super secundum, & alibi sæpe.

Bonauen.

¶Insuper Bonauẽtura concordat præhabitis de euacuatione fidei, spei atq; scientiæ: imò de euacuatione scientiæ tres narrat opiniones. Vnam ex Alberto inductam. secundam, quòd scientia manebit quantum ad habitum in animæ ornamentum. Contra quã objicit Thomas, quòd habitus ordinatur ad actum, estq; habilitas ad agendum: ideo frustra oponeretur, nisi posset in actum procedere. Tertiã iam ex Thoma recitatam, quam approbat, nec specialia superaddis.

Durand⁹.

¶Præterea Durandus hic sequitur opinionẽ, quã præallegati uenerabiles, solidiq; doctores narrãt, & reprobant, puta, ꝙ fides manet in patria ẽm suam essentiam in decorem, & circa hoc primò probat, quòd opinio ista non extet hæretica, quia non est cõtra scripturam canonicã.

Dionysi⁹ cõtra Durandum.

¶Et quamuis nõ oporteat dicere eã esse hæreticam, tamẽ, qui uellet hoc dicere,

dicere, affirmaret esse eam contra scripturam, cum Apostolus ad Corinthios clarissimè doceat fidem
1. Cor. 13. euacuari, sciam destrui, charitatẽ uerò nunquã exci
dere. Deinde probare conatur, ꝙ opinio sua, sit uera, quod probando, multa absurda cõcedit, & multa euidenter uera negat. Etenim negat, ꝙ de ratione, & essentia fidei sit inperfectio, cum tñ ob hoc dicatur in Christo non fuisse fides, & ipse Apostolus
In Christo non fuit fide. pp imperfectionem notitiæ fidei testatur: Videmus nunc per speculum in enigmate, &, Nunc cognosco, inquit, ex parte. Iterum dicit, de ratione fidei
1. Cor. 13. non est ineuidentia seu obscura notitia. Cuius contrarium vnusquisq; experitur in se, cum ea, quæ de superbeatissima trinitate, & de existentia Christi in sacramento altaris credimus, prorsus omnem euidentiam excludant, & obscuritatem includant, & ita sit similis negantibus prima principia, & apertissimè sunt contra Augustinum in multis locis. ut Bonauentura declarat, & contra beatum Leonem papam in suis sermonibus. Et utiq; si præhabita rectè inspiciantur, euacuari clarissimum est fidem, & spẽ essentialiter, nec posse simul stare actum cognitiuũ, & fruitiuum beatificum, ac fidem, & spem, quantum ad actus suos.

Scotus. Postremò Scotus compendiosè cõprobat istud: Auctoritas, inquiens, Apostoli ad propositũ est ex-
1. Cor. 13. pressè. Etenim nullus habitus ponendus est in patria frustra manere. Frustra aũt esset habitus, cuius inclinatio tunc esset impossibilis ad effectum seu adimpletionem. Fides autem ex sua ratione inclinat tantum in bonum seu uerum non apparens, & latens, ẜm illud Apostoli, Fides est argumentum
Heb. 11. non apparentium. Spes quoq; tantum inclinat in bonum absens commodum ad concupiscendum,
Roma. 8. iuxta illud ad Romanos: Spes, quæ videtur, non est spes, sumendo spem pro re separata. Inclinationes autem illæ non poterunt haberi in patria, ubi erit patens uerum, & presens, ac habitum bonum. non, ergo manebunt habitus isti, quoniam essent superflui. Hæc Scotus.

QVAESTIO VI.

ALiqui demum hic sciscitantur, *Virum actus charitatis, qui est in via, sit in christo & in beatis*. ¶ Quæ quæstio supra soluta est in communi, estque ostensum qualiter charitas sit ordinata in patria. sed Magister tangit specialiter hic de Christo.

T. Aquin. ¶Et circa hæc loquitur Thomas: Inimici, inquit, Christi intelligi possunt dupliciter: Primò, quantũ ad finalem exitum seu damnationem æternam, sicut damnati iam actu, uel in præuisione sapientiæ Dei. Secundò, quantum ad statum præsentem tantum, sicut Saulus fuit dum Stephanum lapidauit.
Actu. 8. Quantum ad primos inimicos, est eadem ratio dilectionis in Christo, quæ nobis ad illos, quos scimus esse damnatos, quia naturam ipsorum diligimus, & considerata tantum eorum natura, uitam eis æternam uellemus, si essent capaces: sed considerata diuina iustitia, atque ipsorum de meritis, hoc non uolumus, quia plùs diligimus diuinam iustitiã, quàm illorum naturam. Et prima uoluntas est uoluntas antecedens, secunda consequens. Ita, & Christus inimicos damnatos, & damnandos dilexit, uolendo eis bona voluntate antecedente, quæ non semper impletur: non uoluntate sequente, quæ semper impletur. Idem dicendum de cunctis beatis, quo ad condemnatos iam actu. De damnandis uerò, forte non sciunt de omnibus, qui sint. Inimicos autem secundo modo dictos, dilexit, & bonum operaba-
Lucæ. 23. batur ad eos, intantum, & pro eis subijt mortem.

Hæc Thomas: Quòd aũt dicendũ sit de ordine charitatis in alijs sanctis in patria, dictũ est supra. ¶Qui dã aũt affirmant, ꝙ quia in patria Deus erit, & est Opinio.
omnia in omnibus, in quo beati plenè quiescunt, ac totam dilectionis suæ causam, & rationem habẽt bonitatem ipsius: ideo Deum super oĩa diligunt, & alios tanto plùs, quanto sunt Deo proximiores, & alios meliores se plùs, q̃ seipsos. Quod non uř rationabiliter dictum: qm̃ vnusquisque tm̃ amabit Deo frui, quantum amabit Deum. ideo sicut Deum super omnia diliget, sic sup omnia amabit ipso frui. Vnde plùs amabit sibijpsi Deo frui, q̃ alij. Veruntñ credo, quòd simpliciter loquendo, plùs diliget extraneum meliorem, q̃ proximum consanguineum minus bonum: qm̃ plùs attenditur ordo dilectionis penes ꝓpinquitatem ad Deum, q̃ iuxta propinquitatem ad seipsum, quamuis vtrunq; attẽdi oporteat. Vñ de æqualiter bonis plùs diliget ꝓximiorẽ, sed de inequaliter bonis plùs diliget meliorem. Ita q; alij melius dicunt, ꝙ in patria quoq; unusquisq; plùs diliget seipsum, quàm alium. ¶Preterea si quæ- Quæstio.
ratur, An Christus magis dilexit Petrum, quàm Iohannem: respondendum, quia (vt dicitur) Petrus An Chřs magis dilexit Petrum quã Ioh. Ioh. 19. 21.
plùs dilexit Christum dilectione, quæ ab ipso in membra Christi diffunditur. Iohannes verò plùs Christum dilexit dilectione, quæ sistit in Christo. Ideo Petro commisit ecclesiã, Iohanni curam suæ beatissimæ genitricis. Vñ, & Petrus à Christo plùs amabatur, quantum ad interiorem affectum: qm̃ donum maioris charitatis fuit tunc Petro collatum. Iohannes uerò plùs amabatur quantum ad signa familiaritatis exterioris: qm̃ per Iohannem significabatur uita contemplatiua, cui Deus familiariorem se exibet, quamuis fructuosior sit vita actiua, & laboriosior, quæ significatur per Petrum. Item propter Iohannis iuuentutem, castitatem, atque ingentem mititatem. Hæc Thomas. Veruntamen de hac re dictum est supra, quid verius uideatur. De ordine autem charitatis in patria, dictum est pleniùs ante.

¶Responsioniq; Thomæ consonat Hugo lib. de Hugo.
sacramentis, dicendo: Si in patria unus plùs diligit proximum, & eius salutem, quã seipsum propriamque salutem, Deum diligit minus, quàm proximũ, cum uelit separari à Deo propter proximum.

¶Postremò Bonauentura refert hic duas opinio- Bonauen.
nes de ordine charitatis in patria. prima est, ꝙ in patria quilibet plùs diliget se, quã alium, sicut iam dictum est. Alia, quòd unusquisq; in patria tantum diligit quemlibet alium beatum, sicut seipsum. Ordo enim charitatis, qui conuenit eis secundum se, & attenditur penes gradum, ac differentiam boni, manet in patria, quia in ea erit perfecta obedientia naturæ respectu gloriæ, atque conformitas uoluntatis create respectu diuinæ, plena etiam redundantia communis gloriæ. Quia enim perfecta erit ibi Natura conformabitur gloriæ & gratiæ.
obedientia naturæ respectu gloriæ, conformabitur tunc natura omnino gloriæ, ut sicut corpus efficietur spirituale, ac spiritui per omnia obtemperabit, quamuis secundum statum uiæ oporteat spiritum corpori condescendere: sic natura per omnia conformabitur ordini gloriæ, & gratiæ, quæ attenditur secundum differentias boni, quamuis nunc gratia condescendat affectui naturali. Rursus, quia ꝑfectè erit nostra voluntas conformis diuinæ, magis diligemus non id, quod nobis erit propinquius, sed, quod fuerit Deo plùs placitum, & acceptum. Iterum: quoniam erit ibi perfecta afluentia, & communicatio cõmunis letitiæ, multiplicabitur gaudium



dium hominum multiplicatione perfecta, ut tantũ gaudeat de bono uniuscuiusq; proximi, quantum de suo: quod esse non posset, nisi diligeret proximũ quantum seipsum. & hoc est quod dicit Anselmus
Anselmus in prosologio capite ultimo: In perfecta illa beatitudine innumerabilium angelorum, ac hominum beatorum, ubi nullus minus diligit alium, quàm seipsum: non aliter gaudebit quisq; pro singulis alijs, quàm pro seipso. Quis istorum modorum sit rõnabilior, diffinire, quàm diu sumus in statu præsentis miseriæ, non ualemus. Nempè si iudicemus secundum ea, quæ in nobis sentimus, approbabimus primum modum. Si uerò mentem suam altius quis eleuet ad incompræhensibile bonum, & ad maximam cælestium ciuium unitatem, rationabiliorem iudicabit modum secundum. Sicque si loqui uelimus ut plures; sequimur primam opinionem: si aũt ut sapiẽtiores, sequimur secundam. Hæc Bonauentura.

Cuius dicta uidentur partim obscura. Si enim Dion. contra Bonauēturam.
dilectio erit in patria solum secundum gradum, & differentiam bonitatis, consequens est, quòd inferiores tanto plus diligent meliores, quanto fuerint eis in bonitate eminentiores. Denique, quanto beati clariùs, ac gloriosiùs uiderint Deum, & quo omnem suam felicitatem, & gloriam magis aduerterint, atque dilexerint, tanto plus diligent eos, quorum auxilio ad eam perducti extiterint. Vt si (uerbi gratia) anima tyranni credatur precibus sancti Gregorij esse saluata, uerisimile est qđ magis amabit & amet Gregoriũ, q̃ sacratissimũ Iohãnẽ Baptistã.

## *De charitate Dei. Distin. XXXII.*

PRemissis adijciendum est de dilectione Dei, qua ipse diligit nos, quæ nõ alia est, quàm illa, qua diligimus eum. Dilectio autem Dei diuina uisio est, eademque dilectione pater, & filius, & spiritussanctus se diligunt, & nos, ut supra disseruimus. Cumque eius dilectio sit immutabilis, & æterna, alium tamen magis, alium minus diligit. Vnde Augustinus: Incomprehensibilis est dilectio Dei, atq; immutabilis, qua Deus in unoquoque nřm amat, qđ fecit, sicut, & odit, quod fecimus. Miro ergo, & diuino mõ ẽt qñ odit, diligit nos. Et hoc quidem in oĩbus rationalibus creaturis peccato subiacentibus intelligi põt. Quis ergo dignè põt Aug. super Iohannẽ.
eloqui, quantum diligat membra unigeniti sui, & quanto amplius unigenitũ ipsum? de ipso etiam dictum est: Nihil odisti eorum quæ fecisti. Ex his percipitur, ꝙ Deus oẽs creaturas suas diligat, quia scriptum est: Nihil odisti eorum, quæ fecisti. Et item, Vidit Deus Sap. 11.
cuncta, quæ fecerat, & erant ualde bona. Si omnia, quæ fecit bona sunt, & omne bonum diligit omnia ergo diligit, quę fecit, & interea magis diligit rationales creaturas, & de Gen. 1.
illis eas ampliùs, quæ sunt membra unigeniti sui, & multo magis ipsum unigenitum.

## *Ex qua intelligentia dicitur magis, uel minus diligere hæc, vel illa.*

Cum autem dilectio Dei immutabilis sit, & ideo non intenditur, uel remittitur: si q̃ritur quæ sit ratio dicti, cum dicitur magis, uel minùs diligere hoc, q̃ illud, & cũ dicitur Deus omnia diligere: dicimus dilectionem Dei sicut pacem exuperare omnem sensum Phil. 4.
humanum, ut ad tantę altitudinis intelligentiam uix aliquatenus aspiret humanus sensus. Potest tamẽ sanè intelligi, ea ratione dici omnia diligi à Deo, quæ fecit, quia omnia placent ei, & omnia approbat, inquantum opera eius sunt. nec tũc uel priùs, uel ampliùs placuerunt, & cum facta sunt scilicet antequam fierent: imo ab æterno omnia placue- Deus vnũ alio plus diligit.
runt, & non minus, q̃ postquam esse cœperunt. Quòd uerò rationales creaturas, idest, homines, uel angelos, alios magis, alios minùs diligere dicitur, non mutabilitatem charitatis eius significat, sed ꝙ alios ad maiora bona, alios ad minora dilexit: alios ad meliores usus, alios ad minùs bonos. Oĩa enim bona nostra, ex eius dilectione nobis proueniunt. Electorum ergo alios magis, alios minùs dilexit ab æterno, & diligit etiam nunc, quia aliis maiora, aliis minora ex dilectione sua præparauit bona: alijsque maiora, & aliis minora bona confert ex tempore, unde magis, uel minùs dicitur hos, uel illos diligere.

## *Quòd duobus modis inspicienda est dilectio Dei.*

Consideratur enim duobus modis dilectio Dei, secundum essentiam, & secundũ efficientiam. Non recipit magis uel minus secundum essentiam, sed tantùm secũdũ efficiẽ Magis a Deo dilecti quo dicantur.
tiam: ut magis dilecti dicantur, quibus ex dilectione ab ęterno maius bonũ pręparauit, & in tempore tribuit: & minùs dilecti, quibus non tantum. Indè etiã est, qđ aliqui quando conuertuntur, & iustificantur, dicuntur tũc incipere diligi à Deo. nõ ꝙ Deus noua dilectione quemquam possit diligere, imò sempiterna dilectione dilexit ante mundi cõstitutionem, quoscunque diligit. Sed tunc dicunt incipere diligi ab eo, cũ ęternæ Dei dile li. 5. de tri.
ctionis sortiuntur effectum, scilicet gratiam, uel gloriam. Vnde Augustinus: Absit ut Deus tẽporaliter aliquẽ diligat, quasi noua dilectione, q̃ in ipso ante nõ erat, apud quẽ nec pręterita transierunt, & futura iam facta sunt. Itaque omnes sanctos suos ante mun- Ephe. 1.
di constitutionem dilexit sicut prædestinauit. Sed cum conuertuntur, & inueniũt illũ, tunc incipere ab eo diligi dicunt, ut eo mõ dicatur, quo põt humano affectu capi qđ dicitur,

citur. Sic etiam cum iratus malis dicitur,& placidus bonis,illi mutantur,& non ipse:ut lux infirmis oculis aspera,firmis leuis est,ipsorum scilicet mutatione,non sua: ita cum aliquis per iustificationem incipit esse amicus Dei,ipse mutatur non Deus.

## *Si quis magis, uel minus diligatur a Deo uno tempore, quàm alio.*

Si uerò quæritur de aliquo, utrum magis diligatur à Deo uno tempore, quàm alio, distinguenda est dilectionis intelligentia. Si enim referatur ad dilectionis effectum, cõcessibile est: si uerò ad dilectionis essentiam, inficiabile est.

## *Si Deus ab æterno dilexit reprobos.*

De reprobis uerò qui præparati non sunt ad uitam, sed ad mortem, sic quæritur, utrũ debeat concedi, quòd Deus ab æterno dilexit eos. Dicimus de electis solis simpliciter hoc esse concedendum, quòd Deus ab ęterno eos dilexit, quos ad iustitiã,& coronã præparauit. De non electis uero simpliciter est concedendum, quòd odio habuit, id est, reprobauit, sicut legitur; Iacob dilexi, Esau odio habui. Sed non est simpliciter dicendum

Mala.1.

quod dilexit, ne prædestinati intelligantur: sed cum adiectione concedatur, dilexit eos inquantum opus eius futuri erant, id est, quos,& quales facturus eos erat.

Sũma distinctionis xxxij.

IAm ante tractauit Magister de charitate creata, qua Deũ diligimus: nunc tractat de charitate increata, qua Deus nos diligit. Et primò declarat, ꝙ Deus creator amat cũcta creata generaliter,& rõnales creaturas p̄sertim p̄destinatas specialiter, quocirca inqrit, qualiter incõmutabilis Deus dicatur unum diligere magis, q̃ alium, cum dilectio Dei in ipso sit una,& simplex, prorsus inuariabilis. Consequenter docet, ꝙ dilectio Dei cõsideratur dupliciter, atque ex hoc soluit qđ q̃rit̃, qualiter Deus immutabilis,& æternus dicit unũ,& eundẽ nũc magis, nũc minus diligere. Vltimò sciscitat̃, an reprobos Deꝰ ab ęterno dilexit.

### QVAESTIO I.

HIc quæritur. *An Deus diligit cuncta creata, potissimè intellectuales creaturas æternaliter, atq; æqualiter.* ¶ Vr̃ ꝙ Deus non amet creata, qm̃ amor est uis unitiua coniungens amantem amato. Cũ igit̃ Deus infinitũ ab oĩ creato distet, non uidetur alicui creaturæ ꝑ amorẽ coniunctus. ¶Secundò, amor est alicui bonũ velle, sed uelle Dei oĩpotẽs est, sicut per

Isa.46.

Isaiam testatur. Cõsilium meũ stabit,& om̃is uoluntas mea fiet. Si ergo Deus diligit oẽs creaturas rõnales uult oĩbus dona gratiæ in præsenti,& dona gloriæ futuro. sicq; omnes saluarentur. ¶Tertiò, creaturæ non fuerunt ab ęterno, ergo non potuerunt ab æterno, amari, cum nihil ametur nisi bonũ. ¶Quartò, quanto q̃d melius est, tãto amabilius. Sed creaturæ rõnales ñ sunt oẽs æquè bonæ, ergo neq; æquè amabiles, non ergo à Deo æqualiter diligunt̃. Posset hic multa induci, sed tota ista materia in prio est habita & discussa. idcirco ĩmorãdũ nõ arbitror.

Bonauen.

¶Itaque Bonauentura rñdens ad istud. An Deus dilexit æternaliter creaturas; Quædã, inquit, uerba de Deo dicta respectu creaturæ, connotant effectũ in actu sicut creare. Quædã cõnotant effectũ in habitu, ut prędestinare. Quædã indifferẽter utroq; mõ sicut diligere, Dr̃ qppè Deus diligere aliquẽ, uel qm̃ actu cõmunicat ei bonũ, uel qa ꝓponit hoc. Cũque cõmunicare sit effectus in tẽpore, ꝓpositum uerò cõmunicandi sit ab æterno: hinc diligere interdũ de Deo dicit̃ æternaliter, quãdoque tẽporaliter. sicque potest cõcedi, ꝙ creaturæ nõ solum temporaliter, sed etiã æternaliter diligunt̃ ab eo.

Quæstio. An Deus diligat oĩa gñaliter.

¶Insuꝑ si q̃ratur, An Deus diligat oĩa gñaliter: rñdẽdũ ꝙ Deus nõ diligit creaturã rõne affectionis, sed cõmunicationis alicuius boni, ꝙ dilectio Dei potius dr̃ dilectio effectus, q̃ affectus. Cõmunicatio aũt bonitatis diuinæ est duplex. Vna ĩ donis naturæ,& ista oĩbus est cõis. Alia in donis gratiæ, quæ rõnalibus creaturis est specialis:& penes hãc aliquos diligit, puta electos: aliquos odit, ut reprobos.& quãtũ ad primã cõmunicationẽ, uerum est illud Sapiẽtiæ. Diligis

Sap.11.

oĩa,& nihil odisti eorũ, quæ fecisti.

Obiectio.

¶Si aũt ita obijciat̃, Deus oĩa diligit ex charitate: distinguẽdũ est, qa, ly, ex põt notare habitudinẽ principij motiui,& productiui respectu effectus creati,& sic cũcta, quę diligit, ex charitate diligit. Charitas nãq; principiũ est uniuersorum effectuum, quos ꝓducit. potest quoque notare solũ habitudinẽ principii ꝓductiui, sed ẽt exemplaris rep̄sentãtis. Sic eos duntaxat amat ex charitate, qbus cõmmunicat charitatẽ creatam, cũ ius exẽplar est charitas increata sub rõne charitatis sub qua rõne nõ est aliorũ exẽplar.

Obiectio.

¶Si uerò obijcias ꝙ amor trãsformat amãtẽ in amatũ, Deus aũt non transformatur in creaturã:

Dilutio.

dicendũ, ꝙ uerũ est hoc de amore affectionis, q ĩ alterũ tẽdit. Amor aũt Dei nõ est amor affectionis tendens in alterũ sed potius inclinãs,& trahẽs alia in se. Ideo amor diuinus magis trãsformat,& conformat amata ipsi amãti, q̃ eꝯ rio. Deniq;, sicut duplex est ꝯformatio rerũ ad Deũ una ẜm similitudinẽ uestigii, alia ẜm similitudinem imaginis, quæ est magis expressa: ita dilectio Dei dũpliciter sumit̃, utpotè gñaliter, sicq; cõnotat gñalẽ assimilationẽ;& itẽ spũaliter,& sic cõnotat quãdã unionẽ. Impios uerò,& p̄scitos ẜm qđ tales, non amat, sed odit. tñ naturã eorũ diligere dr̃.

Quæstio.

¶Amplius dũ q̃ritur, An oẽs ęqualiter diligat,

Respõsio.

dicendũ, ꝙ de dilectiõe Dei est loq dupliciter. Primò, ẜm ipsius dilectiõis essentiã Secũdo, penes eius efficientiã, efficaciã, seu effectũ. Primo mõ diligit oẽs nõ solũ æquali dilectiõe, imò ẽt uno,& eodẽ simplici,& inuariabili actu, q est diuina essentia. Sed secũdo mõ nõ diligit oẽs æqualiter, qm̃ uni uult maius bonũ, q̃ alteri. Vel sic, Cũ diligere Dei sit uelle alicui bonũ, ęquãlitas dilectiõis Dei ad alios attẽdi põt dupliciter. Primò, ex parte actꝰ uolẽdi.& sic diligit oẽs æqualiter, qa nõ magis intẽsè uult uni bonũ, q̃ alteri. Scđò, ex parte uoliti.& ita diligit oẽs nõ æqualiter, sed aliquos maximè, quosdã minimè, alios medio mõ: secũdũ quod uni uult bona maxima, alteri minima, alijs mediocria.

An homines magis angelis dilexerit.

¶Præterea angelos Deus magis dilexit q̃ homines, quãtum ad affectus cõditionis, seu quo ad dona naturæ: quoniã excellentiora naturalia contulit eis, ĩ quo magis apparet omnipotẽtia cratoris. homines uerò magis dilexit, quãtum ad effectus reparationis



parationis & gratiæ, quoniã angelis lapsis relictis, homines liberauit,& gratiosissimè egit cũ eis, ĩ quo sapientia Dei refulget.

Quæstio

¶Si autem quæratur, quę harum dilectionum aliam magis excedat: dicendum quòd de excessu dilectionis est loqui dupliciter. Primò, ut nunc, seu secundum statum præsentem: secũdò, simpliciter & secundum statum finalem. Et primo modo plus diligit angelos, secundò modo plus diligit homines. Vnde in patria habebit homo plura, atq; maiora, de qbus Deo gratus sit,& deuotus, quàm angelus, utpotè beneficia incarnationis, redemptionis,& eminentissimæ glorificationis naturæ humanæ, præsertim in Christo,& uirgine gloriosa: quæ non tantum manifestant circa nos diuinæ dilectionis magnitudinem, sed etiam nimietatem,

Ephe.2.

iuxta illud Apostoli: Propter nimiam charitatem suam, qua dilexit nos Deus, atq; per istam distinctionem soluuntur obiecta, quæ ad utrãq; partem fieri solent.

Quæstio.

¶Præterea quærit hic doctor, An Deus magis dilexit genus humanũ, q̃ Christum. Respondet, ꝙ magis dilexit Christum, qui secundum naturam diuinam est bonitatis immensę,& secundum humanitatem assumptã rõne unionis cum uerbo, est nobilitatis, ac dignitatis singularis,& inæstimabilis.

Anselmus

Propter quod ait Anselmus, ꝙ uita illius hominis pręponderabat toti mundo, imò mille mundis. Nec obstat quod pater dedit Christum pro nobis in precium, quia per illam donationem non fuit Christus alienatus à patre, sed ad patiendum expositus,& ꝑ hoc meruit magis glorificari à patre. ¶Iterum sciscitatur, An Deus plus diligat prædestinatum iniustũ aut iustum præscitum. Respondet, quædam est dilectio approbationis,& quędam electionis: Prima ratione connotati est temporalis,& respicit statum p̄sentem. Dilectio uerò electionis, cum sit æterna, respicit statum futurum, in quo homo æternaliter ꝑ-

Quæstio:

manebit. Reprobi autẽ etsi ad tempus sint boni, nõ tamen finaliter in Deo sunt permansuri. Idcirco (secundum Magistrum) non diliguntur à Deo æterna-

Dilectio duplex.

liter, nisi uerbum diligendi à ratione propria distrahatur. Itaque quantum ad dilectionem approbationis secundum præsentem iustitiam, magis diligit Deus iustum præscitum: sed quo ad dilectionem æternæ electionis, plus diligit prædestinatum iniustum. Hæc Bonauentura, qui in hac distinctione interrogat, An Christus magis dilexit Petrum quàm Iohannem,& eius responsio cum responsione Thomæ satis coincidit, quamuis diffusior sit.

Tho. Aq.

¶Porrò Thomas his consonans: Vnicuique, inqt, cognitionem habenti, amabile est proprium opus, non solum amore naturali, sed etiam animali, aut intellectuali. Cumque in Deo sit suijpsius perfecta cognitio, amat propriam bonitatem. Bonum quoque rei uocatur, non solum quod in ipso est per essentiam, sed item prout in alio est ꝑ similitudinẽ,& participationem. Hinc cum bonitas creaturæ sit similitudo bonitatis diuinæ, sequitur, quòd Deus diligat creaturam. Etenim sicut diuina essentia est exemplar om̃is creatæ essentiæ, sic bonitas Dei causa est omnis creatæ bonitatis, sed Deus cognoscendo suã essentiam, cognoscit omnia, quæ ab ipso exemplant̃ seu exẽplariter producuntur: ergo amando propriam bonitatem, amat omnia, quæ ab ipso bonitatẽ participant. ¶Insuper de hoc, qualiter Deus diligat omnem creaturam disseruit: Amicitia aliquid addit supra amorem, quia ad amoris sufficit rationem, quòd homo uelit alicui bonum quodcunq; Ad rationem verò amicitiæ pertinet, ut uelit illi bonum quod uult sibijpsi, ut scilicet uelit cõuersari cum ipso,& ei in illis cõuiuere, quæ maxime amat. Itaque loquẽdo de dilectione communiter Deus diligit omnia, inquantum uult eis aliquod bonũ, uidelicet naturale bonũ ipsorum. Bonum aũt, quod sibijpsi uult, utpotè uisionem,& fruitionem suijpsius, qua ipse in seipso beatus est, uult oĩ creaturæ rõnali uoluntate antecedẽte: uoluntate uerò consequente, solis electis, quæ est voluntas simpliciter: ideo solos electos diligit amore amicitiæ, alios autem amore cõmmuniter dicto, inquantum sunt bona. Vnde legitur: Diligis oia,& nihil odisti eorum, quæ fecisti.

Sapiẽ.11. Dionysii.

Diuinus quoq; Dionysius contestatur, quod amor Dei mouet superiora ad inferiorum prouidentiam. Deus autem uniuersorũ prouidentiam habet, ergo diligit uniuersa.

Quæstio.

¶Præterea si quæratur, An Deus diligat inanimata amore bñuolentiæ, uel amore concupiscentiæ: uidet̃ ꝙ non amore bñuolẽtiæ, quia 8. dicitur Ethicorum, ꝙ inanimata non diliguntur nisi amore concupiscẽtiæ. Deus autem nil amat tali amore: quia non indiget rebus, nec ordinat eas ad commodum suũ.

Responsi.

Dicendum, quòd quamuis nos nõ diligamus inaĩata amore beneuolentiæ, quia earũ bonum non causatur à nobis: attñ Deus amore bñuolentiæ diligit eas, quia ꝑ hoc, quòd eas uult, sunt & bonæ sunt. Dilectio quoq;, quæ est electionis cã seu ratio, est dilectio amicitiæ, quam Deus ad irrationalia non habet. ¶Præterea, ab ęterno Deus creaturas dilexit. Illa etenĩ nomina sola dici possunt de Deo ex tempore, quæ in principali significato significant aliud, quod in Deo secundum rem non est, ut, quæ important relationem Dei ad creaturas in significato principali, ut dominus: quæ relatio in creatuta est secundnm rem, in Deo secundum rationem Similiter, quæ designant in principali significato actionem diuinam, terminatam ad aliud extra Deum, sicut creare. Amor uerò in principali significato non importat relationem, sed actionem uoluntatis, cuius actiones (sicut,& actiones intellectus) immediatè, atq; elicitè manent in operante, nec trãseunt ad aliud constituendum in exteriori materia: ideo creaturas diligere conuenit ab æterno. Et quamuis creaturę non fuerunt ab æterno existentes,& bonæ in proprio esse, tamen in Dei pręcognitione, atque præsentia tales fuerunt. Vnio quoq;, quam efficit amor, unio est affectus, quæ potest haberi ad illud, quod absens, est,&, quod nondum est. Qnamuis etiam Deus uoluit ab æterno creaturas esse, non tamen uoluit eas esse ab æterno, sed tempore præordinato ab ipso secundum ordinem sapientiæ suæ.

Quæstio.

¶At uerò si quæratur, An Deus diligat cuncta æqualiter;

Respõsi.

respondendum, quòd amor dupliciter mensuratur. Primò, ex suo principio, sicque illud magis amatur, ad quod uoluntas efficaciùs inclinat̃ & ita Deus æqualiter diligit omnia, quoniam in dilectione sua respectu cuiuslibet rei habet efficaciã infinitam in diligendo. Alio modo ex parte obiecti, secundum quod quis dicit̃ illud magis diligere, cui uult magis bonum, sicque magis diligit unum quã alium.

Obiectio. Sapiẽ. 11.

¶Et si obijciatur illud Sapientiæ, Quia æqualiter est ei cura de omnibus, Et item quod in libro de Causis asseritur, Causa prima æqualiter se habet ad omnia:

Dilutio.

respondendum, quod æqualiter est ei cura de omnibus ex parte solicitudinis suæ, non ex parte eorum, quę prouidet eis. Dilectio quoque non tantum importat id, quod ex parte est Dei: sed,& illud, quod ex parte est creaturæ, cuius bonum secundum quod à Deo est uolitum, dilectione Dei includitur. Hinc cum creaturæ nõ habeãt æqualiter se ad Deũ, nec bonitatem Dei æqualiter valeãt par-

ticipare, ideo Deus non æqualiter diligit omnia. Nec dicitur magis diligere, quia intensiùs diligit, sed quoniam maius bonum alicui uult, imò quantũ ad dilectionis affectum semper eundem æqualiter diligit, quia semper uult ei bonum idem finale. Am pliusloquendo simpliciter, maius bonum uult pec catori prædestinato quàm iusto præscito: sed vt nũc vult plus iusto præscito. Hæc autem determinatio, ut nunc, non cadit ex parte dilectionis diuinæ, sed magis ex parte obiecti: qa dilectio Dei ñ uariat p tẽ pora, & ab æterno voluit maius bonum huic prædestinato, idcirco simpliciter concedendum est, qđ magis diligit Deus iniquum prędestinatum, quàm
Quæstio. iustum præscitum. ¶ Porro si quæras, An magis diligat innocentem, q̃ pœnitentẽ: dicendũ, quòd quã tum ad bonum præmij essentialis, æqualiter diligit innocentem, & pœnitentem, si æqualiter habeant charitatem, uel illum magis qui charitatem habet maiorem. Sed quantum ad præmium accidentale, plus diligit innocentem, propter innocentiæ dignitatẽ, ad quam pœnitens nequit pertingere. Deniq;, quantum ad bonum naturæ, ut dictum est, Deus plus diligit angelum, quàm hominem; sed quantũ ad bonum gloriæ, habent se ut excedentia, & excessa. Nam quosdam angelos diligit plus, quàm homi
Matt. 22 nes quosdam, quosdam uerò angelos, & homines æqualiter: quoniam homines erunt æquales angelis Dei, quidam etiam homines superiores sunt angelis. ¶ Postremò, Deus Christum diligit non solum plus, quàm totum genus humanum, sed, & plus quàm totam creaturam, non solum quantum ad eius deitatem, sed & quantum ad naturam eius humanam inquantum eam prædestinauit ad bonum maius toto uniuerso, utpotè ad hipostaticam unionem cum uerbo æterno. ¶ Et si obijciatur, quod bo
Obiectio num commune præstantius est, atq; diuinius bono unius personæ: dicendum, q̃ etiam Christus est uni
Per Christũ Deo grati effi cimur. uersalis saluator, & omnium bonum finale, cõe, & consummatũ, p̃sertim ut Deus & causa salutis uniuersorum, & per ipsum totũ genus humanum factũ est Deo patri acceptum. Causa autem præstantior est causato, & propter quod unumquodque tale, & illud magis. Hęc Thomas in Scripto.

¶ His concordant Petrus & Richardus & alij communiter.

¶ Durandus quoque, & Scotus, qui omnes sicut & Alexander, ac Antisiodorensis, testantur, quòd amor Dei ad creaturas, non est propriè affectualis seu affectiuus, sed magis effectualis, seu effectiuus, nec maior neque intensior ad unum, quàm ad aliud, expertè ipsius Dei, seu actus intelligendi cõsistentis in Deo.

¶ Quo circa verũ, planumq; fateor, quod in sup- Dion.
glorioso, ac prsus simplicissimo, atq; incommutabili Deo, non sit ulla unquam recens affectio, aut affectionis mutatio, aut immanentis dilectionis diuersitas, nec intensio, neq; remisio charitatis inter nę. Nihilominus sub correctione existimo, quòd amor, & charitas tã uerè, ac propriè cõpetunt Deo, sicut sapientia, & scientia, & diligere sicut scire, ita q̃ supdignissimo Deo verè cõpetit creata diligere, & amare: qa (ut ait philosophus) diligere, seu amare, est alicui bonũ uelle, creator aũt creaturis uult & uolẽdo cõicat largitur bona multa & magna, naturalia, & gratuita, atq; glorifica, &c. Si de rõne dilectionis, seu amoris sit affectio, sequi ur q̃ dilectio Dei ad creaturas, sit uerè affectiua, sicut, & uolitiua non quasi immutet mutabiliterve afficiat inuariabilissimã Dei mentem, sed quia suo modo inclinat omnipotentis uolũtatẽ ad uolendum fauorabiliter ad cõicandũ liberaliter, ad influendũ merè gratuitè dona sua rebus creatis eo mõ, quo diuinus Dionysius protestatur q̃ amor Dei non reliquit eum sine germine esse. Insuper iuxta hæc dicendum apparet, q̃ sicut in Deo ponuntur plures & distinctæ ideę, non q̃ pluralitas & distinctio sit ex pte simplicissimi Dei, sed p respectũ ad ideata, ad q̃ referunt ideę, sic posit dici maior dilectio Dei ad unũ, quã ad aliũ, etiã ex parte ipsius dilectiõis, nõ ſm id, qđ est, sed p relationẽ, seu respectum eius ad amatum, ſm quod maius bonum uult uni, quàm alteri, ita q̃ hoc nõ est solùm ex parte uoliti, sed & uolẽtis per respectum ad uolitum. Nẽpe quod maius bonum largitur uni, quàm alteri, est ex hoc quod uult & fauet, ac cõmunicare intendit, proposuit, & decreuit, plus uniquam alteri.

## De quatuor virtutibus principalibus. Distin. XXXIII.

Lib. 13. de Trinitate
Sapiẽt. 8.
Iohan. 2.
Sapien. 1.
Augu. 14. de tri. c. 9.

POst prædicta de quatuor uirtutibus, quæ principales, vel cardinales vocantur, disserendũ est, quę sunt iustitia, fortitudo prudentia, temperantia. De quibus Augustinus: iustitia est in subueniendo miseris, prudentia in pręcauendis insidiis, fortitudo in perferendis molestijs, temperantia in coercendis delectationibus prauis. De his dr̃ i libro Sap. Sobrietatẽ, & prudẽtiã docet, iustitiã & uirtutem. Sobrietatem vocat temperantiã, & uirtutem uocat fortitudinem. Hæ virtutes cardinales dicunt, ut ait Hieron. q̃bus in hac mortalitate bene viuit, & post ad ęternã uitam peruenitur, quę in Chro plenissimè fuerunt & sunt, de cuius plenitudine nos accepimus: In quo habuerũt usus eosdem, quos in patria habent, & quosdam etiam uiæ. Veruntamen an hæ uirtutes, cum & ipsę in animo esse incipiant, quicum siue illis priùs esset, tamen animus erat, desinant esse, cũ ad æterna perduxerint, nõ nulla quęstio est. Quibusdam uisum est, eas esse desituras, & de tribus quidem, prudentia scilicet, fortitudine, & temperantia, cum hoc dicitur, non nihil dici uidetur. Iustitia enim immortalis est. & magis tunc perficietur in nobis, quàm esse cessabit cum beate uiuemus cõtemplatione naturæ diuinæ, quæ creauit omnes cæterasque instituit, naturas, qua nihil melius, & amabilius est: cui regenti subditum esse, iustitiæ est. Et ideo immortalis est omnino iustitia, nec in illa beatitudine esse desinet: sed talis, ac tanta erit, ut perfectior & maior esse non possit. Fortassis, & aliæ tres virtutes, prudentia sine ullo iam



iam periculo erroris, fortitudo sine molestia tolerandorum malorum, temperãtia sine repugnatione libidinum, erunt ī illa felicitate: ut prudentiæ ibi sit, nullum bonum Deo præponere uel æquare: fortitudinis, ei firmissimè cohærere: temperantiæ, nullo defectu noxio delectari. Quod uerum nũc agit iustitia in subueniendo miseris, quod prudẽtia in præcauendis insidijs, quod fortitudo in perferendis molestijs, quod temperantia in coercendis delectationibus prauis, non erit ibi omnino, ubi nihil mali erit. Ista ergo uirtutum opera, huic morali uitę necessaria sicut fides, ad quam referenda sunt, in præteritis habebuntur. Ecce apertè hic dicit Augustinus, quod prædictæ uirtutes in futuro erunt, sed alios usus tunc habebunt, quàm modo. Cui Beda assentit, super Exodum dicens: Colummæ ante quas expansum est uelum, potestates cęli sunt, quatuor eximijs uirtutibus præclaræ, id est, fortitudine, prudentia, temperantia iustitia: quæ aliter in cælis seruãtur ab angelis & animabus sanctis, quàm hic a fidelibus. Et consequenter assignat Beda usus illarum uirtutum secundum præsentem statum & futurum, imitans Augustinum in præmissis assignationibus. Beda sup Exo. c. 26.

Summa di stinctionis xxxiij.

COmpleto tractatu de tribus summis virtutibus, quæ theologicæ appellantur: nunc tractat Magister de quatuor uirtutibus cardinalibus, quę inter uirtutes politicas ac morales, quibus humana regitur uita, fortiuntur primatum. De quibus breuiter loquitur, eas nominando, describendo & ab inuicem distinguẽdo: ac scisscitando, an perseuerent in patria, & declarat quòd imò, sic tamen, quod alios actus seu usus habent in uita præsenti, & alios in futuro.

### QVAESTIO I.

*HIc quæritur, An præter virtutes theologicas oporteat ponere uirtutes cardinales, ac de sufficientia ac distinctione earum.*

¶ Porrò circa hanc distinctionem diuersi diuersas, ac plurimas depromunt quæstiones, & quasi ab exordio tractant de uirtutibus moralibus, quid sint, qualiter insint, quomodo distinguantur ac numerentur, & plura huiusmodi introducunt, de quibus in textu nulla est mentio, nec huic loco videntur ptinentia: idcirco de illis pertranseo, præsertim quia communia sunt, de eis quasi innumerabiles tractatus sunt editi, & quia de uitijs, & virtutibus speciale compilaui opusculum, idcirco hic pauca perstringam. Guliel.

¶ Itaque de his scribit Antisiodorensis in Summa sua tertio libro Præcepta iuris naturalis, quæ sunt origo, & quasi semina politicarum moraliumque uirtutum, inter quas sunt quatuor uirtutes cardinales, de quibus in libro Sapientiæ legitur: Sapientia docet sobrietatem. i. temperantiam, & prudentiam, & iustitiam, & uirtutem. i. fortitudinem, quibus nihil utiliùs est in vita hominibus, quæ quatuor uirtutes habilitant homines ad theologicas uirtutes. i. ad actus promptos theologicarum uirtutum, atque per exteriora opera faciunt hominem similem Deo Matt. 16. Nempe per hoc, quòd homo reddit unicuique qđ suum est, assimilatur diuinæ iustitiæ quæ vnicuique secundum merita sua retribuit. Abstinendo quoque per temperantiam à delectationibus carnis, conformatur homo sanctitati, ac puritati mentis diuinæ. Per fortitudinem uerò prævalẽdo periculis mortis, & patiẽtiam in aduersis conseruans, fit aliqualiter similis omnipotentię Dei. Per prudentiam quoq; in cunctis ordinatè, & discretè ꝓcedens, imitatur altissimum, qui omnia in numero, pondere, & mensura constituit, & uniuersa in sapientia fecit. Itaque in conuersatione exteriori, & uita humana, nihil vtiliùs est hominibus quatuor istis uirtutibus, præsertim secundum quod informatè sunt charitate, Sapiẽ. 8. Sapiẽ. 11.

Virtutes verò theologicæ regunt, & dirigunt homi nem in uita diuina. id est, actionibus, & conuersationibus, quæ immediatè circa Deum uersantur Quæstio. ¶ Præterea de prudentia quęri potest, An sit idem Duplex iudicium. quod scientia. quocirca sciendum, quòd iudicium duplex est. Primum est iudicium rationis, quod est iudicium discretiuum, quod est ipsa discretio, qua ratio iudicat aliquid esse agendum uel non faciendum. & talis informis discretio non est uirtus, sed Bernard. directiua uirtutis. dicente beato Bernardo: Discretio auriga uirtutum est magis, quàm uirtus. Circa tale iudicium scientia est, non uirtus. Multi quippè sciunt quid faciendum est, qui non faciunt. Secundum est iudicium diffinitiuum, quo ratio imperat aliquid fieri, aut uitari, & hoc ultimum est uirtutis, & ad prudentiam pertinet. sic itaq; differt prudentia à morali scientia, quia moralis scientia monstrat quid faciendum, & quid non: prudentia uerò diffinit, & imperat aliquid fieri, & non fieri, & ipsa est prima uirtus cardinalis, quam sequitur temperãtia, quæ domat carnis rebellionem, & cohibet motus eius illicitos. Cuius duæ sunt species, puta sobrietas, & continentia. Sobrietas est abstinentia in cibo, & potu, & cohibet motus carnis illicitos pertinentes ad gustũ. Continentia est abstinentia à concupiscentijs, delectationibus, actibusque Veneris. Iustitia duꝑliciter sumitur. Porrò iustitia dupliciter sumitur, utpotè largè, & strictè. Largè iustitia dr̃ uirtus, qua redditur unicuiq; qđ suum est, & quia suũ, simpliciter & sine reduplicatione. Strictè autem dicitur uirtus, qua redditur unicuique quod suum est, inquantum suum est, & ita cum reduplicatione. Fortitudo uerò est considerata periculorum susceptio, ac laborum perpessio. Hęc Antisiodo., de quibus iam pleniùs est tangẽdũ Bonauen. ¶ At verò de necessitate ponendi cardinales uirtutes scribens Bonauentura: Cardinalis, inquit, necessitas uirtutis est ad rectificandum potentias animæ contra obliquitatem uitiorum, atque ad uigorandum contra difficultatem ad bona. Virtus namque facit potentiam rectam, ac uigorosam. Cumque oporteat hoiem ordinari ad Deum, & ad proximum & ad seipsum, circa quos etiam potest obVirtutes cardinales ordinant quo ad proximum. liquari & impediri seu retardari: idcirco non solum indiget uirtutibus theologicis, quibus rectè tendat ad Deum, sed item uirtutibus, quibus regulatur & ordinetur circa seipsum & proximum, & hæ sunt uirtutes cardinales. Hinc sicut præter tria ꝑcepta primæ tabullæ, q̃ ordinant hoiem circa Deũ, oportuit ponere alia tabulæ scđ ę ꝑcepta. ordinãt ad ꝓximũ: sic ꝑter tres uirtutes theologicas necessariæ sũt uirtutes hæ cardinales, quarũ priuatiões, & oppositia uitia trahũt i mortẽ. ¶ Deniq;, hæ uirtutes nõ sũt

realiter una uirtus, sed quatuor. De quibus loq; dupliciter possumus. Primò, p cõparationem ad formã earum, qua sunt gratuitæ, meritoriæ, & formatæ. Secundò, quantum ad formam, qua sunt ad speciales actus deputatæ. Prima forma est gratia gratum faciens, quæ quamuis sit una in se, attamen gratam reddit Deo animam cum uniuersis potentijs & habitib⁹ suis: & in hac forma, uirtutes istæ sunt unũ. Sic etiam comparantur ad charitatem, qua meritoriæ sunt; & quasi unico pondere ad unum finem ultimum inclinantur, tanquam ad proprium locum.

Virtutum cardinaliũ diuersitas ex quinq; notatur.

Loquendo autem de uirtutibus istis quantum ad formam earum, qua ad speciales actus ordinantur, sic essentialiter, atque formaliter distinguuntur. Diuersitas quoq; earum ex quinque pensatur. Primò, ex diuersitate potentiarum quas, perficiunt & informant. Secundò, ex diuersitate actuum, quos eliciũt. Tertiò, ex diuersitate obiectorum, ad quæ ordinantur, & circa quę uersãtur. Quartò, ex diuersitate uitiorum oppositorum, quæ expugnant. Quintò, p̃ medietates secũdum quas attendũtur. Prudẽtia qppè dirigit uim rationalem, temperantia concupiscibilem: fortitudo irrascibilem, iustitia uoluntatem.

Quæstio.

¶Insuper, si quæratur distinctiùs de harum uirtutũ subiectis: dicendũ, quia (ut docet philosophus primo Ethicorum) rationale dupliciter dr̃. Primò, qđ rationem participat, ita quòd uerè rationale est & intellectiuæ naturæ. Secundò, quod rationi obedit. Si ergo largè ſummat pars rationalis, certum, est oẽs uirtutes esse in parte rationali, siue sint theologicæ, siue cardinales, siue intellectuales, siue consuetudinales. Si aũt rationale propriè appelleturqđ participat rationem, sic quidam dixerũt duas uirtutes cardinales esse in parte rationali seu intellectiua, puta prudẽtiam in intellectu, iustitiam in uolũtate, alias uerò in parte sensitiua, quę rationi obedit, uidelicet temperantiam in appetitu sensitiuo concupiscibili, fortitudinem in irrascibili. Quæ positio quamuis secundum morales philosophos extet probabilis, tñ secundũ theologũ nõ vr̃ rationabilis, cũ cunctæ cardinales uirtutes æquales sint, q̃tũ ad meriti dignitatem, omnes quoq; principia sint merendi. Cumq; mericum radicaliter circa liberũ consistat arbitrium, in solis illis potentijs consistũt uirtutes siue theologicæ, siue cardinales, in quibus libertas consistit arbitrij: sequitur, quòd in solis superioribus uiribus sint ponendæ, quod etiam earũ exigit dignitas, cũ oriantur ex gr̃a, sintq; perfectiones animæ, magis, quàm scientia: quæ tamen in intellectu est subiectiuè. Quòd etiam probatur per Augustinum, in soliloquio protestantem: Virtus est ratio recta perducens in finem. Tullius etiam asserit quòd uirtus est de genere boni honesti. Bonum autem honestum, & eius oppositum, non sunt nisi rationalis uirtutis sensitiuæ: namque potentiæ non formantur, nisi ad bonum utile, aut delectabile. Nũcdemum sub nomine rationalis, inclusa est superior uis affectiua. Irascibilis quoque, & concupiscibilis, prout in eis ponuntur temperantia, & fortitudo, ad intellectiuum pertinent appetitum, ut supra expositum est. Insuper de numero harum uirtutem, & sufficientia earum est aduertendum, quòd sufficientia harum assignatur Primò penes diuersitatẽ subiectorum. Subiecta enim proxima & immediata uirtutum, sunt potentiæ, quæ sunt tres, ut potè rationalis, concupiscibilis, & irascibilis, ita, quòd fortitudo est in irascibili, temperantia in concupiscibili, iustitia, & prudentia in rõnali. secundum quod rationalis dupliciter sumitur, puta in ratione assumẽtis, sicque in ea extat prudẽtia: uel in ratione sentẽtiantis, & ita in ea est iustitia: uel secundum quod consideratur in se, & sic perficitur prudẽtia: uel secundum quod habet alias uires gubernare, & ita p̃ficitur uirtute iustitiæ. Secundo accipitur sufficientia ista penes diuersitatem actuum intrinsecorum. Tres quippè sunt actus, qui concurrunt necessariò ad uirtutem, utpotè, scire, uelle, & impermutabiliter operari. Scire autem quid sit agendum, est prudentiæ: uelle bonũ est iustitiæ ip̃mutabiliter operari, fortitudinis, & temperantiæ: fortitudinis in aduersis, temperantię in prosperis. Tertiò assignatur, sufficientia ista per respectum ad quatuor mala opposita, quę sunt quatuor uulnera nobis per originale peccatum inflicta: quæ sunt, ignorãtia concupiscentia, infirmitas, malitia. Nam contra ignorantiã est prudentia, cõtra concupiscentiam temperantia contra infirmitatem fortitudo, contra malitiam iustitia. estque sufficientia ista rationalis, tamen à posteriori est sumpta. Non enim uirtutes per uitia, sed uitia per uirtutum merita distinguuntur; ¶Quartò sumitur ex parte obiectorum, quæ assignatio rationabilior est: quoniam actus per habitus, & habitus per obiecta diuersificantur. Et hic modus quadruplicatur: quia uirtutes, sunt circa passiones, aut circa actiones. Si circa passiones, aut circa illatas, & ita est fortitudo: aut circa innatas, & ita est temperantia. Si circa actiones, aut circa intrinsecas, quæ consistunt in eligendo, & sic consistit prudentia: aut circa extrinsecas, & sic extat iustitia, ad quam spectat unicuique attribuere sua iura

¶Secundò sumitur ex parte obiecti. Virtus namque negociatur circa bonum agendum, aut circa malum uitandum. Si circa malum, aut est innatum, & ita est temperantia; aut illatum, & contra illud, est fortitudo. Si circa bonum, aut in ratione utilis & conuenientis, & sic est prudentia: aut sub ratione honesti, & laudabilis, & sic est iustitia. ¶ Tertiò sumitur sic: Virtus cardinalis, aut ordinat ad proximum, aut ad seipsum: Si ad seipsum, aut in eligendis, & sic est prudentia: aut in respuendis, & sic est temperantia. Si ad proximum, aut hoc est in reddendis, & ita est iustitia, aut in sustinendis, & sic est fortudo. ¶ Veruntamen omnes sufficientiæ istæ patiuntur instantiam, nec uidentur usquaque pertingere ad propriam rationem, ideo restat adhuc assignatio alia, quæ cæteris aptior reputatur. Nempe cum uirtus, cardinalis uocetur, quoniam ordinat hominem circa ea, quæ sunt ad finem, uidelicet circa creaturam, cum homo comparetur, aut ad se, aut ad alterum. hinc uirtus cardinalis, aut est regulatiua actuum hominis respectu sui, aut respectu p̃ximi. Si respectu sui hoc potest esse tripliciter secundum actum principalem triplicis potentiæ, scilicet rationis, in qua est prudentia: concupiscibilis, in qua temperantia; irascibilis, in qua est fortitudo. Si uero ordinet ad alterum, sic est una uirtus, quæ appellatur iustitia. Cumque una sit ratio secundum quã ad alterum ordinat, utpotè ratio debiti, quæ ratio, potest attendi secundum actum cuiuslibet potentiæ, hinc iustitia circuire dr̃ oĩs animæ uires, ut qnto dr̃ Ethicorum. ¶ Amplius quærit, an istæ uirtutes nobis insint ex consuetudine, uel ex dono gratiæ Dei. Respondet, uirtutes cardinales, uno modo dicunt uirtutes, quia habilitant ad moralia operanda. secundo, quia ultra hoc etiam eleuãt ad meritorios actus. Et hoc secũdo modo ortũ hñt ex gr̃a sic enim gratuitæ sunt, & meritoriæ fiũt. Sed Primò modo politicæ sunt, & sũt radicaliter à natura, ꝑpletiuè uero ex operationum frequentia, aut perseuerãtia, seu permanentia gratię, uel à natura in qua radicaliter, sunt plantatæ. Dum uerò assentimus eis fit nobis paulatim perfacilè quod prius fuit difficile. Vnde

Bernard.

ad Eugenium sanctus ait Bernandus: Nihil est ita difficile, quod consuetudo non faciat facile. Nec solum assuefactione habilitatis illa semiplena ad cõplementum perducitur, sed etiam adiutorio gratię.

Quæstio.

Ex utroque uirtus politica potest suscipere complementum, quando concurrit diuinæ gratiæ subsidium, ac bonæ assuefactionis exercitium. ¶Postremò hic scisitatus, An uirtutes cardinales manent in patria, Ad quod respondet, Virtus dicitur manere in patria uarijs modis. Primò, quantum ad prẽmium, ita quòd ipsamet sibi est prẽmium secundũ status sui perfectionem, quemadmodum charitas, quę secũdũ quod erat imperfecta in uia, fit prẽmiũ sui secundum quod est confirmata in patria. Secundò quãtum ad præmium, ita quòd nec ipsa sibijpsi fit prẽmium, nec simul stare potest cum prẽmio suo, ut fides, & spes, quæ euacuantur in patria. Tertiò, quantũ ad prẽmium & cum prẽmio; sic tamen ipsa non est sibi prẽmium, sed dispositio quædam ad prẽmium: & sic manet uirtus cardinalis. Prẽmiũ namq; essentiale uirtutum theologicarum est deus, secundum quod clarè uidetur, fruitiuè diligitur, ac securè tenetur. Penes quos tres actus, accipiuntur tres animę dotes, ad quas per actus cardinalium uirtutum disponimur. Nam, & actus nostri, gloriosi erunt, fortes, casti, prudentes. sicque iustitia omnem errorrem, fortitudo omnem molestiã, temperantia omnem libidinum repugnantiam. Hic uirtutes cardinales excellentiori modo manent in patria, quàm in uia, & eminẽtiores actus hñt ibidẽ.

An virtutes manent in patria.

1.Cor.13.

Tho.Ag.

¶Præterea de his scribit Thomas prolixè, & primò de causa appellationis earum. Istæ, inquiẽs, quatuor uirtutes dicuntur generales & principales, ac cardinales. Quia enim principium cuiuslibet rei est potissima pars ipsius, & plusquàm dimidium eius ut primò dicitur Ethicorum, ideo id, quod est potissimum in quolibet genere, dicitur principale in genere illo. Cumque habitus pensentur ex actibus & actus ex obiectis, ideo uirtutes dicuntur principales, quæ uersantur circa id, quod potissimum est in uirtutum materijs, sicut potissimum in his, quæ ad uim concupiscibilem pertinent, sunt delectationes secundum tactum. Vnde temperantia, quæ reprimit illas, uirtus est principalis. Hinc quoque uirtus principalis uocata est cardinalis: quoniã actus, secundariæ uirtutis, super actum eius fundatur, quẽadmodum motus ostij super cardinem eius. Nec dicuntur uirtutes hæ generales per prædicationem, sed per participationem, quia uirtutes secundariæ ipsis adiunctæ, ipsas participant. unde nec eis assignãtur, species, sed partes. ¶ Præterea uirtutes theologicæ non sunt dicendæ cardinales: quoniam uirtutes cardinales appellantur ad similitudinem cardis in quo ostij motus firmatur. De ratione verò ostij est, quòd per ipsum in interiora domus intret ideo id, per quod non est motus in aliquid ulteriùs non habet rationem ostii. Cumque uirtutes theologicæ, circa Deum immediatè uersentur non habent aliquid ulteriùs ex parte obiecti, in quod tendant: ideo cardinales non appellantur. Virtutes quoque intellectuales, quia perficiunt hominem in uita contemplatiua, quæ nõ ordinatur ad aliam uitam, imò actiua ordinatur ad ipsam, non uocãtur cardinales Virtutes uerò morales, quia perficiunt in uita actiua, & uersantur non immediatè circa finem, sed circa media, ex utraque parte conuenit eis ratio ostij: ideo solæ uirtutes morales, non omnes, sed quædam earum, cardinales nuncupantur.

Virtutes illæ 4. quæ cardinales vocantur.

Virtutes theologicæ, quare non vocãtur cardinales.

¶ Denique non sunt nisi quatuor cardinales uirtutes: quoniam cum moralium uirtutum materia seu obiectum sint ea, quæ spectant ad appetitum, in quibus dirigit ratio, potest ista materia considerari tripliciter. Primò, ut habet rationem consiliabilis, & eligibilis, secundum quod ratio circa eam operatur; & ita circa eam est prudentia, quæ inter uirtutes morales, & intellectuales est media. Secundò, ꝑut habet rationem appetibilis. Ad appetitum uero p̃tinent duo uidelicet actio, & passio. Passio quoque in irrascibili ꝑcupiscibilique consistit. Circa actiones ergo est iustitia; circa passiones autem irrascibilis, est fortitudo: & circa passiones concupiscibiles temperantia: sicque quatuor sunt cardinales, uirtutes.

Obiectio.

¶Si uero obijciatur, quia uidetur quòd mansuetudo potius sit uocanda uirtus cardinalis, quia reprimit iram, à qua uis irascibis nomen fortitur: dicendum, quòd timor est circa maxima pericula, ut potè circa pericula mortis: ideo circa illum timorẽ refrenandum est uirtus moralis præcipua, utpotè fortitudo. Denominatur tamen appetitus irrascibilis ab ira, tanquam à passione magis nota, ac ultima. Hæc Thomas in Scripto.

Tho. Ag.

¶ Porrò in prima Secundæ, quæstione sexagesimasexta interrogat, Vtrum uirtutes cardinales maneant post hanc uitam.

Augustin.

¶Respondet Augustinus libro de trinitate, & refert quemadmodum Tullius dixit, uirtutes cardinales post hanc uitam non permanere, sed sola ueritatis agnitione animas in alia uita esse beatas. Augustinus uerò dicit oppositum de permansione illa uirtutum. Itaque aduertendum, quòd in uirtutibus cardinalibus est aliquid materiales ex parte obiecti prout sunt circa passiones, seu operationes, quæ in uita futura non erunt, ut sunt concupiscentiæ, & timores, emptiones, atque uenditiones. & quo ad hoc non permanebunt uirtutes istæ in patria. Aliud est in ipsis quasi formale, ordo uidelicet rationalis appetitum dirigentis, & quo ad hoc, perfectissimè erunt in patria, in qua ratio perfectissima erit, uisque appetitus sensitiua imperium rationis in cunctis sine difficultate sequitur. Veruntamen fortitudo, & temperantia non erunt perfectè in animabus, nisi resumptis corporibus. Prudentia uero, & iustitia sunt perfectissimè in eis ante resurrectionẽ communem. Hæc Thomas in Summa.

Taranta.

¶Præterea de uirtutibus moralibus, & earum distinctione loquitur Petrus: Sicut scientia est rectitudo intellectus in ordine ad finem, qui est uerum. sic uirtus moralis est rectitudo appetitus in ordine ad finem suum, qui est bonum humanum. Rectitudo autem appetitus ex duobus consistit, appetitum nãque præcedit cognitio, quam sequi, & non sequipotest inclinatio uoluntatis. Requiritur ergo aliquid, regulans practicam rationem in dirigendo, & aliud, appetitum seu uoluntatem inclinans in exequendo: quorum primum facit uirtus intellectualis, præsertim prudentia: ad secundum pertinet uirtus moralis præsertim iustitia. Cumque in omnibus actibus moralibus sit una ratio ueri, uidelicet uerũ contingens operabile per nos, sed ratio boni diuersa, ideo ex parte rectæ rationis sufficit prudentia, sed ex parte appetitiuæ diuersi habitus requiruntur: & prudẽtia quidem est in recta ratione per essentiam, alię in uiribus, quæ participant rationem. Recta etenim rõ

moralem materiam ordinat tribus modis. Primò ordinando actiones, & passiones in medio: secundò, ordinãdo subiectum ad medium illud, quatenus firmiter illi adhæreat: tertiò, ordinando in operationes ad aliud, ut æqualitatem cõseruet. Et hæc aliquo modo sunt in quolibet actu uirtutis. Verum in quibusdã materijs bonum attendit magis secundum rationẽ, uniusistorum, quàm aliorum, & sm hoc est specialis uirtus. Nempe in passionibus, & affectibus delectabilibus, difficiliùs est medium tenere ideo virtus, quę hoc facit principaliter temperãtia nominatur. In actionib. quoque & passionib. tristabilib. difficiliùs est firmiter stare; ideo uirtus hoc faciẽs fortitudo uocatur. In actionibus demum, & passionibus ad alterũ difficiliùs est æqualitatem seruare: ideo uirtus hoc a gens, appellatur iustitia. ¶ Præterea de inexistentia, uirtutum secundum quòd sicut quidam philosophi posuerunt formas naturales omnino ab extra, ut Plato ab ideis, Auicẽna à datore formarum, quidam uerò omnino ab intra, ut Anaxagoras: quidam partim ab intra, & partem ab extra, ut Aristoteles: sic quidã (ut Plato) dixerunt scientias, & uirtutes nobis esse innatas, quidam uerò omnino ab extrinseco aduenientes. Veriùs autem est, quòd sicut scientiarũ principia aliquo modo naturaliter cognoscuntur, complemẽtũ uerò scientiæ est ex aliorum doctrina seu ꝓpria inuentione, sic uirtutum moralium principia seu seminaria insunt à natura. i. à naturali cognitione, at que amore boni, perfectio uerò earum est ab exercitatione, assuefactioneque bona, Denique, oĩs uirtus moralis consistit in medio, & est medietas quædam, inter duo uitiosa extrema: quoniam oẽs passiones, & operationes humanæ, dirigendæ sua ad regulam, rationis. Aequalitas quo que est medium inter maius & minus. Vnde oportet, quòd omnis uirtus quæ, est rectitudo circa passiones, & operationes humanas, sit in medio inter id, quod abundat, & id, quod deficit, per comparationem ad rectam rõnẽ. Virtus etiã intellectualis consistit in uero dicẽdo, sicut moralis in bono operando. Et sicut intellectuali uirtuti opponitur falsum, sic morali malum seu uitium. Medium autẽ in uero dicendo accipitur inter extrema, quorum unum est diminutum, puta negare, quod uerum est, alterum uerò superfluum, ut affirmare, quod nõ est. Virtus autem intellectualis dicit seu iudicat de re quod ei ineſt, nec dicit ineſſe, quod non ineſt: sicque consistit in medio. Sed uirtus theologica est circa obiectum purè bonum: ideo nõ oportet uirtutes theologicas habere mensurã aliam ab obiecto, uidelicet Deo qui omnium est mensuram. ¶ Et si obijciatur, qa (ut ait Boethius) fides, medium tenet inter errores, hæresesque contrarias: dicendum, quòd illud non est medium, informali fidei actu, qui est primæ ueritati propter se assentire, sed in actu materiali, qui est cogitare: sic & spes mediũ tenet inter præsumptionẽ & disperationem; sed medium illud non est ex parte obiecti, quod nimis expectari non potest, sed ex parte subiecti. Quod autem communiter dicitur. In omnibus tenendum est medium, uerum est in his, quæ habent medium. ¶ Amplius, de euacuatione harum, uirtutum: dicendum, quòd quædam uirtutes morales sunt infusè, quædam acquisitæ. Virtutes acquisitæ dirigunt in uita ciuili, & habent bonum ciuile pro fine. & quia ciuilitas ista nõ manebit in patria, idcirco nec istæ uirtutes saltem secundum actuum, quamuis forsitan ad decorem possint manere secundum habitũ. Infusæ uerò dirigunt in uita spirituali, secundũ quã homo afficitur ciuis ciuitatis Dei. Cumque maneat ciuitatis ista in patria, manebunt & ibi istæ uirtutes. ¶ Hoc quoque pensandum, quòd quælibet uirtus moralis duos habet actus. Vnum, quẽ exercet circa materiam propriam, ut pertingat in fidem. Alterum, quẽ habet dum peruenit in finem, quemadmodum fortis in periculo pugnæ exercet actum pugnãdi, post uictoriam uerò gaudet de ipsa uictoria, & gratias agit. Actus primus euacuatur in gloria, alius manet. Hæc Petrus. Idem Richardus. Albertus.

¶ De euacuatione quoque harum uirtutum, Albertus nõ ponit nisi solutionem Magistri. ¶ Insuper quærit, an diffinitiones harum uirtutum, quas ponit Magister, sint apertæ. ¶ Ad quod bene respondet, qđ Magister non intendit eas hic diffinire, nisi secundũ conformitatẽ ad Christum, in quo in summo statu fuerunt. Hinc quamuis generalior sit actus iustitiæ qui est reddere unicuique, quòd suum est, non tamen est ita excellens in merito, nec ita conformat. nos Christo, ut actus quem tangit Magister, dicendo Iustitia est in subueniendo miseris: quod tamen priè ad misericordiam pertinet, quæ est pars iustitiæ. Obie ctio ¶ Et si obijciatur, quia quod alijs cõmunicamus subueniendo eorum miserijs, nostrum est: iustitiæ uerò est unicuique reddere, quod est suum: ergo miserijs, subuenire non est actus iustitiæ: dicendum, quod illud est per possessionem, atque dominium, est etiam per rationem debiti iuris naturalis, secundum quod omnia essent communia, & adhuc sunt saltem in necessitate. Sic & prudentia in summo consistit, in præcauendus insidijs, quæ insidiantur uirtutibus. ¶ Obijcitur item contra id, quod ait Hieronymus: His uirtutibus in hac uita bene uiuitur, ut ad æternam beatitudinem perueniatur. Nam has uirtutes habuerũt quidam philosophi. ¶ Respondetur, quod sancti loquuntur de istis uirtutibus, secundum quod sunt infusæ siue formatæ: & ita philosophis, atque gentilibus non fuerunt. Dilutio. In necessitate omnia sunt cõmunia. Obiectio. Respõsio Durand.

¶ Porrò Durandus affirmat cardinales uirtutes non manere in patria, quantum ad actum: imò temperantiam & fortitudinem non manere ibi quantũ, ad habitum, si ponantur in sensitiuo appetitu, cum ille in anima non maneat separata. Quod autem nulla earum maneat ibi, quantum ad actum, probat: quia uersantur circa passiones, aut circa distributiones & communicationes rerum, quæ ueniunt in usum uitæ præsentis. Verum istud (ut patuit) est contra Augustinum & Magistrum, & cõtra multos insignes doctores, & sicut Albertus prosequitur, uirtutes, quæ sunt circa ea, quæ ordinantur ad finem, alios habent actus quamdiu sunt in uia, & motu adfinem, & dum coniuncti sunt fini. Præterea de subiecto uirtutum, moralium, & cardinalium, specialis est difficultas, ac diuersa, multiplexque opinio.

## QVAESTIO II.

QVæritur ergo, *An omnes uirtutes morales, ac cardinales sint in superiori animæ parte, an potius aliquæ sint subiectiue in appetitu sensitiuo.* Cum enim uirtutes sint spirituales qualitates, ac lumina quædam, maneantque in patria, non uidentur posse realiter esse in subiecto materiali organico, quale est appetitus sensitiuus & irrascibilis. Albertus

¶ De hoc non hic, sed alibi scribit Albertus diffusè & interdum uidetur sentire quòd non sint realiter sensitiuo in appetitu, sed solum per quandam impressionem, ita ꝙ superior portio animæ ratio, & uolũtas, per uirtutes morales ipsi inhærentes, imprimunt in appetitum sensitiuum, & sic regunt, refrenãt, atq; rectificant eum nihilominus frequenter fatetur tem perantiam



perantiã in concupiscibili, fortitudinem in irascibili consistere appetitu. Et si per concupiscibilem, & irascibilẽ intelligit duplicem appetitũ sensitiuũ, pòt hoc uerbũ eius intelligi de inexistẽtia ꝓ impressione. Si uerò appetitum intellectiuum, qui ꝓ similitudinẽ quandã concupiscibilis, & irrascibilis appellatur, posset intelligi, qđ subiectiuè esset in illis. Porrò rõni attribuit duo, actus, uidelicet regere aliàs uires: & sic dicit in ea esse prudentiam, & ordinare homines ad inuicem seu unum ad alium. Et ita ponit in ea iustitiam, quã philosophi, & theologi cõiter dicunt esse subiectiuè in uoluntate, sed tam hic quàm super quartum, & circa librum Ethicorum, super capitulum illud Prouerbiorum, Mulierem fortem quis inueniet, sentit & scribit iustitiam esse in ratione. Prou. 31.

¶ Quibus consonare uidetur, ꝙ in Sũma sua lib. 6. affirmat Vdalricus. Cum uirtus, operatioq; uirtutis sit hominis, sm quod homo est, & hoc habeat hõ non per sensitiuam naturã: patet ꝙ proprium ꝑ se subiectum uirtutis humanæ sit rõ, ita ꝙ aliæ uires non sunt uirtutum subiecta, nisi secundum quod formam participant rationis. Hæc Vdalricus. Vdalricus.

cõtra Vdalricum.

¶ Quibus obijci posset, quòd charitatis subiectũ proprium est uoluntas, imo & spei, nisi forsitan de uirtutibus moralibus illa sint dicta. Huic opinioni multi (ut patebit) consentiunt.

¶ Verum in multis locis oppositum sentit, & probat Thomas dicẽdo: Substantia, q̃ subiectũ est oium qđã accidentia accipit mediãtibus alijs, ut mediãte superficie colorem: quædam immediatè, ut quantitatem. Primo modo aĩa est subiectum uirtutis, mediante sua potentia, q̃ est immediatum uirtutis subiectum. Præterea uirtutes humanæ sunt, quibus opus hoĩs redditur bonum. In oĩ ergo potentia, q̃ principiũ est operis humani, oportet esse uirtutem qua opus eius bonum reddatur, aliàs homo non esset sufficienter per uirtutem perfectus. Principium autem operis humani est omnis potentia, in qua rõnis aliquid inuenitur. Cumq; in concupiscili, & irascibili, q̃ sunt partes potestatiuæ sensitiui appetitus, sit participatiuè aliquid rõnis, inquantum obedire rationi possunt, quod potẽtijs uegetatiuæ partis nõ conuenit; oportet in concupiscibili, & irascibili subiectiuè esse, quibus rõni faciliter obediant, passiones frenando, ne rationem perturbẽt. Hinc in illo qui uehementiores patitur passiones, nec uincitur: est uirtus in rõne, q̃ tenet eam ne abducatur: nõ autem in uiribus illis, in quibus sunt passiones, ut patet in continente. Ideo continens non est perfectè uirtuosus, sed temperatus, in quo non solùm superior pars est perfecta, nequeat abduci: Imò inferior quoq; est moderata, ita ut passiones uehementes non insurgant in ea. Itaq; in quacunq; potẽtia est passio aliqua, in ea est uirtus subiectiuè, qua passio illa rectificatur. Sic quo que potentia illa potest esse peccatum mortale, quamuis omne peccatum mortale dicatur esse in ratione consummatiuè: quoniam sine rationis consensu nõ completur. Porrò uis apprehensiua sensitiua nõ ita participat rationem, in ea ualeat esse uirtus aut mortale peccatum. Si quidem uires apprehensiuè sensitiuæ, aliter seruiunt intellectui, quàm sensitiuæ appetitiuæ rationi, ac uoluntati: quoniam apprehensiua sensitiua seruit intellectui, repræsentando, & ministrando ei suum obiectum: ideo intellectus participat aliquid à sensu, quàm econtrario. Appetitiua autẽ sensitiua seruit rationi, & uoluntati, quasi mouenti, & imperanti. sicq; aliquid rationis ab illis participat, & rationalis ꝑ participationem uocatur. Iustitia autem cum nõ uersetur directè circa passiones, sed circa exteriores actiones, quæ sunt ad alterum, idcirco subiectiuè consistit in uoluntate, ad quam pertinet exteriorũ rerum usus in ordine ad alios. Vti namque actus est uoluntatis, non absolutè pro ut uoluntas est ipsius finis, sed prout supponit collationẽ rationis aliquid ad alium ordinantis. In uoluntate quippè ut est ipsius finis, non potest esse ulla uirtus moralis; quia ad bonum hominis ciuile, ac naturale, uoluntas naturalem habet inclinationem tanq̃ in proprium obiectum: sed prout voluntas est eorum, quæ ordinantur ad finem, potest esse uirtus moralis in uoluntate, puta iustitia. Aliqui uerò asserunt iustitiam esse in ratione. Quod esse nequit secundum quod ratio est potentia cognitiua, sed secundum, quod comprehendit uim cognitiuam, & affectiuam superiorem, secundum, quod dicimus uoluntatem esse in ratione. Alij dicunt quod iustitia est tota anima, quod verificatur quoad hoc quod uoluntas est uniuersalis motor omnium uirium animæ. Idem dicendum de uirtutibus, quæ nõ sunt circa passiones, sed circa operationes, ut liberalitas, magnificentia, & huiusmodi. ¶ Insuper prudentia subiectiuè est in ratione practica, quemadmodum aũt in uoluntate non est aliqua virtus moralis, inquantum uoluntas est ipsius finis, sic neque in ratione ex ea parte, qua est de fine: quoniam finis est principiũ in operatiuis. Vnde sicut in rõne speculatiua sunt unica principia demonstrationem ita ratione practica innati sunt fines homini connaturales. Propterea circa illa non est habitus acquisitus neq; iufusus, sed naturalis sicut synderesis loco cuius philosophus 6. Ethicorum intellectum ponit in speculatiuis. Itaq; prudentia est in rõne practica, prout negociatur de mediis ad finem. Verum cum naturalis inclinatio ad finem, sit ex pstitutione instituentis naturam: ideo naturalis inclinatio uoluntatis in finem, non est ex ratione, nisi forsan secundum naturalem concomitantiam, qua fit ut appetitus rationi coniunctus, naturaliter tendat ad conformandum se rationi ut regulæ. Vnde uoluntas est naturaliter inclinata ad finem, qui naturaliter rationi est indutus. Cumque negociatio de his, quæ sunt ad finem, pssupponat inclinationẽ appetitus in finem, q̃ inclinatio est naturalis in appetitu superiori, in appetitu inferiori est exassuefactione, seu gratiæ dono, quantum ad suum cõplementum. Attn aliqua eius inchoatio est à natura, inquãtum est naturaliter obaudibilis rõni. Hæc Tho. in Scripto. ¶ Præterea in Prima Secundę, quæstione 56. loquens de subiecto virtutis in cõmuni: Triplici, inquit, ratione ostenditur uirtus esse in potentia, tanq̃ proximo in subiecto. Primò: qm̃ uirtus pfectio exat potẽtię pfectibili. Sed ò, qa uirtus est habitus operatiuus, operatio autem ad potentiam pertinet. Tertiò qm̃ virtus disponit ad optimum quod est finis, finis verò est operatio consequens eam, sicq; ad potentiam pertinet. Denique intellectus potest esse subiectum virtutũ. Habitus namq; ordinat hoĩem ad bonum dupliciter. Primò, dando sibi facultatẽ ad bene agendum: non tamen faciendo, ut homo per eum iugiter rectè agat. Sicq; ars, & scientia sunt habitus, hominem ad bonum ordinantes: quamuis habens eas, multoties male agat. Hinc habitus isti non pertingunt ad rationẽ uirtutis perfectum. Etenim uirtus bonum facit habentem, atq; ex hoc, quod quis põt bene agere, non est bonus simpliciter, sed secundum quid. Interdum tamen

Plato. Auicẽna. Anaxagoras. Aristotel.

Virtus cõsistit in medio.

Mensura omnium uirtutum Deus est.

Obiectio.

In omnibus est tenendum medium, quomodo intelligatur.

Potẽs mortale sine rõnis consensu non cõpletur.

Voluntas nõ est aĩa uires mouet.

Tho. Aqu.

Virtus facit habẽtẽ bonum.

tamẽ uocantur uirtutes, sed philosophus noiat eas uirtutes intellectuales, quarum subiectũ potest esse intellectus tam speculatiuus, quàm practicus. Alij habitus non solum præstant facultatem bene agendi, sed insuper faciũt hominem agere bene, ut iustitia, fortitudo, & hi propriè sunt uirtutes, quarũ subiectum esse non valet, nisi uoluntas. Aliæ quoq; potẽtiæ secundũ quod à uoluntate mouentur, eo ꝙ nõ sint determinatæ ad vnum. Nẽpè, quòd aliquis actũ uirtuosum producat, non est, nisi qm̃ bonam uolũtatem habet ad hoc. Bonum aũt, & malum, primò, ac maximè respiciunt uolũtatẽ. Intellectus aũt moueri potest à voluntate; sicut & cæteræ uires. Nam alius considerat aliquid, & ꝓsentit quia uult. Hinc intellectus tã speculatiuus, q̃ practicus est obiectũ virtutis simpliciter dictæ, ſm ordinem ad uolũtatem, sicq; fides in intellectu est speculatiuo, prudentia in intellectu practico. Postremò, hoc modo ẽt appetitus ꝓcupiscibilis, & irascibilis sunt subiecta virtutũ moraliũ, nõ prout partem sensitiuam concernunt, sed prout rõnem participant, atq; ab ea, & voluntate moueri, iuberi, ac dirigi possunt. Hæ em̃ potẽtiæ principia sunt actuũ humanorũ, pp quod indigent uirtutibus perfici, ac benè disponi, quatenus actus ordinatos eliciant, & producant. Hæc Thomas in Summa. Concordat Petrus per omnia.

Richard⁹. ¶ Richardus uerò in quibusdã inde dissentit, ꝓtestans in appetitu sensitiuo nullam esse uirtutẽ ꝓpriè dictam, qua scilicet benè, & laudabiliter uiuit, tñ fatetur in parte sensitiua ex actibus virtuosis generari habitum quendam imperfectum, per quem uis concupiscilis, & irascibilis obtemperant rõni faciliùs, q̃ facerẽt sine illis habitibus. Fortitudinem autem, & temperantiã, vt sunt virtutes morales ꝓpriè sumptæ, perhibit esse in uoluntate, & per impressionem in appetitu inferiori. Hæc Richardus.

Durandus ¶ Durandus autem fatetur se valde dubitare de hoc, an in appetitu sensitiuo sint subiectiuè aliquæ uirtutes.

Dionysi⁹. ¶ Circa rñsum uerò Richardi posset inquiri, an virtutes ille imperfectè, quas dicit esse in appetitu sensitiuo, sint eiusdem speciei cum illis, quas ponũt in appetitu superiori. ¶ Vt ꝙ sic, qa magis, & minus perfectum in eadem natura non variant speciẽ, nec est ponenda pluralitas sine necessitate. ¶ Si dicatur, quòd imò, obijcitur qm̃ imperfectę uirtutes ꝓfici possunt, & sic perfectæ uirtutes essent in parte sensitiua.

Gãdauus⁹ ¶ Insup Henricus 4. quodlibeto prolixè scribit de ista materia, firmiter tenens, ꝙ uirtutes morales, quę circa passiones uersantur, non sint uerè realiter, sed tantũ per impressiones, & refulgentiam quã dam in appetitu sensitiuo. Improbat quoq; quod ex Thoma inductum est, utpotè in voluntate secundum quod est ipsius finis, non esse uirtutem moralem, quia voluntas naturalem habet inclinationẽ ad bonum ciuile. Nam quamuis naturaliter inclinetur ad illud, tñ adhuc manet indifferens, & indeterminata ante electionem, inquantum ipsa voluntas est deliberatiua, idcirco eget adhuc inclinatione ꝓ habitum uirtuosum ad rationem boni determinatam. Item appetitus sensitiuus naturaliter sequitur, & necessariò determinationem uoluntatis. Ideo sicut in uoluntate non esset uirtus ponenda, si naturaliter determinata esset ad sequendum rationis iudicium, sic neq; in appetitu sensitiuo, propter determinationem, quam habet à uoluntate. Insuper secundũ Henricum, uoluntas consideratur tripliciter. Primò, ut natura: secundò, vt deliberatiua: tertiò, ut arbitrio libera. Primo modo naturaliter inclinatur in bonum simpliciter, quia bonũ. Propter qđ 7. super Genesim loquitur Augustinus: Naturale est nobis, uelle viuere bene. Malè autem viuere, iam non est naturæ, sed uolũtatis peruersæ. Vnde Damascenus loquens de uoluntate ut natura, testatur qđ malum est præter uoluntatẽ, & ꝑ voluntatem. Voluntas uerò ut deliberatiua, præsentato bono sub ratione ueri in cognitiua, naturalem retinet, ac reprimit motũ differens prosecutionẽ, impellendo vim cognitiuam ad perscrutãdum de circunstantijs, an prosequendum sit, an non. Et hoc ex parte uoluntatis uocatur deliberatio, ex parte rationis consiliatio. Et qa in tali deliberatione uoluntas adhuc indeterminata est, ad utrũlibet habens se, ita quòd etiam data sentẽtia rationis, adhuc potest se tenere in sua indeterminatione, atq; in sua electione præferre cõtrarium: idcirco ad consentiẽdum iudicio rationis multum indiget, seu iuuatur habitu inclinante, ut illud uelit. Nec sufficit ad hoc inclinatio naturalis imò requiritur cooperans in modum naturæ, iuxta diffinitionem hanc Tulij: Virtus est habitus voluntarius in modum naturæ, rationi cõsentaneus. Sicq; dicamus habitum naturalem, & virtutem moralem seu habitum deliberatiuum, differenter uoluntatẽ mouere, & inclinare: qm̃ habitus naturalis inclinat ad bonum simpliciter, & ad bonum conclusum à ratione, inquantum in eo relucet bonum simpliciter. Virtus uerò inclinat, & mouet ad bonum, inquãtum hoc bonum circa tale obiectum. Alia quoque, & alia uirtus ad aliud, aliudq; obiectum, ut dicitur uirtus mouere in modum naturæ: quoniam sicut natura subito mouet, ac surreptitiè præueniẽdo deliberationem, sic mouet, & virtus iam gẽnerata, seu perfecta, & exercitata. Ideo sic moueri, est maximum signum habitus iam completi. Porrò voluntas, vt arbitrio libera post plenam deliberationem, non obstante habitu naturali inclinante uoluntatẽ, vt natura est, nec habitu morali inclinante uoluntatẽ, ut deliberatiua est, adhuc retinet motum utriusq;, & differt liberè sui ipsius determinationem, qua aliquid uelit. Cumq; liberè velit eligere, potest eligere contra rationis determinationem, & contra vtranq; inclinationẽ perfectam: nec est aliquo habitu determinabilis ipsa uoluntas, inquantum arbitio libera: quia hoc esset contra libertatis naturã. sic namque à sua libertate posset in modum naturæ inclinari circa aliud, quàm circa primum bonum nudum, & apertum posset; contra suam naturalem libertatem necessitari Hæc Henricus.

Augusti. ¶ Cuius hoc vltimum uerbum habuit iustitiam, quia (vt Augustinus frequenter affirmat) uoluntas beatitudinem in cõi tã naturaliter appetit, ut oppositum non possit uelle. ¶ Præterea appetitus sensitiuus, non tam naturaliter aut necessariò sequitur determinationem voluntatis, quàm frequenter cõtra voluntatis imperium, & conatum feratur in sua obiecta, præsertim in imperfectis.

Io. Sco. ¶ Præterea etiam Scotus in hac parte assentit opinioni Henrici, quantum ad hoc, quòd virtutes morales non ponit in appetitu sensitiuo, nisi per impressionem, & refulgentiam nunc prætactam ¶ Ad hoc uerò, quòd in oppositum allegatur auctoritas Aristotelis, asserẽtis uirtutes, quæ circa passiones uersantur, esse in parte affectiua, quę est rationalis per partipationem: respondet, ꝙ per partem illam designatur uoluntas, quæ de se cæca est & rationis est particeps.

¶ Contra

Augusti. Damasce. Malum ẽ ꝓter & cõtra voluntatem.

virtutis diffinitio secũdum Tullium.



Obiecto. ¶ Contra, qđ obijci potest ꝙ philosophus 3. Ethicorum ait, fortitudinem, temperantiáq; in sensitiuo consistere appetitu. Primò quoq; Ethicorũ differuit quòd sunt in irrationali animæ parte, per quàm certũ est eũ intellexisse appetitũ sensitiuum, non intellectiuum. Nã & commendator ibi exponit, ꝙ sunt in eo, quod est medium inter plantatiuam, seu uegetatiuam, & rationalem. & hic est appetitus sensitiuus, non uolũtas. Amplius, Primo Politicorum ca. 3. loqur, qđ rõ dñatur appetitui sensitiuo principatu despotico; appetitui uerò intellectiuo principatu politico, i. ciuili, ita ꝙ appetitus ille inferior pót ꝑ moueri. Ergo ad hoc, quod delectabiliter moueat à recta rõne, necesse est in eo ponere quasdam uirtutes. & breuiter ubicunq; philosophus loquiẽ de uirtutibus moralibus, videtur concedere, quòd in parte sint sensitiua, & nunquam ꝙ sint in parte intellectiua, excepta iustitia, quam 5. Ethicorum ponit in parte intellectiua. Prudentiã uerò inter habitus intellectuales connumerat. Vnde & 10. Ethicorum negat eas esse in substantijs separatis, quod tñ non videretur negandum, si subiectiuè, atq; realiter essent in parte intellectiua, ad quam pertinet uolũtas quã constat illis inesse subſtãtijs. Insuper uirtus moralis est medium inter passiones excessiuas, rectificans eas. sed vbi extrema, ibi & medium. Cum ergo passiones sint in appetitu sensitiuo, videtur idẽ de uirtutibus istis esse censendum. Nihilominus contra hæc quædam argumenta inducit Scotus, q̃ & in scriptis continentur Henrici, ad quæ alterius opinionis defensores probabiliter satis rñdet: Estq; problema hoc pro vtraq; parte probabile. sed cum uirtutes sint spũales qualitates, & habitus electiui ornamentaq; intellectualis substantiæ, ac formæ q̃dam accidentales liberè agẽtes, fateor me amplius inclinari ad positionem dicentium, ꝙ subiectiuè sint in parte aiæ superiori, & in parte inferiori per impressionem, & relucentiam quãdam. Cernimus enim etiam bruta, quædam, & corporalia mẽbra per assuefactionem habilitati, prompta, expeditaq; fieri ad motus, & actus, ac aliquos gestus, qui in rationalibus naturis ex uirtutibus oriuntur, ergo, & appetitus sensitiuus in homine potest præfato modò in homine ad laudabilia assuefieri, per impressionem uirtutum uirium superiorum.

## QVAESTIO III.

AMplius quęritur, *An præter uirtutes naturales morales, acquisitas, oporteat ponere uirtutes morales supernaturales infusas realiter ab illis distinctas.* ¶ Videtur, quod non, quia virtutes naturales acquisitæ per fidem, ordinari possunt, ac ordinari in finẽ supernaturalẽ, & ita sufficiunt ad salutẽ nec sine necessitate est ponenda pluralitas. ¶ Secundò, iuxta diffinitionem Augustini, virtus est bona qualitas mentis. Virtutes aũt morales, quæ circa passiones referendas, & rectificandas versantur, secundum philosophum sunt in partes irrationali organica, quæ non est portio mentis, ergo eis non conuenit ratio uirtutis infusæ.

Virtus est bona qua animus. Instantia

¶ In oppositum est, quod in pueris baptizatis, & in adultis de nouo contritis, sunt omnes uirtutes. q̃ & concatenatæ, & connexæ dicuntur, & cõstat, ꝙ non sint in eis per exercitium acquisitæ.

Thom. Aqui. ¶ Ad hæc Thomas: Quidam, inquit, philosophi quos sequitur Auicenna, dixerunt, quòd omnes formæ sint à datore formarum, ita quòd agens naturale non confert, nisi dispositionẽ ad formas. Sic quoq; scientiã, & virtutes dixit Auicẽna esse à creatore earum, atq; ꝑ studium, & exercitũ disponi animas ad recipiẽdum influxum illorum habituũ. Hæc autem positio tollit naturalem virtutem, quæ cuilibet naturali ineſt à principio ad procreandum simile sibi, ſm quod materia, in quam agit, est suæ similitudinis receptiua, quod & necessarium est: qm̃ omne, quod agit, agit ex hoc, quòd est in actu: & ita etiam ex generalibus seminarijs scientiam, & virtutũ naturaliter inditis, ualemus ꝑ exercitiũ, informationem, ac studium distinctos, & completos virtutũ & scientiarum habitus adipisci: quòd experientia quoq; testatur, quia per consuetudinem fit facile, ac dilectabile, quod priùs erat difficile. Propterea (ſm philosophum) delectatio operationi annexa, est signum habitus gñati, uirtutes autem, & sciẽtia tales ad naturalem finem ordinantur, ac ducunt. Sed qm̃ ex diuina liberalitate ad ſuper naturalẽ beatitudinẽ bono est conditus, non possunt ex seminarijs illis causari, & obtineri uirtutes, ad supernaturalem beatitudinem perductiuæ, proportio natæque fini illi. Hinc oportet illas uirtutes nobis infundi à Deo, à quo ad finem illum ordinamur, & inclinamur. Deniq;, virtutes infusæ, & acquisitæ differunt ab inuicem specie, utpotè fortitudo à fortitudine temperantia à temperantia: Sicq; de alijs: quoniam fines in operabilibus sunt sicut principia in speculabilib. Si autẽ esset aliqua scientia, quę reduci non posset ad prima principia naturaliter cognita, nõ esset eiusdẽ rationis cum scientijs alijs, neque uniuocè scientia diceretur. Cumq; fines uirtutum infusarum non præexistant in seminarijs naturalibus uirtutum, sed naturam excedant humanam: oportet, ꝙ uirtutes infusæ differant specie à uirtutibus, acquisitis, procedentibus ex seminarijs illis. Propter quod in alio genere uitæ perficiunt hoiem. Nã acquisitæ ꝓficiunt hoiem in vita ciuili, infusæ in uita spirituali, quæ ex gratia est, ſm q̃ homo virtuosus est membrũ ecclesiæ. ¶ Si aũt obijciatur, ꝙ diuersitas agẽtis non diuersificat speciem, cum agens sit contrariorum, ergo uirtus à Deo infusa, & naturaliter acquisita, non differunt specie. Rursus habitus diuersificantur ex actibus, & obiectis, sed idem est actus, & idem obiectum temperantiæ infusæ, & temperantiæ acquisitæ, & ita in alijs dicendum ad primum, ꝙ effectus proportionatus agenti, differt specie secundum diuersitatem agentis: Vnde animalia generata ex semine, & generata ex putrefactione, differunt specie. Cum ergo aliqui sint effectus soli Deo possibiles, differũt ab his, qui ab alijs queunt causis produci. Ad secundum, ꝙ quamuis sit utriusque tẽperantiæ idem actus materialiter: non tamen formaliter, quia ac fines referuntur distinctos. Porrò rectitudo actus est ex proportione ad finem, ad diuersos autem fines diuersimodè sumitur proportio actus, propter quod alius actus ẽ rectus proportionatus bono ciuili, qui non est rectus, & proportionatus glorię æternali. Vnde oportet, quòd aliæ sint uirtutes infusæ, quæ faciunt actus rectos ex proportione ad ultimum finem. Virtutes quoque infusæ quę ponuntur in appetitu sensitiuo, sunt aliquo modo qualitates mẽtis: qm̃ appetitus sensitiuus nõ est subiectum uirtutis, nisi inquãtum participat aliquid rationis, ac libertatis. Hęc Thomas in Scripto

Thom. Aqui. ¶ At uero in Prima Secundæ quæst. 63. Virtutes, inquit, morales infusæ, & acquisitæ, distinctę sunt specie. Primò, secundum formalem rationem obiecti. Obiectum enim est circa quod ratio medium ponit, ut in concupiscentijs tactus consistit ratio medium, per temperantiam moderando concupiscentiam. Modus uerò in obiectis uirtutum moralium

Obiectio.

Dilutio.

Consuetudo multa difficilia delectabilia facit.

à ra-

tamē uocantur uirtutes,sed philosophus noīat eas
uirtutes intellectuales, quarum subiectū potest esse
intellectus tam speculatiuus,quàm practicus.Alij ha
bitus non solum pręstant facultatem bene agendi,
sed insuper faciūt hominem agere bene,ut iustitia,
fortitudo,& hi propriè sunt uirtutes, quarū subie-
ctum esse non valet,nisi uoluntas. Aliæ quoq; potē
tiæ secundū quod à uoluntate mouentur, eo ꝙ nō
sint determinatæ ad vnum.Nēpè,quòd aliquis actū
uirtuosum producat,non est,nisi qm̄ bonam uolū-
tatem habet ad hoc.Bonum aūt, & malum,primò,
ac maximè respiciunt uolūtatē. Intellectus aūt mo
ueri potest à voluntate;sicut & cæteræ uires. Nam
alius considerat aliquid, & ꝯsentit quia uult. Hinc
intellectus tā speculatiuus, q̄ practicus est obiectū
virtutis simpliciter dictæ, ẜm ordinem ad uolunta
tem,sicq; fides in intellectu est speculatiuo,pruden
tia in intellectu practico. Postremò,hoc modo ēt
appetitus ꝯcupiscibilis, & irascibilis sunt subiecta
virtutū moraliū,nō prout partem sensitiuam con-
cernunt,sed prout rōnem participant,atq; ab ea,&
voluntate moueri, iuberi,ac dirigi possunt. Hæ eñ
potētiæ principia sunt actuū humanorū, ꝑꝑ quod
indigent uirtutibus perfici, ac benè disponi,quate-
nus actus ordinatos eliciant, & producant. Hæc
Thomas in Summa. Concordat Petrus per omnia.

Richard'. ¶ Richardus uerò in quibusdā inde dissentit, ꝓ-
testans in appetitu sensitiuo nullam esse uirtutē ꝓ-
priè dictam,qua scilicet benè,& laudabiliter uiuit,
tñ fatetur in parte sensitiua ex actibus virtuosis ge
nerari habitum quendam imperfectum, per quem
uis concupiscilis, & irascibilis obtemperant rōni
faciliùs,q̄ facerēt sine illis habitibus. Fortitudinem
autem,& temperantiā,vt sunt virtutes morales ꝓ-
priè sumptæ, perhibit esse in uoluntate, & per im-
pressionem inappetitu inferiori. Hæc Richardus.

Durandus ¶ Durandus autem fatetur se valde dubitare de
hoc,an in appetitu sensitiuo sint subiectiuè aliquæ
uirtutes.

Dionysi'. ¶ Circa rñsum uerò Richardi posset inquiri, an
virtutes ille imperfectè, quas dicit esse in appetitu
sensitiuo,sint eiusdem speciei cum illis,quas ponūt
in appetitu superiori. ¶ Vr̄ ꝙ sic, q̄a magis, & mi-
nus perfectum in eadem natura non variant speciē,
Gādauus. nec est ponenda pluralitas sine necessitate.¶ Si dica
tur,quòd imò, obijcitur qm̄ imperfectę uirtutes ꝑ-
fici possunt, & sic perfectæ uirtutes essent in parte
sensitiua.

¶ Insuꝑ Henricus 4. quodlibeto prolixè scribit
de ista materia,firmiter tenens,ꝙ uirtutes morales,
quę circa passiones uersantur, non sint uerè reali-
ter,sed tantū per impressiones,& refulgentiam quā
dam in appetitu sensitiuo. Improbat quoq; quod
ex Thoma inductum est,utpotè in voluntate secun
dum quod est ipsius finis, non esse uirtutem mo-
ralem,quia voluntas naturalem habet inclinatiōnē
ad bonum ciuile.Nam quamuis naturaliter incline
tur ad illud,tñ adhuc manet indifferens,& indeter
minata ante electionem, inquantum ipsa voluntas
est deliberatiua,idcirco eget adhuc inclinatione ꝑ
habitum uirtuosum ad rationem boni determina-
tam.Item appetitus sensitiuus naturaliter sequitur,
& necessariò determinationem uoluntatis.Ideo si-
cut in uoluntate non esset uirtus ponenda, si natu-
raliter determinata esset ad sequendum rationis iu
dicium,sic neq; in appetitu sensitiuo,propter deter
terminationem, quam habet à uoluntate. Insuper
secundū Henricum,uoluntas consideratur triplici-
ter.Primò,ut natura:secundò, vt deliberatiua: ter-
tiò,ut arbitrio libera.Primo modo naturaliter incli
natur in bonum simpliciter, quia bonū. Propter qđ
August. 7.super Genesim loquitur Augustinus:Naturale est
nobis, uelle viuere benè.Malè autem uiuere, iam
non est naturæ,sed uolūtatis peruersæ.Vnde Dama-
Damasce. Malum ē ꝑter & cōtra vo untatem.
scenus loquens de uoluntate ut natura,testatur qđ
malum est præter uoluntatē,& ꝯ voluntatem. Vo-
luntas uerò ut deliberatiua,præsentato bono sub ra
tione ueri in cognitiua,naturalem retinet,ac repri-
mit motū differens prosecutionē, impellendo vim
cognitiuam ad perscrutādum de circunstantijs, an
prosequendum sit,an non.Et hoc ex parte uolunta
tis uocatur deliberatio, ex parte rationis consilia-
tio.Et q̄a in tali deliberatione uoluntas adhuc inde
terminata est,ad utrūlibet habens se,ita quòd etiam
data sentētia rationis, adhuc potest se tenere in sua
indeterminatione,atq; in sua electione præferre cō
trarium: idcirco ad consentiēdum iudicio rationis
multum indiget, seu iuuatur habitu inclinante, ut
illud uelit. Nec sufficit ad hoc inclinatio naturalis
imò requiritur cooperans in modum naturæ,iuxta
Virtutis diffinitio secūdum Tullium.
diffinitionem hanc Tulij:Virtus est habitus volun-
tarius in modum naturæ, rationi cōsentaneus.Sicq;
dicamus habitum naturalem,&virtutem moralem
seu habitum deliberatiuum, differenter uoluntatē
mouere,& inclinare:qm̄ habitus naturalis inclinat
ad bonum simpliciter, & ad bonum conclusum à
ratione, inquantum in eo relucet bonum simplici-
ter. Virtus uerò inclinat,& mouet ad bonum,inquā
tum hoc bonum circa tale obiectum. Alia quo-
que,& alia uirtus ad aliud, aliudq; obiectum, ut di
citur uirtus mouere in modum naturæ: quoniam
sicut natura subito mouet, ac surrepritiè præueniē
do deliberationem, sic mouet, & virtus iam gē-
nerata, seu perfecta, & exercitata. Ideo sic mo-
ueri, est maximum signum habitus iam comple-
ti. Porrò voluntas, vt arbitrio libera post ple-
nam deliberationem, non obstante habitu naturali
inclinante uoluntatē,vt natura est, nec habitu mo
rali inclinante uoluntatē,ut deliberatiua est,adhuc
retinet motum utriusq;, & differt liberè sui ipsius
determinationem, qua aliquid uelit. Cumq; liberè
velit eligere, potest eligere contra rationis deter-
minationem, & contra vtranq; inclinationē perfe-
ctam:nec est aliquo habitu determinabilis ipsa uo
luntas, inquantum arbitio libera: quia hoc esset
contra libertatis naturā. sic namque à sua libertate
posset in modum naturæ inclinari circa aliud,
quàm circa primum bonum nudum, & apertum
posset:q; contra suam naturalem libertatem neces-
sitari Hæc Henricus.

August. ¶ Cuius hoc vltimum uerbum habuit iustitiam,
quia(vt Augustinus frequenter affirmat) uoluntas
beatitudinem in cōi tā naturaliter appetit, ut oppo
situm non possit uelle.¶ Præterea appetitus sensiti-
Instantia uus, non tam naturaliter aut necessariò sequitur
determinationem voluntatis,quàm frequenter cō
tra voluntatis imperium,& conatum feratur in sua
obiecta, præsertim in imperfectis.

Io.Sco. ¶ Præterea etiam Scotus in hac parte assentit
opinioni Henrici, quantum ad hoc, quòd virtutes
morales non ponit in appetitu sensitiuo, nisi per
impressionem, & refulgentiam nunc prætactam
¶ Ad hoc uerò, quòd in oppositum allegatur au-
ctoritas Aristotelis,asserētis uirtutes,quæ circa pas-
siones uersantur, esse in parte affectiua, quę est ra-
tionalis per partipationem: respondet, ꝙ per par-
tem illam designatur uoluntas, quæ de se cæca est
& rationis est particeps.

¶ Contra



Obiectio. ¶ Contra, qđ obijci potest ꝙ philosophus 3.Ethi
corum ait,fortitudinem,temperantiāq; in sensitiuo
consistere appetitu.Primò quoq; Ethicorū differuit
quòd sunt in irrationali animæ parte,per quàm cer
tū est eū intellexisse appetitū sensitiuum, non intel
lectiuum.Nā & commendator ibi exponit, ꝙ sunt
in eo,quod est medium inter plantatiuam,seu uege
tatiuam,& rationalem. & hic est appetitus sensiti-
uus, non uolūtas.Amplius,Primo Politicorum ca.
3.loqur,qđ rō dñatur appetitui sensitiuo principa
tu despotico; appetitui uerò intellectiuo principa-
tu politico,i.ciuili,ita ꝙ appetitus ille inferior pōt ꝯ
moueri. Ergo ad hoc, quod delectabiliter moueat̄
à recta rōne,necesse est in eo ponere quasdam uirtu
tes. & breuiter ubicunq; philosophus loquit̄ de uir
tutibus moralibus, videtur concedere,quòd in par
te sint sensitiua, & nunquam ꝙ sint in parte intel-
lectiua, excepta iustitia, quam 5. Ethicorum ponit
in parte intellectiua. Prudentiā uerò inter habitus
intellectuales connumerat.Vnde & 10.Ethicorum
negat eas esse in substantijs separatis, quod tñ non
videretur negandum, si subiectiuè, atq; realiter es-
sent in parte intellectiua, ad quam pertinet uolūtas
quā constat illis inesse substātijs.Insuper uirtus mo-
ralis est medium inter passiones excessiuas, rectifi-
cans eas.sed vbi extrema,ibi & medium. Cum er-
go passiones sint in appetitu sensitiuo, videtur idē
de uirtutibus istis esse censendum. Nihilominus
contra hæc quædam argumenta inducit Scotus, q̄
& in scriptis continentur Henrici, ad quæ alterius
opinionis defensores probabiliter satis rñdet:Estq;
problema hoc pro vtraq; parte probabile.sed cum
uirtutes sint spūales qualitates, & habitus electiui
ornamentaq; intellectualis substantiæ, ac formæ q̄-
dam accidentales liberè agētes, fateor me ampliùs
inclinari ad positionem dicentium, ꝙ subiectiuè
sint in parte aīæ superiori, & in parte inferiori per
impressionem,& relucentiam quādam. Cernimus
enim etiam bruta, quædam, & corporalia mēbra
per assuefactionem habilitati,prompta,expeditaq;
fieri ad motus,& actus,ac aliquos gestus, qui in ra
tionalibus naturis ex uirtutibus oriuntur,ergo,&
appetitus sensitiuus in homine potest præfato mo
dò in homine ad laudabilia assuefieri, per impres-
sionem uirtutum uirium superiorum.

## QVAESTIO III.

Amplius quęritur, *An præter uirtutes natura-
les morales, acquisitas, oporteat ponere uirtu-
tes morales supernaturales infusas realiter ab illis
distinctas.* ¶ Videtur,quod non, quia virtutes natu-
rales acquisitæ per fidem, ordinari possunt,ac ordi
nari in finē supernaturalē,& ita sufficiunt ad salutē
nec sine necessitate est ponenda pluralitas.¶ Secun
dò,iuxta diffinitionem Augustini, virtus est bona
Virtus est bona qualitas mentis. qualitas mentis.Virtutes aūt morales,quæ circa pas
siones referendas,& rectificandas versantur,secun
dum philosophum sunt in partes irrationali orga
nica,quæ non est portio mentis, ergo eis non con-
uenit ratio uirtutis infusæ.

¶ In oppositum est,quod in pueris baptizatis,&
in adultis de nouo contritis,sunt omnes uirtutes.q̄
& concatenatæ,& connexæ dicuntur,& cōstat, ꝙ
non sint in eis per exercitium acquisitæ.

Thom. Aqui. ¶ Ad hæc Thomas: Quidam,inquit, philosophi
quos sequitur Auicenna, dixerunt, quòd omnes
formæ sint à datore formarum,ita quòd agens na-
turale non confert,nisi dispositionē ad formas. Sic
quoq; scientiā,& virtutes dixit Auicēna esse à crea
tore earum, atq; ꝑ studium,& exercitū disponi ani-
mas ad recipiēdum influxum illorum habituū.Hæc
autem positio tollit naturalem virtutem,quæ cuili-
bet naturali inest à principio ad procreandum si-
mile sibi,ẜm quod materia,in quam agit, est suæ si-
militudinis receptiua,quod & necessarium est: qm̄
omne,quod agit,agit ex hoc,quòd est in actu:& ita
etiam ex generalibus seminarijs scientiam,& uirtu
tū naturaliter inditis,ualemus ꝑ exercitiū,informa
tionem,ac studium distinctos,&completos virtutū
& scientiarum habitus adipisci: quòd experientia
quoq; testatur,quia per consuetudinem fit facile,ac Consuetudo multa difficilia delectabilia facit.
delectabile,quod priùs erat difficile.Propterea(ẜm
philosophum) delectatio operationi annexa, est si-
gnum habitus gñati,uirtutes autem, & sciētia tales
ad naturalem finem ordinantur,ac ducunt.Sed qm̄
ex diuina liberalitate ad super naturalē beatitudinē
bono est conditus, non possunt ex seminarijs illis
causari, & obtineri uirtutes, ad supernaturalem
beatitudinem perductiuæ, proportio natæque fi-
ni illi. Hinc oportet illas uirtutes nobis infundi à
Deo,à quo ad finem illum ordinamur, & inclina-
mur.Deniq;, virtutes infusæ,& acquisitæ differunt
ab inuicem specie,utpotè fortitudo à fortitudine
temperantia à temperantia:Sicq; de alijs:quoniam
fines in operabilibus sunt sicut principia in specu-
labilib. Si autē esset aliqua scientia, quę reduci non
posset ad prima principia naturaliter cognita,nō es
set eiusdē rationis cum scientijs alijs, neque uniuo
cè scientia diceretur.Cumq; fines uirtutum infusa-
rum non præexistant in seminarijs naturalibus uir
tutum,sed naturam excedant humanam:oportet,ꝙ
uirtutes infusæ differant specie à uirtutibus,acqui-
sitis,procedentibus ex seminarij illis. Propter quod
in alio genere uitæ perficiunt hoīem. Nā acquisitæ
ꝑficiunt hoīem in vita ciuili, infusæ in uita spiritua
li, quæ ex gratia est,ẜm q̄ homo virtuosus est mem Obiectio.
brū ecclesiæ. ¶ Si aūt obijciatur,ꝙ diuersitas agētis
non diuersificat speciem, cum agens sit contrario-
rum,ergo uirtus à Deo infusa,& naturaliter acqui
sita,non differunt specie. Rursus habitus diuersifi-
cantur ex actibus,& obiectis,sed idem est actus, & Dilutio.
idem obiectum temperantiæ infusæ, & temperan-
tiæ acquisitæ, & ita in alijs dicendum ad primum,
ꝙ effectus proportionatus agenti, differt specie se-
cundum diuersitatem agentis:Vnde animalia gene
rata ex semine, & generata ex putrefactione, diffe-
runt specie Cum ergo aliqui sint effectus soli Deo
possibiles, differūt ab his,qui ab alijs queunt causis
produci.Ad secundum,ꝙ quamuis sit utriusque tē-
perantiæ idem actus materialiter: non tamen for-
maliter, quia ac fines referuntur distinctos. Porrò
rectitudo actus est ex proportione ad finem,ad di-
uersos autem fines diuersimodè sumitur proportio
actus,propter quod alius actus ē rectus proportio
natus bono ciuili,qui non est rectus, & proportio-
natus glorię æternali. Vnde oportet,quòd alię sint
uirtutes infusæ, quæ faciunt actus rectos ex pro-
portione ad ultimum finem. Virtutes quoque infu
sæ quę ponuntur in appetitu sensitiuo,sunt aliquo
modo qualitates mētis: qm̄ appetitus sensitiuus nō
est subiectum uirtutis, nisi inquātum participat ali
quid rationis,ac libertatis. Hęc Thomas in Scripto Thom. Aqui.
¶ At uero in Prima Secundæ quæst.63. Virtutes,in-
quit,morales infusæ,& acquisitæ,distinctę sunt spe
cie. Primò,secundum formalem rationem obiecti.
Obiectum enim est circa quod ratio medium po-
nit,ut in concupiscentijs tactus consistit ratio me-
dium,per temperantiam moderando concupiscen
tiam. Modus uerò in obiectis uirtutum moralium
à ra-

ratione positus, est alterius rationis à modo, quem statuit lex diuina: sicut in sumptione cibi, ac potus, ratio humana hanc ponit mensuram, vt corporis sanitati non noceat, nec actum impediat rationis: lex autem diuina instituit, ut etiam caro castigetur, atque in seruitutem spiritus redigatur. Secundò differunt uirtutes, eo quòd ad diuersas naturas, seu fines ordinentur. Vnde virtutes infusæ, per quas homo ordinatur ad hoc, quod sit ciuis sanctorum, & domesticus Dei, est alia ab acquisita uirtute, per quam bene se habet in rebus humanis, præsertim cum primo politicæ dicat philosophus, quòd uirtutes politicæ sunt diuersæ, secundum quod diuersas politias concernunt. Hæc idem in summa, Idem Petrus. Richardus quoque concordat, eadem scribens, & tenens, & de his parum diffusiùs loquens.

Matt. 16. Roma. 2. 2. Cor. 9. Gal. 5. 26. Ephe. 2.

Bonauen.

¶ Præterea Bonauentura sentire uidetur, quòd virtus cardinalis, ac moralis acquisita, perficitur gratia, & formatur: sicque meritoria redditur, ita ꝙ non oportet uirtutem infusam superuenire, aut ab illa realiter distinguere.

Henricus de Gandauo.

¶ Henricus uerò quodlibeto 6. præhabitam Thomæ positionem cum suis motiuis enarrat, & tenet contrarium: quia non ut in 6. Ethicorum ait philosophus, prudentia non est sine moralibus uirtutibus, nec econtra Prudentia autem determinat modum, ac medium in actione ad finem. Finem ergo habet virtus moralis ex se: sed modum, rationemq; medij in actione, quę est ad finẽ habet à prudentia. Virtutis autem distinctio non est nisi à forma, quã habet ex se. Moralis differentia quoq; nullo modo habet sumi, nisi à formali ratione, finis, & nullo mõ à ratione formali medij circa actionẽ, quæ est ad finẽ: imò talis differẽtia potius distingueret diuersas prudentias in unaquaq; specie uirtutis moralis, nõ diuersas uirtutes morales, quarũ una sit acquisita, altera infusa. Cũ ergo super fines proprios uirtutũ moralium non sit nisi finis supernaturalis, sufficit charitas ad referendum eas, & actiones earum ad finẽ supernaturalẽ: & sic facit eas gratuitas, & actus earum meritorios. Hæc Henricus. Sed prima positio subtilior ueriorq́ue videtur, & uirtutes, quæ in batismo, & pęnitentia infunduntur, ita à uirtutibus acquisitis vid entur distingui, ut prima illa ponit positio.

## De septem donis spiritus sancti. Distinctio XXXIIII.

NVnc de septem donis spiritus sancti agendum est: ubi priùs consideradũ est, an hæc dona uirtutes sint: secundò, an in futuro desitura sint, uel omnia, uel horum aliqua: deinde, an in Christo fuerint cũcta hæc dona. Hæc dona uirtutes esse, nec in futuro desitura, Ambrosius ostendit, ea septem fore virtutes, & in angelis abundantissime esse, sic; Ciuitas Dei illa Ierusalẽ cęlestis, nõ feruens meatu alicuius fluui terrestris abluitur, sed ex fonte uitę ꝓcedens spũssancti, cuius nos breui satiamus haustu, in illis cęlestibus spiritibus redundantiùs uidetur affluere, pleno septem uirtutum spiritalium feruentis meatu. Si enim fluuius reparum crepidinibus editis superfusus exundat, quanto magis spiritus omnem super eminens creaturam, cum nostræ mentis arcana tanquam inferiora perstringat, cælestem illam angelorum naturam effusione quadam sanctificationum hubertate letificat? Deinde sanctificationem exponens, subdit: His autem sanctificationibus significatur plenitudo septem spiritualium uirtutum, quas enumerat Isaias, dicens: Spiritus sapientiæ, & intellectus, spiritus consilij, & fortitudinis, spiritus scientiæ, & pietatis, & spiritus timoris dñi. Vnum est ergo flumen spiritussancti, sed multi spiritualium donorum meatus. Quamuis ergo multi dicuntur spiritus sapientiæ, & intellectus, &c. vnus tamen est Dei spiritus, sue libertatis arbiter, omnia pro auctoritate voluntatis diuidens singulis. Hic expressus, se traditum est, septem dona, & uirtutes esse sanctificationesq; fidelium mentium, & in futurum non desitura, cum sint, & in angelis.

Ambrosius lib. 1. de spiritu sancto

Isaiæ 11. Dona septem spũs sancti in angelis sunt.

1. Cor. 13.

### Quòd in Christo fuerunt illa septem dona.

Isaiæ. 11.

In Christo etiam hæc eadem fuisse Isaias ostendit, dicens: Egredietur uirga de radice Iessæ, & flos de radice eius ascendit. Et requiescet super eum spiritus domini spiritus sapientię, & intellectus, spiritus consilij, & fortitudinis, spiritus scientiæ, & pietatis, & replebit eum spiritus domini.

### Quod videtur obuiare præmissis.

Beda. Prouer. 1.

His autem videtur obuiare, quod Beda de timore dñi dicit super parabolas, scilicet ꝙ omnis timor in futuro cessabit. Ait enim sic super illum locum, Timor dñi principiũ ꝙ omnis timor in futuro cessabit. Ait enim sic super illum locum, Timor dñi principiũ sapientię: Duo sunt timores domuni Seruilis, qui principiũ sapientiæ est: & amicalis, qui perfectionem sapientiæ comitat: Seruilis, principium sapientiæ est, quia qui post errata sapere incipit, primò timore corripitur diuino, ne puniatur. sed hunc perfecta charitas foras mittit. Succedit huic timor dñi sanctus, per manens in seculum seculi, quem non excludit charitas, sed auget, quo timet filius, ne uel in modico oculos amantissimi patris offẽdat. Vterq; in futuro cessabit, charitas verò nunquã excidet. Augustinus uerò super illũ locũ psalmi, Adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo, timorem Dei desiturum dicit, sic: Timor dñi est magum prędisidium proficientibus ad salutem, sed perue nientibus foras mittitur. Non enim timent iam amicam, cum scilicet ad id, quod repromissum est, perducti fuerint. Ex his auctoritatibus significatur, ꝙ timor non erit in futuro

1. Ioh. 4.

Psal. 18. 1. Cor. 13. Aug. super psal. 5.



futuro. Si autem timor non erit in futuro, ergo nec septem dona erunt, nec modo sunt in Angelis siue in animabus sanctis. Ad quod dicimus, auctoritatum prędictarum (quæ uidetur) repugnantiam dirimentes, quòd septem illa dona, & in angelis modo sunt, & in animabus sanctis faciliter uiuentibus, & in nobis erunt in futuro: sed non habebunt omnia hos vsus, siue hęc officia, quæ nunc habent. vt verbi gratia, Timor filialis modo facit timere, ne offendamus, quẽ diligimus, & ne separemur ab eo, facit etiam nos reuereri eundem. In futuro uerò non faciet nos reuereri, quando non timebimus separari, uel ostendere. Non ergo metus separationis, uel offensionis nunc est in angelis, uel in animabus sanctis, nec in nobis erit in futuro: sed reuerentia, quę est mixta cum subiectione dilectionis, etiam in Christo fuit, sicut Apostolus dicit in epistola ad Hębreos, loquens de Christo: Qui exauditus est pro sua reuerentia. Quidam tamen secundum affectum, timorem in Christo, & in Angelis tantum esse contendunt.

Hebr. 5.

### Plena timorum distinctio.

Et quia de timore tractandi nobis occurit locus, sciendum est, quatuor esse timores, scilicet mundanum, siue humunum, seruilem, initialem, castum, uel filialem, siue amilem. Humanus timor est, ut ait Cassiodorus, quando timemus pati pericula carnis, uel perdere bona mundi propter, quod deliquimus. Hic timor malus est, qui in primò gradu ideſt in charitetis initio cum mundo deseritur, quem dñs prohibet in euangelio, dicens: Nolite timere eos, qui occidunt corpus, &c. Timor autem seruilis est, ut ait Augustinus, cũ per timorẽ gehenæ continęt se homo à peccato, quo præsentiam iudicis, & pęnas metuit, & timore facit ꝙquid boni facit, non timore amittendi æternum bonũ, qđ non amat, sed timore patiendi malum, quod formidat. Non timet ne perdat amplexus pulcherimi sponsi, sed timet ne mittatur in gehennam. Bonus est iste timor, & utilis, licèt insufficiens; per quem fit paulatim consuetudo iustitię, & sucedit initialis timor, quando incipit, quod durum erat amari: & sic incipit excludi seruilis timor à charitate & succedit deinde timor castus, siue amicalis, quo timemus ne sponsus tardet, ne discedat, ne offendamus, ne eo careamus. Timor iste de amore uenit. Ille quidem seruilis est utilis, sed non permanens in æternum, ut iste. Timor diuinus comes est per omnes gradus.

Cassiod.

Matt. 10. Luc. 12.

Prouer. 1.

### Collectio prædictorum.

Et attende, quòd quatuor hic distinguntur timores, cum supra Beda duos dixerit esse. Sed Beda humanum timorem prætermisit: & nomine seruilis, duos, quos hic distinximus, complexus fuit, s. seruilẽ, & initialem amicalem uerò castum dicit. Augustinus quoque seruilem, & castum timorem apertè discernit, dum epistolæ ad Romanos illum locum exponit: Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum Dei, ita dicens: Duo timores insinuantur hic, vnus qui est in perfecta charitate, scilicet timor castus, alter, qui non est in charitate, scilicet seruilis: in quo quãuis Deo credatur, non tamen in Deum & si bonum fiat, non tã bene. Nemo enim inuitus benefacit, etiam si bonum est, quod facit.

Augustin Rom. 8.

### De casto, & seruili plenius agit, tangens interdum de initiali.

De his eisdem timoribus latiùs disputat Augustinus, dicens: Cœpit aliquis credere diem iudicij? si cœpit credere, cœpit & timere. Sed quia adhuc timet, nondum habet fiduciam in die iudicij, nondum est in illo perfecta charitas. perfecta in illo esset charitas, non timere. Perfecta enim charitas facere t perfecta m iustitiam, & non haberet vnde timeret: imò haberet, quare desideraret vt transeat iniquitas, & ueniat regnum Dei. Ergo timor non est in charitate. Sed in qua charitate? Non in inchoata. In qua ergo? In perfecta Perfecta, inquit, charitas foras mittit timorẽ: ergo incipit timor, quia initiũ sapientiæ timor domini. Timor enim quasi locum præparat charitati. Cum autem cœperit charitas habitare, pellitur timor, qui ei præparauit locum. Quantum enim illa crescit, illæ decrescit: & quantum illa fit interior, timor pellitur foras: maior charitas, minor timor: minor charitas, maior timor. Si autem nullus est timor non est quo intret charitas: sicut videmus per setam introducilinum, quando aliquid suitur, seta priùs intrat: & nisi exeat, non succedit linum. Sic timor primò oc-

Homili 9. sup epistolæ 1. Io. 2.

Prouer. 1.

Similitudo seruilis timoris inducitur

cupat

cupat mentem, non autem ibi remanet timor: quia ideo intrauit, ut introduceret cha ritatem.

## Quod videtur prædictis aduersari.

Est autem alia sententia, quæ videtur huic esse contraria, si non habet pium intelle- Psal 18.
ctorem. Dicitur enim in Psalmo: Timor domini castus permanet in seculum seculi. Ae- 1. Ioh. 4.
ternum quemdam timorem nobis ostendit, sed castum. Quod si ostendit ille nobis
æternum timorem, nunquid contradicit illi ista epistola, quę dicit, Timor non est in
charitate, sed perfecta charitas foras mitit timorem? Hoc enim dictum est per Iohan-
nem, illud dictū est per Dauid. Sed nollite putare alium esse spiritum. Si enim vnus
flatus inflat duas tibias, non potest unus spiritus implere duo corda, & agitare duas lin
guas? Si spiritu vno, id est, uno flatu impletæ duæ tibiæ consonant, impletæ duæ linguæ
spiritu Dei, dissonare possunt? Imò est ibi quędam consonantia, est quædam concordia:
sed auditorem desiderat studiosum, nō ociosum. Ecce mouet duas liguas spiritus Dei,
& audiuimus ex vna, Timor non est in charitate: audiuimus ex alia, Timor domini
castus permanet in seculum seculi. Quid est hoc? Dissonant? Non. Excute aures, in-
tende melodiam. Non sine causa hic addidit, castus, ille non addidit: quia est timor ali
quis, qui dicitur castus, est alius timor, qui non dicitur castus. Discernamus istos duos
timores, & intelligamus consonantiam tibiarum. Quomodo discernimus? Attendat
charitas uestra. Sunt homines, qui propterea timent Deum, ne mittantur in gehen-
nam, ne forte ardeant cum diabolo in igne æterno. ipse est timor, qui introducit chari-
tatem, sed sic uenit, ut exeat. Si enim propter pœnas times Deum, nondum amas
quem sic times: non bona desideras, sed mala caues. Sed ex eo, quia mala caues, cor-
rigis te, & incipis bona desiderare. Cumque bona desiderare cœperis, erit in te timor
castus. Quid est timor castus? Timere ne amittas ipsa bona, timere Deum ne recedat à
te. Cum autem times Deum, ne te deserat præsentia eius: amplecteris eum, ipso frui
desideras.

## Quomodo distent duo timores per similitudinem duarum mulierum ostendit.

Nō potes melius explanare, quid interfit inter istos duos timores, quàm si ponas duas
mulieres maritatas, quarum unam constituas uolentem facere adulterium, sed timet
ne damnetur à marito. Timet maritum, quia adhuc amat nequitiam. Huic non gra- Similitudo de tiore casto & seruili.
ta est, sed onerosa mariti præsentia. & si forte uiuit nequiter, timet maritū ne ueniat.
Tales sunt, qui timent Diem iudicij. Facalteram amare uirum, & debere illi castos
amplexus, nulla se adulterina immunditia maculare uelle, ista optat prędentia uiri. Il-
la timet, & ista timet. Iam ergo interogentur quare timeant. illa dicet, Timeo uirū
ne ueniat. Illa dicet, Timeo uirum ne discedat. Illa dicet, Timeo uirum ne damnet.
Illa dicet, Timeo uirum ne deserat. Pone hęc in animo, & inuenies timorem, quem
foras mittit charitas, & alium timorem castum permanentē in seculum seculi. Illum
timorem perfecta charitas foras mittit, quia ille timor tormentum habet, torquetur
conscientia peccatorum, Nondum facta est iustificatio. Est ibi, quod tit illet men-
tem, q dpungat, quod stimulet Stimulat illę timor, sed intrat charitas, q̄ sanat, quod uul
nerat timor. timor castus facit securitatem in animo. Audiuimus duas tibias, s. Iohannē
& Dauid, consonantes. illa de timore Dei dicit, quo timet anima ne damnetur: illa de ti
more, quo timet anima ne deseratur. Ille est timor, quē charitas excludit, ille est timor
qui permanet in seculum seculi. Ecce in his verbis prędictis apertè ostendit Augusti-
nus, quis sit timor castus, & quis seruilis, & qualiter differant. In quibus etiam initialem
timorem significaui, qui nec ex toto est seruilis, nec ex toto castus: sed tāquam medius
aliquid de seruili, & aliquid de casto timore habet. Facit enim seruire partim timore
pœnæ, partim amore iustitię, per quem timemus puniri, & timenus offendere. Iste ti-
mor in inchoata charitate, non in perfecta. Et quantum crescit charitas, tantum decre-
scit iste timor, quantum ad metum pœnæ, id est, quantum ad id, quod facit timere pę-
nam, & quantum ad tormentum conscientiæ. Nam quanto magis diligimus, tanto
minus timemus. Iste timor notatur in uerbis illis Augustini, vbi non negat timorem
esse in charitate inchoata, sed perfecta, quod non posset dici de seruili: quia ut ipse su-
pra dixit, seruilis timor non remanet ueniente charitate: nec intrat charitas, nisi priùs
ille timor exeat: nec in illo timore aliquis credit in Deū, & si credat Deo: nec benefacit
etiam si bonum est, quod facit. Non est ergo timor ille in charitate etiam inchoata, quia



quia omnis, qui charitatem habet, licèt non perfectam, & in Deum credit, & bona opera facit, quare seruilis non est timor ille. quem in charitate inchoata fore concessit, & quem crescente charitate decrescere dixit. Sed ille est timor initialis, quem non negat, nisi perfecta sit.

## Quòd timor seruilis, & initialis dicitur initium sapientiæ, sed differenter.

Sciendum tamen est, quòd uterque timor, scilicet seruilis, & innitialis, in scriptu- Prouer. 1.
rę diuersis locis dicitur initium sapientię: & ita fore comperies, si diligenter annotaue- Eccl. 1. & 9
ris loca scripturę, in quibus de timore domini fit mentio. Ex alia tamen ratione, & causa diuersa dicitur seruilis timor initium sapientiæ, & ex alia initialis. Seruilis enim ideo dicitur initium sapientię, quia prępărat locum sapientiæ, & ducit ad sapientiam, sed tamen non remanet cum ea, imò foras exit. Initialis uerò dicitur initium sapientiæ, quia est in inchoata sapientia. Quem cum quis habere incipit, sapientiam, & charitatem habere incipit. Inde etiam est, quòd vterque timor dicitur initialis, quod inuenire poteris per diuersa scriuturę loca. Vterque etiam timor interdum dicitur seruilis, quia & ipse initialis, qui est in charitate inchoata, aliquid habet de seruili, scilicet angorem pœnæ, sicut, & aliquid habet de casto, scilicet, quòd timet offendere, ac separari.

## De hoc, quod Augustinus dicit castum timorem esse æternum.

Illud quoque dililigenter est notandum, quòd in superioribus Augustinus dicit ca stum timorem esse ęternum, per quod confirmatur præmissa sentētia, scilicèt quòd spiritus timoris erit in futuro, sicut, & alia dona spirituſsancti: sed non habebit om- Heb. 5.
nem illum usum, quem modo habet. Faciet enim tunc nos reuereri Deum, non time re separari, uel carere. Fuit ergo, & in Christo timor ille, sed iuxta usum illum, quem habebit in futuro in sanctis. Non enim timuit Christus separari, uel offendere Deum, sed eum præ omnibus reueritus est.

## An timor pœnæ, qui fuit in Christo, fuerit seruilis, uel initialis, uel alius.

Cum aūt fuerit in Christo timor pœnæ, quæritur an iste timor fuerit mundanus, uel seruilis, uel initialis. Ad quod, dicimus nullū eorū fuisse ī Christo, quia timor mūdanus malus est, ut supra dictum est, & in primo gradu cum mundo deseritur. Seruilis uerò uel initialis, in perfecta charitate non est. Nullus ergo timorum istorum fuit in Christo. Quis ergo fuit timor iste, quo pœnam timuit? Potest timor ille dici naturalis uel humanus, qui omnibus hominibus ineſt, quo horretur mors, ac formidatur pœna. Et dicitur timor iste naturalis, non quia accesserit homini ex natura, secundum quod priùs fuit instituta: quia non fuit iste timor concreatus homini, nec de bonis naturalibus. sed, quia ex corrupta natura qer peccatum omnibus aduenit, cui corruptio inoleuit tanquam esset naturalis, & est iste timor affectus peccati, ut prædictum est.

Summa di stinctionis XXXIIII.

COmpleto tractatu de uirtutibus, hic agit Magister de donis. Et primo inquirit, an dona sint idem, quod uirtutes: secundò an perseuerent in patria: tertiò, an fuerunt in Christo. Deinde obijcit contra prædicta, & soluit, concordando ea, quæ abinuicem discordare uidentur. Consequenter declarat quadruplicem esse timorem, & de casto, ac seruili timore prosequitur, inter quos clare distinguit per similitudinem fidelis uxoris, atque adulteræ. quocira ostendit, quomodo timor seruilis, & timor initialis diuersimodè dicantur initium sapientię. Vltimò quæ quærit, an timor, qui fuit in Christo, extitit seruilis vel initialis. & respondet, quod neutrum istorum dicendum sit, sed quòd fuit timor naturalis,

### QVAESTIO I.

HIc quæritur primò, *Virum realiter idem sit uirtus, & donum.* ¶ Videtur quòd imò. Primò per diffinitiones uirtutis. Ait quippè philosophus: Virtus est, quæ habentem perficit, & opus eius bonum reddit. quod vtique conuenit donis, utpotè pietati, timori, &c. Augustinus quoque inquit: Virtus est bona qualitas mentis, qua rectè uiuitur, qua nullus male vtitur, quam Deus in nobis sine nobis operatur. Et hoc rursus competit donis, quæ (sicut patebit) sunt habitus supernaturales infusi. Secundò, quia de fide, quam constat esse uirtutem, ait Apostolus: Donum Dei est. Si- Ephe. 2. Philip. 1.
militer pietas, & fortitudo uirtutes sunt morales, & tū inter dona computantur. Tertiò, quoniam primò moralium beatus Gregorius septem dona appellat uirtutes. Quartò, super illud Iacobi, Omne donum Iacob. 1.
optimum, & omne datum perfectum desursum est, Asserit Glosa: Per donū perfectum intelliguntur bona gratuita, virtutes aūt bona gratuita perhiben tur. Quintò philosophus 6. Ethicorum sapientiam, & intellectum, & scientiā dicit esse intellectuales uirtutes. Sextò, si dona à uirtutibus realiter distinguuntur,

guſtur, aut ſunt altiora uirtutibus, aut non altiora quoniam uirtutibus theologicis, præſertim charitate, nihil ꝑſtatius eſt in habitibus animæ: Nec ſuntiores uirtutibus, cum ſapietia ſit uirtutibus, quæ circa paſsiones uerſantur, ſublimior, Macrobius quoq; Platonicus, ex uerbis Platonis ponit quatuor gradus uirtutum, videlicet virtutes politicas, purgatiuas, purgati animi, & exemplares. Virtutibus autem purgati animi non poſſunt dona eminentiora conſiſtere, ergo ad minus compræhendũntur in eis.

¶ In oppoſitum eſt, ꝙ Gregorius primo moraliũ perhibet, per ſeptem filios ſancti Iob, intelligi ſeptẽ dona: & per tres filias eius tres uirtutes thologicas ſicque ex oppoſito diuidit inter uirtutes, & dona. Rurſus, timor eſt donum, non uirtus. Iterum, communis doctrina eſt, quòd ſeptem ſint dona ſpirituſſancti: virtutes autem multo ſunt plures. nec uidetur cur iſta potiùs dona uocentur, & ab Iſa. 11. Iſaia exprimantur, ſi à uirtutibus non differant, cum virtutes ſint multo plures, quàm ſeptem.

¶ Circa hæc ſcribit Antiſiodorẽſis in ſumma ſua Gulielm. 3. lib. Dicimus, quòd omnia ſeptem dona ſpiritus ſancti ſunt uirtutes. & cum arguitur, quòd diſtinguuntur à uirtutibus, reſpondemus, quòd non ſunt ille uirtutes, à quibus diſtinguntur, ſed aliꝙ. vnde non ſequitur, ꝙ non ſint uirtutes, nec tamen ſunt virtutes theologicæ, ſed cum alijs uirtutibus coincidunt. Scientia uerò nõ eſt propriè uirtus, ſed ꝑ ſcientiã deſignatur electio, quæ imperat fieri bonũ. Aliorum uerò opinio eſt, ꝙ nullum donũ ſit virtus, ſed ꝙ dona ſint habilitatem uirtutũ, quia ipſas virtutes expediunt. i. promptas afficiunt ad agendũ ꝑ quod ſup Matthæum loquit Gloſſa, ꝙ per dona peruenitur ad virtutes. i. ad merita, & incrementa uirtutum. Verum iſta opinio nihil eſt, cum ipſa uirtus ſit habilita ad actum laudabilem: ergo uirtus quanto perfectior, tanto expeditior ad benè agendũ. ſicq; uirtus ꝑfecta ex ſe, & per ſe expeditiſsima eſt ad agendum benè, ac optimè. ¶ Porrò Magiſter Simõ Tornacenſis dixit, quòd dona non ſunt uirtutes, nec affectus uirtutum, ſed ſeminaria earundẽ. Poſuit namq; quod peccatorum remiſsio præcedit intentionem uirtutis, ſeu remiſsionis. i. minorationis. Ponebat tñ ſeptem dona, quę mundant aiam à contagione peccati. ſicq; ſanctificant, ac perfectè præparãt ad uirtutum ſuſceptionem. ideo & dona & ſanctificationes à Sctis uocantur. ¶ Sed his obijci põt, qđ uirtus per ſe potens eſt peccatum expellere. Item, nihil cõtrariatur peccato niſi uirtus, dona autem cõtrariãtur peccatis, & uitijs, & ea expellũt: idcirco probabiliùs nobis videtur, quod ſint uirtutes, nec ſine neceſsitate pluralitas eſt ponẽda. ¶ Itaq; dicimus, qđ in uiro iuſto eſſentialiter idẽ ſunt uirtutes cardinales, & dona, ſed differunt rõne, differunt enim officio, atque ſtatu, imo, & cauſa: quia uirtutes cardinales mouent ad opera, ex conſideratiõnibus ſumptis ex iure naturali, dona uerò ex ratiõnibus ſumptis ex iure naturali, dona uerò ex ratiõnibus fidei. Officio etiã differunt, quia uirtutes cardinales in operibus exterioribus attenduntur, prout per illa contra uitia decertatur. Dona uerò dicuntur eadem virtutes, ſed quod in interioribus actibus exercentur, per quos iã ſunt in actu uincendi, & ita dicuntur uirtutes cardinales, inquantum politicæ: & dona, inquantum purgatiuæ. Itaq; uirtutes cardinales deſignantur, per quatuor Angelos domus, quia utuntur rationibus ſumptæ à iure naturali, & in hoc ſunt quaſi fundamentum totius fabricæ ſpiritalis. Dona uerò dicuntur ſeptem filij Dei, quia utuntur rationibus fidei, per quam ſumus filij Dei, ſicque dona ſunt uirtutes purgatiuæ, quando purgata iam anima, perfectè quieſcit interamplexus ſponſi. Vnde affert Origenes, quod Salomon in libro Prouerbiorũ docet politicas uirtutes Origenes in Eccleſiaſte uirtutes purgatiuas, in Canticis uirtutes purgati animi. Virtutes demum politicę nondum guſtans dulcedinem Dei, quia per eas nondum reuocatus eſt homo ad interiora. Dum uero uirtutes purgatorias obtinet, aliquantulum experitur Dei dulcedinem. Adeptus autem uirtutes purgati animi, ſpiritualibus abundat delicijs, & exemplaribus intendit uirtutibus mentis diuinæ per contemplationem aſsiduam ad fidelem in uia & per contemplationem continuam, & ſynceram in patria; Hæc Antiſiodorenſis.

¶ Cuius poſitioni conſentiunt quidam poſterio- T. de Arg. res doctores, vt Thomas de argentina, & alij, ut patebit, ſecundum quos donum conſilij idem eſt in re quod prudentia, ut in infra patebit.

¶ Inſuper ALBERTVS hic recitat: Quidam Albertus. dixerunt uirtutes, & dona non differre niſi ſecundum rationem, ita vt uirtutes ſint principaliter ad agendum, propter quod diffiniuntur per actus, & operationes proprias, quas habent: dona uerò ſint ad reſiſtendum tentationibus, quæ impugnant uitam gratiæ iam infuſæ. Contra quod eſt, quòd fortitudo ut uirtus, eſt ad reſiſtendum in tentatione etiam difficili, & vt communiter dicitur, minima charitas reſiſtere poteſt cuicunq; tentationi. Petrus quoque Apoſtolus: reſiſtite, ait, diabolo fortes in fide. Et Paulus ad Epheſios 6. In omnibus ſumentes Epheſ. ſcutum fidei, in quo poſsitis omnia tela nequiſſimi ignea extinguere. ſicque reſiſtentia tentationum uirtuti fidei, non dono aſcribitur. alij ergo dixerunt, quod in libero arbitrio duo includuntur, ratio, & uoluntas: & uirtus princi paliter eſt in voluntate, ſecundario in ratione: donum econtrario principaliter eſt in ratione, ſecundario in voluntate. Nempè inter uirtutes non eſt niſi una in rõne, vc3 fides: inter dona uerò ſunt quatuor in rõne, Obiectio. ut ſapientia, intellectus, conſiliũ, ſcientia. ¶ Quibus obijcitur, quòd non ſolum fides, ſed prudentia etiam eſt in ratione. Hinc tertij dicunt, quod dona uocantur per comparationem ad dantẽ, idcirco in ſuperiori ſunt ratione: uirtutes verò reſpiciunt ſpecialia opera, quæ ſunt ſuper ſpeciales materias, ideo in inferiori rationem conſiſtunt. Quod reprobatur, quod uirtutes theologicæ in ſuperiori ſunt ratione. Ideo Alij celebriores affirmant, quod uirtutes ordinantur ad rectè agendum in uita, quæ unicuique ſufficit ſecundum ſe, atque ad ſuſtinendum paſsiones ſiue innatas ſiue illatas. dona verò ſunt in adiutorium potentiarum animæ, vt patiantur conformiter Chriſto. Quod ſatis rationabiliter Iſaiæ. probant, ſic ad hoc, quòd Chriſtus pateretur, tria exigebantur. Primus eſt timor reuerentiæ ad patrem, qui eum miſit, ac tradidit ad patiendum: & ex hoc repleuit eum ſpiritus timoris domini. Secundum fuit amor ad homines, ad quod pertinuit donum pietatis. Tertium fuit offerre ſe paſsoni, ac morti conſtanter, atque intrepidè, ad quod concurrit donum fortitudinis. alia quoque dona concomitabantur ſicut regentia, ut ſcientia pietatem conſilium fortitudinem, intellectus timorem, ſapiẽtia intentionem patientis. Huic opinioni, quę multos habet ſequaces, hoc ſolum uidetur obijci poſſe quod nec uidetur rationabiliter poſſe ſolui, quòd ſcilicet dona fuiſſent collata hominibus, etiã Chriſto



ſto non incarnato, & paſſo, ut ſi homo non peccaſſet, ergo differentia illa donorum, & uirtutum non eſt ſubſtantialis, ſed ſolum accidentalis, ſecundum ſtatum peccati. Hinc quinti dicunt, quòd uirtutes ſunt ad agendum ſimpliciter, dona uerò ſunt expeditiones virtutum, & ſunt ad agendum expeditè, ac prõptè. Hæc opinio multos qñq; defenſores habuit propter auctoritatẽ Gregorij, proteſtantis dona eſſe data in adiutoriũ uirtutum contra defectũ. Sed hoc rurſus apparet non eſſe verum: qñ dicit philoſophus 2. Ethicorum, ꝙ ſignum habituum, ſeu uirtutum oportet accipere delectationem fientem in opere. Nõ enim iuſtus, & caſtus eſt, qui iuſta operatur, caſta, ſed qui agit ea cum gaudio. & taliter agens, non ſentit, aut habet difficultatem, ergo non eget vlteriori auxilio. Deniq; cur dicitur, quòd uirtus eſt habitus perfectus, ad opus perficiens, ſi eget vlteriùs alio eam perficiente? ſic eſſet perfectio perfectionis, ſicque in alijs perfectionibus multas oporteret habere. ¶ Si ergo dicantur dona à virtutibus non differe realiter, obijcitur, ꝙ virtutes, & dona differunt natura, & diffinitione. Conſiliũ etenim non eſt uirtus, ſed donum, ſimiliter ſapientia, & ſcia. Item ſuper orationem dominicam ait Gloſſa, ꝙ ſeptem continet petitiones, ut impetrentẽ ſe- Matt. 6. Luc. 11. ptem dona. Virtutes autem antequam orationes exaudiantur, inſunt. Alia quoq; Gloſſa ibidem: Laborandum eſt precibus, inquit, ut ſeptem dona percipiamus. Veruntamen Gloſſa hæc difficultatẽ fortitur: quoniam habita una parte gratiæ, omnes habentur: & ita dona habentur, antequam exaudiat oratio. Ad hæc ſine prꝫiudicio dico, quòd vltimę poſitioni conſentio, propter auctoritatem ſancti Gregorij, qui de donis locutus eſt plùs, quàm alij ſancti. Quocirca ſciendum, ꝙ quoddam eſt impedimentum uirtuosè agendi accidentale ex aliqua diſpoſitione ſubiecti, & hoc ipſa uirtus conuale- Bernard. ſcens in uſu operis ꝑ ſe excludit. Et de hoc ait Bernardus ad Eugenium: Nihil eſt ita difficile, quod cõ ſuetudo non faciat, facile quod in conſuetudinalibus potiſsimè verũ eſt. de quibus ait philoſophus, ꝙ nati ſumus eas ſuſcipere, perficere autem à conſuetudine eſt. Aliud impedimentum eſt potentię ex imperfectione habitus, quod habet, quaſi econtrario primo impedimento, & ad hoc non perficit uirtus niſi imperfectè. propter quod potentia indiget aliquo habitu altiùs eleuante, utpotè dono. ſicq; intelligendum eſt, ꝙ dona in adiutorium virtutũ, ſeu potentiarum data dicuntur. ¶ Porrò obiecta, quibus probatur, ꝙ dona ſint uirtutes, ſoluuntur dicendo, ꝙ virtus dupliciter ſumitur, utpotè ſtrictè, & largè. Strictè, uirtus eſt prima perfectio virium animæ ad actus uitæ ordinatæ in finem, vel in id, quod eſt ad finem, quemadmodum virtus theologica immediatè eſt, ordinatur, & tẽdit in finem. Virtus uerò politica eſt in id, quod venit in vſum noſtrum, quod vlteriùs eſt in finem. Sicq; donum non eſt uirtus, cũ ſit ſecunda perfectio uirium animæ, ordinata in actum altiorem actibus, quarundã virtutum. Largè autem accipitur uirtus, pro habitu ꝑficiente ad actum ſecundum rationem boni, & ſic donum eſt uirtus. nec uirtus ſic ſumpta, diſtinguit, diffinitur, neq; diuiditur contra donum. ¶ Quòd uerò ſecundum Gregorium dona dicuntur dari cõtra defectũ, conuenit donis per accidẽs ratione ſtatus hominis poſt peccatum. aliter dona non eſſent in Chriſto, & angelis. Quòd etiam dicuntur impetrari per preces, intelligitur quantum ad profectũ donorum. Rurſus, quàmuis uirtus habet delectatio nem ex una parte, ut ex remotione impedimentorũ ipſius, ex ſe tamen, ſeu ex aliqua parte habet difficultatem. Vnde ars, & uirtus dicuntur circa difficilia eſſe, ut patet de fide, quæ habet difficultatẽ ad aſſentiendum. Nec eſt inconueniens, quod in homine una perfectio ſit perfectio alterius, ſicut anima eſt perfectio corporis: potentia verò eſt perfectio animæ, habitus autem eſt perfectio potentię, operatio quoq; eſt perfectio habitus, & delectatio eſt operationis perfectio. Hæc Albertus in Scripto.

¶ Concordat Tho. in his omnibus, & ultimæ Thomas. poſitioni cum Alberto conſentit: Quidam, inquiens, dicunt, ꝙ dona dantur ad actus altiores, quàm ſunt actus uirtutum. Et hæc opinio inter aliquos vera uidetur, pro cuius intelligentia aduertendum, ꝙ cum uirtus, ſeu potentia actiua in omnibus rebus valeat inueniri, ſecundum qđ habent aliquas operationes proprias, in quibus ad bene operandũ ex propria uirtute perficiuntur: loquendo tñ in materia de uirtute, intelligimus de uirtute humana, quæ ꝑficit ad bene exequendum operationem humanam. ¶ Operatio autem humana tripliciter dicitur: Primò, quia eſt ex potentia eliciente, aut imperante operationẽ, ut operatio rõnis, ſeu potentię rõnis obedientis, quia à rõne habet hõ, ꝙ ſit hõ. ſicque oẽs habitus ꝑficientes ad actus, in quibus non communicat hõ cum brutis, & inferioribus, poſsũt dici humanæ. Secundò, operatio nominatur humana ex materia, ſeu obiecto, ut quæ uerſantur circa paſsiones, aut operationes humanas, ſicq; virtutes morales propriè ſunt humanæ. Propter quod 10. Ethicorum ait philoſophus, ꝙ actus ſpeculatiuę uirtutis diuinus eſt potiùs, quàm humanus, quia neceſſaria, & æterna habet pro obiecto. Tertiò, actio 3 fertur humana ex modo agendi, quia in operationibus primo, & ſecũdo modo humanis ſeruat modus humanus. Si autem ea, quæ hominis ſunt, ſupra humanum modum, quis exequatur, erit operatio non humana ſimpliciter, ſed quodam modo diuina. Vnde 7. Ethicorũ philoſophus ꝑ uirtutẽ ſimpliciter dictã, diuidit uirtutẽ heroicã, quã appellat diuinã: qa ꝑ excellẽtiã virtutis hõ fit quaſi Deus. Sicq; dico, ꝙ dona à uirtutibus diſtinguunt in hoc, ꝙ virtutes perficiũt ad actus bonos mõ humano, ſed dona ſupra modum humanum. Quod patet in fide, & intellectu. Connaturalis etenim modus humanæ naturæ eſt, ut diuina non niſi per ſpeculũ creaturarum, & ænigmata ſimilitudinum percipiat, atque ad ſic cognoſcenda, & ꝑcipienda diuina perficit fides, quæ fides eſt theologica uirtus. Porrò intellectus, ut donũ, de auditis illuminat mentem ſm Gregorium, ut homo etiam in hac uita prælibationem accipiat, & deguſtet manifeſtationis futuræ. & ad hoc conſonat nomen doni. Illud namq; propriè dicitur donum, quod ex mera liberalitate confertur, non ex debito ſuſcipientis. ¶ Verum his obijci Donum, quod ſit. poteſt, ꝙ nullum donum ad altiorem perficit actũ, Obiectio quàm charitas. Reſpondendum, ꝙ voluntas de ſui ratione non habet aliquam imperfectionem in nobis, quantum ad modum ſuæ operationis, quemadmodum intellectus, qui cognoſcit à phantaſmatibus abſtrahendo. Vnde in ſtatu uiæ Deum per eſſentiam diligimus, non uidemus. idcirco accipi nequit aliquod donum altius in uoluntate perficiens, quàm charitas. Cumque donum non ſit ſupra uirtutem, niſi quantum ad modum agendi, nõ erit inconueniens, quòd virtus voluntatem perficiens, quantum ad ſui ſupremum, dignior ſit quolibet dono. Hæc Thomas in Scripto.

¶ Doctor T.Aq.q.29

¶ Præterea super his scribit sanctus doctor in Primæ Secundæ quæstione 67. Quidam non distinxerunt inter virtutes, & dona. Sed hi causam assignare non valent, cur quædam virtutes dicant̃ dona, non omnes. Hinc ad cognoscendum inter virtutes, & dona, debemus sequi scripturã, in qua dona exprimuntur non simpliciter sub appellatione donorum, sed spirituum, iuxta illud Isaiæ: Requiescet super eum spiritus domini, spiritus sapientiæ, &c. Vnde constat, quòd dona nobis insunt ex collatione inspirationis diuinæ, quæ motionem ab extrinseco denotat. Mobile autem oportet proportionari suo motori. Et quo motor est altior, tanto dignior dispositio est necessaria mobili, ut à motore bene moueatur. Virtutes autem humanæ morales perficiunt hominem, secundum quod natus est per rationem moueri in agendis. Oportet ergo hominem per altiores perfectiones disponi, quatenus à spũsancto promptè sit mobilis. Et istæ perfectiones habituales vocantur dona, non solum, quia à Deo donant̃, sed, & ideo: qm̃ reddũt hominẽ mobilem bene à spiritusancto ad ea, ad quæ inspiratio diuina inclinat. Vnde philosophus de bona fortuna disseruit; In his, quæ per diuinum instinctũ, seu instrumentum mouentur, non expedit consiliari ſm rones humanas, sed quòd interiorem sequant instinctum. Mouentur namq; à meliori, & certiori principio, q̃ humana est ratio. ideo dr̃, ꝙ dona perficiunt hominem ad actus altiores, q̃ sunt actus virtutum. Interdum tñ dona uocantur uirtutes, ſm cõmunem rationẽ uirtutis: sed huic communi rationi virtutis, dona supperadunt eminentiam, in quãtum sunt diuinæ uirtutes hominem perficientes, prout mouetur à Deo, quod concernit virtutẽ heroicam, per quam homo diuinus efficitur. Insuper dona hæc hominibus necessaria sunt in his, in quibus non sufficit rationis instinctus Dupliciter nãq; homo à Deo perficitur, utpotè naturali lumine intellectus, & supernaturali perfectione theologicarum uirtutum. Et per primam perfectionem potest perficere ad finem suæ speciei connaturalem, non aũt ad supernaturalem felicitatem. Conformiter secunda perfectio imperfectè habetur in uia, in qua Deũ imperfectè cognoscimus, & amamus: ideo nisi aía per spũssancti instinctum iuuetur, & excitetur, non potest idoneè exequi ea, quæ diuinæ sunt voluntatis, ideo dona necessaria sunt. Propter qđ ait Apostolus: Quicunq; spiritu Dei aguntur, hi filij sunt Dei. Et psalmista: Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectã. Deniq;, dona transcendunt cõmunem rõnem uirtutum, non quantum ad genus operis, sicut consilia, sed quo ad modum agendi: quia non ita perficitur hõ per quascunq; uirtutes in ordine ad ultimum finem, quin semper moueri indigeat superiori instinctu spiritussancti. Hinc sicut uirtutes, q̃ disponunt ad susceptionem directionis rõnis, sunt habitus: ita, & dona, quæ perficiunt mentem ad directionẽ spiritussancti suscipiendã. Hæc Thomas in Summa. ¶ Concordat Petrus, & addit: Cum sit triplex status iustitiæ, utpotè status inchoatæ, proficientis, & pfectæ, uirtutes per se faciunt statum primum, cum adiutorio donorũ statum medium, cum adiutorio beatitudinum statum ultimum, cui adiungitur iucunditas, & delectatio fructuũ spiritus. Virtutes ergo sunt ad actus primos necessarios, dona ad actus medios, beatitudines ad actus perfectos, quos consequuntur delectationes fructuũ. Hinc virtutibus bene operamur, donis faciliter, & expeditè expeditione, quæ venit non tantum ex sanatione potentiarum, sed ex perfectione habituum potiùs beatitudinibus perfectè, fructibus iucundè. Hæc Petrus. ¶ Richardus quoque hanc sequens opinionem, quia communis doctorum opinio tenet, quòd dona sunt alij habitus à uirtutibus. ideo hanc opinionem sequẽdo, dici põt, ꝙ in nobis sunt uirtutes theologicæ, & intellectuales, atq; mortales. In actionibus enim nostris duplici mouemur motore, uidelicet inferiore, qui est ratio, comprehendendo sub ratione intellectum, & uoluntatem: & superiore, qui est spiritussanctus. Et per uirtutes intellectuales perficitur inferior motor, quo ad intellectum: per morales, quantum ad appetitum: per theologicas autem unimur spiritui sancto imperfectè in uia, per dona autem perficimur ad hoc, ꝙ simus bene mobiles à spiritusancto. Cumque perfectiùs sit illi yniri, quàm esse dispositum ad motionem ipsius, uirtutes theologicæ nobiliores sunt donis, & ordine naturæ sunt eis priores: quia esse dispositum ad moueri, ordinatur ad vnionem cum motore: uirtutibns tamen intellectualibus, atq; moralibus dona sunt digniora. Nobiliorem enim dispositionem oportet esse in mobili respectu nobilioris motoris, quàm inferioris. De duobus istis motoribus loquuntur non solum sancti, sed philosophus quoq; in tractatu de bona fortuna, &c. ut supra in uerbis Tho. Hæc Richardus.

Richardꝰ Mouemur duplicimotore.

¶ Insuper Bonauentura præinductas aliquorum opiniones plenius recitat, & colorat, quàm Albertus in uerbis suis præhabitis: finaliter tamen improbat eas, & positioni ex Petro inductæ cõsentit, imò ex Bonauentura sumpta uidetur illa Petri responsio. Refert quoq; Bonauentura opinionem dicentium, ꝙ virtutes dantur contra vitia ipsis opposita, dona autem contra syntomata ideſt reliquias, seu sequelas vitiorum. Peccatum quippè duo ingerit mala peccanti. Primum est, ꝙ tollit rectitudinẽ iustitiæ. Secundum, ꝙ debilitat uigorem naturę, & eam dr̃ uulnerare. Hinc sicut in morbo corporali sunt duo, primum est inæqualitas ipsa humorum, ſm syntoma, seu sequela consequens morbum: ita in spirituali morbo duo consistunt, utpotè culpa deordinans, & syntoma concomitans. Et culpa est velut telum, syntoma ex telo relictum: & per uirtutem expellitur telum, per donum, syntoma relictũ. Quæ opinio cõfirmatur auctoritate Cregorij, qui in Moralibus loquitur: Contra stultitiam est sapientia, contra hebetudinem intellectus, contra præcipitationem consilium, contra pusillanimitatem fortitudo, contra ignorantiam scientia. Hæc Bonauentura in Scripto. ¶ Porrò in compendio, seu breuiloquio pauperis, de rectificatione, inquit, gratiæ habitus donorum, tenendum est, quòd quamuis plura sint dona gratiæ gratis datæ, & generaliter cuncti habitus diuinitùs dati non absurdè dona dicantur, specialiter tamen, & appropriatè septem sunt dona spiritussancti, quæ enumerat Isaias, dicendo: Spiritus sapientiæ, & intellectus, &c. In qua enumeratione descendendo procedit à summo, & cõbinãdo iungit duo, ut simul ostendatur donorũ distinctio, cõnexio, origo, & ordo. Primũ nãq; principiũ per summam suam liberalitatem non solũ dat gratiam contra obliquitates uitiorum per habitus uirtutum, uerum etiã ad expediendum. i. promptè agẽdum contra impedimenta syntomatum per habitus donorum. De his, & de sufficientia donorum prosequitur ibi diffusius, quæ & infra tangentur.

Bonauen.

Peccantiꝰ duo mala ingerit peccati.

Isa.11.

¶ Durandus quoq; circa hæc doctrinaliter scribit, aliquorum opiniones narrando: Hic, inquiens, sunt



Durandꝰ. x

sunt quatuor opiniones. Prima, quòd virtutes, & dona realiter distinguuntur, quia uirtutes dantur ad bene agendũ, dona ad tentationibus resistendũ. quod dictum communiter reprobatur, quia per idem datur facultas ad idoneè operandum, & ad 2 resistendum contrario. Secunda opinio est, ꝙ dona à virtutibus differunt: qm̃ per uirtutes vitantur peccata, per dona purgantur peccatorum sequelæ, iuxta illud Gregorij: Sapientia datur contra stultitiã, intellectus, contra hebetudinem, &c. Sed neq; hoc valet, quia omnes defectus huiusmodi tollũtur per 3 virtutes, sicut per dona. Tertia est, ꝙ virtutes, & dona, aut sunt cõuertibiliter idem, aut habent se sicut superiùs, atq; inferiùs, ita, ut virtus dicatur, inquantum ad bene agendum nos perficit: & donũ, inquãtum desuper datur, iuxta, quod scriptum est: Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est &c. ¶ Et si obijciatur, ꝙ secundum hoc essent tot uirtutes, quot dona, vel saltem plura dona, q̃ septem, qđ est contra communem doctrinã: concedunt hoc, & addunt, quod dictum illud communem ortum habet ab his, qui cõsiderarunt principium undecimi capitis Isaiæ, & non processum, in quo sequitur: Erit iustitia cingulum lumborum eius, & fides cinctorium renũ eius. Quarta opinio 4 est, ꝙ dona, & uirtutes realiter distinguantur: qm̃ dona perficiunt ad operandum altiori modo, q̃ uirtus, ut dictum est. Quæ harum duarum opinionum vltimarum sit verior, nescio si alicui per certitudinem notum sit. sed duæ primæ erroneæ sunt. Hæc Durandus. ¶ Præterea aduertendum, quòd tertia illa opinio à Durando narrata est Scoti, qui scisciatur. Vtrum uirtutes, dona, beatitudines, & fructus sint idem habitus. Quocirca primò inducitur responsionem doctoris solennis: Ad hanc, inquiẽs, opinionem respondet Henricus, quodlibeto quarto, quòd sicut circa delectationes uitiosas contingit tripliciter se habere, utpotè modo humano, modo superhumano, & modo inhumano, ita, & circa tristitias inordinatas. Modo humano se habet homo, quando cum circunstantijs debitis sustinet terribilia, & aduersa. & ad hoc est uirtus moralis acquisita, aut infusa: quę tamen non facit sustinere sine tristitia secundum philosophuum 3. Ethicorum, atque secundum Augustinum quarto de ciuitate Dei cap. 17. Modo superhumano habet se homo, dum sustinet terribile cum gaudio, ut quidam martyres sancti. Modo inhumano, & quasi diuino, quando non solum sustinet mortem cum gaudio, sed, & gaudenter appetit eam, sicut Paulus cupiebat dissolui. Vnde super illud Apostoli, Cum sint in uobis schismata, nonne homines estis, loquitur Augustinus: Voluit Apostolus, ut essent dij, secundum illud psalmi: Ego dixi, dij estis. Ad hunc tertium modum est uirtus heroica, quẽ philosophus dicit bestialitati esse oppositam. Dicitur ergo, quòd uirtutes perficiunt hominem modo humano, dona superhumano, beatitudines inhumano. ¶ Contra istud obiicitur, quia charitas est excellentissimum donum Dei, & excellentissimè perficit hominem: ergo cum ipsa sit uirtus, sequitur, quòd virtus excellentissimè perficiat hominem ipsam habentem. Præterea circa terribilia contingit voluntarem humanam se habere rectè, seu medium rectè tenere: ergo potest, & rectiùs, & item rectissimè, quantum possibile est suæ naturę. ergo idem habitus in specie, disponit ad sustinendum aliquid rectè, & rectiùs, atq; rectissimè, seu modo humano, superhumano, & inhumano. Nam magis, & minus non variant speciem. Præterea Christus in sua passione habeat tristitiam, & omnis martyr, si non fiebat circa eum miraculum. Iterum, impossibile est eundem simul agere humanè, superhumanè, & inhumanè, ergo adepto dono, euacuabit uirtus, aut nõ poterit in actũ procedere. similiter beatitudines ipsę excludent dona. Ampliùs, verba ista superhumanè, & inhumanè, sunt metaphoricatimo ois actus ab homine rectè procedens, necessarrò est humanus. Hinc alij dicunt, ꝙ per virtutes agitur rectè, per dona perfectè, per beatitudines expeditè.

Lucas.

Lucas.

Obiectio.

¶ Contra hoc est, quia eadem uirtute ago rectè, cum uirtus sit rectitudo potentiæ & perfectè: quoniam uirtus est perfectio rei: & expeditè: quoniam uirtus est habitus faciẽs expeditè, atq; faciliter operari. Alij dicunt, ꝙ oportet aliquid disponere voluntatem, ut est mobilis à ratione, & hoc est uirtus, & ut est mobilis à spiritu sancto, quod est donum. Cõtra hoc est, quod falsum præsupponit, ꝙ scilicet rõ mouet uoluntatem. Nam, & cum Deus dedit habitum voluntati, semper assistit ei ad actus ei conuenientes. ¶ Ad hanc igitur quæstionem respondeo sine assertione, ꝙ in uia non sint necessarii habitus, nisi virtutes morales intellectuales, & theologicales. Naturali enim ratione concluditur necessitas habitus intellectualis, perficientis intellectum circa speculabilia. habitus quoq; perficientis intellectum circa operabilia, & ita habetur habitus intellectualis, speculatiuus, & practicus. consimiliter naturali rõne concluditur necessitas habitus perficiẽtis appetitum circa appetibilia in ordine ad alterũ. Sicq; habetur prima distinctio uirtutis appetitiuæ, ordinantis hos habitus ad se, atq; ad alterum. Prẽter hos habitus, & si forte concludatur per naturalem rationem, ꝙ homo non sufficienter perficiat istis habitibus, quia conatur argumentatio quædã ostendere necessitatem alterius cognitionis, quàm acquisitæ non tamen sufficienter concludit ratio naturalis distinctè, quis habitus appetitiuus alius ab his sit huiusmodi. sed tenetur catholicè, ꝙ necessariæ sint theologicæ tres uirtutes. cum ergo per tres uirtutes theologicas, & quatuor cardinales, cum suis speciebus, sufficienter perficiatur homo circa obiectum increatum, & creatum, non curando defcientijs speculatiuis acquisitis, non erunt necessarij habitus alij. Hæc Scotus.

Respõsio.

¶ Qui disputationem istam satis prolixè prosequitur, in qua communi doctrinæ authenticorum, & seniorum repugnat doctorum, ex insufficientibus (ut patebit) motiuis. Prius tamen intuenda sunt scripta Henrici, quæ infra plenius tangam. & quantum præsentis quæstionis decisioni necessarium est, à Scotò compendiosè narrata sunt.

Defendit Henricus

Taxatur Scotus.

¶ Quocirca contestor, quod scripta Henrici in hac parte prorsus catholica sunt, scripturis canonicis consona, dictis sanctorum patrum documentis quoq; eminẽtiorum scholasticorum doctorum concordantia, & suffulta. nec quicquàm idoneum contra ea Scotus iste inducit, imò non solum Henrico', Thomæ, Alberto, Petro, Aegidio, sed, & famosioribus ordinis sui doctoribus, Alexandro, Bonauenturæ, Richardo, multisq; alijs cõtra dicit, tolerabiter tñ, quantum ad hoc, ꝙ sine assertione loquitur fatetur. ¶ Itaq; respondendo ad ea, quæ objicit contra Henricum, dico ad primum, quo arguit de charitate, ꝙ ad hoc iam ex Thoma, Petro, & alijs formaliter est responsum. Nempe, ꝙ dona dicunt uirtutibus eminere, præstantioraq; esse, à præallegatis doctoribus intelligit̃ non de virtutibus theologicis,

gicis, sed intellectualibus, atq; moralibus, & causa expressa est. nec charitas dicitur donum, propriè sumpto nomine doni, vt patuit. ¶ Ad secundum, q̄ circa terribilia, imo, & circa aliarum obiecta uirtutum, potest se homo habere bene, & meliùs, ac optimè per uirtutes, imò per eandē virtutem successiuè, ſm triplicē gradū uirtutum, triformemq; statū seruientiū Deo, puta incipientiū, p̄ficientium, perfectorum. & hoc in ordine certo, intra limites dignitatis uirtutū manente: dona verò perficiunt in gradu, & ordine altiori, per cōparationem quoq; altiorem, ac supernaturalem motoré. ¶ Ad tertiū, quòd Chr̄s in sua passione habuit tristitiā, & timorem, prout sunt naturales passiones, dispensatiuæ, spontaneæ, & ex præuio rōnis iudicio potestatiuè, non ex defectu alicuius uirtutis, aut doni, seu beatitudinis, de qua sermo. Nec obuiat si sancti martyres aliq; aliquid talium passionū in suis martyrijs sunt perpessi: qm̄ actus uirtutū, donorum, & beatitudinū, prorsus p̄dominabant in eis, sicut de beatissimis, Andrea. Laurentio, Vincētio, Agatha, clarissimè patuit. Vñ de glorioso Andrea sanctus testatur Bernardus, q̄ uisa eminus cruce, seipsum p̄ lætitia non cepit, nec continere p̄ualuit. Nec obstat, quòd talia miraculosè fiebant, cum oīa ista uirtutum infusarum, donorum, beatitudinū, fructuumq; charismata, sint supernaturalia, cōcurrente, & cooperante admirabili gratiosa cooperatione, & instigatione spiritussancti. ¶ Ad quartū, q̄ non est in cōueniens, nec absurdū, eandē numero actionē ex diuersis oriri uirtutibus, ex virtute quoq;, dono ac beatitudine: sicut oratio procedit ex charitate, obedientia, latria, pietate, iustitia, pœnitentia: ex sapientia quoq;, cōsilio, pietate, ut dona sunt: & ex cordis munditia, luctu, pace, beatitudinibus. Rursus, idē actus pōt in principio sui esse minus feruens, & iucundus, deinde feruentior, atq; iucundior, ac demū feruentissimus, & iucūdissimus. Deniq;, dato, q̄ ista non essent, nihilominus uirtutes, dona, & beatitudines, starent simul, nec vnū euacuaret per aliud: qm̄ non oportet, imo, nec naturaliter possibilè est, hominē uirtuosum, vnumquēq; actū bonū æquè perfectè p̄ducere. ¶ Ad quintum, quod non est ineptū neq; insolitū, interdū metaphoricè loqui, quo mō sacra scriptura sæpissimè vtit, & philosophi, ac poetæ, p̄sertim Plato. Nihilominus, dico, q̄ Henricus in ista materia, p̄riè vsus est terminis istis. Hōi nāq; cōuenit esse rationalem. Cumq; ratio naturalis in eo perficitur per supernaturalia charismata gratiarum, uirtutum, donorum, consiliorum, fructuū, & heroicarum perfectionum, ac iustitiæ theologicæ, tunc uerè, & propriè eleuat super seipsum, & deiformis efficitur, adoptiuus filius Dei, & Deus p̄ participationem, præsertim cum, & (testè philosopho) homo contemplatiuus sit amantissimus Deo, & in primo Timæi Plato testetur, q̄ cum summo Deo, & immortalibus, ac diuinis substantijs, sit nobis appellationis parilitas, ac deitatis cōsortium. Quod si tāti philosophi hoc dixerunt de homine p̄ naturales perfectiones, quāto magis ueri, & verè subtiles theologi debent ista fateri, p̄ p̄ræacta supernaturalia præclarissima ornamenta ei desuper imperti ta? quemadmodum sacratissimus princeps apostolorum in secunda sua scribit canonica, Gratia uobis, & pax adimpleatur in cognitione Dei, ut p̄ hæc efficiamini diuinę consortes naturæ. ¶ Præterea, quod obijcit contra secundam opinionem, nil obtinet: quia Bonauentura, cuius sunt illa uerba, loquitur de perfectione, quæ est alterius ordinis, quam rectitudo uirtutis. Similiter de expeditione dicendum. ¶ Conformiter quoq; obiicit contra tertiam positionem, inutile esse, imo ratio mouet, dirigit, actuat voluntatem. Et quamuis Deus omnia per se posſit, tamen nō mouet uoluntatem ad meritorios actus, nisi per intermedios habitus. ¶ Postremò, contra Durandū quod ait Durandus, communem istam doctrinam (quòd septem sint dona spiritussancti) duxisse originem ex consideratione eorum, qui non considerauerunt exordium 11. cap. Isaiæ, & processum illius capituli, non uidetur bene sonare, præsertim, quia ista doctrina à sanctis patribus, & illuminatissimis doctoribus prodijt ab antiquis temporibus, etiam primitiuę ecclesiæ: nec aliæ uirtutes, quæ in illo cap. attribuntur Chr̄o, exprimuntur sub appellatione spiritus, quemadmodum septem dona.

Tres sunt stat⁹ Deo seruientiū

## QVAESTIO II.

SEcundò hic quæritur, *de mutua cohabitudine, & distinctione donorum, beatitudinum, & fructuū, & utrum sint habitus.* ¶ Et sicut iam patuit, multi dicunt, q̄ sint habitus abinuicem distincti, & qđ beatitudines sint habitus perfectiores donis. sicut dona uirtutibus. ¶ Et de hoc 4. quodlibeto scribit Hēricus: Videtur, q̄ ista sunt habitus differentes: quoniam donum potest in id, in quod non potest uirtus, beatitudo quoq; potest in id, in quod non pōt donum secundum rationem doni, Similiter fructus in id, in quod beatitudo non potest sub beatitudinis ratione: quia beatus beatitudine uiæ non semp percipit fructus. ¶ In oppositum est, quod differunt sicut perfectum, & imperfectum, quæ non diuersificant speciem. huius opinionis membra non intendimus explicare discurrendo per singula, sed in generali, summatimq; tangere, quomodo ista se habeant, & conuenientiam, differentiamq; eorum exprimere, Itaq; aduertendum, quòd sicut spiritualis homo carnem suam nutrit, & fouet, ut Dei creatura saluetur, & in desiderijs eius implendis negligit, & reprimit eam, ne diuina offendatur iustitia: sic econtra homo carnalis carnem suam per uniuersa uitia permittit effluere, offendendo diuinam iustitiam, ne sua desideria offendantur: quod tam in uiris spiritualibus, quàm carnalibus, quidam faciunt modo humano, quidam modo superhumano, aliqui modo inhumano, &c. ut in præcedenti quæstione. Quemadmodum (exempli gratia) homo modo humano carnem suam in desiderijs eius negligit, & refrenat, qui inter timorem, & audaciam mediū tenēs, per fortitudinis uirtutem exponit se periculo mortis tempore oportuno pro rationabili causa, non metuendo immoderatè in his, quæ terribilia sunt omni intellectum habenti, ut 3. dicitur Ethicorum. ubi addit Commentator, ut sunt terræ motus, fulmina, exustiones, quæ sunt terribilia forti, secundum quod est homo, & non insensibilis. Econtrario timidus formidat in minimis, & non terribilia quasi terribilia apprehendit, ut sonum muris, ut asserit Commentator. Itaq; fortis fortitudinem, quæ est uirtus, timet aduersa ordinate, & sustinet ea cum tristitia, & dolore, & mallet non sustinere, nec oportunitatem adesse sustinendi talia. tñ dum assunt conditionaliter, mauult ea sustinere, quā bonū uirtutis dimittere. Vnde, & super illud ad Philippenses 4. desiderium habens dissolui, & esse cum Chr̄o, loquitur Glossa: Sunt quidam homines imperfecti, qui adhuc desiderant uitam istā, & dū uenerit mors, tolerant patienter, & luctant contra seipsos, ut Dei uoluntatē sequant. Porrò fortis fortitudine, quæ est donum, mortē, & eius periculā aggreditur, ac sustinet sine timore cum exultatione, & gaudio, ut beatus Laurentius, qui super craticulam positus, dixit: Gaudeo plane: qm̄ hostia Christi esse merui. & item, Has epulas ergo semper desideraui. & istud fit modo superhumano. Porrò modo inhumano fit istud per beatitudinis habitum, dum homo spiritualis carnalia desideria sic extirpat, quòd carni, suæ tanquam asino, vix necessaria victus, atq; vestitus ministrat, valde inhumaniter eam pertractans, varijsq; afflictionibus ipsā afficiens, & exponens: imo quātum in se est, opportunitatem desiderās, vt eam pro Deo, & æquitate tradat in mortem, & morti pro huiusmodi causa vltro offerens, dicens cum Paulo apostolo: Cupio dissolui, & esse cum Christo. circa, qđ asserit Glossa: Qui desiderat sicut Apostolus dissolui, & esse cū Christo, non patienter moritur: sed patienter uiuit, & delectabiliter moritur. Talis tristatur, quia mors tardat, quasi odio habens uitam præsentē, prę desiderio uitæ futuræ, illud Iohannis pensans: Qui odit animam suam in hoc mundo, in uitam æternam custodit illam. Hoc facit fortis per fortitudinem, quę est beatitudo, de qua dicitur: Beati, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. Quemadmodū sanctus Andreas uisa cruce non expalluit, nec expauit, sed dixit: Salue crux, quæ in corpore Christi es dedicata, antequam te dñs ascenderet, timorem terrenum habuisti. nunc autem cælestem amorem obtinens, pro voto susciperis. securus, & gaudens venio ad te, ita, ut & tu gaudens suscipias me: quoniam desideraui amplecti te. Ad istud pertinet uirtus heroica, de qua cōiecturauit Philosophus ex uitio bestialitatis ei contrario: cuius tamen uirtutis statum, & naturam ignorauit ideſt perfectè non nouit, putans hominem ex puris naturalibus posse ad eam pertingere. Deniq; beatitudinum fructus est delectatio superueniens homini, quo fructu tolerabilior fit hæc uita, & homo ad bene agendum feruentior, ac fortius vltimo fini adhæret, abstractus ab alijs vniuersis, iuxta quod loquitur Auicenna vltimo libro Metaphysicæ suæ: Animæ sanctæ coniunguntur suæ perfectioni per se, & immerguntur in delectationem verissimam, & liberantur à speculatione posteriorum, & inferiorum se, & à seruitute peccati. Sunt autem fructus isti duodecim, de quibus ad Galatas scribit Apostolus: Fructus spiritus, charitas, gaudium, pax, patientia, longanimitas, bonitas, benignitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas. Hi fructus imperfecti sunt, & immaturi in uita p̄senti, maturi verò, & perfecti in regno cælesti, quos nō secludit abinuicem nisi fluuius mutabilitatis uitę huius mortalis. Hæc Hēricus, ſm quē uirtutes, dona, & beatitudines, sunt habitus: fructus verò sunt, delectationes actibus illorū annexæ. ¶ Concordat Bonauentura in Scripto: Habitus, inquiens rectificantes, rectè dicuntur uirtutes, eo, qđ virtus ex ratione, sui nominis dicit aliquid, quod ad agendum erigit, & uigorat. Habitus verò expedientes rectè vocātur dona, eo, quòd dicant quandam interiorem abundantiā bonitatis ad operandum. ficq; magis attestantur liberalitati diuinæ, propter quod rectè censentur nomine doni. Habitus autem perficientes ideſt, qui perfectos efficiunt, rectè dicuntur beatitudines: qm̄ faciunt hominem proximum Deo, atq; conformē gloriæ beatitudinis summæ. Status demum, in quo interna refectio datur, fructus meritò dicitur. Fructus, nāq; à fruendo nomen fortitur. Vsus aūt, secundum quem refectio illa suscipitur, sensus spiritualis aptè uocatur: qm̄ sensus est cognoscere rem per fectè. Admincula etiam oium horum, in quibus datur gratia animam sanctificans, & à peccatis curans, & ad omnē sanctitatis perfectionem coadiuuans, appellantur rectissimè sacramenta. Hæc Bonauentura in Script. ¶ Præterea in Breui loquio: Anima, ait, nostra indiget septiformiter expediri, ideo ex septiformi causa necesse est dona spūssancti septiformia esse. Indiget namq; expediri contra uitiorum obliquitates, quantum ad vires naturales, quo ad virtutes super additas, in agendo, in patiendo, in contēplando, & mō utroq;. Primò ergo propter uitiorum obliquitates expeditissimè repellendas, septem sunt dona spūssancti, vt potè timor contra superbiā, pietas cōtra inuidiam: scīa contra iram, quæ est quasi, quædā insania: fortitudo contra acediam, quæ reddit mētē ad bona inualidam: consilium contra auaritiā, intellectus contra gulam, sapientia contra luxuriā. Secundò, propter expediēdas vires naturales, oportet dona spūssancti consistere septem. Irascibilis nāque indiget expediri ad bona tam in prosperis, q̄ in aduersis. In prosperis expeditur per timorem, in aduersis, per fortitudinem. Concupiscibilis quoq; indiget expediri quantum ad affectionem, respectu proximi, quod fit per pietatem, & quātū ad affectū respectu Dei, quod fit p̄ sapientiæ gustū. Rōnalis ēt in veritatis speculatione, electione, & executione, per donū intellectus expeditur ad verum speculandum, per donū consilij ad uerum eligendū, per donum scīæ ad verum exequendū: quia per donū scīę rectè conuersamur in medio nationis prauæ, & peruersæ. Tertiò, propter expedienda virtutū officia, septem sunt dona spūssancti: qm̄ timor expedit ad tēperantiā, quia timor carnes configit, pietas ad veram iustitiā, scientia ad prudentiam, fortitudo ad patientiam, consiliū ad spem, intellectus ad fidem, sapientia ad charitatem. Vñ quemadmodum charitas finis, & cōsummatio est oīm virtutum, sic sapiētia donorum, ita, ut uerè dicat scriptura: Venerunt mihi oīa bona simul cum illa, & innumerabilis honestas per manus illius. Quartò, propter expeditionem ad patiendum conformiter Christo. Christū namq; ad patiendum mouit paterna uoluntas, humana necessitas, & uirtutis strenuitas. Patris uoluntas mouit, ut cognita per intellectum, ut amata per sapientiam, ut in reuerentia habita per timorē. Mouit quoq; nostra necessitas, ad quam cognoscendā necessaria fuit scientia, ad quam nobis miserandā mouit pietas. Mouit item uirtutis strenuitas, ut prouida. ad eligendum per consilium, ut vigorosa ad perferendum per fortitudinem. Quintò propter expeditionem in agendo. Ad quod primo expediri indigemus ad declinandum à malo, quod fit per timorem, atq; ad proficiendum in duplici bono, puta necessitatis, & supererogationis. Primum fit per scientiam etiam, & pietatē, ita, q̄ scientia dirigit, pietas q; exequit, circa sc̄dum quoq;, p cōsiliū dirigēs & fortitudinē exequentē. Necesse demū habemus, quiescere in optimo per ueritatis cognitionē, qđ fit per donum intellectus: & per bonitatis affectū, qđ fit per sapientiæ donum, in quo est quies, atq; felicitas. Sextò ad expeditionē in contēplando, quia ad uitā contēplatiuam hierarchicam oportet purgari, illuminari, ac perfici. Purgari quippè oportet à concupiscentia, à malitia, ab ignorantia, & ab infirmitate, seu impotentia. Primum facit timor, qui cōcupiscentias reprimit, sc̄dm pietas, quæ malitiā pellit, tertium scīa, quartum fortitudo. Illuminari etiam indigemus in operibus primæ conditionis

Fortis mortem aggredit intrepide.

Philip. 1.

Ioan. 12.

Mat. 5.

Gādauius

Andreæ apostoli ista cruc. oratio.

Bonauen.

Ephe. 5.

Philip. 2.

Gala. 5.

Homo cō tēplatiuꝰ est amātis simꝰ Deo.

2. Pet. 1.

Ira īsania quedā dr

Philip. 2.

Psalm. 118.

1. Timo. 1.

Sapien. 7.

Chr̄m qđ mouerit ad patiēdū

Timor cōcupiscentias reprimit.

per donũ intellectus, & in operibus reparationis per donum ꝯsilij. Perfici uerò habemus per accessũ ad summum, qđ consistit in uno, & hoc per donũ sapiæ, sicq; arcanum contẽplationis à lato cõsummaẽ quasi in cubito. Septimò, ad expeditionẽ in actione simul, & contẽplatione oportet existere septẽ dona. Vita.n.cõtẽplatiua pp cõuersionẽ ad sup beatissimã trinitatẽ, debet tria expediẽtia dona habere, puta timorẽ, quãtũ ad reuerentiã maiestatis; & intellectũ, quãtũ ad intelligentiã veritatis: sapiẽtiã, quãtũ ad gustũ bonitatis.

Vita actiua quatuor indiget

Vita itẽ actiua, q̃ uersaẽ circa agẽda, & patiẽda, quatuor dẽt habere, vz pietatẽ ad agẽdũ, fortitudinẽ ad sustinendũ, & dõa horum duorũ directiua, puta sciam, atq; consiliũ. Cunq; ad expeditionẽ necessaria sit directio, iõ fit donorum cõbinatio. Et plura sunt dona ad intellectum spectantia, q͂a lux cognitionis expedit vehementer ad dirigẽdũ pedes in uiã rectã. Hæc ibidẽ. Vbi & cõsequẽter tractat de septẽ beatitudinibus,

Thomas.

quas dicit esse habitus pficiẽtes, donis pfectiores, Fructus autem dicit esse delectationes illarum. ¶ Insuper Thomas: Tria sunt, asserit, gña uirtutũ.

Virtutum triplex est genus.

Sũt.n. virtutes morales, intellectuales, theologicæ. In q̃b⁹ hoc extat cõe, ꝙ ad suos pficiunt actus ẽm modũ humanũ. Cũq; donũ eleuet ad opationẽ, quæ est super modũ humanũ, oportet, ꝙ circa materias oĩm uirtutũ sit aliqđ donũ, ꝙ hẽt modũ aliquẽ excellẽtẽ in materia illa. Nec tñ oportet, ut tot sint dona, quot uirtutes: q͂a in unoquoq; gñe, in quo multa continenẽ, est unũ summũ. sicq; respectu multarum uirtutũ, q̃ sunt coordinationis unius, põt unũ donũ excellentiã importare, sicut & multæ uirtutes, quæ sunt circa diuersas materias, sunt partes unius uirtutis, ẽm qđ in materia eius cõicant. Opatio aũt humana, ad quã pficit uirtus mõ hũano, uel ptinet ad contẽplationẽ, quæ cõspiciũtur necessaria, & æterna; uel ad actionẽ, qua disponunẽ cõtingentia, quæ libero abitrio sunt subiecta. In contẽplatione quoque humana duplex est uia: Vna, qua pcedit ad cognitionẽ necessariorũ, & æternorũ, quæ ptinet ad inuẽtionẽ. Alia, qua ex primis principijs alia deducunẽ, & ordinanẽ, quæ pertinent ad iudiciũ. In prima uia procedit mõ humano ex sensu in memoriã, & ex memoria in experimẽtum, aq; ex experimento in prima principia, quæ statim cognitis terminis cognoscunẽ, & hunc pcessum pficit intellectus, q est habitus principiorum. Vlterius in eadẽ uia procedit, inquirẽdo ex istis principiis cõclusiones: ad qđ pficit alia virtus intellectualis, quæ uocat scia quãtũ ad ea, quæ subiacẽt rõni: in his aũt, que rõnẽ excedũt, pficit fides. Quod aũt spũalia, quasi nuda veritate capianẽ, supra modũ humanũ est: & hoc facit donũ intellectus, q de auditis mentẽ per fidẽ illũinat, ut dicit Gregorius.

Gregori⁹.

In alia aũt uita cõtẽplationis modus humanus ẽ, ut ex simplici inspectiõe primorũ principiorũ, & altissimarũ causarũ, hõ de inferioribus iudicet, qđ fit per sapiam, quã 6. Ethicorũ uocat philosophus intellectualẽ uirtutem: qm sapiẽtis est ordinare ẽm qđ hõ ab altissimis causis iuuaẽ, trãsformatus in similitudinẽ earundẽ, p modum, quo, qs Deo adhærẽs vnus spũs ẽ, ut sic quasi ex intimo sui de alijs iudicet, & ordinet, nõ solũ cognoscibilia, sed actiones quoq;, & passiones hũanas, qđ supra humanũ modũ per sapientiæ donum efficit. Ex parte etiam actionis sunt duo, puta dirigere, quod spectat ad cognitionem: & exequi, quod pertinet ad affectionem.

Cognitio practica duplici uia in operibus dirigit.

In cognitione autem practica, quæ dirigit in operibus moralibus, duplex est uia, quemadmodum in cognitione contẽplatiua, puta inuentio, atq; iudicium. In inuentione enim modus humanus est, quod procedatur inquirendo, & coniecturando ex his, quæ solent accidere: q͂a ex talibus, & circa talia est moralis cõsideratio, & hæc inuentio, ẽm quod per hunc modum perficitur, est per eubuliam, quæ est bona consiliatio.

εὐβουλία

Sed, ꝙ homo accipiat id, quod agendũ est, quasi per certitudinem à spũsancto edoctus, est super modum humanum, ad quod perficit donum consilii. Porrò in alia uia modus humanus est, qđ ex his, quæ frequenter solent accidere, homo de inuentis per consilium iudicet probabiliter, quod fit per γνώμην, & σύνεσιν: atq; ulterius ordinẽ huius iudicij imponat inferioribus, quod fit per prudentiam, quæ præceptiua est. Verum, quod homo certitudinaliter sentiat de his, quæ agenda occurrunt, est supra hominem: & hoc per donũ sciæ fit, quæ docet bene conuersari in medio nationis prauæ, & peruersæ.

Philip. 2.

Nam, & nomen sciẹ certitudinem importat. Executio quoq; uitæ actiuæ in duobus consistit, puta in operationibus, quibus fit cõmunicatio ad alterum, & in passionibus, quibus hõ ad seipsum disponiẽ. Operationes aũt, quibus fit cõmunicatio ad alterum, ẽm modum regulanẽ humanũ, aut ex eo ad quẽ est cõicatio: ut dũ ei aliquid exhibeẽ, qđ ei debeẽ, qđ facit iustitia: aut ex ipso, quod cõicat alteri, inquantũ bonitas sua relucet in tali cõicatione: quæ cõicatio, uel est in hoc, ꝙ homo sua cõicat alteri, uel ex eo, qđ seipsum alteri exhibet, siue ad cognoscendũ, ut .s. per dicta, sua, & facta agnoscaẽ talis est, quod facit uirtus, quæ à philosopho dr̃ ueritas: siue ad diligendũ, inquantum se delectabilẽ exhibet socijs in ludis, quod facit εὐτραπελία: uel in vita cõi, quod ẽm philosophũ facit amicitia, quæ ẽm philosophum uirtus est, per quã se hõ ad unumquẽque habet decenter in dictis, & factis.

Aristotel.

Verum, ꝙ rõ cõicationis quantũ ad uniuersa prædicta, non attẽdaẽ ex bono cõicantis, uel eius, cui fit cõicatio, ut his terminis includaẽ, vt s. homo tñ tribuat ei quantum dẽt, seu quantum expedit illi, sed quantũ Deo acceptum est bonum diuinum, quod in se, proximò vẽ relucet, hoc supra humanum est modũ, & per pietatis fit donum. Passiones verò ad concupiscibilem, uel ad irascibilem pertinent. In passionibus atem irascibilis dirigendis secundum modum humanum, accipitur pro regula, seu mensura bonum rationis. Passiones, quippẽ irrascibiles reducunẽ ad tria.

Passiones irascibilis ad tria reducũtur.

Primum est spes, quæ est respectu boni ardui consequendi, quẹ dirigitur ad hoc, quod hõ pensatis uiribus sui, ẽm earum mensuram ad ardua uirtutum opera se extendat: quod facit magnanimitas, quæ est circa magnos honores, & quædam alia uirtus innominata, quæ est circa mediocres honores. Honor nãq; uirtuti debetur. Scđm est timor, & audacia, quæ sunt respectu mali difficilis imminentis. In his autem passionibus dirigimur, ut ẽm nostrarum uiriũ quantitatẽ talia aggrediamur, aut fugiamus, quod ad fortitudinis spectat uirtutẽ. Tertium est ira, quæ oriẽ ex læsiõe pcedẽte, in qua dirigimur, ut hõ non insurgat ad uindictã ultra quantitatẽ offensæ, & ordinẽ iuris. Sed qđ hõ in oĩbus his accipiat pro mensura uirtutẽ, & opẽ Dei, ita, ut ardua virtutũ opera se extẽdat, ad quæ scit se, suis uiribus nõ sufficere, nec pericula suam uirtutẽ excedentia uereatur, diuino innitens auxilio, pro illatis quoq; iniurijs non solum uindictam non apperat, sed in aduersis glorieẽ, in remuneratorẽ intendens: supra humanum est modum, & per fortitudinis agitur donũ. ¶ Insuper, in passionibus cõcupiscibilis, quẹ

sunt



sunt, concupiscentia, amor, delectatio, secundum humanum modũ ad bonũ dirigimur rationis, vt tñ ad tpalia afficiamur, quantum egemus: quod fit per tẽperantiam, quæ circa delectationes cõcupiscentiasq; maiores, atq; per alias virtutes ei annexas. Sed, quod homo ex reuerentia maiestatis diuinæ oĩa hæc arbitretur, ut stercora, supra modũ humanum est, quod per donũ timoris peragitur, iuxta illud in psalmo: Confige timore tuo carnes meas,

Philip. 3.
Psal. 118.

Deniq; quidã accipiunt numerũ donorũ penes pronitates ad peccatũ, eo, ꝙ donũ est ad auferendũ defectum potentiæ, in qua est uirtus.

Dõa spũs sancti dã tur cõtra pronitates ad peccatũ

Vñ affirmãt, ꝙ contra pronitatẽ ad superbiã, est timor ad humilitatẽ inclinans: cõtra pronitatẽ inuidiæ, quæ proximo cõpati nescit, sit pietas: contra auaritiã scĩa, cuius est inter hoĩes bene conuersari, reddendo unicuiq;, quod suum est, quod auaritiæ aduersatur: cõtra acediã fortitudo, contra irã præcipitãter agentem, consiliũ: contra gulam, quæ sensum habeat, intellectus: cõtra luxuriam sapientia, q͂a gustato spũ desipit oĩs caro. Hæc Thomas in Scripto de nũero, & sufficiẽtia septẽ donorũ.

Thomas

¶ Ponit quoq;, & alias sufficientias, & distinctiones eorũ, quæ ex Bonauentura inductæ sunt.

Quæstio.

Præterea de hoc, an beatitudines sint habitus distincti à donis, in eodẽ loquiẽ Scrito: Quidã dicunt beatitudines eẽ habitus donis perfectiores, queadmodũ dona uirtutibus. Vñ dicunt, ꝙ uirtutes pficiunt ad actus primos, dona ad actus scđos, beatitudines ad tertios actus. Sed non de facili põt differentia assignari inter actus beatitudinum, & donorum, quæ sufficiãt ad differẽtiã realẽ habituũ. qđ patet ex differẽtia, quã assignãt, quæ nõ est nisi ẽm intensionẽ, & remissionẽ, quẽ nõ sufficit ad diuersificationẽ habituũ.

Lio.

Ideo aliter est dicẽdũ, ꝙ s. beatitudines non sunt habitus à donis virtutibusq; distincti, sed actus uirtutũ cum adiunctione donorum, vel potiùs actus donorum ipsorũ. Quod consonat dictis sanctorum, qui beatitudines uocãt virtutes, eo mõ loquendi, quo actus uirtutis dr̃ uirtus. Consonat quoq; uerbis Chr̃i, qui inter beatitudines quædã cõnumerat, quæ manifestè ad uirtutes donaq; pertinent.

Matt. 5.

Vr̃ quoq; hoc esse de mente Magistri, qui de beatitudinibus specialẽ non facit tractatum, sed de uirtutibus, & de donis. Cõsonat itẽ dictis philosophorum, q beatitudinẽ dicũt esse operationem ẽm uirtutẽ perfectã. Perfectio aũt uirtutis tripliciter sumitur.

Virtutis perfectio tripliciter sumitur.

Primum ẽm speciem uirtutis, sicut prudentia, q̃ dirigit cæteras uirtutes morales, est ipsis perfectior. Sapiẽtia quoq; cæteris uirtutibus intellectualibus, quarum est directiua, Propter quod Philosophus fẹlicitatẽ ciuilẽ dicit actũ prudentiæ, fẹlicitatẽ uerò contẽplatiuam sapientiæ actionẽ. Secundò, quantum ad statũ, ad quã perfectionẽ peruenit uirtus per augmentũ, quæ ẽt perfectio ad fẹlicitatẽ requiriẽ, ut primo dr̃ Ethicorum:

Ethic.

qm sicut una dies non facit uer, ita, nec actio una beatũ. Tertiò, quantũ ad modũ, sicq; dona dicunẽ perfectẹ uirtutes. similiter uirtutes, q̃bus dona iunguntur, ẽm quod unus habitus ex alterius additione iuuaẽ.

Matt. 5.

Sicq; beatitudines de q̃bus loquiẽ Chr̃s apud Mattheũ, sunt actus uirtutis perfectæ. Cunq; dona habeant duplices actus, sicut patebit, quosdã pertinẽtes ad uiã, & quosdã pertinentes ad patriã: differt tñ in his, quæ pertinẽt ad uitã actiuã, & quæ ad contemplatiuã: quia contẽplatiua hic incipit, & in futuro completur. Donũ aũt intellectus est spiritualia appræhẽdere, ad quod pertingit in patria, imo ad diuinæ essentiæ uisionem. Vñ in sexta beatitudine, quæ ad donum pertinet intellectus, ponitur quantum ad statum patriẹ: Qm̃ ipsi Deum videbũt.

Matt. 5.

Sed in statu uiæ Deũ spũalia magis cognoscimus, qđ nõ sint, q̃ quid sint: ideo, quo ad statum uiæ, ponitur mũditia cordis nõ solũ à passionũ illecebris, quam mundiciã donũ intellectus non facit. sed præsupponit, sed ẽt à phãtasmatibus, atq; erroribus, & spũalibus formis, à q̃bus oĩbus diuinus Dionysius libro de mystica theologia docet recedere tendẽtẽ in Dei contẽplationẽ,

Diony⁹.

Donum ẽt sapiẹ (cuius est spũalia, quæ intellectus appræhendit, iudicare, ordinare, seu approbare) certe, & inefabiliter de oĩbus iudicabit, & ordinabit in patria. Vñ in septima beatitudinæ, quæ ad sapientiã reduciẽ. dr̃: Qm̃ filij Dei uocabunẽ.

Matt. 5.

In statu aũt uiæ potiùs operaẽ ĩpedimẽta remouendo ordinationis ptactæ: idcirco in septima beatitudine pacificatio poniẽ. Finis demũ uitæ actiuæ est operatio, non contẽplatio: iõ actus ꝯsilij, & sciæ, quæ dirigunt in uita actiua, non cõputãtur inter beatitudines. Porrò ad donum timoris ptinet cuncta terrena despicere ex reuerentia maiestatis diuinæ, quorũ quædã sunt extrinseca, ut diuitiẹ, & honores: quorũ cõtẽptus ad primã beatitudinẽ, quæ est paupertas spũs, pertinet: q̃ ẽm Glossã duas cõtinet partes, vz rerum abdicationẽ, & superbiæ contritionẽ. In patria.n. non erunt actus timoris circa tẽporalia bona, sed circa id, quod est rõ cõtennẽdi ea: quod est honor, & opulẽtia regni cælestis, qđ beatitudini huic promittiẽ. Alia sunt magis intrinseca, sicut delicię, quarũ cõtẽptus pertinet ad tertiam beatitudinẽ, qua dr̃: Beati, q lugent, cui promittitur consolatio sẽpiterna, cuius intuitu tpalis, & carnalis uoluptas despicitur.

Matt. 5.

Sapientia quomodo distet ab intellectu. Ostensa differentia inter scientiam, & sapientiam, quid distet inter sapientiam, & intellectum, uideamus. In hoc differunt illa duo, quia sapientia propriè est de ęternis, quę ueritati ęternæ contemplandæ intendit: intelligentia uerò non modo de æternis est, sed etiam de rebus inuisibilibus, & spiritalibus temporaliter exortis. Per eam, enim & natura summa, quæ fecit omnes naturas, id est, diuina, consideratur, & quę post ipsam sunt, spirituales, & uisibiles naturæ, ut angeli, & omnes animæ bonæ affectiones conspiciuntur, In hoc ergo differentia est, quia sapientia creator tantum conspicitur, intellectus verò, & creator, & creatura, quædam. Item intellectu intelligibilia capimus tantum, sciẽtia uerò non modo capimus superiora, sed etiam in cognitis delectamur, Sic ergo distin-



gui potest inter illa tria, scilicet intellectum, scĩam, & sapientiam. Scientia ualet ad rerum temporalium rectam administrationem, & ad bonam inter malos couersationẽ, Quõ differãt intellectus, scĩa & sapientia intelligentia uerò ad creatoris, & creaturarũ inuisibilium speculationem. sapientia uerò ad solus æternæ ueritatis contemplationem, & delectationem.

## *Quòd intellectus, & scientia, de quibus hic agitur, non sunt illa, quæ naturaliter habet homo.*

Et notantum, quod intellectus, & scientia, quę dicuntur dona spiritussancti, alia sunt ab intellectu, & scientia, quę naturaliter sunt in aĩa hominis. Hæ enim uirtutes sunt, q̃ per gratiam infunduntur animis fidelium, ut per eas rectè uiuant. illa uerò naturaliter *tantum habet homo ex beneficio creationis, à Deo *tamen. Per has autem uirtutes, quæ dicuntur dona spiritussancti, illa naturalia reformantur, atq; adiuuantur, ut verbi gratia, intellectus naturalis peccato obtenebratus, per uirtutem quandam, & gratiam, quæ dicitur spiritus intelligentiæ, reformatur, atq; adiuuatur ad intelligendum: ita, & per illam uirtutem, quę dicitur spiritus sapientię, iuuatur, atq; erigitur mentis ratio ad contemplationem, & delectationem ęternę ueritatis. August. li.4 de tri.

## *Quòd sapientia ista Dei est, nec est illa, quæ Deus est.*

Illud etiam secundum est, quòd sapientia, de qua nunc disserimus, non est illa sapientia Dei (ut ait Augustinus) quæ Deus est, sed hominis sapientia. Vera tamen, quę secundum Deum est, ac uerus, & præcipuus cultus eius est. Si ergo colat mens hominis Deum cuius ab eo capax facta est, & cuius esse particeps potest: sapiens ipsa fit, & non sua lucè, sed summę illius lucis participatione sapiens fit. Ista ergo hominis sapientia, etiam Dei est, verbũ nõ ita Dei est, ut ea sapiens sit Deus. Non. n. participatione sui sapiens est Deus, sicut mens paticipatione Dei. Sic etiam dicitur iustitia Dei, non solum Illa, qua ipse iustus est, sed etiam ill, aquam dat homini cum iustificat impium.

Summa distĩõis XXV. COmpleta determinatione de donis ĩ gñali, atq; in speciali de dono timoris, quod ẽ in appetitu superiori: mõ ꝓsequit̃ in speciali de donis perficientibus intellectũ, q̃ sunt sapientia, scĩa, & habitus intellectualis, supernaturalis, infusus, qui intellectus uocatur, quorum diffinitiones seu descriptiones inducit, & qualiter ab inuicem distingnantur, ostendit.

QVAESTIO I.

HIc quæritur, *Utrum ista sunt dona spiritussancti.* Videtur, ꝙ non, quia sunt habitus naturales, & uirtutes intellectuales, de quibus in Ethicis tractat Philosophus, q. ẽt methaphysicã uocat sa- 1.Cor.13. piẽtiã, & primo Posteriorum diffinit scĩam, ꝙ sit cognitio rei, ꝑ cãm. ¶ Scd̃ò, Apostolis sapiẽtia, & scĩam cõputat inter dona grẽ gratis datę, q̃ sine charitate queunt haberi, dono aũt chritati sp̃ cõiuncta sunt. Vr̃ quoq;, ꝙ diffinitiones in lr̃a positæ, sint ineptæ, cum dicitur, Sapientia est rerum diuinarum, humanarũq; notitia. Creati enim, & increati non est vna Albertus notitia, cum sint obiecta infinitè distantia.

¶ Circa hæc scribit Albertus: Triplex ponit̃ diffi- Tres sapiẽtiæ diffinitiones. nitio sapientiæ. Prima est, Sapientia est cognitio diuinorum. Secunda, Sapientia est in cognitione, & dilectione eius, qd̃ sp̃, & immutabiliter manet, quod vtiq; Deus est. Gregorius quoq;: Sapiẽtia, ait, est donũ spe, & certitudine æternorũ mẽtẽ reficiẽs. Harũ descriptionũ prima respicit materiã, circa quã est sapientia, s̃m quod est in genere cognitionis: q̃a non ponit̃ tm̃ in gñe uno, sed in diuersis. idcirco respicit ea, q̃ ponunt̃ in gñe affectus, q̃ sunt cognitio, & dilectio. i. dilecti cognitio, quæ ꝓpria est intellectus affectiui, & non solius affectus, sicut charitas in simplici est affectu. Tertia aũt descriptio datur ꝑ effectum consequentem ipsum donum, ideo nõ designat quidditatem sapientiæ, sed propriam operationem eius. Itaque sapientia non est fides, quamuis sit de eisdem, est enim aliud lumen. imò sicut fides est lumen, sub quo vident̃ articuli, sic sapĩa ista est quodã lumẽ supernũ infusum, sub quo vident̃, atq; gustant̃ diuina ꝑ experientiã. sicq; sapĩæ donũ est gustus Dei in donis suis, queãdmodũ diuinus Dionysius de btõ asserit Hierotheo, ꝙ patiẽdo Hierothęus. experiendo, & gustando diuina, didicit ea. Lumẽ igit̃ lucẽs, & calefaciens ad hmõi cognitionẽ, est sapientia, q̃ est donũ, q̃a in fide non ita gustat̃ Deus. Cognitio ẽt diuinorũ, quẽ hñt mali, atq; gentiles philosophi, ac Iudęi, est cognitio speculatiua, & habitus acquisitus ꝑ studiũ, & doctrinã, nec est lumẽ ignitũ faciens experimentũ dulcedinis Dei in donis suis, quibus sanctificat aĩam. Hæc est sapientia salutaris ꝓpriè dicta, q̃ circa diuina uersat̃, & differt à dono scĩæ, q̃ est lumen diuinũ, ad cognoscẽdũ oꝑabilia ad hanc uitam spectantia. ideo docet Sapĩa bñ inter iniquos conuersari docet. idoneè conuersari iniquos. Donum quoq; intellectus non est ꝑ gustũ, sed potius est lumen datum à Deo, ad cognitionẽ creaturæ, ĩ qua resultat Deus ꝑ grãm siue ꝑ gloriã, ut ẽ spũali. s. itelectualisq; creatura, in qua gratuite cognoscimus dispositiones cælestiũ, & tendimus in Deũ sicut disponentẽ. Insuper differt scĩæ donũ à uirtute prudentiæ; quia scĩa ista est quoddã lumen acceptum à Deo simpliciter, in quo uidentur oꝑabiliũ rõnes, pertinentiũ ad bene uiuendum. Idcirco se habet ad prudentiam, sicut ꝑfectior, & melior habitus operabilium, Sed sicut fides est lumen ad credibilia, ita donũ scientiæ est lumen, & simplex similitudo veritatis diuinæ, atque æternæ iustitiæ, sub quo videntur diuinæ rationes operabilium per nos, quę pertinent ad modum uiuendi sobriè, ac meritoriè, sicut dicit Apostolus: Sobriè, & iustè, & piè uiuamus in hoc seculo. Hæc er- Tit.2. go scientia est tm̃ de his, quæ sunt operabilia per nos, nec est tñ prudentia, quia prudentia innititur rõnibus humanis, accipitq; directionem ab illis: nõ aũt scientia, quia diuino innititur lumini, quod illuminat ad conuersationem secundum rationes diuinas. Aliter quoq; regit prudentia, & aliter ista

scientia

scia, & ad aliud, quo ad proximum finem: quia
prudẽtia regit ꝑ rõnes iuris hũmani,& ad honestũ
ſm statuta ciuitatũ,& plebiscita: scia uerò ꝑ rõnes
Quæstio. diuinas,atq; ad sãctã conuersationẽ, cõmendantẽ
se,ad oẽm conscientiã hoĩm,sicq; magis respicit san
ctũ, q̃ honestũ. ¶ Præterea si q̃rat,An ista scia uer
set circa Chri humanitatẽ;dicendũ, quòd non est
de Chri humanitate, nisi inquantũ illa humanitas
est exẽplar regens,ac dirigens uitã nostrã in*opere,
*ope & doctrina. Si uerò humanitas Chri consideret ut
uerbo æterno unita,sic in ea sapor est deitatis,& ad
sapiẽ pertinet donũ.Hoc ẽt aduertendũ, quòd pru
dentiæ,q̃ est cognitio practica agibiliũ, correspon-
dẽt duo dona. prudentia nãq; ciuilis est utens rõni
bus iuris naturalis,& humani,sed non eleuat ad ra
tiones,q̃ diuinitus inspirant,nisi ꝑ donũ spũssancti.
Illæ aũt rõnes,q̃ diuinitus inspirant,certissimæ sunt
& hoc contingit dupliciter:Primò,ſm ea, ad quæ
oẽs tenent,& ita eleuat per donũ consilij.Secundò,
penes ea,ad q̃ non oẽs tenent,sicq; exaltat per do-
nũ sciẽ.Deniq; ↄsiliũ donũ est,prout dr quasi acti-
uè,à dando consiliũ:nõ ut passiuè accipit, à reci-
piendo consiliũ.Et primò mõ significat plenitudi-
nẽ quandã luminis dirigentis in dubijs, sicq; fuit
in Chro, & exemplariter est in Deo. Sed secundò
mõ sumptũ consiliũ, est dubitantis, & ignorantis
naturę,ut asserit Damascenus. Actus aũt consilij in
Marci.10. quibus ab alijs donis differt,sicut per lumen diuini
Lucę.18. tus inspiratũ,sunt dirigere in altioribus bonis,ad q̃
Matt.19. facienda,& cognoscenda non sufficit hõ per cõem
uirtutẽ prudentię,sicut oĩa uendere,& dare paupe
ribus,atq; in talibus desuper moueri,ac regi, diri-
gitq; consiliũ istud fortitudinis donũ. In magnis
enim in quibus non sufficimus sine adiutorio spe-
ciali,& ad q̃ non oẽs tenent,dirigit donum consi-
lij,quod est lumen dirigens in agressu arduorũ su-
pra industriã hoĩs eleuatorum,quæ ad statũ perfe-
ctionis Chrs Dei sapientia promulgauit,& hoc cõ-
siliũ donũ est,qđ accipiũt fideles à spiritusancto,ut
impleant euangelica Christi consilia.Alio mõ con-
silium nominatur generalis præordinatio faciendo
rum cum præuisione exitus operis,ac finis, & hoc
T. Aqnas. consilium non est donum.Hæc Albertus.

¶ At uerò Thomas respondendo ad istud,Vtrũ sa
pientia sit donũ:Sapientia,inquit,ſm noĩs sui vsum
importare vr eminentẽ quandã sufficientiam in co
gnoscendo,vt & in se certitudinem habeat de ma-
gnis,& mirabilibus ,quæ alijs sunt ignota, & possit
de omnibus iudicare: quoniam vnusquisq; bene
iudicat,q̃ cognoscit:possit,& alios ꝑ eãdẽ eminen-
tiã ordinare.hęc aũt sufficientia in quibusdã est ꝑ
studiũ, & doctrinã uiuacitati intellectus adiunctã,
talisq; sapientia à philosoho .6. Ethicorum ponit
uirtus intellectualis In quibusdã uerò sufficientia
talis accidit per quandam ad diuina affinitatem,
1. Cor. 2. sicut de Hierotheo S.Dionysius refert. De talibus
1.Iohan.1. ait Apostolus;Spiritualis homo iudicat omnia. Io-
hannes quoque apostolus;Vnctio eius docebit uos
de oĩbus.Deniq;. sicut sapientia,quæ est uirtus in-
tellectualis,sequit ad intellectum principiorũ,ita,ꝙ
ipsum quodã mõ cõprahẽdit, ut 6.dr Ethicorũ, ſm
quod ex principijs negociat circa altissima,& diffi
cillima, atq; de his quodã mõ ordinat alia,inquã
tum cuncta reducit ad vnum principium, & eius
est disputare ↄ̃ negantes ipsum;ita sapientia, quæ est
donum, se habet ad fidem, quæ est cognitio simplex
articulorum, qui sunt principiat totius sapientiæ
Christianæ. Procedit enim sapientię donum ad quã
dam deiformẽ contemplationem, & quodammõ
explicitã.Quòd aũt sapiẽtiã in litera appellat pietas
seu latria,ꝑdicatio est nõ per essentiã, sed per cãm
Cumq; sapientiæ sit de aliis iudicare, ac ordinare,
oportet eã esse de rebus altissimis,ac diuinis, q̃a iu Superiora regula sunt inferiorum.
dicium de rebus fieri nequit,nisi ꝑ ea,q̃ sunt lex, &
regula rerũ ipsarũ Superiora aũt sp sũt regula infe
riorũ.Hinc q̃uis iuẽtio q̃nq; ab infimis incipiat, &
ad suprema ascendat,iudicium tñ nunq̃ perficit,
nisi per superiora,in q̃ inferiora resoluũtur.Est quo
que aliquid altissimum,uel simpliciter ut increatũ,
de quo propriè est sapientia,uel in certo genere,&
instructus in illo,uocat sapiens in genere tali.Deni-
que,sapientia,q̃ est donum,essentialiter,& subiecti
uè est in intellectu:Attñ cum diuinis, quantum ad
hoc respicit voluntatem,& dr esse in in ea, quantũ
ad suum complementum.Hæc in Scripto.¶ Præte-
rea intellectus est donum.Intellectus namq; ſm no
men suum cognitionẽ designat pertinẽtẽ ad intima
rei.Vñ cum sensus, & imaginatio occupent circa
accidentia,q̃ repræsentant rei essentiã, intellectus
pertingit ad ipsam essentiã Idcirco ſm philosophũ
3.de oĩa,obiectum intellectus est qđ quid est. Verũ
apprahensione essentiæ est differentia. Aliq̃n enim
apprahenduntur essentia per sapientiã,q̃ modus co
gnoscendi conuenit substantijs separatis, q̃ ob hoc
intelligentiæ nuncupat. Interdum uerò ad intima
rei non ꝑuenit,nisi per circumposita,sicut per ostia
quædã,q̃ modus hoĩbus conuenit,qui ex effectibus
rei procedunt ad essentiæ eius notitiã, qđ cum fiat
per discursum, apprahensio hoĩs rõ uocat,ita, ꝙ si
aliq̃ sine discursu cognoscit,horum non dicitur es
se ratio,sed intellectus.Et primò mõ intellectus uo Per corporalia ad spũalia peuenitur.
cat,secundò habitꝰ primorum principiorum. Quẽ
admodum ẽt mens humana ad rei essentiam nõ per
tingit,nisi per accidentia,ita nec ad spiritualia nisi 1.Cor.13.
per corporalia.Hinc fides,quæ spiritualia ꝑ specu-
lum in ænigmatæ apprahendit humano mõ ꝑficit
mẽtẽ.Si uerò supernaturaliter intm eleuetur, ut ad
spiritualia capienda introducat,hoc est super mo-
dũ humanum,& fit per donum,quod dicitur intel
lectus:qui vt donum,est habitus supernaturalis in- Quęstio.
fusus,qui de auditis mẽtẽ illustrat primorum audi-
ta mox approbent.¶ Præterea si q̃rat,An donũ hoc
habeat actum specialẽ:Dicendũ, ꝙ uis intellectiua
ad spũalia duobus modis ingredit Primò per uiã
remotionis seu abnegationis,remouendo corpo-
raliũ proprietates à spũalibus rebus.Secundò,in-
tuitum in ipsa spiritualia pro posse figendo. Et pri
mus modus potissimè conuenit statui uiæ,quia in
hoc perficitur cognitio uiæ, ut intelligamus Deũ
super oĩa corporalia, atq; creata incõparabiliter Roma.1.
eleuatum.Ad secundũ aũt modum pertingere nõ
valemus in uia hac,potissimè quo Deum, quẽ hic
nõ nisi per creata possumus cõtẽplari, quod tñ
infirmã mẽtẽ dulciter refocilat. Nẽpe ut de anima
libus scribit philosophus,Amans in parua appræ-
hensione amati plus delectatur, q̃ in magna noti-
tia aliorum.Idcirco ut ipse subiungit, modum il-
lud,quod de substantijs separatis cognoscimus,
desiderabilius,delectabiliusq; consistit,quã quic-
quid de aliis rebus scimus.¶ Insuper donum intel
lectus à dono sapientiæ differt, q̃m intellectus sim
plicem apprahensionem importat.Sapientia uerò
plenitudinẽ quandã certitudinis, ad iudicandum
de apprahensis.ideo intellectus pertinere videtur
ad uiam inuentionis, sapientia ad uiam iudicii.
Cumque iudicium nequeat esse de apprahensis,
nisi per suprema, quibus sapiens coniungitur men
te,ut quasi in superiori locatus, de cæteris iudi-
cet



cet, quæ unio fit per dilectionem: ideo sapientia
est principaliter circa diuina, in quibus habeat
delectationem ex dilectione causatam. Intelle-
ctus autem indifferenter est circa omnia apprehen-
sa:& quantum in se est, non importat delectationẽ
in eis ex amore causatam. Atuero scientia vt est do
nũ,est de rebus creatis.& sicut in sensibus corporis
illi,qui pertinẽt ad esse, sunt in omnibus membris,
vt tactus: illi autẽ qui sunt ad bene esse, sunt tm̃ in
capite,per quod alia mẽbra reguntur: ita est de do
nis gratuitis,quæ in ecclesia dãtur. Ea nãq;, q̃ sunt
1.Cor.12. de necessitate salutis, dantur Chri fidelibus vniuer
sis,quę aũt pertinẽt ad bene esse, vt gratiæ gratis da
Miracula fiũt ad ędificationẽ fidei. tæ, non dantur omnibus Chri membris,vt gra mi-
raculorũ, sed ꝑordinatis ad hoc ad fidei ædificatio
nẽ.Cum ergo scientia ista sit donũ, & sit circa crea
Ad salutẽ qđ necessarium sit. ta,de ratione eius est illa scientia,quæ est necessaria
saluti. Ad salutem verò necessarium non est, scire
entium quidditates,& diffinitiones:sed quid agen-
dum ei, quid vitandum existat:idcirco eũ practica,
non contemplatiua, & per eam homo certitudinẽ
accipit de agendis, & dimittendis: & in hoc à pru-
dentia differt, q̃ coniecturaliter, & æstimatiuè ma-
gis,q̃ certitudinaliter iudicat de agendis.Hinc do-
nũ hoc à certitudine iudicij nomen sortitur. Scien-
tia demũ, quæ ad defensionem fidei ordinatur, est
1.Cor.12. gra gratis data,de qua ad Corinthios testatur Apo
stolus: Alij ꝑ spũm datur sermo sapiẽtiæ,alij sermo
scientiæ, quæ nõ est de necessitate doni, sed perfe-
ctiõe fidei: qua scientia multi non pollent, q̃ fidem
habent,vt in textu asserit Augustinus. ¶ Porrò si q̃
Quæstio. ratur. An in scientia humanorũ sit aliquid noxiæ,
curiositatis: dicendũ, quòd scire quantum in se est
Respõsio nunquam, est malum,& per consequens nec addi-
scere:quoniã cuius generatio mala est, ipsum quo-
que est malum: sed per accidens cõtingit esse pec-
catũ in sciendo seu addiscendo, quod põt esse vel
ex parte cognoscibilis, vel ex parte cognoscentis.
In addiscẽdo peccatũ esse potest. Ex parte cognoscentis,est accidens duplex. Vnum,
quando ex occupatiõe in studio alicuius scientiæ,
impeditur,quis ab executiõe eius, ad quod tenetur
vt si iudex propter studium geometriæ, desisteret à
Aurea sententia,sed vulgo,nõ accepta causis expediendis, vel sacerdos à confessionibus,
audiendis,quando eas audire tenetur.Aliud est,q̃n
propter delectationem in aliqua scientia veniret,
ad contẽptum illius, quod reuereri oportet,queãd-
modum Hieronymus tantum delectabatur in orna
Hierony. in epistola ad Eustochiũ. tu verborum Tulij,quòd despexit stilum simplicem
prophetarum. Sicut,& accidit illis,qui intantum ra
tionibus adhærent humanis,quòd à fide recedunt.
Ex parte, quoq; cognoscibilis, est accidens triplex.
Vnum, dum cognoscibile de facili ad malum incli-
nat,& in se paruæ vtilitatis existit.Idcirco prohibi-
tæ,sunt magicæ artes,ne homo in earum exercitiũ,
dilabatur. Aliud,q̃n cognoscibile, est super potẽtiã
cognoscentis,iuxta illud Ecclesiastici: Altiora te ne
Eccl.3. quæsieris. Tertium, q̃n in se nullius est vtilitatis,vt
contingentia hominum facta. Ideo curiosi dicũtur
scrutatores conscientiarum proximi.Verum in om
nibus his contingit, vt quod vni est curiosum, non
sit curiosum alteri:quoniã, quod excedit intellectũ
vnius, non transcendit intellectum alterius: & ali-
quid est utile vni,quod nõ alij.Sic,& aliquid de fa-
cili in peccatum precipitat vnum, quod non aliũ.

¶ Insuꝑ de consilio quęritur,An sit donũ,& qua
Quæstio liter distinguatur à dono sciẽtiæ, an etiã manet in
patria.Respondendũ ad primũ,quòd iuxta philoso
Respõsio, phum 3.Ethicorum, cõsilium,est quæstio de opera
bilibus per nos, nõ tñ de omnibus illis. Quę tm̃ de-
terminata sunt,vt literarum figuræ,nõ veniũt in du
bitationem qualiter fieri debeant.Similiter cum fi-
nis sit primum mouens agentem in cunctis opera-
bilibus, non est consilium de fine,quemadmodum
nec in alijs scientijs, est quæstio de principijs illius
scientiæ:sed de his,quę sunt ad finem,extat consiliũ
In quibus homo rectè consiliatur, si debitum finẽ
præstituat, & media ad finẽ accomoda inueniat, vt
non faciat mala propter bona, & tempus sit con-
ueniens rebus agendis,nec per diuturnitatem con-
silij tempus agendi pertranseat, ad quã consilij re-
ctitudinem perducit eubulia, vt 6. Ethicorũ habe- εὐβουλία
tur.Sed quia operabilia humana,sunt contingẽtia,
& possunt deficere,ne ad finem perducant intentũ:
ideo certitudo cõsilij nõ est q̃d humanũ,sed diuinũ
cuius est per certitudinẽ euentus contingentiũ ꝑ-
uidere. Idcirco oportet.vt ad certitudinẽ talẽ mẽs
eleuetur supra modũ humanũ,instincta præsertim.
Qui eñ spiritu Dei agũtur, hi sunt filij Dei.Idcirco
cõsiliũ donũ est.Deniq; donũ hoc à sciẽtię dono di Roma.8.
stinguitur.Habitus nãq; dirigẽtes in vita actiua,di-
stinguuntur quantũ ad tria. Primò,quantũ ad mo-
dũ operãdi,sicq; sciẽtia,& cõsiliũ,vt sunt dona,di-
stinguũtur à virtutibus prudẽtia,atq; ebulia:q̃m do
na illa operãtur mõ superhumano, virtutes modo
humano. Secundò distinguuntur quantũ ad actus,
seu vias,quæ exiguntur ad directionẽ, quæ sunt in-
uenire,& iudicare.sicq; consiliũ,quod cõsistit in in
ueniendo,distinguitur à sciẽtia,quæ cõsistit in iudi
cãdo de inuentis consilio. Tertiò, quãtũ ad mediũ,
sicq; distinguitur sapientia à scientia, inquantum
sapientia quãdoq; dirigit in agẽdis per ratiões ęter
nas,scientia per rationes inferiores. Amplius, sicut
alia dona executiua in vita actiua, manebunt in
patria circa mensuram,ex qua est modus agẽdi eo-
rũ in actibus suis, nõ autẽ circa materiam propriã:
quoniam fortitudo nullam difficultatem in patria Sciẽtia, & consilium quõ maneant in patria.
substinebit:ita in scientia, atq; consilio, quia in pa-
tria,non manebunt eorum actus, nec contingentia
operabilia dubia, in quibus nunc iudicant, & in-
ueniunt. Ideo non oportet, quòd ibi sit dubitatio
aut discursus, sed manebunt in hoc, quòd se con-
uertent ad illum, à quo fuit earum certitudo in iu-
dicando, & inueniendo supra modum humanum.
& erunt actus scientiæ circa Deum ipsum, inquan-
tum ipse est regula in iudicando: actus verò consi-
lij erunt circa ipsum, secũdum quod est illuminãs,
ad inueniendum. Hæc omnia Thomas in Scripto.

In Secunda verò Secundæ quæstione 45.de do- T. Aquinas.
no sapientiæ scribit diffusè,quæ in prænductis vir-
tualiter continentur, & addit: Sapientia importat,
rectum iudicium per rationes diuinas,vt,qđ Deus,
est diligendus super omnia:quoniam ipse,est super
omnia infinitè, & incomparabiliter bonus,&, q̃m
ipse præcepit hoc. Rectitudo, autem iudicij habet Iudicij rectitudo dupliciter haberi potest.
dupliciter.Primò,per plenum usum rationis, sicq;
bene iudicat de castitate, qui in morali scientia do-
ctus est.Secundò, per connaturalitatẽ affectus eius
qui iudicat,ad id, de quo profert iudicium:& ita de
castitate iudicat bene,qui exercitatus,& radicatus,
est in ipsa castitatis virtute. Consimiliter de rebus,
iudicare diuinis, per rationis inquisitionem,perti-
net ad sapientiã, quæ est habitus intellectualis: sed
bene iudicare de ipsis,per connaturalitatẽ affectus
est sapientiæ,quæ est donũ. Cuius connaturalitatis
seu conformatis causa est charitas: ideo sine chari
tate,& gratia gratum faciente,sapientia ista nequit
haberi. Vnde in libro Sapientiæ asseritur:In male-
uolã animam nõ introibit sapiẽtia.Hinc omnes,qui

charitatem,& gratiam habent donum quoq; sapiẽtiæ habent secundú aliquem gradum,ita ꝙ de rectitudine iudicij circa diuina,& ordinationem rerum humanarum tantum acceperunt, quãtum requirit ad salutem ipsorum. Nam summo bono iudicant finaliter inhærendum,& ẽm diuina præcepta suas ordinant actiones.Alij dono sapientiç altiùs illustrantur, ita ut quædam profunda diuinorum mysteria contemplentur,atq; in actibus humanis alios quoque dirigere ualeant,sicut ait Apostolus: Sapientiã loquimur inter perfectos.Itemque,Alij per spiritũ datur sermo sapiẽtiæ.Nec cõe est omnibus, sed potius ꝑtinet ad gratias gratis datas,nisi fiat ꝑ præfatã connaturalitatem, & conformitatem affectus ad ueritatem doctrinç Ex his innotescit,ꝙ quamuis sapientia ista sit principaliter speculatiua, est tamen secundariò practica. Nempè ut 12. de Trinitate asserit Augustinus: Superior pars rationis deputatur sapientiæ, inferior autem scientiæ. Superior quoque pars rationis, intendit rationibus diuinis, & æternis consulendis,& inspiciendis: conspiciendis inquantum contemplatur diuina secundum, se; iudicandis, secundum quod per diuina iudicat de humanis,dirigendo actus humanos per leges,regulasque diuinas.Hæc Thomas in Summa. ¶Insuper in Secunda Secundæ quæstione 7.Cognitio,inquit sensitiua in hoc differt ab intellectiua, ꝙ sensitiua cognitio est circa qualitates rei exteriores,& circa accidẽtalia rei.Intellectus uerò designat intimã rei notitiam. Etenim intelligere quasi intus legere dicitur.Hinc uis intellectiua intuetur essentiã rei sub exterioribus formis latentem.Multa sunt autem,ad quæ naturale lumen intellectus non ualet pertingere.Ideo supernaturali indiget lumine, quod dr̃ donũ intellectus,quod ita se habet ad ea,quæ supernaturaliter cognoscunt,quẽadmodum lumen naturale ad ea, quæ naturaliter sciuntur. Hoc donum intellectus stat simul cũ fide.Nam quædam cadũt sub fide directè,sicut articuli; quædam secundariò, ut quæ ordinantur ad fidẽ, sicut cætera omnia in scripturis contenta.Dupliciter quoque dicitur aliquid intelligi.Primò perfectè,ut dum essentia rei in seipsa clarè cognoscit, sicq; ea,quæ directè sub fide cadunt,in hac uita intelligi nequeunt.Secũdò imperfectè,quia natura rei in se nõ uidetur,nec ueritas ꝑpositionis intelligitur qualiter sit.Agnoscitur tamẽ quòd ea, quæ foris apparent per sensum aut rationẽ naturalem,ueritati fidei non contrariantur, nec præualẽt:& sic ea, quæ fidei sunt, intelligere dicimur.¶Præterea sicut de dono sapientiç dictũ est,ꝙ principaliter sit speculatiuum,secundariò practicũ inquãtũ per ipsum dirigũtur,& ordinant actus humani;ita de dono intellectus tenendum est,quia, & actus humani cadunt sub fide, inquantũ ordinant ad fidei finẽ.Et donũ intellectus respicit eos,quia ꝑ donũ intellectus rationes fidei, & argumenta credibilium cognoscuntur;& ita per donum hoc ea,q̃ fidei sunt,quodã modo respiciuntur,ac penetrantur,estq; hoc donum in omnibus charitatem habẽtibus secundum aliquem gradũ,quod & de singulis donis est sentiendum.¶Præterea scientia quædam est unum de septẽ donis spiritussancti. Gratia nãq; perfectior est,q̃ natura. ideo gratia non deficit in his,in quibus homo per naturã perfici potest.Circa puritatẽ autẽ naturaliter agnitam,dupliciter perficitur intellectus Primò,ꝙ eã cognoscit:secũdò,qđ rectè iudicat de eadem. Conformiter in his, quæ fidei sunt,intellectus duobus modis perficitur.primò, ipsa credenda sanè accipiendo, quod ad donũ pertinet intellectus.Secundò, de eis rectè iudicãdo & credenda à non credendis ueraciter discernẽdo & tale iudicium de creatis credendis, ad donum spectat scientiæ.Et sicut scientia Dei non est discursiua,nec rõcinatiua,sed absoluta,& simplex: sic ista scientia non est discursiua,sed diuinæ scientiæ similis,tanquã radius,& participata similitudo illius.At uerò circa diuina assignatur duplex scientia. Vna iam dicta,quæ propriè donũ est.Alia, per quam hõ scit ea,quæ fidei sunt declarare,probare,defendere quæ est donũ gratiæ gratis datæ,ut patuit.Proinde certum de re iudicium,ex cognitione suæ causç potissimè sumitur. ideo secundum ordinẽ causarum est ordo iudiciorum. Et sicut causa prima causa ẽ causæ secundæ, ita de causa secunda iudicatur ex notitia causæ primæ.De prima verò causa iudicari non potest per aliam causam. Hinc iudicium rei ꝑ primam suã causam, primum,perfectissimumq; cõsistit.In his autem,ĩ quibus est unum perfectissimũ, adaptatur eidem speciale aliquod nomen, & nomen gñale inferioribus reseruatur. Cumq; nomen scientiæ iudicium quoddam certum designet,& iudicium, quod fit per causam primam,ac summam, ꝓprio nomine sapientia nuncupetur,nomen scientiæ reseruatur iudicio,quod de rebus creatis, atq; humanis habetur,ideo donum scientiæ pertinet ad creata.Deniq; de hoc dono sicut de dono intellectus,dicendum, ꝙ principaliter sit speculatiuum, utrunque enim ad fidei certitudinem ordinatur. Cumque formale fidei obiectum sit ueritas prima, fides primò ac principaliter in contemplatione cõsistit.Sed;qm̃ ueritas prima est ultimus hominis finis,propter quem omnia agimus,ideo fides ad operationem se extẽdit. sic & donum sciẽtiæ, per quã etiam in agendis dirigimur circa ea, quç ad credibilia consequuntur.Itaq; ad donum scientiæ pertinet rectum iudicium de rebus creatis, actibusq; humanis, ꝙ scilicet in eis con sit finis ultimus statuendus,sed ꝙ ad summum bonum, & ueram beatitudinẽ ordinanda sint omnia, & hoc iudicium non informi procedit notitia, sed formata per connaturalitatem & conformitatem affectus ad ipsam notitiam. Hæc est salutis sanctorum, & deuotorum scientia, iuxta illud Sapientiæ; Iustum deduxit dominus per uias rectas, & dedit illi scientiam sanctorum.

¶Amplius de dono consilij aliquid est tangendũ de quo in Secunda Secundæ quæstione 52. habetur:Dona spiritussancti dispositiones sunt habituales,quibus anima efficitur benè,ac promptè mobilis a spiritusancto,quia secundum Gregorium, dona in adiutorium dantur uirtutum. Deus quoque unumquodque mouet secundum ipsius rei naturam. Cùmque rationali creaturæ proprium sit per inquisitionem moueri, ac peruenire ad ueritatis notitiam, quæ inquisitio consilium nominatur: spiritussanctus per modum consilii creaturam mouet rationalem in inquirendo uerum, ac bonum.Hinc consilium inter dona adnumeratur,quã uis enim prudentia infusa,seu acquisita,hominẽ dirigat in inq̃sitione ꝯsilij secundũ ea, quç hõ attendere põt,ut sibi,aut etiam aliis sit benè consiliatus tamen cum homo considerare nõ ualeat omnia singularia & circunstantia,ac ꝯtingentia, quç possunt occurrere,qa (ut scriptũ est) Cogitationes mortaliũ timidæ,& incertæ sunt ꝓuidentiæ nr̃æ:ideo valde in digemus in inquisitione cõsilij, moueri,dirigi ac iuuari à spũsctõ cũcta ĩfallibiliter cognoscẽte, ꝙ fit ꝑ ꝯsilij donũ,quasi a Deo accepto cõsilio, quẽad modum minus prudentes à prudentioribus quærũt,& sumunt consiliũ: quod donũ, sicut, & alia, plus abundat in uno,q̃ alio,& ad ipsum quidam naturaliter sunt magis dispositi.Vnde de Simone fratre Iudæ Machabæi,loquitur Matathias.Ecce Simõ frater uester,scio quòd uir consilij sit.ipsum audite semꝑ. Deniq; consilij donũ correspondet uirtuti prudẽtiæ,eamq; dirigit,ac perficit.¶Et si quæratur, An manet in patria:dicendum,quòd alia est dispositio mẽtis humanæ in uita,& motu, atq; in termino motus,& patria. Quocirca sciendum, ꝙ qñ mouẽs est solum principium motus, & nõ causa formæ ad quã motus terminatur, tunc motu cessante actio cessat agẽtis:sicut domo ædificata,ędificatio cessat artificis: dũ uerò mouẽs est causa formæ, quæ est terminus motus, nõ cessat actio agentis forma inducta.Nam aere illustrato,nõ cessat illuminatio solis:& hoc modo Deus causa est cognitionis,ac uirtutum in nobis, non solum q̃diu infundit, sed q̃diu in ipsis manemus. sicq; donũ consilij manet in patria,inquantum Deus omnipotens,& æternus directionẽ,& cognitionem consilij continuat in beatis, & itẽ secũdũ quod desuper illuminatur de quibusdã effectibus pertinentibus ad ꝓuidentiã Dei, quorũ cognitio ad essentiam fœlicitatis non pertinet. Nec oportet ut in beatis præcedat dubitationis anxietas,quia hoc ad consilium pertinet uiatorũ ex imperfectione eorum,sed est in ipsis simplex nesciẽtia,quam diuinus Dionysius ponit in angelis,à qua secundum eundem purgantur. Hæc idem ibidem. ¶Qui in eadem Summa quçstione 121.de dono loquitur pietatis:Inter multa hoc quoq; mouet nos spũssctũs,ut ad Deũ filialẽ habeamus affectũ,quod per pietatis donũ nobis confert, quod correspondet iustitiæ.Interdum verò pietas sumit,pro uirtute morali, per quã parẽtibus honor impedit debitus, quem religio,seu latria exhibet Deo ut creatori:pietas autẽ ut patri,secundũ illud ad Romanos: Accepistis spiritum adoptionis filiorum,in quo clamamus, Abba pater Nihilominus pietas ista ex consequenti extendit se ad homines, secundum quod ad Deũ pertinent, utpotè sanctos honorando, miseris condolendo, ac succurrẽdo,& manet hoc donum in patria, quantum ad eius actum principalẽ, q est Deũ reueri filiali affectu.¶Postremò,de dono fortitudinis in sũma eadẽ testat quæstione 139.Fortitudo uno modo est uirtus moralis, medium seruans in periculis mortis, & passionẽ timoris refrenãs, atq; audaciam moderans.Mouet autẽ animus hominis ad hoc,nõ solũ imperio, directioneq; rationis,sed etiam mouet à spiritusancto ad hoc, qđ perueniat ad finem cuiuslibet boni operis inchoati,& cuncta euadat pericula: quod naturalem excedit uirtutẽ,præsertim cũ homo in ipsa morte uinci possit,ac opprimi. sed hoc spiritussanctus agit ĩ homine,perducẽs eum ad uitã æternã,quæ est ultimus finis,huiusq; rei fiduciam cordi infundit, quæ aufert timorem cõtrarium.Et quo ad hoc, fortitudo est donũ,& differt à fortitudine,quæ est uirtus,quæ animum perficit ad quæcunque pericula sustinẽda sed præfatam fiduciam nequit præstare. Actus quoque fortitudinis, quæ est donum in patria, est perfrui plena securitate à malis, atq; laboribus. Dona qppè spiritussancti,eosdem actus non habent in uia & patria. quia in patria actum habent circa ultimi finis fruitionem,ĩ uia uerò circa materias proprias Dirigitur aũt donũ fortitudinis à dono consilij,qđ præcipuè est de melioribus bonis.Hæc Thomas,q̃bus in omnibus consonat Petrus.

¶Richardus quoque cõcordat, & aliqua addit uel planiùs exprimit:Obiectũ,inquiens,doni sapiẽtiæ principale,atq; primariũ,est Deus sub rõne ueri excitatiui uoluntatis ad eius saporosam dilectionẽ. ideo Deus sub rõne ueri absoluti, non est obiectũ sapientiæ huius.Actus qppè sapientiæ huius, est cõtemplari Deũ nõ quocunq; modo, sed ex dilectione cum quadã experimẽtali suauitate in affectu, Qm̃ tñ per sapientiæ donum nõ contemplatur homo Deum solummodo absolutè, sed etiam secundum rõnes æternas,inquãtũ sunt regulæ secundum quas homo debet,se regere circa inferiora,idcirco ex cõsequenti sapientia hæc respicit inferiora, ꝓut per diuinas regulas dirigit actus humanos. Præterea, sicut in cognoscibilibus quæ subsunt lumini naturali intellectus, q est habitus principiorum, se habet ad scientiã, quæ est habitus conclusionum: ita in cognitione supernaturali, se habet fides ad sapientiæ donum,Fides nãque est habitus supernaturalium principiorum,quæ sunt articuli fidei.Sapiẽtia verò donum est habitus illarum conclusionum, quæ ex illis principijs de Deo possunt cõcludi. Sciẽtia quoq;, quæ est donum, primò,& principaliter est respectu agibilium per nos, nõ inquantum dirigimur per principia cognita in lumine naturali,sed ꝑ principia cognita ĩ lumine suꝑnaturali, quæ sunt articuli fidei: idcirco ex consequenti ad istã scientiam pertinet resoluere hominis actiones ad fidei articulos, tanquã ad principia directiua, & uelut à posteriori formari ex agibilibus rõnes ad corroborationẽ fidei in cordibus infirmorum,& contra fidei impugnatores. Præterea, donum pietatis principaliter est respectu Dei sub rõne summi patris.sicut enĩ per latriã exhibet Deo cultus,inquantum est dñs,ita ꝑ donum pietatis inquantum est pater summus,nõ utiq; ẽm dictamẽ principiorum legis naturæ, sed ẽm dictũ principiorũ legis æternæ Veruntñ:qm̃ filius bonus nõ tñ exhibet cultũ patri in se,sed etiam in sua similitudine:idcirco ex consequenti per donum pietatis reddit homo proximo debitum cultum, seu uenerationem,inquantum insignitus est imagine summi patris. Hæc Richardus.

¶Circa hæc scribit Bonauentura:Sapientia quadrupliciter sumit à philosophis & à sanctis.Primò cõmuniter pro gñali rerũ cognitiõe,& sic eã Augustinus diffinit,dicendo:Sapientia est rerũ diuinarũ, ac humanarũ cognitio.Philosophus quoq; in Metaphysica, dicens. Sapiẽs est, q oĩa nouit secundũ qđ conuenit. Secũdò minus cõiter,puta ꝓ notitia æternorũ,ut cũ ait Apostolus: Alij datur spiritus sapientiç. sic etiã ait philosophus: sapiẽtia est cognitio altissimarũ causarũ.Tertiò ꝓprie ꝓ cognitiõe Dei secundũ pietatẽ, quæ cognitio attẽdit in latriæ cultu ꝑ fidem, spem, & charitatem. Quartò magis ꝓpriè ꝓ cognitiõe Dei experimẽtali,& ita est unũ septem donorũ spũssancti,cuius actus consistit in degustãdo dulcedinẽ Dei. Cũq; ad gustũ interiorẽ, in quo est delectio,requirit affectio ad uniendũ, atq; cognitio ad apprehẽdẽdũ, hinc actus sapĩæ huius partim ẽ cognitiuus,& partim affectiuus:ita ꝙ ĩ cognitione inchoat,& in affectione cõsummat. Vñ ꝑcipuus actus doni istius,est ex parte affectiuæ.ꝓpter qđ in Ecclesiastico dr̃:Sapientia doctrinæ secundũ nomẽ est eius.& nõ multis est cognita. Propter quod secũdũ Gregoriũ sapiẽtiæ huius est mentẽ reficere.Et beatus Dionysius cõtestat, ꝙ sapiẽtiæ huius est, esse amentẽ. qm̃ meli⁹ circa Deũ afficimur cognitiõe, q̃ est ꝑ oĩm ablationẽ ab ipso,q̃ per affirmationẽ alicuius de eo, ꝓut in mystica theologia S.Diony.docet.

Bernardus

Sanctus quoque Bernardus ait charitatem in sapiẽtiam proficere. Ideo sapientia nõ põt esse nimia: qa excessus in experimẽto suauitatis diuinæ laudabilis est. non vituperabilis, ut patet in uiris contemplatiuis, ac sanctis, q̃ præ nimia dulcedine Dei, mõ eleuantur in extasim, modo subleuantur usque ad raptum, quamuis paucissimis hoc ipsum conueniat.

Scia est multiplex

¶Præterea de dono scientiæ aduertẽdũ, q̃ scientia quadruplex est. Vna in intellectu purè speculatiuo, quæ est scientia acquisita, super principia rationis fundata. Secũda cõsistit in intellectu inclinato ab effectu, & fundat̃ super ptincipia fidei, quæ sunt articuli: quæ etiã acq̃sita est, ut est sciẽtia scripturarum. Tertia est in intellectu, inquãtum inclinat affectũ ad operationẽ salubrem. Hæcq; fundata est super principia iuris naturalis, ordinans ad honestatẽ, & rectitudinem uitę, quæ scientia est ipsa prudentia. Quarta scientia est in intellectu consistens, ſm q̃ est inclinans, & inclinata: ſclinata à fide, & inclinãs ad bonã operationẽ. Hæc scientia fundatur super principia fidei, & ortũ habet à gratia, estque donum spiritussancti. Cuius doni actus est ad bonã operationẽ dirigere, iuxta exigentiã regulæ fidei, ut est dirigere ad opera misericordiæ, ut tm̃ bona reddat p̃ bonis vt dictat lex naturæ; imò etiã bona p̃ malis, ut dictat lex gratiæ Christi exemplo. Hinc ad scientiæ donũ

Matt. 5.

nõ solũ spectat dirigere in agendis, sed etiã nosse ea quæ fidei sunt, tanquam fundamenta suæ directionis. nosse quoque Christi humanitatẽ, tanquã suæ directionis exẽplar. Sicq; triplex actus conuenit dono scientiæ secundũ triplicẽ eius respectum. Vnus respectu obiecti, qui est dirigere in agendis: secũdus respectu fundamẽti, videlicet nosse, quæ fidei sunt. tertius respectu exemplaris, utpotè Christum sequi. Insuper de donò intellectus pensandum, q̃ cognitio de Deo intelligi potest, & haberi tripliciter. Primò per simplicem assensum, secundò per rationis admiculũ, tertiò per contuitum simplicẽ. Primũ est fidei, cuius est assentire. Secundum est doni intellectus, cuius est credita per rationẽ intelligere. Tertiũ est mũditiæ cordis, quæ est beatitudo, cuius est Deum uidere. Cũq; rationes, q̃bus inuamur ad intelligendum credita, accipiant, nõ solũ à conditionibus creatoris, sed ẽt creaturę, potissimè spiritualis, q̃ creatori similior est: iõ donũ intellectus, cuius actus est in ptẽplationẽ summi ueri erigere plumẽ spirituale, quod facit nõ solũ assentire sed, & percongruas rõnes credita intelligere: nõ solũ attendit̃ in contẽplatione creatricis essentiæ, sed spiritu alis etiã creaturæ. Hinc patet, quòd obiectum doni intellectus, est verũ eternũ ut intelligibile, nõ solũ secundum p̃prias cõditiones, sed itẽ secundum cõditiones creaturæ spiritualis. Actus uerò doni istius est contemplari uerum creditum, quatenus deuotius ardẽtiusque credatur, ac diligatur, & etiam cõtemplari spiritualem creaturam modo prætacto.

Cõsilium accipitur tripliciter

¶At uerò consiliũ accipi põt tripliciter. Primò, pro actu consulendi. Secundũ, pro re cõsulta, sicut cum dicimus, hoc est consiliũ meum. Tertiò, p̃ habitu, q̃ extendit, & dirigit animã ad eliciẽdum p̃sequenda atq; ad fugiẽdũ uitãda. Habit° aũt iste ẽ duplex, ſm diuersitatem eligibilium, & secundum diuersitatẽ modorũ, seu rationum eligendi. Nempè eligibiliũ quædam sunt necessitatis, in q̃bus dirigit prudentia: quędam arduitatis, in quibus dirigit donum cõsilium, ꝓpter maiorẽ difficultatẽ in talibus. Sicq; in ultione potest quis dupliciter dirigi. Primum secũdum principia iuris naturalis, quod est uirtuti, politicæ, puta prudentiæ. Secundò iuxta regulas iurisdiuini, & hoc est doni consilij. Cuius actus est dirigere in electione agendorum, seu uitãdorũ, quę specialem habent arduitatẽ secundũ regulas iuris diuini. Insuper fortitudo est unum donorum, est em̃ respectu arduiꝺ quoque arduũ dupliciter. Primò, qa laboriosum, atque difficile tãquam excellẽs & grauãs facultatem potentię. Secundò, qa est supra necessitatem, & statum excedit cõmunem, & utrunq; arduum respicit fortitudo. & primũ arduũ respicit ſm necessitatẽ præcepti, secundum uerò per libertatẽ consilij. Primum etiam spectat ad fortitudinem, ut est uirtus. Secundũ, ut est douũ. Fortitudo demũ ut ẽ uirtus, aggredit̃ ardua fortiter, sufferta aduersa propter cõuersationẽ iustitiæ, & honestatis. Fortitudo aũt ut donũ, ꝓpter perfectã Christi imitationẽ, seu quantũ ad facta superrogationis: quorum pertinet ad dictamem iuris naturalis & mortalis, secundũ ad cõsilium Dei, seu ad adimpletionem consiliorum euãgelicæ legis, p̃sertim in

Matth.16

aduersitatibus, & supplicijs tolerandis, sequendo Christũ dicentẽ: Qui uult uenire post me, abneget semetipsum, & tollat crucẽ suã, & sequat̃ me. Deni

Multiplex pietatis acceptio.

que pietas multipliciter sumitur. Primò pro cultu Dei, quem Greci uocãt Θεοσέβειαν. Consequẽter uerò p̃ misericordia circa indigentes, item p̃ uenerationẽ circa parentes, seu alios. Sed p̃ut ordinat mentẽ circa Deũ, est donũ, sed idẽ quod latria. Nec etiã donũ est, p̃ut ordinat circa parentes: imò sic est species quædam iustitię, qũ sic ordinat ſm naturalis regulas iuris, & obligationẽ necessitatis. Inquãtum autẽ uertatur circa proximos, sic est donũ, & uirtus diuersimodè, quia vt uirtus, attendit in p̃ximis conformitatem naturæ, indigentiamq; penurię: sed ut donũ, attẽdit in proximis imaginem Dei sicq; per donum pietatis est homo beneuolus proximo: quia Dei imagine insignitus est, & beneuolẽtiam habet ad illum, quę loco, & tempore opportuno procedit in cõpassionis affectum, atq; in operis beneficiũ. Dirigit̃ autẽ donũ pietatis dono scientiæ qđ fundat̃ (ut dictũ est) super principia fidei, & dirigit ad Christiformiter conuersandum. Hinc pietas ista consequenter consistit in bene uola acceptione scripturę, & pia, ac diligenti audientia eius, & etiã respectu Christi, ut eũ ad memoriã reducat beneuolè. sicq; actus pietatis in his tribus consistit in exequendo, quemadmodum actus doni scientię consistit in tribus prætactis in cognoscendo, ac dirigendo: Hæc Bonauentura.

## QVAESTIO. III.

Qværit̃ demũ, *An uita cõtemplatiua sit dignior quàm actiua.* ¶Videt̃ q̃ nõ, quoniam quædam est uita actiua, uitam contemplatiuam includens, & immediatè fundata in ea, atq; ex plenitudine eius precedens, ut uita prælatorum, & prædicatorum, præsertim episcoporum quorum actiones multum perfectionis, ac meriti superaddunt exercitijs uitæ contemplatiuę: ergo uita actiua præstantior, & Deo acceptior, est. ¶Secundò, beatus Dionysius p̃testatur, quòd oĩum diuinorũ diuinissimũ est Deo cooperatorem esse in reductione animarum ad ipsum, quod potissimè fit per exercitia uitæ actiuæ. ¶Tertiò, sanctus Gregorius loquitur, quòd zelus animarum sacrificium est acceptissimum Deo: ergo actus huius zeli sunt placitissimi Deo, qui actus ad uitam spectant actiuã. ¶Quartò, uita actiua fructuosior est spiritaliterque fœcundior, quàm contemplatiua. Nam plures conuertit, ut ait Gregorius. In cuius signum Lia, per quam uita actiua significatur, plures habuit proles, quã Rachel, quæ con-



contemplatiuam uitam signauit. ¶Quintò, bonum commune diuinis est quàm bonum priuatum. sed uita actiua magis respicit bonum commune, ut patet in uita præsidentium, & prædicantium alijs. ¶Sextò, uita actiua deiformior est, quàm cõtemplatiua: quia magis diffundit, se, & alios magis regit, iuuat, & saluat, quàm uita contemplatiua. ¶Septimò, purgare, illuminare, perficere, sunt actus hierarchici, ac diuini, qui pertinent ad præsidentes, ac prædicantes, non ad monachos, & purè contemplatiuos, ut diuinus Dionysius in libro de ecclesiastica hierarchia fatetur.

In contrarium.

¶In cõtrarium sunt multæ auctoritates sanctorũ, & maximè, quòd saluator in euãgelio asserit Mariã

Luc. 10.

partem optimam (i. uitam contemplatiuam) elegisse. Nam, & uita contemplatiua est purior, quietior, & futuræ felicitati propinquior, conuersationi angelorum summorum conformior, & ipsa est finis uitæ actiuæ. Nec solum Augustinus, Gregorius, & Bernardus cum alijs sanctis, sed Plato etiam in Phędone, & Aristoteles in Ethic. hoc affirmant.

Vita cõtemplatiua & actiua.

¶Circa hoc scribit Antisiodorensis ī summa suæ

Guliel.m.

tertiò libro: Comparatio contemplatiuæ ad actiuã, dupliciter fieri potest: Primò, secundũ statum, ut comparetur status contemplatiuæ statui actiuæ. & secundum hoc dicitur uir contemplatiuus, qui est habilis ad cõtẽplandum, & de facili cõtemplatur. Actiuus autem, qui de facili agit, sed ad contemplãdum habilis non est: atq; secundum hunc statum contemplatiuus dicitur habere uirtutes animi purgati, actiuus uerò uirtutes politicas, & purgatiuas. Sicq; contemplatiua est melior, quàm actiua: quoniam Lia habuit oculos lippos. i. uirtutes non bene

Lia & Rachel quid significent.

purgatas, sed Rachel erat pulchra facie. i. uirtutes habebat purgatas. & serenatas. ¶Cũq; obijcitur, q̃ uita actiua est fructuosior, respondemus, quòd hoc

Obiectio.

dupliciter põt intelligi. Primò, q̃ sit fructuosior. i. maiorem afferens fructum. Secũdò, q̃ sit fructuosior. i. pluribus afferens fructum. Primo modo est falsum, quia cõtemplatiua maiorem affert fructum suo obiecto. Secundò modo est uerum, sed tunc nõ sequitur q̃ idcirco sit melior. Veruntamẽ in scripturis æterna beatitudo primò, atq; frequentius promittitur uitæ actiuæ. i. misericordiæ operibus, ne desperent actiui ad contemplationis celsitudinem p̃tingere non ualentes. Deniq; uitæ actiuæ opera nõ sunt per se meritoria, & Deo accepta sine actibus uitæ contemplatiuæ. i. sine Dei contemplatione, seu

Psalm.

consideratione, ac dilectione, imò sine interioribus actibus fidei, spei, & charitatis, quibus colitur Deus & contemplatiuè uiuitur, uita actiua efficaciam nõ sortitur, nec uitam promeretur æternã. Hinc quod prædicatores sancti hauriunt in ocio contemplationis, effundunt, atque communicant in opere prædi

Lectio.

cationis. Idcirco episcopi domos habent extra ciuitates, tumultus, & inquietationes hominum, ut uacent ibidem contemplationi, & hauriant in secreto, quod effundant in publico. ¶Insuper fieri aliter potest comparatio ista, comparando actum uitæ actiuæ ad actum contemplatiuæ in eodem homine, manente charitate eadem, & ita quæratur, Vtrũ

Dispũtatio.

opus actiuæ in eodem homine, stante eadem charitate, sit melius opere contemplatiuæ, alijs paribus. Respondemus quòd absolute loquendo, considerãtis operibus actiuæ secundum se, operibus quoque contemplatiuæ secundum se, meliora sunt opera contemplatiuæ. Sed consideratis operibus illis quãtum ad speciales casus, & circunstãtias speciales, habent se ut excedentia, & excessa: quia in aliquo casu utilius est alicui, ac melius insistere operibus uitæ actiuæ, quàm contemplatiuæ, aliquando autem econtra. Simpliciter tamen loquendo, contemplatio melior extat, quàm actio. Hæc Antisiodorensis.

Thomas.

¶At verò Thomas: Ex illa, inquit, operatione nominationem accipit uita rei viuæ, quæ principalis in ipsa est, quæmadmodum animalium uita ponitur in sentiendo, quamuis etiam nutriantur: & uita hominum in intelligendo, quamuis, & sentiant. quod accipiendum est non solum secundum naturales potentias, sed & secundum habitus superadditos. Hinc uita uniuscuiusque hominis cõsistit in eo, in quo summum studium, ac curam impendit, ut 9. Ethicorum ait philosophus. Sicque uitam sumendo, ipsa diuiditur in contemplatiuam, & actiuã.

Voluptua vita nõ humana, sed brutalis dicenda est.

Nempè cum uita humana ordinata (de qua loqui intendimus, quia de inordinata non loquimur, ut est uita uoluptuosa: quæ nec humana dicenda est, sed brutalis) consistat in operatione intellectus, seu rõnis, & intellectiua pars duas habeat opatiões, unã, q̃ est ipsius secũdum se, aliam, qua uires regit inferiores: duplex erit uita humana. Vna consistens in operatione intellectus secundum seipsum, quæ uocat̃ contemplatiua: alia, qua regit, & ordinat inferiora, imperans eis. & hæc nominatur uita actiua. Vnde secundũ philosophum 6. Ethicorum, agere propriè dicit̃ operatio, quæ imperata est à uoluntate humana, in ipso operante consistens, non in exteriorem transmutandam materiam transiens: quia hoc esset factio, quæ est operatio mechanicæ artis. Morales namque uirtutes, quæ in uita actiua perficiunt, circa actibilia uersantur.

Obiectio

¶Verum his obijci potest, quia in lib. de ciuitate Dei Augustinus addit tertium membrum, videlicet genus uitæ ex utroque compositum. Respondetur, q̃ Augustinus ponit hoc tertium membrum, non

Dilutio.

quantum ad diuersitatem uitæ, sed magis quo ad diuersitatem uiuentium. Etenim aliqui, sunt qui exercijs uitæ actiuæ principaliter in fistunt, quamuis interdum contemplationibus uacent: quidam uerò postpositis curis actiuæ, contemplationi principaliter studẽt: alij circa utrunq; intenti sunt. Quædam quoque sunt operationes, quę includũ, & requirũt utrumque, ut prædicatio, & doctrina, quæ à contẽplatione incohãtur, & terminantur in actiuã, sicut à causa in effectum procedentes, & hoc medium in extremis includitur. Denique cum uoluntas sit

Voluntas alias animæ mouet vires

motor omnium uirium animæ, actus potentiæ intellectiuæ pertinent ad uoluntatem tanquam ad causam motiuam & præacceptantem. Cumque uita contemplatiua in cognitione, seu contemplatione summi boni, & primi ueri cõsistat, certum est qđ essentialiter in cognitiua, seu intellectiua potentia sit ponenda, originaliter tamen, & completiuè in potentia affectiua, seu uoluntate. Nam, & charitatem præexigit, & actuali dilectione completur. Vnde super Ezechielem ait Gregorius: Contemplatiua

Gregor°.

uita est, charitatem Dei, & proximi tota mente retinere, ab exteriori actione quiescere, ita ut nihil iã agere libeat, sed calcatis curis omnibus, ad uidendum faciem sui creatoris animus inardescat. Verũ cum operatio media sit inter operantem & obiectũ tanquam perfectio operantis, & perfectionem susciens ab obiecto, & quo speciem recipit, idcirco ex duplici parte potest operatio cognitiuæ affectari. Vno modo, inquantum est perfectio cognoscentis, talisque affectatio operationis cognitiuæ procedit ex suipsius amore, & sic erat affectio

ctio in uita contemplatiua philosophorum. Alio modo, inquantum terminatur, & refertur ad obiectum, sicq; contemplationis desiderium procedit ex amore obiecti; quoniam ubi amor, ibi oculus, iuxta illud Matthæi: Vbi thesaurus tuus, ibi & cor tuũ, & ita habet affectionẽ cõtemplatiua uita sanctorum, de qua sermo, quæ primò, ac principaliter in contẽplatione, & in actuali amore summi boni summè amati consistit: secundariò autẽ, in consideratione, & amore effectuũ eius, prout referuntur ad ipsum & prout eius perfectio relucet in illis, in quibus creatoris maiestatem, sapientiam & beneuolentiam speculatur, admiratq; sicq; ex illis in omnipotentis amore accenditur, atque ad eius uenerationem & timorem inducitur. Hinc contemplatio propriè actum illum principalem designat, quo quis Deum in seipso contemplatur: speculatio autem potius nominat actũ, quo quis Deum in creaturis tanquam in speculo contuetur. Sic & fœlicitas cõtemplatiua, de qua tractauerunt philosophi, in Dei cõtemplatione consistit: quia ſm philosophũ consistit in operatione altissimæ potentiæ, q̃ in nobis est, puta in intellectu, ac que in nobilissimo habitu, utpote sapientia, dignissimoq; obiecto, quod Deus est. Hinc philosophi ultimum uitæ suæ tempus reseruabant contemplationi, tempus præcedens in alijs scientijs expẽdentes, quatenus ex illis fierent aptiores ad contemplandum diuina. Præterea uita actiua in cunctis agibilibus est consistens, siue sint ad se, siue ad alterum. Nihilominus principaliter consistit in his, quæ ad alterum, inquantum bonum commune diuinius est quàm proprium bonum: & ad hãc uitam pertinet cognitio practica, cuius finis est cognitio speculatiua. Prælatos quoq;, & prædicatores oportet ĩ utraq; uita esse perfectos, & à passionibus reformatos cum sint medii inter Deum, & homines, à Deo per contemplationem diuina charismata recipiẽtes, & populo per actionem eadẽ cõmunicantes, aliàs prælationis, & prædicationis officium indigne assumerent. ¶ Postremò, si inquiratur quæ inter has uitas nobilior, diuturnior, & magis meritoria sit: respondẽdum, ꝙ duplex est responsio. Nam primò aliquid dicitur bonum tanquam propter seipsum desiderabile, & adoptandum. sicq; uita contemplatiua est simpliciter melior, quàm actiua, inquantũ plus assimilatur uitæ beatorum in patria, ad quam per actiuam, uitam, & cõtemplatiua m uitæ huius nitimur peruenire: Vnde, & contemplatiua est finis actiuæ. Secundò aliquid dicitur bonum, quasi propter aliud appetendum, & in hac uia uita actiua præeminet cõtemplatiuæ. Vita namque contemplatiua non ordinatur ad aliquid aliud in eo, in quo est: quoniam uita æterna non est nisi consummatio uitæ contemplatiuæ, quæ per uitam hanc contemplatiuam in præsenti quodam modo prælibatur. Idcirco non restat ut ad aliud ordinetur, nisi secundum quod bonum unius hominis ordinatur ad bonum multorum, ad quod propinquiùs se habet uita actiua, quàm contemplatiua. Veruntamen contemplatiua uita est dignior; quoniam dignitas significat bonitatem rei propter seipsam, utilitas uerò propter aliud. Vita ergo actiua, quo ad hanc partem, qua proximorũ studet saluti, utilior est; quæ autem nõ ad aliud, sed ad se tantum ordinatur, neque utilior extat nec dignior, quàm contemplatiua: imò comparatur ad cõtemplatiuam, quemadmodum utile ad id, ad quod est utile. Hinc uita contemplatiua ad tempus intermittit ratione utilitatis, aut necessitatis. Amplius, cũ ex charitate dependeat meritum, contingit interdũ quòd in uita actiua aliquis plus mereatur, quàm in contemplatiua, & econtrario, secundum quod charitatem habet maiorem siue minorem. Tamen dum quæritur de duobus in genere, quid maioris sit meriti, intelligendum est quantum ad ipsorum actũ pertinet rationem, non quantum ad ipsos operantes. Cum ergo duplex sit meritum, uidelicet dimissionis culpæ, & consecutionis gloriæ, quantum ad primum, maioris meriti dicitur uita actiua, quia laboriosior. Vnde plus habet de ratione satisfactionis. Sed quo ad meritum consecutionis gloriæ, sic contemplatiua magis est meritoria, quantum ad puritatem: quia non tantum miscetur ei de puluere terrenorum, sicut uitæ actiuæ quantum uerò ad intentionem meriti, uidetur contemplatiua meriti esse maioris illa parte uitæ actiuæ, quæ studet circa sui moderationem: minoris uerò, quãtum ad illam partem actiuę, quæ profectui aliorum inuigilat: qa hoc ipsũ vr̃ charitatis existere fortioris ſm genus, ꝙ homo prætermissa consolatione, qua in Dei cõtemplatione reficitur, gloriam Dei quærat in aliorum conuersione; imò hoc ipsum Dei uidetur amore præcedere. Veruntamen contemplatiua uita ampliùs remunerat à Deo, q̃ actiua, q̃ negociat in rebus humanis, nõ respectu salutis proximorũ: pp qđ 10. Ethic. ait philosophus, Deus maximè beneficiat eos qui contemplationi student, quasi sibi simillimos. Vita demum actiua nõ manet in patria, quantum ad passionũ reformationẽ, & inquietã aliorũ prouisionẽ seu turbatiuã subuentionẽ: sed quãtũ ad alios actus, q̃ erunt uirtutũ, atq; donorũ ĩ patria. Hæc Thomas in Scripto. Quibus cõsonant scripta eius in Secunda Scæ, qõne 181. dẽpto qđ ibi affirmat uitã actiuã non manere in patria; qm uita actiua in actu cõsistit exteriori, q̃ si ordinetur ad cõtemplationis quẽ, iã ad uitã ptinet contemplatiuam. Actus aũt exteriores, q̃ erunt in patria, si q̃ erunt, ad contẽplationis referentur quietẽ. Sequenti quæstione ibidem adiungit, Simpliciter loquendo, uita contemplatiua præstãtior est, quod 10. Ethicorum philosophus octo rõnibus ꝓbat. Prima est, qm̃ uita contemplatiua conuenit homini secundũ optimum sui, utpotè intellectum; & est circa digniſsima entia, puta diuina: uitã uerò actiua circa exteriora occupatur. Secunda, qm̃ uita contẽplatiua potest esse magis continua, saltem secundum aliquẽ gradum. Tertia, quia est delectabilior. Quarta, quia in uitã contẽplatiua homo est sibi magis sufficiens, minusq; indigens. Quinta, quia uita contẽplatiua diligitur propter se, actiua ordinatur ad aliud. Sexta: quoniam uita cõtemplatiua in quadam uacatione, & quiete consistit. Septima, quia ipsa est secundum diuina, actiua verò secundum humana. Octaua, quia uita contemplatiua conuenit homini secundum id, quod sibi est proprium, uidelicet rationem. in actibus autem uitę actiuę, communicant nobis animæ inferiores. Hęc in Summa.

¶ Concordat Petrus in omnibus introductis ex Scripto. Item Richardus, Durandus &c.

Matt. 6.

Rom. 14

Prælati inter Deum & homines medij esse debent.

Quæstio.

Responsio.

Vita contẽplatiua dignior. actiua vero utilior.

## *De connexione uirtutum, quæ non separantur. Dist. XXXVII.*

Hiero. super Isa. 11.

SOlet etiam quæri, utrũ uirtutes ita sint sibi coniunctę, ut seperatim nõ possint possideri ab aliquo: sed qui unam habet omnes habeat. De hoc etiã Hieronim. ait omnes uirtutes sibi hærent, vt qui una caruerit, omnibus careat. Qui ergo unam



unã habet, oẽs habet. Quod quidem probabile est. Cum enim charitas mater sit omniũ uirtutũ, in quocunque mater ipsa est, scilicet charitas, & cũcti filij eius (id est, uirtutes) rectè fore creduntur. Vnde Augustinus, Vbi charitas est, quid est qđ̃ possit deesse? Vbi autem nõ est, quid est quod possit prodesse? Cur ergo non dicimus, qui hanc uirtutem habet, omnes habet, cũ plenitudo legis sit charitas, quæ quanto magis est in homine, tanto magis est uirtute præditus: quanto uerò minus, tanto minus inest uirtus: & quanto minus inest uirtus, tanto magis inest vitium?

Augustin. super Iohannem.

Rom. 13.

## *Si cuncta virtutes pariter sint in quocunque sunt.*

Vtrũ uerò pariter quis omnes possideat uirtutes, an alię magis, aliæ minus in aliquo ferueant, quæstio est. Quibusdam enim uidetur, quòd aliæ magis, aliæ minus habeant ab aliquo, sicut in Iob patientia emicuit, in Dauid humilitas, in Moyse mansuetudo, ꝙ etiam concedũt magis aliquem mereri per aliquam unam uirtutem, quàm per aliam. sicut eam pleniùs habent, quàm aliam. Non tamen magis per aliquam mereri dicunt, quàm per charitatem: nec aliquam pleniùs à quoquã haberi, quàm charitatem. Alias ergo magis, & alias minus in aliquo esse dicunt: sed nullam pleniùs charitate, quę cæteras gignit. Hasq; dicunt esse multas facies, quas memorat Apostolus, dicens: Ex personis multarum facierum, &c. alii uerius dicunt omnes uirtutes, & similes, & pares esse, ĩ quocunque sunt: ut qui in una alteri par extiterit, in omnibus eidem æqualis sit. Vnde Augustinus: Virtutes, quę sunt in animo humano, quamuis alio, & alio modo singulæ intelligantur: nullo modo tamen seperantur ab inuicem. ut quicunque fuerint æquales (uerbi gratia) in fortitudine, æquales sint & prudentia, & iustitia, & temperantia. Si enim dixeris æquales esse istos in fortitudine, sed illũ prestare prudẽtia: sequitur ut huius fortitudo minus prudens sit, ac per hoc nec fortitudine æquales sunt, quia est illius fortitudo prudentior: atque ita de cæteris uirtutibus inuenies, si omnes eadem consideratione percurras. Ex his clarescit, omnes uirtutes non modo esse connexas, sed etiam pares in animo hominis. Cum ergo dicitur aliquis aliqua præeminere uirtute, ut Abraã fide, Iob patientia: secundum usus exteriores accipiendum est, uel in comparatione aliorum hominum, quia uel humilitatis habitum maximè prefert, uel opus fidei, uel alicuius cęterarum uirtutum præcipuè exequitur. Vnde, & ea prę alijs pollere, uel ĩter alios homines singulariter excellere dicitur secundum hũc modum, scilicet secundũ rationem actum exteriorum. Vnde ut alibi Augustinus dicit in aliquo aliam magis esse uirtutem, aliam minus, & unam inesse uirtutem, & non alteram. Ait enim sic: Clarissima disputatione tua satis apparuit, non placuisse auctoribus nostris, imò ueritati ipsi, omnia paria esse peccata, etiam si hoc de uirtutibus uerum sit: quia etsi uerum est, eum, cui habet unam, omnes uirtutes habere, & eum qui unam non habet, nullam habere, nec sic peccata sunt paria: quia ubi uirtus nulla est, nihil rectum est: nec tamen ideo non est prauo prauius, distortoque distortius. Si autem quod puto esse uerius sacrisque literis congruentius, ita sunt animæ intentiones, ut corporis membra non quod uideantur locis, sed quod sentiantur affectibus, & alius illuminatur amplius aliùs minus, aliùs omnino caret lumine: profecto ut quisque illustrationis pię charitatis affectus est in alio actu magis, in alio minus, in aliquo nihil, sic dici potest habere aliam, & aliam non habere, & aliam magis, aliam* minus. Nam & maior est in isto charitas, quàm in illo. & ideo rectè possumus dicere, & aliqua in isto, nulla in illo quantum pertinet ad charitatem, quæ pietas est: & in uno homine quidem, quòd maiorem habeat pudicitiam, quàm patientiam, & maiorem hodie, quàm heri, si proficit in ea: & adhuc non habeat continentiam, & habeat non paruam misericordiam. Et ut generaliter, breuiterque complectar, quam de uirtute habeo notionem, uirtus est charitas, qua id, quod diligendum est, diligitur. hæc in alijs maior est, in alijs minor, & in alijs nulla est: pleniſsima uerò, quæ iam non possit augeri, quàmdiu hic homo uiuit, in nemine est. Hic insinuari uidetur, quòd aliquis ea ratione possit dici habere unam uirtutem magis, quam aliã, quia per charitatem magis afficitur in actu unius uirtutis, quàm alterius: & propter differentiam actuum, ipsas uirtutes magis, uel minus habere dicitur. Potest & aliquam non habere: cum tamen simul omnes, & pariter habeat, quantum ad mentis habitum uel essentiam cuiusque. In actu uerò aliam magis, aliam minus habet aliam etiam non habet: ut uir iustus utens coniugio, non habet continentiam in actu, quam tñ habet in habitu. Cur ergo non dicãtur paria peccata? Forte ꝙ magis facit cõ

Virtutem aliqua quomodo aliquis p̃eminere dicitur.

Augu. ad Hieron.y.

Contẽplatiua uita quare p̃stantior sit.

*minus habere uirtutem

tra charitatem,qui grauiùs peccat: minus,qui leuiùs.Nemo enim peccat nisi aduersus
Rom. 13. illam faciendo,quæ est plenitudo legis.Ideo recte dr. Qui offenderit in uno, factus est
Iacobi. 2. omnium reus,id est,contra charitatem facit,in qua pendet omnia:

## *Repetit de charitate, ut addat quomodo tota lex in ea pendet.*

Cum duo sint præcepta charitatis,in quibus (ut prętaxatum est) tota lex pendet, &
Matt. 22. prophetæ,aduertendum est quomodo hoc * sit,cum in lege,& prophetis multa fuerint * sit
ceremonialia mandata,quę si ad charitatis sanctificationem pertinuissent, uideretur
nondum * debuisse cessare,Quia uerò nō iustificationis gratia (quam facit charitas) in- * debere.
stituta sunt,sed in figura futuri,& in onus posita: ideo clarescente ueritate, cessauerunt
uelut umbra.Verumtamen, & ipsa ceremonialia secundum spirirualem intellectum,
quem continent,& omnia moralia ad charitatem referuntur. Pertinent enim omnia
ad decem mandata in tabulis scripta ubi oīum summa perstringitur,ex quibus cætera
emanant,sicut in sermone domini octo uirtutes præmittuntur, ad quas cætera referun
Matth. 5. tur. Et sicut ad decem mādata decalogi cætera referuntur,ita,& ipsa decem ad duo mā
data charitatis pertinent.Omnia ergo ad duo mandata charitatis pertinent, quia per
Li. de do. Christiana. charitatem implentur,& ad charitatem tanquàm ad finem referri debent.Vnde Augu
stinus:Totam magnitudinem & amplitudinem diuinorum eloquiorum possidet cha-
Matt.22. ritas,qua Deum,proximumque diligimus,quæ radix est omnium bonorum. Vnde ueri-
tas ait:in his duobus mandatis uniuersa lex pendet,& prophetę.Si ergo non uacat om-
nes paginas sanctas perscrutari,omnia inuolucra sermonum euoluere:tene charitatem
1.Timo.1. ubi pendent omnia,quia perfectio est,& finis omnium.Tunc enim,& præcepta,& con
silia rectè fiunt,cum referuntur ad diligendum Deum, & proximum propter Deum.
Quod uerò timore pœnæ uel aliqua intentione carnali fit,ut non referatur ad charitatē
nondum fit sicut fieri oportet, quamuis fieri uideatur. Inimicus enim iustitiæ est, qui
pœnæ timore non peccat:amicus uerò iustitię,qui eius amore non peccat.Omnium er
go hæc summa est,ut intelligatur legis & omnium diuinarum scripturarum plenitudo
esse dilectio Dei & proximi.

Hoc loco Dionysius non tenuit morem suum, quo summam distinctionis narrare solitus est. Vt ne putes vel dormitatum a nobis,vel tenere quid mutatum

### QVAESTIO I.

Post quā tractauit magister de uirtutibus,& de do
nis, nunc perscrutat, *An uirtutes mutuo sint con
nexæ, an earum dona.* ¶ Videtur ꝙ non, quoniam mul
ti sunt uiri legis periti, ualde prudentes. acuti con-
siliis, qui tamen iniusti sunt, intemperati, ac timidi.
Aliqui quoque uirginitate ornantur, qui tamen
auaritia sordent. ¶ Rursus scientiæ non sunt connexæ, ergo neque uirtutes. Multi etiam habent fidem
quæ est theologica uirtus, qui charitatem nō habēt.
¶ In contrarium sunt, quæ inducuntur in textu ex
In oppositum. uerbis sanctorum. Insuper Aristoteles sexto Ethicorum docet, neminem posse esse prudentem, nisi
Virtutes sunt concatenatæ. qui, & cæteris uirtutibus decoretur: Hinc philo-
sophi potissimè Stoici, dixerunt uirtutes esse conca
tenatas.
¶ Ad hæc Bonauentura respondet: In hac quæ-
stione controuersia fuit inter philosophos. ut Hiero
nymus, & Augustinus ennarrāt. Quidam enim Stoi
corum dixerunt, uirtutes necessariò esse connexas,
ita quod carens una, omnibus careat, de quorum
Seneca, opinione Seneca fuisse uidetur, dicens: Si unam de
turmis tuis dimiseris, nullam te habiturum esse ne-
cesse est fatearis. Aliorum fuit positio, ꝙ una sine
alia possit haberi, ita ꝙ quis ualeat esse castus, qui
non sit iustus. Ratio auem huius diuersitatis fuit,
quia secundum Stoicos uirtus non inest, nisi sapien
ti: quoniam regimen totius uitæ humanæ secundū
regulam moris, dependet à rectitudine rationis. Sa-
pientem autem dixerunt, in quo nulla turbatio ca-
dit, ut libro de ciuitate Dei recitat Augustinus, utpo
tè qui cunctis animę passionibus dominatur, pter-
hoc, quod ponebant, quòd cum uirtus consistat in
medio, medium autem sit uniforme, & indiuisibile,
nemo habeat uirtutem nisi habeat eam in summo,
puta perfectè, quod non est, nisi careat omni uitio.
Qui errauerunt in his, quod sapientiam non dixe-
runt in proficientibus esse, nec differre, an quis pa-
rum, aut multum à medio puncti recedat. Ideo re
prehendit eos Augustinus, ad Hieronymum scribēs Augustin.
sic uidentur mihi Stoici esse falsi, qui hominem in sa
pientia proficientem, dicunt omnino sapiētiam nō
habere: sed tunc solum, quando in sapientia est per-
fectus, sicut qui dicunt, quòd nihil interest ad homi
nem prefocandum, utrum ali qua super sese habeat
stadiis multis, uel stadio uno, aut palmo, ita est de il-
lis, qui in gurgite sunt erroris ad sapientiam. Satisq;
rationabiliter eos redarguit Augustinus, quoniam
uiam salutis in bono nimis arctant, dicendo in so-
lis perfectis esse sapientiam, ac uirtutem: & in ma-
litia nimis dilatant, dum dicunt non referre, utrum
quis magis, uel minus à medio recedat uirtutis.
Hinc rationabilior fuit aliorum philosophorum po
sitio, qui dixerunt in uirtutibus gradus, & latitudi-
nem esse, sicut in medio sanitatis. Cumque uirtus
politica paulatim adipiscatur dixerunt eandem uir
tutem nunc perfectius, nunc minus perfectè in-
esse, & unam posse separari ab alia, quorum sen-
tentia, secundum dicta Augustini magis est appro-
banda. Ideo respondendum, quod simpliciter lo-
quendo, ui delicet quantum ad omne tempus, &
quantum ad habitus ipsos uirtutum, non est conne-
xio inter uirtutes politicas, quamuis inter eas alī-
qua ualeat esse connexio ratione alicuius status de-
terminati, & quarundā conditionū cōium. Idcirco
notandum, quod contingit loqui de uirtutibus poli
ticis,



ticis, quantū ad propria, & quantū ad appropriata.
Et quantū ad appropriata, est in eis connexio: qa hæ
quatuor ꝓditiones cōes, quæ sunt, discernere quid
eligendū, mediumq; tenere, atq; in finem tēdere re
ctè, & negociari circa arduū difficile: quatuor uirtu
tibus cardinalibus appropriantē, & tñ simul ad uir-
tutem quamlibet requiruntur. Si verò loquimur de
virtutibus quantū ad propria, hoc pōt esse dupliciter: qa uel simpliciter, aut quātū ad ſtarū pfectionis
Si quantum ad ſtarum perfectionis sic uirtutes con
nexæ sunt: quoniam nunquam una habetur pfectè
nisi habeantur, & ceteræ, & quantū ad hoc, uerè lo
Stoici. cuti sunt Stoici, quāuis non usquequaq; sup ver ū es
sent fundati. Si aūt simpliciter, non est necessariū eē
in virtutibus connexionē, qñ sunt acquisitæ. ¶ Quę-
Quæstio. ritur ēt, An in uirtutibus theologicis extet connexio. Ad quod dicendū, qđ de virtutibus theologicis
contingit loqui tripliciter. Primò quantū ad habitū
subſtratum. Secundò, quantū ad superadditum ſta-
tū. Tertiò, quantum ad defectum imperfectionis
adiunctum, & hoc tertio modo nō est necesse has
uirtutes esse connexas, qa hoiem gratiā habentē nō
est necesse imperfectionē habere adiunctā. Loquen
do aūt de eis secundo mō, adhuc non oportet eas eē
cōnexas, cū ſtatus ille superadditus nō sit de necessi
tate uirtutis, sicut est reperire in cōtinentia uirgina
li, & uiduali. Loquendo demum de uirtutibus pri-
mo mō, distinguendū est, qa aut habitus illi uirtuti
necessariò annexā hebent imperfectionē, ut fides,
& spes, & sic non sunt necessariò annexi uirtutibus
alijs nisi in via: aut nō habēt necessariò imperfectio
nē annexā, & sic alijs uiriutibus necessariò sunt an-
nexi, tā in uia, q̄ in patria. Hinc uerū est secundū
oēm ſtatū, ꝙ eū q̄ habet gratiā, necesse est habere
virtutes, q̄ sunt pfectæ, vel aliud eis corrūdens, quē
admodū loco fidei habebimus in patria visionē, lo
Quadruplex causę genus. co spei tentionem. Deniq; rō huius connexionis assi
gnari pōt scd̄m quadruplex genus causæ. Nā primo
ex parte causæ materialis, est nostra necessitas. Scdō
ex pte causæ efficientis, est Dei largitas. Tertiò, ex
parte causæ formalis, est uirtutum cōformitas. Quar
tò, ex parte causæ finalis, est præmij dignitas. Causa
materialis. i. subiectū uirtutū, est aia rōnalis secun-
dum suas potentias, secūdum quas potest obliquari, & dirigi. Cumq; potentiæ ille nequeant per vnā
solā virtutē rectificari, oportet ꝙ aīam simul per di
uersas uirtutes rectificetur, & Deo in esse gratui-
to accepta reddatur, sicq; ex parte susceptibilis;
oportem uirtutes gratuitas esse connexas: Idem pa
tet ex parte causæ efficientis, quæ est diuina liberali
tas, cuius est nequaquaquā deficere, sed oīa necessa-
ria ad salutē simul conferre. Patet, & idem ex par
te causæ formalis gratuitarum uirtutum, quæ est
gratia: quæ cæteras uirtes quantum ad habitus sibi
subſtratos pficit, & informat per influētiā, qua aiam
Deo efficit gratam, q̄ ad uniuersas uirtutes se ha-
bet conformiter. Rursus id patet ex parte causæ fi-
nalis uirtutum, quæ est gloria, ad quā cunctæ dispo
nunt uirtutes, estq; finis illarum, neq; infunditur
Quæstio. nisi dispositis p ealdē. ¶ Præterea si quęratur, An do
Responsio. na quoq; cōnexa sint: rñdendum, ꝙ de donis est lo
qui dupliciter. Primò. quantū ipsorum originem: se
cūdò quantū ad eorum sequentē effectū. Primo mō
habēt cōnexionē, cū oīa gratuitorū habituū origo
quasi materialiter sit ī natura, ꝑpletuē uerò, forma
literq; in gra, ex qua dona simul queunt oriri. Secū
do modo non habent connexionem quantum ad
actus supererogationis, & excellentiæ, secundum
quos uix in aliquo reperiunt, ut scribit Gregorius
sup illud beati Iob: Nunqd coniungere poteris mi- Ioh 38.
cātes stellas pleiades? quātū uerò ad usus necessitas Quæstio.
& sufficiētiæ, simul sunt. ¶ Cōformiter quæri pōt de
peccatis, & uitijs, an sint connexa. Et rñdendum, qđ In peccato sunt duo.
cum in pctō sint duo, puta auersio, & cōuersio, quā
tum ad auersionem, quodamodo coniuncta viden
tur: qñ omnia ab uno, eodemq; incommutabili bo
no auertunt, atq; in omnibus idem Deus offendit
sed quantū ad conuersionem ad cōmutabile bonū
caducū, connexa nō sunt, qa diuersa pctā ad diuer-
sa commutabilia uertunt, & diuersas in nobis de-
formitates, & habitus uiciosos efficiunt, quibus di-
uersi cruciatus debentur, & infligētur: nec possunt
conuerti propter repugnantiam: qm̄ ex diuersis &
contrarijs sæpe oriuntur radicibus, & ad fines tem
dunt interdum diuersos, vt patet in prodigalitate
& cupiditate. Nihilominus possunt habere eandem
generalem, & remotam radicem siue originem, vt
est concupiscentia, superbia, seu priuatus. Hæc Bo-
nauentura.
¶ Amplius, Thomas ad quæsita rñdens; Virtus, in Tho. Aq. Virtus capitur dupliciter.
quit, consideratur dupliciter, Primò, secundum esse
suum impefectum, prout seminaria quædā uirtutū
naturaliter nobis insunt, Sicq; una uirtus sine alia
potest haberi, cum quidā ad liberalitatem apti sint,
ad luxuriam proni. Secundò penes esse suum perfe
ctum, quod ex consuetudine recipit, sicq; oportet
uirtutes esse cōnexas. Cuius ex dictis philosophorū
sumitur ratio triplex. Primam assignat philosophus
6. Ethicorum ab eo, à quo perficitur quælibet virtus
politica, in qua est inclinatio ad actū prudentiæ, q̄
inclinatio dr uirtus naturalis, & à philosopho uoca
tur democratica, quam possumus industriam appella- Δημοτικὴ i. populares.
re, quæ ad bona, & ad mala habere se pōt, ideo nō ris.
est uirtus: Idcirco si ad uirtutis pfectionē d3 pduci
ita, qoē iudiciū eius sit rectū, oportet aliquid addi,
p qđ omnis error uitetur. Porrò in iudicio duplex
est error. Vnus circa finē, sicut habens habitum ui-
tiosum, erroneè iudicat, & inclinatur ad actū suū,
sicut ad per se bonū & talis error in agendis assimi
latur errori, q̄ est circa principia in speculandis. Ali
us error est in prosecutione finis, dum quis à recta
finis appræhensione declinat p passionem quemad
modum delectatio corrumpit censuram prudentiæ
qui agibilium error assimilatur errori in speculabi
libus circa decursum principiorum ad conclusio-
nem. Vtrunq; aūt errorem prohibet virtus moralis
quæ facit inclinationem in finem rectum, & repri-
mit passionem, puta prudentia ideo esse non potest
prudentia sine morali uirtute, puta temperātia, for-
titudine, &c. Inclinatio quoq; naturalis ad ea, quæ
virtutis sunt, quo fuerit maior, eo nociuior, nisi ad-
sit rationis discretio; ideo ad hoc, quòd virtus mo
ralis perficiatur, oportet, quòd à prudentia dirigā-
tur. Propter quod secundo Ethicorum in diffini-
tione virtutis prudentia ponitur. Hinc virtutes po-
liticas oportet esse connexas Alia connexionis ra-
tio sumitur ex his, quæ in oī virtute concurrunt,
quorum tñ vnumquodq; aliqua virtus principali-
ter vendicat sibi, quemadmodum difficile vendicat
sibi fortitudo, moderatum temperantia, scientiam
prudentia, quæ virtutes ab his cōditionibus sua no-
mina sortiuntur. Quod verò est maximum in quoli
bet genere, causa est aliorum. Hinc alię virtutes ali
quam prędictarum conditionū participant ex vir-
tute, quæ illā principaliter vendicat sibi; vt qñ for-
tis est circa difficillima, ideo perseuerans in illis, in
alijs quoque faciliùs perseuerabit. Hanc rationem
videtur Seneca assignare, dicendo: Oē quod bene Seneca.
fit:

sit:iustæ,prudentes,temperate,ac fortiter fieri constat.Tertia rō sumitur ex fine,quē quælibet uirtus intēdit,q̄libet etenim uirtus intendit bonitatem honesti:& si illā intendit ut condecet uirtuosum, nullo mō ab ipso intentionē deflectit. Propter qđ quartò dr̄ ethicorum,quod prodigus, qui sua expendit nō curās bonum,facile in quodcunq; malum declinat Itaq; rectè ait 6.Ethicorum philosophus,qđ nullus potest habere prudentiā,nisi habeat uirtutes morales, nec morales uirtutes quis potest habere sine prudentia. Vnde dum alius exercetur in actu alicuius uirtutis:si simul exerceatur in actu uitij alicuius nunquā acquirit aliquam uirtutem,quia nunquam acquirit prudentiā.Ad hoc ergo,ꝙ aliqua uirtus habeatur, oportet ꝙ hō bene se habeat in oībus, quæ in vsum ueniunt uitæ humanę.Insuper uirtutes gratuitæ connexæ sunt,quantū ad id,quod assentialiter habet se ad rōnē uirtutis:quantum uerò ad id,quod accidentaliter ad uirtutē se hꝫ,quāuis forte nō accidat uirtuti,inquantum est talis uirtus,nō oportet esse connexas.Rō quoq; connexionis, ex tribus acipitur.Ex charitate,q̄ est forma uirtutū, cū qua oēs simul infunduntur.Secundò ex gr̄a,q̄ est quasi totum potestatiuū ad uirtutes, ex quo uirtutes quodāmō fluunt quemadmodū potentię aīæ ex eius essentia. Vñ sicut oēs potentiæ illæ sunt simul,inquantū uniūtur in una essentia,ita uirtutes. Tertiò ex ipsa generali iustitia,qua iustificatur,iniquus,quæ nihil imperfectum relinquit,quoniam impium est à Deo dimidiam sperare salutem, vt sancti testantur. Idcirco dum quis desuper iustificatur,cunctæ uirtutes ei pariter infunduntur Ex his elicitur,quòd iurisperiti, (Prudētiā verā nō habēt iurisperiti uitiosi.) &consiliarij uitiosi,non habent ueram prudentiam sed aliud simile ei, vt versutiam, calliditatem, & informem iuris notitiam. Fides uerò,& spes non formatæ per charitatem, non sunt uirtutes absolutè loquendo:similiter nec corporalis uirginitas, q̄ & sine pc̄tō pōt amitti. (Obiectio.) ¶ Et si obijciatur p̄dictis, quod perseuerantia,& pęnitentia non sunt in oībus charitatem habentibus,quia in innocente non est pœnitentia,& in casuro cras,non est nunc perseuerantia: (Dilutio.) dicendum,quòd penitentia inest pęnitenti,quātum ad animi præparationem,& sub conditione,vt si ceciderit.Perseuerantia etiam ut est uirtus specialis, dicit propositum persistendi in bonis virtutum vsq; in finem, & ita inest omni charitatem habenti non autem prout dicit continuationem virtutum in finem,quia nec sic est specialis uirtus.Pręterea de connexione donorum:dicendum, ꝙ faciunt hominem diligibilem beneq; mobilem à spiriritusancto, & transcendunt uirtutes, theologicis demptis uirtibus idcirco connexa suut charitati, ac mutuò,secundum quod necessaria sunt saluti,&c.vt supra in Bonauentura.De connexione quoq; uitiorum dicēdum,ut supra. (Beda.) Quod autem asserit Beda,Sancti plus illumniantur de aliorum virtutibus,quas nō habēt quàm de uirtutibus,quas habent glorientur:intelligendum est de uirtutibus,quantū ad vsus, seu actus earum: non quantum ad habitus. Diuersi quippè sancti diuersimodè se inuicem excedunt in actibus diuersarum uirtutum,secundùm quod de quolibet dicitur cōfessore: Non est inuentus similis illi, &c. (Ecc.44.) Hæc Thomas in Scripto.

(T. Aquinas.) ¶ At verò in Prima Secundæ quæstione 64 adiecit:Quædam sunt in uirtutes morales,hoīem perficientes secundum statum aliquem eminētē,ut magnificentia, & magnanimitas. & tales non semper actualiter simul habentur cum alijs, sed in propinqua potentia. Si autem quęratur, An uirtutes morales sint semper chatitati connexæ?, ita quod in infidelibus nō sint: (Quæstio; Respōsio) dicendum, quòd uirtutes morales acquisitæ,secūdum quod ad naturalē finē disponūt atq; ex consuetudine humana, seu naturali potentia possunt acquiri,sine charitate queunt haberi, sicut in multis philosophis, & paganis fuerunt in sic tñ non habent perfectā rōnem uirtutis: nō enim simpliciter perficiunt hoīem, nec ad perfectam perducunt fēlicitatem. Hæc in Summa, &quæ ibi de donorum connexione conscribit,iam habita snnt. Dictum est quoq;,quomodo sapientia,& scientia vno modo sunt dona gratiæ gratis datę,& ita connexæ non sunt, cum dicat apostolus:Alij per spiritum datur sermo sapiētiæ, alij sermo scientiæ in eodem spiritu. (1.Cor. 12.) Alio modo sunt dona gratiæ gratum faciētis & de numero septem donorū.sicq; connæxæ sunt.

(Petrus) ¶ In præinductis Petrus magis in uerbis, sensu coincidit scriptis Bonauenturæ,& connexione donorū adiecit: Quorundā opinio est, qđ dona nec cum uirtutibus neq; ad inuicem habent connexionē nec secundum vsum,seu actum, neq; secundum habitum.Nempè cum uirtutes dētur ad opera primæ necessitatis,ideo nō sufficit vna sine alia.Dona verò danť ad opera supererogationis,in quibus cōtingit fieri vnum opus, non aliud:vnū quoq; hominē excellere in opere vno,aliumq; in altero: & ita qui habet uirtutes, non habet nececessariò dona: nec qui habet unum donum, oportet, quòd habeat alia omnia, sed secundum gratuitum donantis arbitrium obtinet ea, & hoc videtur magis conuenire rationi donorum.

(Dionysius cōtra Tarātasium.) ¶ Qui in his multū recedit à Thoma in pluribus locis,& vr̄ Thomas de hi veriùs conscripsisse. Si.n. (iuxta Gregorium) dona infunduntur in adiutorium virtutū, & charitati connexa sunt, uidenť cū charitate infundi,& cum fide,& spe,quas expediūt Rursus, si dona reddunt hominem bene dirigibilē (Dona reddūt hoīē promptè mobilē à spū sancto) prompteq; mobilē à spiritusancto, motione, atq; directione homo in omni indiget statu,imò præsertim qñ adhuc pusillus est,apparet qđ dona in oī statu,& gradu uirtutum uirtutibus sint connexa, qđ etiam scriptis cōcordat deuoti, ac desuper illuminati uiri Iohanuis RuysbroecK, (Ioh.Ruysbroeck.) qui in varijs suis opusculis scripsit in Teutonico tam subtilititer, & p̄fundè de donis,& consonat dictis Thomę,Alberti Bonauenturę,vt imposibilile videať, hominē idiotam taliter posse scribere in tali materia,sine speciali, & præcipua illuminatione spūssancti. De cuius scriptis multa induxi in speciali tractatu,quem ante triginta quatuor circiter annos de donis spiritussancti composui.

(Richardus) ¶ Porrò Richardus prædictis sequitur Thomam attñ addit,quod dona quantum ad esse suum imperfectū,& quo ad usum talis esse.nō sunt connexa quia(ut ait)experientia docet quosdā habentes donum timoris, quo timēt peccare spāliter nec à Deo separentur,qui tñ non habent actum doni intellectus circa credenda, sed tantum simpliciter assentiunt articulis fidei.Hæc Richardus.

(Contra Richardum) ¶ In quibus nihilominus potiùs sancto Thomę consentio, vtpotè ꝙ nullus in charitates existens adeo simplex est, quin habeat rationem propter quam credit, uidelicet, quia fidem credit Christianam esse à Deo uerò collatam, vel quia credit sanctos sic credisse, & totam ecclesiam ita tenere, uel quia non putat aliter posse saluari,aut propter aliquid tale, ad quod lumine doni intellectus iuuatur angelica quoque spiratione docetur.

¶ Scripta demū Alberti in his, consonāt Thomæ imò



imò Thomas in his Albertum secutus est,& scripta ipsius clariùs pleniusque expresit.

(Duradus.) ¶ Deniq; Durandus materiam istam dilatans:Videndum est, inquit, quot modis uirtutes connnexæ sint.Ita duplex est modus connexionis in generali:Vnus est essentialis,alter dispositiuus. Essentialis est duplex. Primus,secundum quod una uirtus dependet ex alia, quantum ad id, quod in sua est quidditate,quemadmodum omnis moralis acquisita,dependet à prudentia.Secūdum est, dum aliqua connectuntur inter se non immediatè,sed tertio mediante,quod est connexum utriq;.sicq; uirtutes morales connectunť inter se mediante prudentia.Alio modo aliqua connectuntur dispositiuè,quæ dispositio attenditur, inquantum subiectum per unum eorum disponitur ad meliùs se habendum in altero uel in actu alterius.Quod quantum ad uirtutes, cōtingit dupliciter. Primò, quia subiectum dispositū per unam uirtutem,potest perfectus,puriusq; elicere alterius, quàm sine ea, sicq; uirtutes morales disponunt ad intellectuales: quia sedatis pasionibus per uirtutes morales, potest perfectiùs in intellectualium actus uirtutum.Secundò attenditur dispositio illa, secundum quod una uirtus magis firmatur,& magis resistit actui sibi contrario, per hoc, quod alteri uirtuti coniungitur, sicut temperantia fortitudini iuncta,efficatior redditur ad resistendū uitio sibi opposito.his præmisis, dico, quòd uirtutes morales à theologicis non dependet primò modo, videlicet quo ad suam essentiam, quin sine eis posint haberi.Nam naturalibus uiribus potest eas homo attingere,quod & pręcipuè patet de homine primo, dato quòd non fuit in gratia conditus. Veruntamen uirtutes theologicæ exigunt dispositiuè uirtutes morales acquisitas,quatenus actus suos perfectiùs queant elicere.Hæc Duradus.

(contra Durandū.) ¶ In quibus sentire videtur,quod homo naturalibus uiribus posit simpliciter esse, & dici uirtuosus uirtutibus moralibus,& intellectualibus,sine fide, charitate,& gratia,quod prima facie videtur errori Pelagij propinquare.insup,sine fide,& charitate non est hō in statu salutis,nec sine peccato mortali, (Pelagius.) iō nō est simpliciter uirtuosus, nec bonus, nec Deo acceptus.Et q̄uis istud lumine naturali non pateat,tñ:qm ex diuina reuelatione constat sic esse ita tenendum est absolutè. Certum est quoque qđ charitas est in pueris baptizatis, imò in baptizatis adultis,ex uitiosa,& pasionata uita conuersis,& protinus baptizatis, sine uirtutibus moralibus acquisitis per quasi tñ propriùs, & delectabiliùs operanť. Virtutes etenim acquisitę tollunt inclinationes cōtrarias,& assuefaciunt hominem ad agendū promptè quæ bona sunt:idcirco per eas homo delectabiliùs operatur,quàm per uirtutes morales solū infusas.

(Durand⁹.) ¶ Insup dicit Durandus, ꝙ peccata non habent connexionem ratione auersionis, sicut iā dictū est: quia ex hoc,ꝙ aliqua recedunt ab uno,non connectuntur,ut patet de lineis progredientibus à pūcto eodem:Ad quod rñdendū, ꝙ multiplex est connexio,sicut & diuersa egresio siue diuisio. (Pc̄ā ratione auersionis connexa sunt.) Pc̄tā autē dicuntur cōnexa auersionis à summo bono,q̄a hoc omnibus eis commune est,cōueniuntq; in hoc, qđ ab eodem summo bono auertunt. Conuenientia autem,& communicatio facit connexionem, sicut & similitudo in conuenientibus, atque similibus.

(Gādauus.) ¶ Præterea Hēricus quodlibeto sexto,Perfectio, ait, hoībus consistit propria eius operatione, s̄m quod homo est,ut primò dr̄ Ethicorum.In tali autem operatione consistit hominibus beatitudo, & finis, ad operationem ordinantur aliæ eius operationes secundum uirtutum. In eo autem in quo est aliquis finis,& aliqua,quæ sunt ad finem, est de necesitate duplex ordo, atq; connexio.Vnus videlicet inter se eorum, quæ sunt ad finem, & alius omnium ipsorum simul ad finem, quemadmodum de ordinatione exercitus 12. Metaphysicæ dr̄. sicq; in hoīe est duplex ordinatio talis, utpotè uirtutum inter se,& earundē ad suum finem seu principalissimam operationem.De qua connexione ad præsens nihil.Intendimus autem hic de connexione uirtutum politicorum,q̄ sunt iustitia,prudentia dignior est in cuius operatione suprema ponitur ciuilis fœlicitas secundum philosophum,& ad illam operationem supremam ordinantur actiones aliarum politicarum uirtutum.Sic aūt est ordo operationum bonarum in ultimum finem in politicis, & laudabilibus exercitijs,sicut in naturalibus est entiū ordo ad primum principium.In qualibet demum uirtute sunt duo consideranda, vtpotè p̄prius finis præter finem ultimum,ad quem fines uirtutum proprij ordinantur, sicut finis fortitudinis bellicæ est pax ciuitatis,& patriæ,obtento triumpho.

¶ Hanc materiam doctor iste prosequitur multū prolixè,& tamen summa suæ responsionis includitur in responsis sancti Thomæ,ac Bonauenturæ,videlicet,ꝙ uirtutes istæ connexæ sunt secundum esse suum perfectum potisimè. idcirco pertranseo. aliqua tñ ex dictis eius adijciam: Quatuor, inquit, sunt status in vnaquaque uirtute, (In uirtutes quatuor sunt status.) uidelicet inchoationis profectus, p̄fectionis,& excessus.Et in duob. primis,uirtutes omnino sunt imperfectæ, nec merentur dici habitus,aut uirtutes, sed tantum dispositiones ad uirtutes: Dispositionem autem ad aliquam uirtutem potest homo exercitio aliquo obtinere, ita quòd non ad aliam, secundum quod naturaliter magis dispositus est ad unam uirtutem, q̄ aliam, aut occasionem habet exercitandi specia-ter se ad vnam:idcirco loquendo de uirtutibus secundum hos duos infimos status, oportet eas esse connexas;sed loquendo de eis secūdum alios duos status adhuc dupliciter considerantur: Primò,prout absolutę virtutes sunt, & perfectę uocantur. Secundò, prout in perfectione consummatæ sunt, in gradu tamen latitudinis alicuius citra heroicas, respectu quarum prima perfectio imperfectio quædam est. Hæc idem, qui ista prolixisime tractat,& tamen hæc ipsa non uidentur communi doctrinæ satis consona esse. Communiter enim asserimus, tres esse status, seu gradus uirtutum, videlicet incipientiū,proficientium, perfectorum nec apparet necesse,vt vltra statum perfectorum altior statuitur in vita præsenti, loquendo in generali, quamuis certum sit in statu perfectorum latitudinem esse nō paruā,secundū quod unus sanctorum est sanctior alio:Imo in statu quoq; proficientium latitudo cōsistit, & multiplex gradus, suoq; modo in incipientium statu.Omnes autem perfecti, vocantur heroici, seu diuini. ¶ Præterea, ꝙ dicit uirtutes secūdum duos infimos status earum,videlicet inchoationis & profectus,non mereri dici virtutes,videtur consonare prænarratę opinioni Stoicorum, dicentiū quod uirtutes non sint nisi in perfectis, quod improbatum est in præinductis.

(Scotus.) ¶ Postremò Scotus hic recitat prætactā positionem Henrici,& ɔ̄ id,quod dicit uirtutes secundum statum, & esse perfectum, necessariò esse connexas, sic arguit Scotus: Sicut parte duos gradus primos id est, infimos secundum viam generationis

nis procedendo, contingit non esse connexos, & cõ similiter duos primos gradus tertij gradus, videlicet quando uirtus est imperfecta, vel mediocris, eodem modo arguo de uirtute secundũ tertium gradum uirtutis, quia contingit aliquem habentem uirtutem secundum duos gradus tertij gradus, exercitari secundũ gradũ vnius uirtutis, nõ alterius. Non n. minus dispositus est aliquis habens habitum ad operandum circa illa obiecta, quàm aliquis nullum habitum habens: ergo si quis à principio potuit se exercere circa obiectum unius uirtutis, & non alterius: multomagis cũ habuerit habitum unius uirtutis usq; ad duos gradus poterit exercitari circa obiectũ vniꝰ uirtutis, & nõ alteriꝰ. sicq; poterit sibi acquirere uirtutẽ unã pfectã, nõ alia. Hinc meliùs dicũt alij quidã, qđ possibile est habitũ quãtũcũq; pfectũ in genere naturæ, acquiri ex actibus frequenter elicitis circa obiectũ vnius virtutis, absq; acquisitione alterius habitus. sed habitus iste quantuncunq; intensus, non erit uirtus, quia non habet rationẽ uirtutis, nisi sit conformis alijs uirtutibus acquisitis: qm̃ concordantia habitus ad habitum necessaria est in quolibet actu. Contra hoc arguo: Virtus cum omnibus quæ sunt per se de ratione uirtutis, generatur ex actibus rectæ rationi coformibus ita, quòd ultra naturam actus, & habitus, nõ requirit ratio actus, aut habitus uirtuosi, nisi conformitatem ad rectam rationem: sed sine concordia aliarũ uirtutũ concurrentium in eodem operante, potest esse conformitas tam actus, quàm habitus ad rectã rationem. Hinc concedo quòd neq; uirtutes morales secundum genera sua, quæ communiter asignãtur, prudentia, iustitia, fortitudo, tẽperãtia, neq; secundum generaliora, quæ sunt uirtus disponens affectum ad seipsum, & ad alterum, necessariò sunt connexæ: quod uirtus est perfectio hominis aliqua non totalis. Aliàs sufficeret una uirtus moralis. qñ autem sunt plures perfectiones partiales eiusdẽ, potest illud perfici una, & non alia, quemadmodum aliquis potest habere uisum, & non auditum. Hæc Scotus, qui & ipse prolixè scribit de his.

contra Scotus

¶ Sed quicunque aliorum doctorum motiua ritè perpendit, facile ac clarè, conspiciet, quòd ipsorum responsio, & doctrina omnimode, & omni no rationabilior sit immaginationibus posteriorũ istorum. Vnde, & Thomas de argentina, sequens antiquos: Virtutes, inquit, concatenatę sunt, cuius multæ sunt rationes. Prima, est largitas Dei, qui vnã sine alia nõ largitur. Secunda: qm̃ uirtutes se mutuo indigent, sicut mẽbrum vnum indiget alio. Tertia, ut inter uirtutes sit cõsonantia, atq; proportio concrua. Nam sicut in cithara si una defuerit chorda non est harmonia perfecta, ita in anima non est spiritualis melodia completa, nisi omnes insint simul uirtutes, quæ competunt animę secundum statum & conditionem ipsius. Quarta, quoniam ad superãda uniuersa, & singula uitia, indiget animæ cunctis simul uirtutibus. Sunt, & aliæ causæ, quoniã anima est Dei sponsa, thalamus, templum. ideo omnibus oportet eam simul ornari uirtutibus.

Virtutes quare sunt concatenatę.

## QVAESTIO II.

AMplius quæritur hic, *An uirtutes sint æquales.* ¶ Videtur, quòd non, quia nec actu nec habitu sunt æqualer. Etenim charitas est fide, & spe maior, dicente Apostolo: Maiór horum est charitas. Actualis quoque dilectio Dei, præstantior est fidei actu imò secundum Apostolum omnis operatio misericordię eleemosynarum largitio, excellẽtia fidei imò & mori pro fide, sine charitate nil ꝓsunt. ¶ Secundo, de unoquoq; cantatur sanctorum, Non est inuentus similis illi, cuius ratio asignatur: quoniã unus in hac, alter in illa excedit uirtute. ¶ Tertiò, bonum commune est diuinius. ergo quo uirtus est circa obiectum cõmunius, eo ꝑclarior est. Sunt aũt quædam uirtutes communes bonum respientes. ¶ Quartò, actus, & habitus distinguuntur, & dignificantur, per sua obiecta. uirtutes ergo, quæ sunt circa increatum obiectum, & actus earum multo nobiliores cæteris extant uirtutibus, earumque actibus.

3. Cor. 13.

¶ In oppositum est dictum commune doctorum & quòd super illud Apocalypsis, latera ciuitatis æqualia sunt, asserit Glossa, Virtutes gratuitæ sunt æquales.

Apoc. 21

¶ Ad hoc respondet Albertus: Vna uirtute intensa cæterę omnes aliquo modo intenduntur, & aliquo modo non. Si enim comparetur uirtus ad causam efficientem, efficaciam ve merendi, potest vna intendi sine alia. Si uerò consideretur uirtus in sua essentia, non potest una intendi, nisi & alia intendatur. Si autem ad radicationem in subiecto, una sine alia potest intendi, quia hoc est ex opere, in quo uirtutes necessariò non sunt cõiunctæ. Deniq; uirtutes pares sunt in essentia, atque in gratiæ formatione: quoniã simplices, sunt in eodem genere simplicitatis, & in una gratiæ quantitate, in uno, eodemq; homine. In gratiæ quoque formatione: quoniam gratia gratum faciens æqualiter omnes informat. uerum in quatuor alijs essentiam consequentibus sunt inæquales. Primum est in degnitate: qm̃ charitas maior est nec excidit: Secundum in generalitate formæ, & finis, & efficientis, & sic iterum charitas maior est quia generaliter mouet in omni meritorio actu, qđ non facit alia uirtus. Charitas quoq; est forma, & finis uirtutum. Tertium est radicatio in subiecto, quia ad hoc dispositio operatur ꝓ opus & opus cunctarum uirtutum non est æquè frequẽs idcirco quæ frequentior est in actu, magis radicata est in subiecto. Quartum est quantum ad usum: non enim oportet ut uirtutes, quæ ꝙualiter insunt, quantum ad essentiam, insint æqualiter secundum usum. Hæc Albertus, quæ a Thoma clariùs exprimuntur.

Albertus

1. Cor. 13.

Charitas forma, & finis uirtutum.

¶ Nihilominus contra id, quod ait solã charitatẽ generaliter mouere in omni meritorio actu, obijci posset, qđ ait Apostolus: Omne, quod nõ est ex fide peccatum est, ergo in omni meritorio actu etiam fides mouet, imò, & fides etiam mouet charitatẽ ostendendo ei suum obiectum, cum ipsa sit oculus mentis. Forsitan tamen Albertus uult dicere, ꝙ sola charitas mouet imperialiter, atque promerendi uim conferendo.

contra Albertũ Roma. 14

¶ Itaq; Thomas, Duplex est, inquit, æqualitas. Vna secundum quantitatem absolutam, alia secundum quantitatem comparatiuam, ut patet in digitis manus; quòd non sunt æquales secundum quantitatẽ absolutam, cum vnus alteri suppositus ipsum excedat. Sunt tñ æquales secundum proportionem: quoniam sicut quantitas vnius digiti sufficit ad suum officiũ, ita & quãtitas alterius. Vñ, & ꝓportionaliter augentur. Quãtitas autem uirtutis absoluta, potest attendi quantum ad tria: Primò, quantum ad dignitatem. Secundò, quantum ad obiecta, ad quæ se extendit. Tertio, quantum ad intentionẽ, quæ cognoscitur in efficacia, & modo agendi. atque his tribus modis potest una uirtus excedi ab alia absolutè

Tho. 2ª



absolutè. Primò, quia una est dignior alia ut charitas fide. Secundo, quia est plurium obiectorum, vt prudentia, ꝙ temperãtia. Tertiò, quia una secundũ speciem suam requirit maiorem intẽtionem, quàm alia, quanto enim difficiliùs, & magis arduum est obiectum, tanto fortiùs oportet niti in ipsum, & cõtra retractiua moueri, vt in actu fortitudinis patet. sed penes quãtitatem comparatiuam æquales sunt, quia proportionaliter in his tribus se habens respectu obiectorum suorum. Ideo proportionaliter crescunt. Quod autem homo pronior, aptiorque cõsistit ad actum vnius uirtutis, quàm alterius, non est ex diuersitate habitum semper, sed ex diuersitate naturalis dispositionis, aut exercitij sæpe. Hæc Thomas in Scripto. Quibus consonant, quę in Prima Secundæ quæstione 25. habentur, quæ, & in his satis includit uidentur: Concordat Petrus.

Porrò Richardus; Virtutum, ait, quædam sunt acquisitæ, quædam infusæ. Acquisitæ considerari possunt primò, quantum ad esse suum imperfectũ, secundò, quantum ad esse suum perfectum. Primò modo non oportet, quòd qui in vna virtute æquales sunt, in alijs omnibus sint æquales: quoniam tales virtutes non oportet in uno, & eodem esse æquales ꝙualitate proportionis, quæ consistit in hoc quòd tantum habeat una de hoc, quod sibi debetur quantum alia de hoc, quod sibi deberetur, quia cũ acquirantur ex actibus, tantum potest se homo exercere in actibus ordinatis ad unam, & tam parum in actibus ordinatis ad aliam, quod plus habebit de una, quàm de alia. ideo illam uirtutem, in qua duo aliqui sunt æquales, aliæ uirtutes magis possunt excedere, uel ab illa excedi in uno ꝙ alio. Ad quod sequitur, ꝙ quamuis sint æquales in vno possunt tamen in alijs inequales consistere. sed loquendo de eis quantum ad esse earum perfectum, cum perfectio earum indiuisibili sit consistens, oportet omnes in eodem esse ꝙuales æqualitate proportionis. Porrò uirtutes infusę primò considerantur ut formatæ secundò, vt formes. Primò quoq; considerantur adhuc dupliciter. Primò, quantum ad esse suum imperfectum: secundò, quantum ad esse perfectum. & vtroque modo queunt considerari, tam quantum ad habitus, ꝙ quo ad formationem habituum, ꝙ etiam quo ad facultatatem utendi, seu operandi. Quocunq; autem modorũ istorum, excepta facultate utendi, æquales sunt in eadem æqualitate proportionis: quia in tali æqualitate Deus eas infundit, & auget, atque in tali facultate per charitatẽ formantur. ideo illã in qua aliqui duo sunt æquales, non plus excedunt alię, vel ab alia exceduntur in vno, quàm alio: ad quod sequitur, quod qui æquales sunt in una, in omnibus sint æquales. Verũ qa facultas utendi dependet ex habitu, ac libero arbitrio, idcirco tam multum potest se hõ exercere in actu vnius, & tam parũ in actu alterius, ꝙ valde promptus erit ad actum vnius, & tardus, ac difficilis ad actum alterius. Ideo uirtutes infusas formatas non oportet esse æquales æqualitate proportionis in facultate utendi. Vnde nec oportet, ꝙ quicũque sunt æquales in una, sint æquales (quantum ad facultatẽ utendi) in omnibus uirtutibus alijs. Si aũt considerentur uirtutes infusæ, ut informes, ut fides & spes informes, dico, quòd quantum ad habitus, sunt æquales in eodẽ æqualitate proportionis: qm̃ Deus nõ infundit eas nisi formatas. Idcirco si aliqui duo, quorũ quilibet habet fidem, & spem, sint ęquales in fide, oportet, quòd sint æquales in spe, & ecõtrario: sed loquendo de eis quantum ad facultatẽ

Richard.

utendi, non oportet, vt patet ex introductis, de virtutibus formatis Hæc Richardus. In quibus Bonanauenturæ responsio continetur.

¶ Insuper Durandus: Hæc, inquit, quæstio, Vtrũ virtutes habeantur æqualiter, intelligi potest dupliciter Primò, comparando unam uirtutem ad aliam in eodem homine; sicque quæritur de æqualitate quantitatis perfectionis uirtutum. Secundò diuersas uirtutes inter se numero differentes. ut duas tẽrantias in duobus hominibus ad alias duas consimiliter inter se differentes à primis specie, sicut ad duas fortitudines in eisdẽ hominibus: vt sit sensus quæstionis, Vtrũ illi, qui sunt æquales in una uirtute ſm speciem, puta in temperantia, sint æquales in alijs vniuersis uirtutibus, puta in fortitudine, prudentia &c. Sicq; quęritur de ęqualitate proportionis, an scilicet æqualem proportionem habent aliquæ uirtutes vnius speciei in diuersis hoibus, talem habeant aliæ in eisdem. Intelligendo igitur primò modo, non est æqualitas inter uirtutes, cũ una sit dignior alia: Si verò intelligatur secundo modo, distinguendum est, quia uirtutes duplicem habent pfectionẽ, puta essentialem, & adiunctam: essentialẽ ex naturali hãbitudine inchoatiuè, & ex exercitio actuum completiuè: adiunctam uerò habent ex dispositione, vel adminiculo, quam una uirtus sortitur ex alia sibi adiuncta. Si ergo proportio uirtutũ pensetur ſm perfectionem essentialẽ, sic non oẽs, ꝙ sunt in una uirtute æquales in alia quoq; æquales sunt. Essentialis namq; perfectio virtutis est inchoatiuè à naturali dispositione, completiuè uerò ex assuefactione, sed aliqui duo æqualiter in naturalibus dispositi, diuersimodè assuefaciunt se ad actus. Si aũt proportio uirtutum attendatur ſm perfectionem adiunctam, vt quia fortitudo temperantiæ est coniuncta, & per eam temperatus magis põt resistẽre contrarijs actibus, sic qui sunt æquales in una uirtute, sunt æquales in omnibus: qm̃ illæ uirtutes solũ sunt æquales quo ad perfectionem adiunctam, quæ hebent virtutes æquales sibi unitas: si ergo uirtutes adiunctę nõ sunt æquales, nec primę erũt æquales quo ad pfectionem adiũctam. Atq; in hoc sensu loquitur Augustinus in litera. Hæc Durãdus.

Durãdus

¶ Eadem scribit Henricus 5. quodlibeto, q̃stione, eadem qua de cõnexione tractat uirtutum, vbi hæc prolixe prosequitur.

Gãdauus.

¶ Antisiodorensis quoq; in Summa sua 3. libro, de hac quæstione opiniones recitat aliorum; & propriam ponens sententiam, consonat præinductis.

Antisiod.

## QVAESTIO III.

POstremò quæritur hic, *An teneamur acere bona ex charitate, hoc est, an præcepto astringimur implere præcepta ex ſpirtuali dilectione.* ¶ Videtur qòud non, quia esse in charitate, est super naturale. non ergo in nostra est potestate, ergo nõ obligamur ad hoc. alio quin ad impossibilia teneremur. ¶ Secundò, præcepta decalogi sunt de naturalis dictamine rõnis, ergo naturali uirtute possumus ea implere: imò secundum Apostolum ad Romanos, multi gentilium ea impleuerunt.

Rom. 2.

¶ In oppositum est, ꝙ seruando præcepta meremur gloriam beatorum, quã ex puris naturalibus nequaquam promereri ualemus. Rursus primum præceptum, ad quod cætera omnia reducũtur, est ut Deum toto corde super omnia diligamus; ergo sine illo cætera non possumus adimplere. Iterum In omni præcepto intentio præceptoris seu legislatoris

Matth. 22.

toris est sicut formale. Deus aũt qui nobis iussit seruare p̄cepta,intendit,ꝙ ea ex charitate seruemus,ut ea seruãdo reddamur sibi placẽtes,spiritaliter uiui, & ad æternam uitã idonei. quod nullatenus fit, nisi ex charitate ea seruemus.

Respõsio S.Tho.

¶Ad hoc Thomas rñdet:Circa hoc fuut quatuor opiniones.Prima,ꝙ modus cadit sub præcepto. attñ qm̃ præceptum illud est affirmatiuum,non obligat ad semper,q̃uis obliget semper. sicq; homo nõ teneatur ex charitate implere mandata,nisi pro tẽpore,quo habet charitatem. Sed hoc dictum nõ vr̃ sufficiens:quia si modus est de substantia p̄cepti, simul curret obligatio ad actum,& ad modum. Contingit autem, quod erit tempus honorãdi parentes qñ etiam charitatẽ non habet. Vnde vr̃, ꝙ tunc teneatur ex charitate implere.Ideo alij dicũt,ꝙ æqualiter currit obligatio p̄cepti,& modi,ut. s. qñcunq; hõ tenetur implere p̄ceptũ,teneat̃ illud ex charitate implere nec ꝑꝑ hoc Deus aliqd impossibile p̄cipit hoĩ,qm̃ q̃uis hõ ꝑ se charitatẽ habere non,ualeat tñ põt facere aliquid unde ipsam à Deo accepit. Nempè s̃m philosophum tertio Ethicorũ,quæ per amicos possumus, per nos dicimur posse. Verum hoc stare nõ põt:qm̃ hõ in peccato mortali existens,in quolibet actu de genere bonorum, quo quantum ad substantiam facti implet p̄ceptũ,peccaret omissionis p̄ctõ.Hinc alij opinantur ꝙ modus nullo mõ cadit sub p̄cepto,atq; ꝙ homo sine charitate implere Dei præceptũ.Sed hoc hæresi Pælagianę videtur propinquũ,quæ ponebat omnia præcepta sine gratia posse impleri. Hinc alij mediam uiam tenẽt, dicentes,ꝙ modus quodamõ sub præcepto cadit, & quodammodo non. Dicimur em̃ ad mãdata teneri dupliciter. Primò,qđ nisi impleamus ad qđ tenemur,simus omissionis transgressionisve rei, sicq; tenemur solum ad substantiam mandati,nõ ad modum.Secundò ita, ꝙ si non impleamus id,ad quod tenemur,non percipimus fructum mãdati,sicq; tenemur ad substantiã operis,& ad modum,sine quo quantuncunq; hõ substantiam operis exequatur,ad uitã gloriæ non perueniet.Hæc autem opinio rõnabilior esse vr̃.Constat enim,quòd præceptum dupliciter põt considerari.Primò, prout imponitur s̃m necessitatem quandã implẽti, & sic nihil debet imponi alicui,nisi quod statim est in ipso,ut impleatur qđ si non implet,punitur:q̃a sic lex uim habet coactiuam,secundum philosophum decimo Ethicorũ Secundò,quantum ad intentionem legislatoris, qui per legis præcepta intendit homines ad uirtutes inducere,ut secundò Ethicorum habetur,& si quantum ad intentionem legislatoris, modus uirtutis, cadit sub præcepto,non quantum ad legis obligationem.

Aristo.

Hæresis Pelagiana.

Obiectio. Matt.22.

¶Cum ergo obijcitur,quòd primò omniũ iubemur Deum corde toto diligere:dicendum,qđ illo præcepto præcipitur actus charitatis,non qui sit à charitate, sed qui similis est actui charitatis, sicut est actus naturalis dilectionis, vel si præcipit actus charitatis,præceptum illud magis est ad ostendendum,quò tendere debeamus, quàm ad obligãdum Hæc Thomas in Scripto.

¶Prçterea in prima secundę,quæstione 100. sciscitatur,An modus seruandi præcepta sit in p̄cepto Et rñdet,Modus uirtutis consistit in tribus s̃m philosophum 2.Ethicorum.Primò, vt homo operetur sciens:quia quæ fiunt per ignoratiã,fiunt per accidens,& quo ad hoc,modus uirtutis est in præcepto secundum legem diuinam & humanam. Secundò ut uolens,& eligens operetur.Sicq; modus uirtutis cadit sub præcepto diuino, non aũt humano.lex namq; humana non iudicat cum qui uult occidere sed qui occidit.Deus uerò iudicat vtrumque. Tertiò,ut firmè,& immobiliter.i.ex habitu faciat.& sic nec sub p̄cepto diuino, neq; humano cadit modus uirtutis.Nulla quippè lex dijudicat eũ,qui debitum honorẽ impendit parentibus, q̃uis non habeat habitum pietatis.Modus demum charitatis s̃m se consideratus,non cadit sum præcepto, sed considerando charitatem prout est aliarũ uirtutũ forma, & finis.In hoc namq; præcepto,Honora patrẽ,nõ includit,vt hoc fiat ex charitate, q̃uis sine charitate meritorium non sit.Hæc in Summa.Idem Petrus.

Modus uirtutis in tribus cõsistit.

Exod.20. Deut.5.

Richard9

¶Richardus uerò ad quæstionem hanc non respondet hoc loco,affirmans eius solutionem pater ex dictis circa finem primi Sententiarum,ubi tractatum est qualiter tenemur uoluntatem nostram conformare diuinæ.

Bonauen.

¶Deniq; Bonauentura circa hęc tres tangit opiniones,quarũ duæ sunt recitatæ, quas reprobat. & tertiã quasi mediam prosequens:Opera,inquit,bona ex genere dicuntur formata dupliciter.Primò,p exclusionem deformitati peccatis.Secundò,per positionem dignitatis meriti.Primo modo præcepta decalogi obligant ad opera operata.obligant.n. ad uitandũ peccata mortalia.De secundo aũt mõ est distinguendum, qm̃ duplex est obligatio, utpotè absoluta,& conditionalis.Obligatio absoluta est, qua quis simpliciter ad aliud obligatur agendum,ita ꝙ si illud nõ fecerit,reatũ omissionionis incurrit.Obligatio uerò cnnditionalis est, qua quis obligatur ad aliud faciendum,si uult peruenire ad premiũ. quã obligatioem q̃ ommittit,nõ incidit culpam,sed implicitæ cõdtionis defectum. Itaq; præcepta obligãt obligatione ꝯditionali ad opera charitate formata quia aliter nequit hõ saluari. Loquendo uerò de obligatione absoluta,distinguendũ est: quia de mãdatis ꝯtingit loq dupliciter Primò de eis, ut in unũ collectis,prout reducuntur ad duo charitatis præcepta: secundò, de unoquoque eorum sigillatim Si primo modo, sic potest concedi,quòd obligant ad aliquod opus formatum uel in se,si homo habet in se unde possit exire in illud:vel in dispsitione,seu præparatione ad illud: qm̃ regula iustitiæ consideratur s̃m ordinem ad Deum & proximum,per quã excluditur omne peccatum. Tenetur enim homo sic mandata implere,ut per ipsorum: impletionem se aptet ad gratiæ infusionem: qua obtenta exequatur opera meritoria loco,& tempore opportunis. Loquendo autẽ de unoquoq; præcepto sigillatim, præcepta decalogi non obligant obligatione absoluta ad opera formata,& meritoria.& per has distinctiones argumenta,& auctoritates soluuntur quia de obligatione conditionali loquuntur: Hęc Bonauentura.

Albertus

¶Præterea Albertus hic eadem scribit, q̃ ex Scripto Thomæ inducta sunt, & addit quãtum ad quartam opinionem: Hęc opinio distinguit triplicem tentionem, seu obligationem. Prima est,quæ non expleta, inducit trangressionis reatum. Secunda est,quę expleta ducit ad uitam: & non expleta, non ducit ad eam.Tertia est,quæ expleta dat uitam Quo ad primam obligationem,dicũt,quòd nõ tenemur ad modum:Quia dummodo faciamus opera præceptorum,obligamur à præcepto,neq; trãsgrediemur.Verum,quo ad obligationem secundum, tenemur ad modum: quoniam aliter non habebimus uitam gratia,nec uitam gloriæ,nisi ex charitate faciamus.Quod ad tertiã,sic tenemur ad modũ

&



& perseuerantiam: qm̃ illa statim coniungit nos uitę beatæ. & ista opinio communiùs tenetur, quàm aliæ:Hæc Albertus.

Dionisij sententia.

¶Inter præfatas quatuor opiniones, plus displicent ultimæ duę, & amplius placent duæ primæ. Nec duæ primæ si bene intelligantur, abinuicem discrepant,nisi forsan permodicè.Itaq; dico ꝙ oĩs homo uiator, tam infidelis, q̃ fidelis, adultus,mentisq; compos,tenetur esse in statu salutis indesinenter,etiam tunc,qñ est in culpa mortali,atq; in statu damnationis æternę.¶ Et si obijciatur, ꝙ impossibile est eum simul esse in statu illo utroq;: dicendũ ꝙ uerũ est nec tenetur.Imò nec debet esse in statu utroq;,sed solũ in statu salutis. Nec est prorsus impossibile eum esse in statu salutis:qñ est in statu dãnationis;quia de sua iniquitate potest,ac debet merito indilatè cordialiter pœnitere, & in momento potest uerè compungi,& conteri,sicq; obicem gratię remouere,ac eam suscipere.nec est absolutè perplexus,sicut nec ille,qui ea hora,qua celebrare, aut iudicare tenetur,in scelere est enormi.Insuper dico quòd omnis uiator adultæ ætatis, rationisq; compos,tenetur esse in fide,spe & charitate: ideo supra reprobatus est,error dicentium,quòd infidelitas in quibusdam habet duntaxat rõuem pœnæ.estq; probatum,ꝙ in omni aduldo tali rationem culpæ sortitur.imò eo ipso,quo his caret uirtutibus, anima eius adultera extat diaboli,perditionisq; filia.Nempè si fecerit homo,quod in se est,& quod Deus ab ipso requirit, atque ad quod à sancto angelo instigatur,& a diuino mouetur instinctu,Deus eum non deseret,gratiamq; infundet,& de necessarijs prouidebit salutis.Rursus, tempore euangelij diuulgati uniuersi,& singuli tenentur ad euangelicam legem sicut in hoc Hieronymus,& Augustinus concordant.Ad uerum ergo infusam, & spiritalem charitatem præcipuè obligamur. & stultum est somniare ꝙ alicui impossibile sit eam habere, cũ partissimus sit Deus omnipotens eam conferre omni homini quod in se est peragenti.Nec ex his sequitur, quòd quis in omni actu bono ex genere,peccet omissionis peccato:sed tunc solum,qñ tenetur ex charitate præceptum implere.Denique,ꝙ per illud præceptũ diliges dominum Deum ex toto corde tuo,non iubeamur Deum diligere ex uera. & infusa charitate nullam omnino apparentiam habet, cum & Moyses in Deuteronomio. & alibi toties dixerit:Et nunc Israel quid dominus Deus tuus requirit à te, nisi ut diligas eum? Christus quoque in duobus charitatis pręceptis totam affirmat legem pendere, & Iohannis in sua prima feratur, canonica: Qui non diligit,manet in morte.Itemque.Qui manet in charitate,in Deo manet,& Deus in eo. Qui uerò in charitate non est, inimicus est Dei, membrum diaboli, ciuisque Babylonis, cum inter filios Dei, & ciues Babylonis nil diuidat,nisi charitas Dei crescens vsque ad suipsius contemptum, & sui amor crescẽs usque ad Dei spretum.Ostensum est itidem supra,ꝙ omnis adultus necessariò sit in statu salutis, aut in statu damnationis, Deniq; ad horum probationem multa possent induci, de quibus quia præhabita sunt pertranseo modo.

Facere hõiem qđ in se est.

Matt. 22.

Deut.10.

1.Ioh.4.

## *De decem præceptis, quomodo contineantur in duobus mandatis charitatis. Distin. XXXVII.*

Sed iam distributio decalogi,quę in duobus mandatis completur, consideranda est.habet enim decalogus decem præcepta, quæ sunt decachordum psalteriũ:quę sic sunt distibuta,ut tria,quæ sunt in prima tabula,pertineãt ad Deum s.ad cognitionem,& dilectionem trinitatis: septem,quę sunt in secunda tabula,ad dilectionem proximi.

De præceptis decalogi. Augu. de 10. chord.

### *De primò præcepto.*

Primum in prima tabula est,Non habebis Deos alienos,Non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem &c.Origenes dicit esse duo mandata,sed Augustinus vnũ: hoc enim ipsum,quod dixerat non habebis Deos alienos;perfectiùs explicat, cum prohibet coli figmenta,scilicet idolum uel similitudinem alicuius rei.Quæ duo Origenes ita dicit distare,ut idolum sit,quod nihil habet simile sui:similitudo uerò, quod habet speciem alicuius rei:ut(uerbi gratia)si quis in auro uel in ligno,uel alia re,faciat speciẽ serpentis uel auis,uel alicuius rei,& statuat ad adorandũ,nõ idolum,sed similitudinem fecit: qui uerò fecit specialem,quam non uidit oculus,sed animus sibi finxit, ut si quis humanis mẽbris caput canis uel arietis formet, uel in uno habitu hominis duas facies, non similitudinem,sed idolum facit,quod nõ habet aliquid simile sui.Ideo dicit Apostolus quia idolum nihil est in mundo.Non enim aliqua ex rebus constantibus assumit species,sed quod mens ociosa,& curiosa reperit. Similitudo uerò est, cum aliquid ex his,quæ sunt uel in cęlo,uel in terra,uel in aquis,formatur.Augustinus uerò ita exponit illud,idolum nihil est in mundo,id est,inter creaturas mundi,non est forma idoli. materiam enim formauit Deus,sed stultitia hominem formam dedit. Quæcunque facta sunt naturali,facta sunt per uerbum. sed forma hominis in idolo non est facta per uerbum,sicut peccatum non est factum per verbum,sed est nihil, & nihil fiunt homines cum peccant.Sed quæritur, quomodo hic dicatur forma idoli non esse facta per uerbum,cum alibi legatur Omnis forma,omnis concordia partium facta est per uerbum. Hoc autem à diuersis uarię.Quidam enim dicunt omnem formam, & quicquid est, à Deo esse,inquantum est:& formam idoli,inquantum est, uel inquantum forma est, à Deo esse:sed non inquantum idoli,id est,posita ad adorandũ.In hoc enim non est creatura,sed peruersio crearuræ.siuct illud,quod peccatum est,inquantũ peccatum est, ni

Exod. 20 Deute. 5.

Similitudo & idolũ quõ differunt.

1.Cor. 2.

Super Io.

Quæstio & expositio horum uerborũ. Oia per ipsum facta sunt.

(Hier sup. Ezechiæ.) hil est:& homines cum peccant,nihil fiunt,quia ab illo,qui uerè est, ſeparantur. Vndē Hieronymus:Quod ex Deo non est,qui ſolus uerè eſt, non eſſe dicitur. Ideoque peccatum,quod nos à uerò eſſe abducit,nihil eſſe vel non eſſe dicitur. Alij uerò dicunt oēm formam,quę ſcilicet naturaliter eſt,& omne,quod naturaliter eſt eſſe à Deo:ſed forma idoli non naturaliter,quia naturæ iuſtitiæ non ſeruit. Id enim naturaliter eſſe dicitur, quod ſimplici naturæ iuſtitiæ,quę Deus eſt, militat: non reſultat, & naturam creatam non uitiat. Secundum pręceptum eſt,non aſſumes nomen Dei tui in uanum. Quod eſt dicere ſecundum literam,Non iurabis pro nihilo nomen Dei. (De 2. pce pto tabulæ 1.) Allegoricè verò præcipitur,ut non putes creaturam eſſe Chriſtum Dei filium, quia omnis creatura uanitati ſubiecta eſt,ſed æqualem patri. (Roma. 8.) Tertium uerò præceptum, Memento ut diem ſabbati ſanctifices,ubi ſecundum literam præcipitur ſabbati obſeruantia: allegoricè uerò, ut requiem, & hic à uitijs, & in futuro in Dei contemplatione expectes ex ſpiritu ſancto. (De 3. præcepto.) i.ex charitate,& dono Dei, non quòd ſpirituſſanctus ſine patre, & filio hoc operetur. Accepit utique eccleſia hoc donum,ut in ſpirituſſancto fiat remiſſio peccatorum,quã remiſsionem cũ trinitas faciat,propriè fit ad ſpiritum ſanctum dicitur pertinere, quia ipſe eſt ſpiritus adoptionis filiorum,ipſe eſt patris, & filij amor, & connexio uel cõitas (Roma. 8.) Ideoq;,& iuſtificatio noſtra, & requies ei tribuitur ſępius. Hæc ſunt tria mandata primę tabulę ad Deum pertinentia. Et primum quidem, quod eſt de vno Deo colendo, (Præceptũ 1. tabul. 2.) pertinet ad patrem,in quo eſt unitas,uel auctoritas,ſecundũ ad filium,in quo eſt *æqualitas,tertium ad ſpiritum ſanctum,in quo eſt utriuſque communitas. (* coęqualitas.)

## *De mandatis ſecundæ tabulæ.*

In ſecunda uerò tabula ſeptem erant mandata,ad dilectionem proximi pertinentia quorum primum ad patrem carnalem refertur, ſicut primum primæ tabulę ad patrē (Deut. 5.) cęleſtem. Quod eſt,honora patrem tuum,& matrem tuam,ut ſic ſis longęuus ſuper terram,ſcilicet uiuentium. Parentes uerò ſic ſunt honorandi,ut eis debita reuerentia exhibeatur,& neceſſaria miniſtretur. Secundum eſt, Non occides. Vbi ſecundum literam actus homicidij prohibetur, ſecundum ſpiritum uerò etiam uoluntas occidendi. Vnde huic mandato ſcd̃m literã fit ſuperadditio in euangelio: quia litera euangelij exprimit,qđ legis litera nõ exprimebat. (Matth. 5.) Euãgelii litera exprimit intelligẽtiã ſpiritualẽ.i.quã ſpirituales hẽnt,& ſcd̃m quã ſpiritualiter uiuitur. Litera legis ſenſum carnalem.i.quem carnales habent, & ſecundum quem carnaliter uiuitur, cui facta eſt ſuperadditio. Tertium eſt,non mœchaberis.i.ne cuilibet miſcearis,excepto fœdere matrimonij. A partè enim totum intelligitur. Nomine ergo mœchiæ,omnis cõcubitus illicitus,illorũ quoque membrorum non legitimus uſus prohibitus debet intelligi. Quartum eſt,Non furtum facies. vbi ſacrilegium,& rapina omnis prohibetur. Nõ enim rapinam permiſit q furtum prohibuit. ſed furti noĩe bene intelligi uoluit omnem illicitam uſurpationem rei alienæ;Sacrilegium tribus modis committitur, qñ ſcilicet uel ſacrum de ſacro vel nõ ſacrũ de ſacro, vel ſacrũ de non ſacro aufertur. (Sanctũ qđ) Sacrum uerò dr̃,quicquid mancipatũ eſt cultui diuino,ut eccleſia uel res eccleſiæ. Hic ẽt uſura ꝓhibetur,quæ ſub rapina cõtinetur. Vnde Hieronymus: Vſuras quęrere uel fraudare aut rapere,nihil intereſt. Cõmoda fratri tuo, & accipe quod dediſti ei, & nihil ſuperfluum quæras,quia ſuperabundantia in uſura computatur. (Sup pſal. 54.) Eſt enim uſura (ut Auguſtinus) cum quis plus exigit in iniuria uel qualibet re, q̃ acceperit. Item Hieronymus: Putant aliqui uſuram tantum eſſe in pecunia. (Super Ezec. 14.) ſed intelligãt uſuram uocari ſuperabundantiam,ſ.quicquid eſt,ſi ab eo quod dederit,plus eſt,ut ſi in hyeme demus decem modios, & in meſſe quindecim recipiamus. Si uerò quærit̃ de filiis Iſrael,qui dño iubente ab Aegyptiis mutuauerũt uaſa aurea,& argẽtea,& ueſtes precioſas,& aſportauerunt,utrum furtum commiſerint:dicimus eos, qui ut parerent Deo iubenti, illud fecerunt, non feciſſe furtum,nec omnino peccaſſe. (Sup Exo.) Vnde Auguſtinus. Iſraelitæ non furtum fecerunt,ſed Deo *iubente miniſteriũ præbuerunt. (* iubẽti.) Hoc enim Deus iuſſit,qui legem dedit,ſicut miniſter iuidicis ſine peccato occidit,quem lex pręcipit occidi. Sed ſi id ſponte faciunt,homicida eſt, etiam ſi eum occidat,quem ſcit à iudice occidẽdum. Infirmi aũt q ex cupiditate Aegyptios deceperunt, magis permiſſi ſunt hoc facere illis,qui iure talia paſſi ſunt, quàm iuſſi. Hic opponitur,quod etiam boni in iſto opere peccauerunt, quia naturalẽ legem, cui concordat euangelium,& lex moralis præceptionis,tranſgreſſi ſunt,quæ eſt:Quod tibi non uis (Thob. 4.) fieri,alii ne feceris. Quam ueritas ſcripſit in corde hominis. & quia non legebat in corde, iterauit in tabulis, vt uoce forinſecus admota rediret ad cor, & ibi inueniret,quod extra legeret. Hanc ergo illi præuaricati uidentur in illo facto, aliis facientes quod nolebant



lebant ſibi fieri. Sed ibi ſubintelligendum eſt iniuſtè,ut non alij ſcilicet iniuſtè facias,qđ tibi non uis fieri. alioquin huius præuaricator eſt iudex, dum punit reum, nolens aliquid tale ſibi fieri. Ita etiam illud domini uerbum,Omnia quæcunque uultis,ut faciant uobis homines, &c. de bonis accipiendum eſt. (Matth. 7.) quę nobis inuicem exhibere debemus. Quintum pręceptum eſt,Non loquaris contra proximum tuum falſum teſtimonium. ubi crimen mendacij,& periurij prohibetur. Solet autem quæri,utrum prohibitum ſit omne mendacium. Quidam dicunt illud tantum prohiberi, quod obeſt,& non prodeſt ei,cui dicitur. Tale enim nõ eſt aduerſus proximum,ut ideo uideatur hoc addidiſſe ſcriptura. Sed de mendacio eſt magna quęſtio, quæ nec cito explicari poteſt.

(Summa diſtinctiõis XXXVII.) IAm magiſter compendioſè tractauit de uirtutibus, donis, beatitudinibus, fructibus: hic breuiter tractat de decẽ præceptis, ad quæ cætera reducuntur. Itaque docet decalogum in duabus tabulis fuiſſe deſcriptum, atque in prima tabula fuiſſe tria præcepta,in ſecunda ſeptem:quod qualiter ſit intelligendum,infra dicetur. In hac quoque diſtinctione proſequitur de quatuor præceptis, in ſequenti de quinto.

### QVAESTIO I.

HIc quæritur primò *de multiplici differentia legalium præceptorum, & utrum omnia illa reducantur ad præcepta decalogi: hoc eſt ad decem præcepta in tabulis duabus deſcripta.*

(Gulielm⁹.) ¶ Itaque aduertendum,quia (ut ſcribit Gulielmus Parriſihenſis in libro de fide,& de legibus) in ueteri teſtamento Deus omnipotens per Moyſen (Præcepta triplicia dedit de⁹ Moiſen.) triplicia dedit præcepta. Prima,& principalia erãt, moralia,quæ ſunt de dictamine naturalis rationis, & de uirtutibus,quibus colitur Deus, ac de euitãdis peccatis. Secunda erant præcepta cermonialia, quæ erant iusſiones diuinæ de ritu, & ceremoniali obſeruantia in cultu diuino. Tertia erant præcepta iudicialia,quæ determinabant modum ſeruandi iuſtitiam inter cõciues,& proximos. de his quoque & literalibus,ac ſpiritalibus rationibus præceptorum iſtorum, diffusè, ac plenè ſcribit Alexander ſuper hunc tertium. (T. Aqnas)

¶ Thomas uerò in Prima Secundæ ſuper his egregiè ſcribens: Diuinæ,inquit,legis intentio eſt, homines conuenienter diſponere tam,quo ad ſeipſos,quàm quo ad Deum, quorum utrunque eſt de lege naturæ, ſeu naturalis rationis dictamine in communi. Oportuit uerò determinari utrunque in ſpeciali,quantum ad modum colendi Deum,& item quantum ad modum ſeruandi iuſtitiam inter homines ipſos. Illa ergo præcepta,quæ determinant præcepta moralia,quo ad Deum, asſignando ſpeciales modos, ſeu ritus cultus diuini,ceremonialia appellantur: quæ autem determinant præcepta moralia quantum ad homines, tradendo ſpeciales modos ſeruandi iuſtitiam inter homines,iudicialia nuncupantur. Nempe cum homo ex corpore, & anima componatur, ordinatur ad Deum non ſolum per interiores, ſpiritualesque actus,qui ſunt, credere, ſperare, diligere: uerumetiam per actus exteriores, ac corporales, ut ſunt, ſacrificare, offerre, per quæ homo interiorem ſubiectionem,ac ſeruitutem ad dominum profitetur. atq; de huiuſmodi exterioribus actibus ceremonialia dantur præcepta. Præcepta ergo ceremonialia, ac iudicialia legis Moſaicæ, diuina inſtitutione ſortiuntur uirtutem, & per Moyſen data ſunt, & in Exodo, ac alijs Moyſi libris de ſcripta. Inſuper præter præcepta præfata, erant in lege, quædam præcepta, quæ non erant ſimpliciter neceſſaria ad ſalutem, ſed præcipiebantur tanquàm utilia, & ad principalium obſeruantiam præceptorum accommoda, ut eſt illud in Exodo: Si acceperis pignus à proximo tuo, ante ſolis occaſum reſtituas ei. (Exod. 22.) quæ propriè non vocantur pręcepta non enim ſimpliciter obligant, ſed mandata. Idcirco ait Hieronymus: In præceptis iuſtitia, in mandatis uerò eſt charitas. (Hierony.) Denique, quàmuis cuncta præcepta moralia naturali pateant ratione, non tamen æqualiter. Nam aliqua adeo plana ſunt, ut prolata, mox omnibus innoteſcant, ſicut de honoratione parentum, de homicidio euitando. Quædam verò conſideratione circunſtantiarum egent maiore, ut illud, Coram cano capite conſurge, & honora perſonam ſenis. Nonnulla quoque indigent illuminatione, ut de ſculptilibus non fiendis. (Leuit. 19.) Inſuper decem pręceptorum tria prima ſpectant ad Deum. Tria namque debet ſubditus principi, ſeu prælato. Primò fidelitatem, ne eius honorem exhibeat alieno. Hanc fidelitatem altisſimo impendendam iubet, ac reſpicit primum præceptorum, quo dicitur: Non habebis deos alienos. (Exod. 20.) Secundò reuerentiam, ne offendatur, ad quod pertinet ſecundum mandatum, Non aſſumes nomen Dei tui in uanum. (Ibid.) Tertiò debitum famulatum, ad quod pertinet tertium illud præceptum. Memento, ut diem ſabbati ſanctifices. (Ibid.) At uerò ceremonialia ueteris legis, diuiduntur in ſacrificia, in ſacra, in ſacramenta, & in obſeruantias. Ceremonialia ad exteriorem Dei pertinent cultum. (Ceremoniæ.) Sacra uerò dicuntur inſtrumenta cultus diuini, ut templum, veſtis, phialæ, mortariola. (Sacra.) Sacramenta autem ſunt conſecrationes, & hoſtiæ miniſtrorum templi. (Sacramẽta.) Obſeruantiæ uerò pertinent ad ſpecialem conuerſationem miniſtrorum tabernaculi Dei. (Obſeruãtiæ.) Amplius, præcepta iudicialia pręſtitit Deus Iudęis, prer quæ iuſtitia conſeruaretur inter ipſos, videlicet inter præſidentes, & ſubditos, inter conciues, inter intraneos, atque extraneos, inter parentes, & ſobolem. inter coniugatas, inter patremfamilias, & operarios, ac mercenarios. (Thomas.) conſtituit quoque pœnas in tranſgreſſores. Hæc Thomas in Prima Secundæ. vbi de omnibus his diffusè, & eleganter proſequitur. Inſuper, præcepta moralia quantum ad decalogum, tradidit Deus ſcripto, de quo Thomas hic loquitur: Neceſſarium fuit ea, quę naturalis ratio dictat, quæ ad legem naturæ pertinere dicuntur, populo pręcipi, atque in ſcripta redigi: propter quatuor cauſas. Primò, quia per contrariam conſuetudinem, qua multi in peccata præcipitabantur, iam apud multos ratio naturalis, in qua ſcripta erant, fuit obtenebrata. quia etſi in aliquibus viguit ratio naturalis, tamen amor boni in eis defecit. idcirco per quandam legis obligatoriæ coactionem ad bonum fuerant inducendi. Tertia, vt

tia, vt ad opera virtutum non solum inclinaret natura, sed etiam diuini imperij reuerentia. Quartò, vt magis memoria tenerentur, atque frequentiùs in cognitione versarentur. Denique, præcepta ista, quæ sunt quasi principia, quædam legis naturalis, oportuit potiùs in scriptis redigi, quàm principia rationis speculatiuæ; quoniam passiones, & vitia non corrumpunt ita iudicium rationis speculatiuæ, vt practicæ.

Lex quare scripta fit.

Quæstio. ¶ Si autem quæratur, An præcepta ista decalogi congruè assignentur, rectè ordinentur, & sufficienter numerentur: dicendum ad primum istorum, quòd cum intentio legislatoris sit ad virtutes inducere eos, quibus tribuit legem, oportet, quòd illo modo vtatur in assignandis præceptis, qui competit viæ, seu processui ad virtutes: qui modus est, vt ex his, quæ magis in promptu sunt, ad difficiliora tendatur, quemadmodum in disciplinis ex notioribus ad minus nota proceditur. ideo legislator in decem istis præceptis, quæ sunt, quasi prima legis initia, prohibuit illa, seu præcepit, quæ primo occurrunt facienda, vel dimittenda euntibus ad virtutes, atque ex his intelligi voluit ea, quæ in his tanquàm in suis principijs includuntur. Propter quod plura posuit negatiua, quàm affirmatiua; quoniam promptiùs, faciliusque consistit mala dimittere, quàm bona peragere. In malis quoq; prohibuit ea, quæ mox in primo aspectu mala videntur: sic & in bonis ea præcepit, quæ bona, & iusta esse vnicuique patet.

Respõsio.

Obiectio. ¶ Et si obijciatur, quod in præceptis negatiuis non iubetur aliquis actus, ergo non est meritorium ea implere, cum merita in aliqno actu consistant: dicendum, quòd quamuis in præceptis negatiuis priuetur actus exterior, includitur tamen actus interior rationis, eligentis repressionem cupiditatis, aut concupiscentiæ, quæ ad actus inclinat illicitos, & in hoc meritum collocatur. At verò per prohibitionem mœchationis, intelligitur prohibitio omnis illiciti concubitus. Quamuis enim via syllogistica prohibitio mali in prohibitione maioris mali non includitur, quia non sequitur, Maius malum est dimittendum, ergo, & minus malum: includitur tamen in illo eo modo, quo ea, quæ ex seminibus naturæ progrediuntur, in rationibus seminalibus continentur. Sicut enim natura ex paruis seminibus in maximas arbores proficit, ita, & lex ex his, quæ in principio in promptu sunt, tendit in ea, quæ quandoque difficiliora existunt, & perfectiora. Hinc, & per falsum testimonium prohibetur omne mendacium, per furtum omnis quæstus turpis illicitus, sicque de alijs. Hoc quoque sciendum, quòd præceptum de obseruantia sabbati, quantum ad temporis determinationem, ceremoniale fuit magis, quàm morale. Substantia tamen præcepti extat moralis vt si aliquo die hebdomadæ specialiter Deo uacetur. Fuit etiam institutum in memorationem beneficij creationis. Præterea hæc præcepta rectè sunt ordinata, vtpotè secundum quod primo, & principaliter facienda, uel omittenda occurrunt: quia in spirituali uita, ad cuius directionem decalogus datus est, ratio agendi est Deus tanquam finis. Idcirco præcepta ad Deum ordinantia, priùs ponuntur: inter quæ talis ordo seruatur, ut illud primò ponatur, cuius contrarium magis à Deo elongat: quia gradatim Deo appropinquamus, à remotioribus, id est, à grauioribus vitijs discedendo. ideo idolatria primitus prohibetur, deinde irreuerentia vanè per ipsum, & tertiò iubetur quies mentis in Deo, per quam homo præsertim propinquat Deo, In præceptis etiam secundæ tabulæ idem ordo seruatur: quoniam primò ponitur illud præceptum, quod primò in bona conuersatione occurrit. Cumque priùs sit homini ordinatio ad domesticos, quàm ad extraneos, præceptum de honoratione parentum præmittitur: & subiunguntur prohibitiones eorum, quæ primò, & principaliter sunt cauenda, inter quæ potissimum est homicidium, deinde mœchatio, consequenterque furtum: quæ hoc ordine prohibentur, & sunt commenta operis. post quæ prohibetur falsum testimonium, quod est prohibitio oris. Vltimo autem ponitur prohibitio concupiscentiæ, in qua uirtutis consistit perfectio. Præterea hæc præcepta sufficienter numerantur, ita, quod solum sunt decem. lex quippè ciuilis suis præceptis dirigit hominem in actionibus ad alterum in vita politica, quæ non est nisi hominis ad hominem. Vnde secundum Philosophum 10. Ethicorum, derisibiles sunt, qui transferunt laudes politicæ vitæ in Deum. sed quia lex diuina dirigit nos, suis præceptis in spirituali vita, qua societatem habemus non solum ad proximos, sed item ad Deum, iuxta illud: Societas vestra sit cum Deo patre, & filio eius IESV CHRISTO, idcirco oportuit præcepta legis diuinæ hoc modo distingui, quòd quædam dirigerent hominem in his, quę spectant ad Deum, quæ dicuntur præcepta tabulæ primæ: quędam verò in his, quæ spectant ad proximum. Ordinatur autem homo ad Deum tripliciter. Primò, per cordis mediationem, iuxta illud psalmi: Vacate, & videte: quoniam suauis est dominus. ad quod ordinatur tertium præceptum, quod est sanctificatio sabbati, quo aliquod tempus deputatur ad vacandum diuinis, cessando ab omnibus, quæ perturbare queunt hoc ocium. Secundò, per reuerentiam oris: quod fit dum Deus laudatur, & nomen eius cum reuerentia enunciatur. Cumque in reuerentia nominis diuini primo occurrat vanitatem vitare, quàm laudes debitas ei exoluere: ideo in secundo præcepto dicitur, Non assumes nomen Dei tui in vanum. Tertiò. vt in opere debita Deo seruitus impendatur, quælatria nominatur, ad cuius actum ordinatur primum præceptum. Similiter per prohibitionem contrarij.

1. Ioh. 1.

Psalm. 33. Ordinat homo ad Deum tripliciter.

Ad proximum dupliciter.

¶ Ad proximum quoque ordinatur homo dupliciter: Primò, ut beneficium ei impendant, quod parentibus potissimè est agendum. Vnde in primo secundæ tabulæ præcepto honoratio parentum præcipitur, in quo intelligitur omne beneficium proximo impendendum. Secundò, vt proximo nocumentum non inferatur. quod contingit tripliciter: primò, quantum ad corpus. Sicque sunt vltima duo præcepta, Nõ desiderabis vxorem proximi tui, & Non concupisces domum. Secundò potest proximo nocumentum inferri ore, quod prohibetur quinto præcepto, Non loquaris contra proximum tuum falsum testimonium. in quo iuxta regulam priùs datam. detractio. obiurgatio, & omnia talia prohibentur. Tertiò, infertur proximo nocumentum opere. & hoc dupliciter: Primò, dum ei subtrahuntur necessaria vitæ, & ita est quartum



est, quarum præceptum, Non furtum facies. Secundò, dum ipsi vitæ impedimentum paratur, quod dupliciter accidit: Primò, contra proximi uitam in seipso: & de hoc est secundum præceptum, Non occides. in quo omne nocumentum in personam prohibetur. Secundò, contra vitam, quã quis viuit in prole, quæ idem est specie: & contra hoc est tertium præceptum, Non mœchaberis: quoniam adulterium est contra certitudinem prolis.

Quæstio ¶ Quæritur quoque, an omnia legis præcepta ad hæc decem queant reduci.

¶ Videtur, quòd non, quia in præceptis cerimonialibus, & iudicialibus plurima continentur, quæ nullam videntur habitudinem, condependentiam, connexionem, aut reducibilitatem habere ad quæcunq; præcepta decalogi, ut quòd pullus auiculæ non capiatur vnà cum sua matre, & vt hœdus non coquatur lacte suæ matris. Item quòd capra, aut hircus in Dei sacrificio offeratur. Et rursus, quod auricula serui uolentis cum domino suo permanere, subula perforetur, & multa similia.

Deut. 22. Exodi 23. Deut. 14. Leui. 4. & 2 Exodi. 21. Deut. 15.

¶ Secundò, uitiorum tam diuersæ sunt species, & genera tam remota, vt nequaquam videãtur ad hæc decem posse reduci.

¶ Tertiò, non apparet, ad quod præceptorum istorum reducantur pusillanimitas, infidelitas, stultiloquium.

¶ In oppositum est dictum commune, & quòd hæc decem reducantur ad duo, imò cuncta reducuntur ad præceptum charitatis Dei, quæ finis est omnium præceptorum, consiliorum, prohibitionum, documentorum, & operationum.

Finis. 2.

¶ Et respondendum, quòd in rebus naturalibus triplex est cursus. Nam quædam sunt, quæ nunquàm deficiunt, & ex natura, sua hoc habent. Quædam autem fiunt frequenter, & in pauciori-bus, seu rarò deficiunt, aut impediuntur. Alia uero sunt rarò * parte minori. Ea quoque, quę sem per sunt causa, & ratio, sunt eorum, quæ frequenter, & rarò: ideo ista reducuntur in ea, quæ semp sunt, vt sexto metaphysicæ probatur, quemadmodum motus cæleste, qui semper sunt, causæ sunt pluuiarum, ventorum, & consimilium impressionum, quæ frequenter eodem modo eueniunt, & vtraque ista sunt causa casualium motuum, ut inuentionis thesauri, secundum quod homo ex pluuia, aut simili impressione, quæ in cælestem reducitur motum, habet ocasionem fodiendi in agro, vbi thesaurum inuenit. Conformiter est de legibus, quibus actus diriguntur humani. Quædam enim sunt leges naturali rationi, quæ sunt prima mensura, & regula omnium actuum humanorum, & hæ nullo modo deficiunt, sicut nec regimen rationis deficere valet, ita, vt esse non debeat. Et hæ leges ius naturale dicuntur. Quædam verò sunt leges, quę secundum id, quod sunt, rationem habent, ut obseruentur: aliquibus tamen casibus, aut circunstantijs concurrentibus, cessat, & impeditur obseruatio earundem, ut quòd depositum deponenti reddatur: gladius tamen deponenti furioso reddi non debet. istæq; leges assimilantur his, quæ frequenter accidunt in natura, ideo directè, & immediatè ad naturale eius reducuntur. propter quod Tullius in prima rhetorica nominat huiusmodi ius, à naturali iure profectum. Quædam etiã leges sunt, quæ secundum se consideratæ, nullam suæ obseruationis rationem videntur habere, sed rationem huiusmodi assequuntur ex quibusdam concurrentibus, quæ faciunt decentiam obseruandi: & talia assimilantur his, quæ rarò accidunt in natura. vnde sicut illa non reducuntur in causas naturales, nisi omnium obseruato concursu, quibus aliquis rarus contingat euentus, ita, & huiusmodi legalia, quæ dicuntur iura positiua, reducuntur ad legem naturæ, non secundum se absolutè, sed consideratis omnibus particularibus circunstantijs, quæ faciunt suæ obseruationis decentia. sicq; patet, quòd omnia diuinæ, ac ciuilis legis præcepta, ad hęc decem præcepta mõ aliquo reducuntur. Hæc omnia Thomas in Scripto. ¶ Insuper, in Secunda secundæ quæstione centesima vicesima secunda: Præcepta, inquit, decalogi sunt prima legis præcepta, quibus tanquam manifestissimis naturalis ratio mox assentit. Ratio autem debiti, quæ ad præceptum requiritur, manifestissimè apparet in ipsa iustitia, quę est ad alium. Nempe in his, quę sunt ad seipsum, primò uidetur, quòd homo sit quasi dominus suiipsius propter libertatem innatam, possitq; facere circa se quodlibet. In his verò, quæ ad alium sunt, clarè constat, quòd vnus sit alteri obligatus ad reddendum ei, quod debet. hinc præcepta decalogi ad iustitiam oportuit pertinere. vnde tria prima præcepta sunt de actibus religionis, seu latriæ, quę est dignissima iustitiæ species. Quartum præceptum est de actu pietatis, id est, honoratione parentum, quæ est iustitiæ pars secunda. Alia quoque sex præcepta dantur de actibus iustitię communiter dictę. Denique intentio Dei legislatoris nostri est, homines facere virtuosos, Virtus autem, seu bonitas voluntatem potissimè pertinet, per quam homo omnibus rebus, & donis Dei vtitur bene. Bonitas demum voluntatis attenditur in oruine ad suum obiectũ, quod est vltimus finis. ideo primum præceptum tanquàm verę religionis fundamentum, est de cultu unius veri Dei, ad quem cætera vniuersa referre oportet. Et sicut in primo præcepto superstitio prohibetur, quæ ueræ religioni secundum excessum opponitur: sic in secundo præcepto hoc, Non assumes nomen Dei tui in uanum, vanum irrigiositatis vetatur, quæ religioni contrariatur secundum defectum: quia vtrunque oportet exclu di ab homine, antequàm in religiosa vita, seu Dei cultu fundetur. Hoc ergo præceto inhibetur omnis falsa, & vana iuratio, atque ex consequenti omnis infidelis, ac praua nominis diuini assumptio. Propter quod quædam Glossa exponit præceptum hoc, ne quis Dei filium puram asserat creaturam. Et alia dicit Glossa, ne nomen Dei ligno, aut lapidi ascribatur. ¶ Amplius, tertio præcepto iubetur cultus Dei exterior, dum sanctificatio sabbati præcipitur. Etenim duo prima præcepta, videlicet non habere Deos alienos, nec nomen Dei in vanum assumere, prohibuerunt impedimenta cultus diuini. Nunc ergo tertio præcepto mandatur id, per quod homo in vera religione fundatur, cuius est Deo cultum, ceremoniamq; afferre. & sicut sacra scriptura tradit nobis spiritualia sub imaginibus sensibilium rerũ, ita in isto præcepto mandat cultus Dei per aliquod simile signum, quod est sanctificatio sabbati, quæ seruabatur in cõmemorationem beneficii creationis, à qua Deus Die septima requieuit. In obseruantia Demũ sabbati Duo pensant: quorũ vnũ ẽ finis, videlicet Deo vacare: aliud est, à seruilibus cessare opibus, iuxta illud Leuitici: Oẽ opus seruile non facietis in eo. Triplex aũt est seruitus. Vna, qua hõ male viuẽdo seruit diabolo, &

T. Aq̃nas art. 1.

Leuit. 23. Seruitus est triplex Iohan 8.

2 Pet. 2.

peccato. Secunda, qua homo seruit homini, qui seruitus non est secundum mentem, sed secundum corpus. ideo opera seruilia hoc modo sunt corporalia. Tertia est seruitus latriæ, qua Deo seruitur, quæ seruitus est in sabbato maximè frequentanda. Hinc circuncisio, & ministratio Dei in templo, licebant in sabbato, circunductio quoq; arcæ per circuitum Iericho. Conformiter, actus spirituales docendi verbo, aut scripto, opera etiam cōmunia seruis, & liberis, sicut de necessarijs sibi prouidere, dāna vitare, licet in sabbatis. Sicq; licebat tunc pecora adaquare, soluere, & ligare, pro iustis, & rationabilibus causis pugnare. nec peccauit Elias ꝑ quatuor dies ambulando, à facie Iezabel fugiendo. vnde, & Christus excusauit discipulos, qui sabbato spicas colegerant. similiter opus corporale ad coporalem salutem, seu sanitatem ordinatum, ut curare infirmum est sabbato licitum. Et qm̄ scribæ, & pharisæi præceptum de sanctificatione sabbati male intelligebant Christum de violatione sabbati increpabant frequenter, qui eorum imperitiam suis conuicit responsis. Postremò, obseruatio sabbati idest diei solennis, seu festiuę, non tam strictè præcipitur in euangelica lege, sicut in lege Mosaica, quia ex ordinatione ecclesiæ succedit sabbato legis. Nec est iam ita figuralis, ut tunc Hæc Tho. in Summa. ¶ Concordat Petrus, & insuper quærit: quot præcepta fuerunt in qualibet tabula. Et uidetur, quod tria in vna, & septem in alia. Hoc enim communiter dicitur, & beatus Augustinus hoc protestatur. Secundum Originem uerò quatuor præcepta erant in tabula prima, & sex in alia.

Operari quō liceat sabbato.

3 Reg. 19. Luc. 6. Matt. 12. Marc. 2.

Petrus:

Præcepta quot fuerunt in qualibet tabula.

Iosephus.

¶ Et respondendum, quòd Iosephus fidelis Iudæorum historiographus, affirmat, quòd in qualibet tabula erant quinq; præcepta. Scriptura autem fit causa memoriæ. idcirco præcepta tabulis sunt inscripta propter recordationem legis diuinæ. Ipsam verò contingit dupliciter ordinare. Primò, secundum ordinem rei gestæ, & sic ordinat Iosephus. Ad literam namq; quinq; præcepta erant scripta in tabula prima, totidemq; in secunda. Secundò penes ordinem rei gerendæ; & sic ordinat Augustinus, ponendo primò, ac separatim in tabula una præcepta ordinantia ad Deum, deinde ordinantia ad proximum: attribuendoq; illis primam tabulā secundum appropriationem, non secundum proprietatē. Scd'm ordinem autem rei gerendæ, dupliciter ordo præceptorum accipitur. Primò, ex parte materiæ, quæ ordinatur. Scd'ò, ex parte finis. Primo mō ordinat Origenes. unde, quatuor ponit in prima tabula, distinguens hæc duo, Nō habebis Deos alienos, & Non facies tibi sculptile. in quorum primo prohibetur adoratio idoli. i. statuæ nihil simile in rerum natura habentis: in secūdo, adoratio sculptilis, uel similitudinis. i. statuæ habentis, quid simile in rerum natura. In secunda tabula ponit tm̄ sex præcepta, dicens idem esse præceptum de vitanda concupiscentia uxoris proximi, & possessionum ipsius. Scd'o mō, & meliùs ordinat Augustinus, ponēs tria præcepta in tabula prima, dicens eandem prohibitionē de adoratione idoli, & sculptilis: quia utrunq; fit ad finem eundem, utpotè ad colendum verum Deum. Atq; in secunda tabula ponit septē, dicens duas esse prohibitiones de concupiscentia vxoris proximi, & rerum ipsius: quoniam alio fine concupiscitur uxor, puta ad uoluptatem: & alio fine possessio, puta ad cupiditatem. Hæc Petrus.

¶ Corcordat Richardus, Albertus quoq;, Bonauentura, & alij, quidā, circa hæc plura inquirunt, de quibus pertranseo, quia in diuersis opusculis in de ꝯscripsi, & ꝑserti ī tractatu de vitijs, & uirtutibꝰ.

## QVAESTIO II.

Amplius quæritur, *An præcepta decalogi sint indispensabilia, ita, quòd nec Deus, nec homo in eis valeat dispensare.* ¶ Videtur, quòd non: quoniam Deus præcepit Abraæ innocentem occidere filiū, filijs quoq; Israel decipere, ac spoliare Aegyptios, atq; Oseæ prophetæ accipere mulierem fornicariam, & fornicationis filios procreare. Similiter filijs Israel licētiauit vsuras ab extraneis capere Et ꝑ Malachiam prophetā promisit diuortium, imò, & per Moysen: cum tamen ista sint contra ius naturale. de ista materia dictum est supra primum ex Henrico, & talis, vbi de omnipotentia Dei tractatum est, & utrum Deus aliqua possit de potentia absoluta, quæ non potest de potentia ordinata, vbi & dictum est, quòd Deus in multis possit alium rerum ordinem instituere, & alia dare præcepta, quantum ad vsum rerum, ac fœminarum, & mutuam hominum conuersationem. sicque in præceptis secundæ tabulæ dispensare posse uidetur, non in præceptis tabulæ primæ, sicut supra ex Henrico, & alijs est inductum.

Gene. 22. Exod. 3. Oseę. 1.

Deut. 23.

Mala. 2.

Deut. 24.

T. Aquin.

¶ Sed obuiare uidetur, quod Thomas ad istud, quæsitum respondet hoc loco: In qualibet, inquit, legis latione oportet duo considerare, puta substātiam legis, quæ ponitur, & id ad quod ræspicit legislator. Et lex lata est mensura subditorum in actibus eorum. Aliud est id, ad qd' respicit legislator, quod est legis intentio, & ipse finis est mensura legis positiuæ. Quemadmodum ergo actus subditorum sunt distorti, si à lege positiua discordent. ita lex ipsa rectitudinem non haberet, si ab intentione legislatoris deficeret, quæ est rectitudinem instituere, & confirmare. Si ergo aliqua sint præcepta, quę ipsam legislatoris intentionem contineant, & includant, impossibile est, quòd in aliquo causa salua iustitia possit, quis ab illis deflectere, sicut si esset contra istud præceptum, Nulli est facienda iniuria. Cumque cuncta præcepta decalogi existant huiusmodi, impossibile est, ꝙ dispensationem recipiant. Porrò præcepta, quæ edidit legislator creatus, ad mensuram prædictorum sunt metienda: iō quādiu illa præcepta nequeunt præteriri sine præiudicio primæ mensuræ, ad quam instituta sunt, nulli licet dispensare in eis. Si quando verò poterunt salua legislatoris intentione præteriri, licebit auctoritatem habenti dispensare in eis. Si autem in aliquibus casibus lex posita à legislatoris intentione discedat, quia non potuit legislator ad vniuersos intendere casus, sed ad eos, qui pluries accidunt: tūc quoq; licet legem positam præterire, intentionemque sequi legislatoris, ut dum non redditur depositum impugnanti fidē, aut patriā, quod fit per ἐπιείκειαν, vt quinto dicitur Ethicorum, per quā lege prætermissa, sequitur homo intentionem legislatoris. Idcirco, quod quinto Ethicorum asseritur, quòd in actibus humanis propter eorum varietatem non potest una communis regula inueniri, quam non oporteat in aliquibus casibus deficere instar ædificationis Lesbiæ. Hinc quoque, quod quinto Ethicorum ait philosophus, quod iustum naturale nō est idem apud omnes, sicut nec alia, quæ consequuntur naturam, ut quòd dextra sit fortior, quàm sinistra, intelligendū est de iusto profecto ex iure immediatè naturali, & inuariabili. Itaq; cōtra ꝑcepta decalogi, ſm quod ad decalogū pertinēt, nunq̄ de

i. mansuetudinem, aut æquabilitatem

puerbū,

us fieri



us fieri iussit. Prohibitio quippè furti ad decalogum pertinens, est secundum quod res furtiua est aliena ab accipiente. Remota ergo hac conditione, si res illa fiat accipientis, non erit contra decalogum eius sublatio. Hoc demum facere potest non solum Deus omnium dominus, imo itidem fit auctoritate principis, aut prælati, qui rem vnius alteri confert ex rationabili causa. Attamen potest Deus in aliquibus factis conditiones decalogo contrarias tollere, quemadmodum, & naturam potest mutare, sicut ab ea, quæ non est matrimonio iuncta, potest auferre hanc conditionem, * non suam sine hoc, quod vxor plenariè fiat, vt sic ad eam accedere non sit contra decalogum. Sic etiam in decalogo non prohibetur simpliciter occisio hominis, sed occisio eius, qui mortis debitor non est. Hæc Thomas in Scripto.

Deus non facit cōtra decalogi pręcepta.

non suā, fundare uidetur.

Richardꝰ.

¶ His prorsus concordat Richardus præcepta, dicens, decalogi indispensabilia sunt. præcepta namque legis æternæ sunt indispensabilia. Planum est enim, quòd in illis homo dispensare non potest, imo nec Deus, quia (vt ad Thimotheum scribit Apostolus) seipsum negare non potest. in quo patet ex consequenti, quòd nec Deus, nec homo in lege naturę potest dispensare, quæ lex (teste Augustino libro 83. quæstionum) transscripta est in anima rationali ex ineffabili, atque sublimi rerum administratione per prouidentiam Dei. Propter quod dicitur in decretis, Ius naturale cœpit ab exordio rationalis creaturæ, nec tempore variatur, sed immutabile permanet. Omnia ergo præcepta, quæ ex primo principio legis de necessitate sequuntur, immutabilia, & ex consequente indispensabilia perseuerant. & talia sunt omnia præcepta decalogi, si secundum præcipientis intentionem sumantur. Hæc Richardus.

Aug.

Obiectio. Bernard.

¶ Quibus obiici potest, quod sanctus Bernardus in libro de dispensatione, & præcepto, euidenter fatetur capite 5. quod in pręceptis secundæ tabulæ Deus dispensare potest, non homo. Denique, nec leges positiuæ humanæ, iustè, & rationabiliter institutæ, dispensationem recipiunt secundum intentionem legislatoris acceptæ. Hæc namque intentio est formale in lege, contra, quam dispensatio non donatur. & ad hoc adductæ sunt supra rationes idoneæ. Imo & sanctus doctor quāuis hoc loco scribat, sicut iam patuit, nihilominus in Secunda Secundæ quæstione 101. testatur, quòd cum ipsius Dei sint omnia, & ipse omnium est prima regula, & mensura, ac institutor propagationis humanæ: ideo ordo ille generationis est rectus, qui ex Dei dispositione, & dispensatione procedit. Vnde constat, quòd alium possit ordinem rebus præfigere in his, quæ ad tabulam spectant secundam. Vnde, & hoc loco potiùs placet Petri responsio, qui deprompsit: Beatus Bernardus libro de præcepto, & dispensatione, ponit tria genera præceptorum, quorum unum uocat inuiolabile, ut præcepta legis positiuæ: aliud stabilè, ut pręcepta secundę tabulę: aliud immutabile, ut pręcepta tabulæ primę. Dicit ergo, quòd præceptum inuiolabile non licet homini transgredi, attamen homini potestatem habenti licet dispensare in illo. Pręceptum uerò stabile non licet homini transgredi, nec in eo dispensare, sed soli hoc licet Deo. In pręcepto autem immutabili, nec Deus ipse dispensat, quia dispensationem recipere nequit tale pręceptum. & talia sunt tabulę primæ præcepta. Nam tertium illud pręceptum de sanctificatione sabbati, inquantum morale, indispensabile est, nō inquantum cermoniale. In pręcepto ergo inuiolabili duo sunt attendenda, uidelicet uerba legis, & intentio legislatoris, id est, naturalis ęquitas, quę mouit eum: quia eius positiuum ex iure naturali tanquam ex sua regula, & mensura profectum est. Vbicunque ergo concurrunt uerba, & intentio legislatoris, dispensare non licet: ubi verò apparet intentio legislatoris in contrariū dispensare est licitum: quia lex magis consistit in intentione, quàm uerbis. & scire leges non est scire uerba, sed uim, & potestatem uerborum. Hæc Petrus.

Tarantasiꝰ

Pet. Bernardus.

Lex magis in intentione, q̄ verbis cōsistit.

## QVAESTIO III.

Rursus hic quęritur, *An liceat sub usura accomodare.* ¶ Videtur quòd non, quia non licet alicui dare occasionem peccati mortalis, sed hoc facit, qui sua defert, aut mittit usurario, ut sibi sub vsura concedat.

¶ Secundò, usurarius rem alterius non contrectat nisi de illius consensu, ergo non facit ei iniuriam. Tertiò, qui participat cum furante, currit cum fure. ergo usurario consentiens, ut sub usura concedat, currit cum ipso.

Rñsio.

¶ Ad hoc Bonauentura respondet: In pręcepto illo, Non furtum facies, prohibetur omnis illicita rei contrectatio, seu usurpatio alienę, quæ fieri potest per uiolentiam, aut fraudulentiam, & hoc siue in re simplici, siue in re consecuta. & ita prohibetur hic furtum, & sacrilegium, rapina quoque, quę per uiolentiam agitur, & vsura, quia in ea est uiolentia, ac fraudulentia quædam: fraudulentia: quoniam uendit accommodanti rem suam. Tenetur enim unusquisque subuenire proximo suo in mutuo ex diuino pręcepto. Dum ergo usurarius uendit proximo, quod ei tenetur, ipsum defraudat, ac decipit. Iterum, dum ex pacto ab illo aliquid exigit, ipsum quasi compellit ad id, quod non debet. Propter quod omni tempore fuit usura prohibita, ut Magister tangit in litera. Et dato, quòd vsurarius non contrectet rem eius, cui ad usuram concedit, contra uoluntatem eius conditionalem, facit tamen hoc contra absolutam illius uoluntatem. Nempe, qui recipit ad usuram, uellet, quod sibi gratis concederetur. idcirco non currit cum usuram accipiente, nec ei participat in peccato, sed redimit iuris sui uexationem. Vnde sicut non currit cum latrone, qui dat ei vestes suas ne occidatur ab illo: ita non currit cum usurario, qui necessitate coactus, potiùs dat usuram, quàm careat necessaria sibi pecunia. Ideo præter necessitatem non excusatur à culpa. Quantam autem necessitatem oporteat interuenire ad excusandum à culpa, docet unctio, & ratio recta determinat: quia secundū conditiones personarum diuersas pensandę sunt diuersorum necessitates. Hęc Bonauentura.

Acute dictum.

Apta similitudo.

Albertus

¶ Idem Albertus, qui etiam sciscitatur, Vtrum in usura transfertur dominium. Respondet, hic sunt diuersę opiniones: Vna legistarum, dicentium, quòd imo. nam mutuum appellatur, quia ex meo fit tuum, ut dicit Isidorus. Secundò, qui dat usuram, est suarum rerum dominus, ergo potest eas cui uoluerit dare. Theologi autem, & Iuristę tenent contrarium, quia usurarius non potest de rebus usurariè acquisitis elemosynam facere. Vsurarius quoque ad usuræ restitutionem tenetur, quod non oporteret, si essent ipsius,

Mutui etymologia.

*Triplex suum.*

Legistæ autem assignant triplex suum. Vnum licitè acquisitum, aliud illicitè acquisitum, tertium turpiter acquisitum. De primo potest fieri eleemosyna, & sacrificium ad altare, de tertio eleemosyna, non sacrificium. De medio nec eleemosyna, nec sacrificium, dum tenetur, quis reddere, quod malè acquisiuit. Qui autem accipit ad vsuram, non habet absolutam voluntatem dandi, quod suum est vsurario, sed solum conditionatam, ut dictum est.

*Thomas.*

¶ Insuper Thomas: Ab omnibus dicitur, inquit, communiter, quòd dare ad vsuram sit mortale peccatum, sed diuersi diuersas rationes assignant. Nam aliqui dicunt, quòd idcirco non licet pecuniam pro lucro concedere, sicut equum, aut domum, quia pecunia ex vsu non deterioratur sicut alia illa. Verū hæc ratio non est generalis: quoniam in aliquibus rebus pro quarum concessione aliquid accipi potest, ut in concessione domus ad vsum per vnum diem, res illa non deterioratur: precium quoque, quod accipitur non commensuratur damno, quod accidit ex vsu rei. Hinc alij aliam causam assignant, dicentes, quòd in concessione pecuniæ transfertur dominium, non in domo, & alijs rebus. Iustum autem videtur, ut pro usu rei, quæ remanet in ea, aliquid accipi possit: pro vsu uero pecuniæ, quæ fit alterius ex hoc ipso, quod mutuatur, accipere aliquid, non est aliud, quàm accipere aliquid ab alio pro usu propriæ rei ipsius, quod est quædam exactio, & peccatum.

*Vsura mortale ē peccatum*

Verum hæc ratio satis videretur probabilis nisi, quod simile accidit in omnibus rebus, in quibus transfertur dominium per mutuum, ut granum, uinum, &c. pro quorum vsu nihil accipere licet ultra valorem eius, quod mutuatū est. Potest tamen, & alia ratio assignari, quia in alijs rebus est utilitas aliqua ex seipso. In pecunia autem non est, sed ipsa est mensura utilitatis aliarum rerum secundum philosophum 5. Ethicorum. ideo pecuniæ usus non habet utilitatis mensuram ex ipsa pecunia, sed ex rebus per pecuniam mensuratis, secundum indifferentiam eius, qui peccuniam ad res transmutat. Vnde accipere maiorem peccuniam, aliud non uidetur, quàm diuersificare mensuram in dando, & accipiendo, quod iniquitatem continet manifestè.

¶ Postremò, iudæis permissum fuit usuras accipere à gentibus, quarum terra fuit eis promissa, quia bona illorum gentilium de iure debebantur Iudæis: ideo per vsuras, & alias quascunq; exactiones poterant, quæ sui iuris erant, extorquere ab illis; sicut & spolia Aegyptiorum acceperunt pro mercede seruitutis, quam illis diu impenderant, vel sicut propter duritiam cordis ipsorum, fuit eis permissum concedere extraneis ad usuram, ne suis fratribus fœnerarent, ad quod ex sua uaritia erant proni, quemadmodum permissum extitit eis dare libellum repudij, ne vxores proprias trucidarent, ad quod ex sua procliues erant crudelitate. Hęc Thomas in Scripto.

*Quatenus vsura Iudæis permissa.*

*Exod. 3.*

*Matth. 19. Deut. 22.*

*Thomas.*

¶ Insuper de his pleniùs scribit Thomas in Secūda Secundæ, quæstione 78. Quarundam, inquiens, rerum usus, est earum consumptio, ut vsus cibi, & potus est eorum comestio, quod etiam pecuniæ conuenit, quæ secundum philosophum ad hoc extat inuenta, ut commutationes inter homines fiant. Hinc usus pecuniæ est eius distractio, seu pro rebus expensio. Idcirco in talibus rebus non computantur seorsum res, & usus ipsius. Vnde, qui in illis rebus uendit seorsum rem, & eius vsum, uendit bis idem, uel uendit id, quod non est, utpotè usum, propterea pro pecunia mutuata vsuram accipere, repugnat æqualitati iustitiæ. Aliæ uerò res, quarum usus non est earum consumptio, sicut usus domus est inhabitatio, non dissipatio, in quibus non semper transfertur dominium, sed potest utrunque seorsum concedi, ut patet in locatione domus; ideo vasa argentea, & aurea, & consimilia sub precio possunt concedi. Veruntamen talium rerum potest esse aliquis secundarius usus. qui sit earum consumptio, quem usum uendere non liceret, quemadmodum, & ipsius pecuniæ potest esse secundarius usus, qui non sit eius consumptio, ut loco pignoris ponere eam, quem usum vendere licet. Hoc quoque sciendum, quòd rem cariùs uendere propter dilationem solutionis, aut vilius emere propter anticipationem solutionis, usurarium est: quia dilationes, & anticipationes istæ rationē mutui sortiuntur. Qualiter autem non peccet soluēs usuram, declarat Augustinus, respondens Publicolæ, & patet sensus ex præinductis.

*Quæstio. Vsurarius an ad restitutionē teneatur.*

¶ Præterea si quæratur, An homo restituere teneatur, quod per pecuniam usurariam iusto lucro lucratus est: respondendum, quòd res quarum vsus consumptio est, usufructum non habent. idcirco si talia, ut pecunia, triticum uinum, per vsuram extortat sint, non tenetur homo nisi ad restitutionem extorti. Quod enim de tali re est acquisitum, non est fructus huius rei, sed humanæ industriæ, nisi forte per talium rerum detentionem alter sit damnum perpessus. tunc namque ad recompensationem damni detentor tenetur. Aliæ sunt res, quarum usus non est earum consumptio. & istæ habent usufructum, ut domus, ager, &c. Idcirco, qui ab alio tale, quid per vsuram extorsisset obligaretur non solum illas res reddere, sed etiam fructus earum. Hæc Thomas in Summa.

*Tarātus Durādu.*

¶ Concordat Petrus, Durandus quoque, & addit: Accipiens mutuum sub usura sine iusta necessitate, peccat, quia non solum dat alii occasionem peccandi, sed & scienter, & sine iusta necessitate proponit alteri materiam unde sumat occasionem peccandi, maximè dum putat eum dispositum ad tale peccatum. Nec excusatur timore mortis, & multo minus timore damni maioris. Nec licet accipienti mutuum sub usura, consentire in usurariam acceptionem mutuantis, sed bene in hoc, quòd plùs accipiat, quàm concesit: & quod plùs de suo transferatur in illius dominium, quàm ipse accepit de manu ipsius mutuatoris. Hæc Durandus.

¶ Amplius, de vsura, de speciebus ipsius, & de casibus, in quibus uidetur committi, nec tamen committitur, atque de casibus in, quibus uidetur non committi, & tamen committitur, multa conscribunt Antisiodorensis in tertia parte Summæ suæ, & Alexander, Henricus quoque in Quodlibetis, qui & sexto quodlibeto diuertit ad hoc, quòd commutatio campsoria sit usuraria. In pluribus quoque quodlibetis tuetur, quòd emere annuos redditus ad vitam, sit usurarium. Quod etiam sentit Henricus de Hassia, in tractatu suo de contractibus. Oppositum verò tenetur communiter, & Henricus de Oyta, in suo de contractibus libro fortiter tenet contrarium, quamuis fuerit socius magistri Henrici de Hassia.

*Hales. Gandau.*

*Henricus Hassius.*

Quæ-



## QVAESTIO IIII.

PRræterea circa præceptum tertium quæritur, *Vtrum liceat diebus festiuis, puta dominicis, & cæteris celebribus festis, forum tenere, carnes vendere, & consimilia facere. quæ mentis adhæsionem cum Deo impediunt.*

¶ Et videtur, quod non, quia repugnant causæ finali institutionis festorum, quæ est Deo vacare, & aliorum dierum negligentias, ac peccata recuperare, emendare, deflere. De ista materia fuit nūc inquisitio multa, quibusdam dicentibus imo, & publicè sermocinantibus ista mortalia esse, & contra præceptum diuinum. Vnde in tractatu de vitijs, & virtutibus, super hac quæstione diffusè conscripsi, plurimorum introducendo dicta doctorum. Et nunc breuiter tangam responsionem doctoris solennis, qui primo quodlibeto, quæstione ultima scíscitatur, vtrum liceat die dominico tenere forum rerum uenalium ad vendendum, & emendum, & utrum episcopi, & prælati peccent mortaliter talia permittendo. Respondet, Edictum, seu præceptum circa sabbatismum diei dominicæ, non est omnino de iure positiuo, sicut præceptum de abstinendo à carnibus ferijs sextis: imo fundatur super generale edictum legis naturalis, quod positiuo edicto ecclesię specificatur. Edictum quippè legis naturalis inscriptum tabulis cordium, est quòd omnis homo usum rationis sortitus, debeat certis temporibus aliis negociis prætermissis, vacare cultui Dei. Cumque homines circa hoc fuerint negligentes, curis mundanis, uitijsque intenti, determinauit ecclesia certum diem: quoniam magis timetur, & tenetur, quod singulariter indicitur, seu iubetur, quàm quod generali præcepto proponitur. Hinc deputauit ad hoc diem dominicum, sicut in ueteri testamento ordinatus fuit à Deo septimus dies hebdomadæ. Denique, circa istud præceptum sunt duo articuli. Vnus affirmatiuus, quòd scilicet die illo homo attentus esse debet cultui Dei: & alius negatiuus, ut quòd illo in die non debeant se homines occupare seruilibus operibus, per quæ à diuino cultu ualeant impediri. Hinc sicut præcepta affirmatiua obligant semper, non ad semper: sic obseruatio diei dominicæ quantum ad partem suam affirmatiuam, obligat semper, ita, quòd in qualibet hora diei illius homo est obligatus ad insistendum diuino obsequio: non tamen obligat ad semper, ita, ut tota die dominica actualiter teneatur cultui Dei uacare, sed opportunioribus horis. Verum quo ad partem suam negatiuam, obligat semper, & ad semper, ut in nulla hora diei dominicæ liceat alicui exercere opus seruile, quo à diuino obsequio retrahatur. Si uerò præstare non queat impedimentum, non esset uniuersaliter prohibitum. Ideo illis, qui semper debent esse dispositi, & intenti cultui Dei, semper est prohibita mercatio, quæ maximè à diuino obsequio est retractatiua. Qualitercunque ergo, & quomodocunque homo in die dominico opus exercet negociationis, quo à diuino seruitio impeditur, impedirivè possit, ipsam negociationem præfer Deo, quod est contra præceptum. Ideo absolutè dicendum, quod forum tenere in die dominico, & negociationem agere quacunque hora diei dominicæ; est peccatum mortale, & maximè hora missarum, & vesperarum, quando homines diuino obsequio magis, quàm cæteris horis debent esse intenti. Nec restat nisi inuestigare, An sit remedium aliquod, quod homo negocians in die dominico ualeat excusari. Itaque aduertendum, quòd circa hoc nequit esse nisi triplex remedium. Primum est dispensatio summi pontificis, auctoritate ecclesiæ obseruationem diei dominicæ instituentis. Secundum, excusatio urgentis necessitatis, uel piæ utilitatis. Tertium est abrogatio statuti in toto, aut parte de obseruatione dominicæ. Primum remedium non potest in proposito subuenire, quia super hoc nunquàm est data à papa dispensatio generalis, imo generaliter prohibitum est, extra de consecratione, distinctione tertia, Rogationes. Nec potest dici, quòd ecclesia dispensat tolerando, quod nouit: quia cum aliquando in casu piscationis halecum dispēsando permisit fieri die dominico, tamen simul omnibus ab omni opere seruili cessandum præcepit: quod non esset, si non puniendo transgressiones, & dissimulando uoluisset dispensare, ut extra de ferijs, licet. Secundum quoque remedium non potest succurrere, quàmuis enim urgens necessitas, & pia utilitas particulariter in aliquo loco possint adhibere remedium: tamen dum nulla est generalis necessitas communisvè pietas, propter quas ubique liceat seruile aliquid in die dominico agere, non potest corruptela illa generalis excusari, quamuis particulariter magis ualeat excusari in uno, quàm in alio: ut in eo, qui libenter emeret necessaria sibi in alio die, sed non potest ea inuenire uenalia in alio die; idcirco compellitur ea emere die dominico. Similiter ex parte uendentis. Insuper tertium remedium, de quo tamen magis uidetur, potest hic suffragari: quia consuetudo si iuri non debeat derogare, debet rationalis esse: quod consuetudini huic contra Dei præceptum non conuenit. Nec excusatur per hoc, quòd tunc melius uacat populo conuenire ad mercaturam. Nam illa uacatio est vacatio diei dominicæ. ideo illam in vacationem diei ferialis conuertere, est contra charitatem, & peruersum. Hinc mihi uidetur, quòd nullo modo liceat die dominico, seu festis præcipuis forum tenere. Ex quo sequitur, quòd episcopi tenentur hoc malum per sententiam, & admonitionem à suis diœcesibus remouere, nisi forte rationabiliter timeant ex hoc maiora mala oriri: quia ne maiora mala eueniant, minus malum quandoque est tolerandum.

*Henricus Gandau.*

*An dñico die forū tenere liceat.*

*Ministris ecclesiæ mercātia prohibet. Iohan. 1.*

*Negociāti die dñico triplex datur remedium.*

*Festis p̄cipuis vel die dñico forū tenere nō licet*

¶ Postremo Richardus: Diebus, inquit, dominicis uacandum est ab omni opere seruili. Seruile autem opponitur liberali, quorum utrunque potissimè est pensandum ex proprio, & proximo fine, non ex fine accidentali, quem constituit agentis intentio. Ratione autem finis proximi, quem constituit agentis intentio, iudicandum est aliquid seruile, uel liberale formaliter per comparationem ad agentem: non tamen simpliciter. Illa igitur opera, quæ respiciunt corporale, seu temporale bonum operantis, tanquam proprium, & proximum finem, seruilia sunt, etiam si in se specialiter essent, ut qui considerat qualiter temporale lucrum adipiscatur. Si autem opus sit materialiter seruile, & tamen ordinet illud ad bonum spirituale, sicut ad proprium, & proximum finem, magis est liberale, quàm seruile; saltem in comparatione ad agentem, ut scribere non ad temporale lucrum, sed ad spiritualem profectū, & aliorum ædificationem. Hinc, qui diebus dominicis, seu festiuis ducūt choreas, & hastiludia faciunt, peccāt

*Richard.*

mortaliter,ut magni dicunt doctores:quoniam hæ ſtiludia ſicut,& torneamenta, uidentur prohibita.

Choreæ prohibitę ſunt de dñico.

Choreas etiam eſſe prohibitas, præſertim diebus dominicis, probant per id,quod dicitur de ferijs, Dies feſtos veneratione altiſſimi deputatos, nullis volumus voluptatibus occupari. Quod uidetur probabile,maximè de choreis, in quibus mulieres ſe præſentant virorum aſpectibus,& econtra. tunc enim directè dant occaſionem libidini. Hæc Richardus.

## De triplici genere mendacij. Diſtinctio XXXVIII.

Exod. 1. Ioſue. 15.

SCiendum tamen,tria eſſe genera mendaciorum. Sunt enim mẽdacia,quę dam pro ſalute,uel commodo alicuius, non malitia, ſed benignitate dicta,qualiter obſtetrices mẽtitæ ſunt, & Rahab. Eſt & aliud mendacij genus, quòd ſit ioco,quod non fallit. Sic enim cui dicitur, cauſa ioci dici. & hæc duo genera mendaciorum non ſunt ſine culpa, ſed non cum magna. Perfectis verò non conuenit mentiri, nec etiam pro temporali uita alicuius, ne pro corpore alterius, animam ſuam occidant. Licet autem eis uerum tacere, ſed non falſum dicere; ut ſi quis non uult hominem ad mortem prodere,verum taceat, ſed non falſum dicat. Tertium uerò genus mendacij eſt, quod ex malignitate, & duplicitate procedit,cunctis ualde cauendum. His uidetur innui mendacia illa,quæ fiunt ioco, uel pro ſalute alicuius, imperfectis eſſe uenialia peccata: perfectis verò illud, quod pro cõmodo alterius dicitur. eſſe damnabile: quod etiam de mendacio iocoſo putari poteſt, præcipuè ſi iteretur. De mendacio autem obſtetricum,& Rahab,q̃ fuerit ueniale, Auguſtinus tradit,dicens: Forſitan ſicut obſtetrices nõ remuneratæ ſunt,quia mentitæ ſunt, ſed quia infantes liberauerunt: & propter hanc miſericordiam ueniale fuit peccatum, non tamen nullum: ſic Rahab liberata eſt propter liberationem exploratorum, pro qua fuit ueniale peccatum. Sed ne putet quiſque in cęteris peccatis,ſi propter liberationem hominum fiunt,ita poſſe concedi ueniam. multa enim mala deteſtanda talem ſequuntur errorem. Poſſumus enim,& furando alicui prodeſſe,ſi pauper cui datur ſentit commodum,& diues,cui tollitur,non incommodum. Ita,& adulterando poſſumus prodeſſe,ſi aliqua niſi ad hoc ei conſentiatur,appareat amando moritura: & ſi uixerit, pœnitendo purganda. nec ideo peccatum graue negabitur tale adulterium. Sciendum eſt etiam,octo eſſe genera mẽdaciorum,ut Auguſtinus in lib. de mendacio tradit. Quæ diligenter notanda ſunt;ut appareat,quod mendacium ſit ueniale, & quod damnabile. Primum capitale eſt mẽdacium,longeque fugiendum,quod fit in doctrina religionis,ad quod nulla cauſa quiſquam debet adduci. Secundum, quod tale eſt, ut nulli prodeſt,ſed obſit alicui. Tertium,quod ita prodeſt alteri, ut alteri obſit. Quartum, ſolatur mentiendi fallendique libidine, quod maximum mendacium eſt. Quintum, quod ſit placendi cupiditate de ſuauiloquio. His omnibus cuitatis, ſequitur ſextum genus,quod & nulli obeſt,& prodeſt alicui,ut ſi,quis peccuniam alicuius iniuſte eſſe tollendam ſciens,ubi ſit neſcire ſe mentiatur. Septimum, quod & nulli obeſt,& prodeſt alicui, ut ſi, quis nolens hominem ad mortem quæſitum proderem,mentiatur. Octauũ, quod nulli obeſt,& ad hoc prodeſt,ut ab immundicia corporis aliquem tueatur. In his autem tanto minus peccat quiſque dum mentitur, quanto magis à primo recedit. Quiſquis ucrò aliquod genus eſſe mendacij,quod peccatum non ſit, putauerit: decipit ſeipſum turpiter,cum honeſtum eſſe deceptorem aliorum arbitretur. Omne ergo genus mendacii ſummopere fuge,quia omne mendacium non eſt à Deo.

Mẽdacij obſtetricũ, & Rahab uenia ſe fuit.

### Mendacium quid ſit.

Mẽdacij quid ſit.

Hic uidendum eſt, quid ſit mendacium,& quid ſit mentiri: deinde,utrum omne mẽdacium ſit peccatum, & quare. Mendacium eſt (ut ait Auguſtinus) falſa ſignificatio uocis cum intentione fallendi. Vt ergo mendacium ſit,neceſſe eſt, ut falſum proferatur, & cum intentione fallendi. Hoc enim malum eſt proprium mentientis,aliud habere clauſum in corde,aliud promptum in lingua.

### Quid ſit mentiri.

In Enchiridio.

Mentiri uerò eſt loqui contra hoc, quod animo ſentit, quis, ſiue illud ſit uerum, ſiue non. Qui ergo, qui loquitur mendacium, mentitur: quia loquitur contra hoc, quod animo ſentit, id eſt, uoluntate fallendi, ſed non omnis, qui mentitur, mendacium dicit, quia quod uerum eſt loquitur aliquando mentiendo, ſicut econuerſo falſum dicendo aliquando uerax eſt. Vnde ait Auguſtinus: Nemo ſane mentiens iudicandus eſt, qui dicit falſum, qđ putat uerũ: ea quantũ in ipſo eſt nõ fallit ipſe: ſed non fallitur. Non ergo mẽdacij arguendus eſt, qui falſa incautus credit, ac prõ ueris habet. Potiusq; econtrariò ille mentitur, qui dicit uerum, quod putat falſum. Quantum enim ad animum eius attinet, non verum dicit: quia non quod ſentit dicit, quamuis verum inueniatur eſſe quod dicit. Nec ille liber eſt à mendacio, qui ore neſciens loquitur verum: ſciens autem, voluntate mentitur. Hic quæri ſolet, ſi Iudæus dicat Chriſtum eſſe Deum, cum non ita ſentiat animo: utrum loquatur mendacium. Non eſt mendacium, quod dicit, quia licèt aliter teneat animo, verum tamen eſt, quod dicit, & ideo non eſt mendacium. mentitur tamen illud, quod verum eſt dicens. Quod verò omne mendacium ſit peccatum, Auguſtinus inſinuat: Mihi, inquit, videtur omne mendacium eſſe peccatum, ſed multum intereſt, quo animo, & de quibus rebus quiſque mentiatur. Non enim ſic peccat qui conſulendi, ut qui nocendi voluntate mentitur: nec tantũ nocet, qui viatorem mentiendo, in diuerſo itinere mittit, quantum qui viam vitę mentiendo deprauat. Porrò omne mendacium ideò dicendum eſt eſſe peccatum, quia hoc debet loqui homo quod animo gerit, ſiue illud verum ſit, ſiue putetur, & non ſit. Verba enim ideò ſunt inſtituta, non vt per ea homines, inuicem fallant, ſed per ea in alterius notitiam ſuas cogitationes ferant. Verbis ergo vti ad fallaciam, non ad quod ſunt inſtituta, peccatum eſt. Nec ideò etiam vllum mendacium putandum eſt non eſſe peccatum, quia poſſumus alicui aliquando prodeſſe mentiendo. poſſumus enim (vt prædictum eſt) & furando, & adulterando prodeſſe. mendacium quoque non tunc tantum eſſe poſſumus dicere, quando aliquis læditur. Cum enim à ſciente dicitur falſum, mendacium eſt, ſiue quis, ſiue nemo lædatur. Ecce ex his conſtat, omne mendacium eſſe peccatum, non tamen de omni mendacio accipiendum eſt illud Pſalm. Perdes omnes, qui loquuntur mendacium. Nec illud, Os, quod mentitur, occidit animam. Nec omne mendacium iſto præcepto prohiberi videtur, nec præmiſſa deſcriptione mendacium ioci includi.

Pſam. 5. Sapien. 1.



### Vbi cum periculo erratur, vel non.

Illud etiam ſciendum eſt, quòd in quibuſdam rebus magno malo, in quibuſdam paruo, in quibuſdam nullo falluntur. In quibus rebus nihil intereſt ad capeſſendum Dei regnum, utrum credantur an non, vel vtrum uera putentur an falſa, ſiue ſint, ſiue non. In his errare, id eſt, aliud pro alio putare, non arbitrandum eſt eſſe peccatum, vel ſi eſt minimum, atque leuiſſimum. Et ſunt vera quędam, quamuis non videantur: quæ niſi credantur, ad vitam æternam non poteſt peruenire. Et licèt error maxima cura cauendus ſit, non modo in maioribus, ſed etiam in minoribus rebus, nec niſi rerum ignorantia poſſit errari: non eſt tamen conſequens, vt continuo erret quiſquis aliquid neſcit, ſed quiſquis ſe exiſtimat ſcire, quod neſcit. Pro vero enim approbat falſum, quod eſt erroris proprium. Veruntamen in qua re quiſquis erret, intereſt plurimum. Sunt enim quæ neſcire ſit melius, quàm ſcire: item nonnullis errare profuit aliquando, ſed in via pedum, non in via morum. Solet etiam quæri de Iacob, qui ſe dixit eſſe Eſau, aliter animo ſentiens, utrum mentitus ſit. De hoc Auguſtinus ait: Iacob quod matre fecit auctore, ut falleret patrem, ſi diligenter attendatur, uidetur non eſſe mendacium, ſed myſterium. Intendebat enim matri obedire, quæ per ſpiritum nouerat myſterium. & ideo propter familiare conſilium ſpiritusſancti, quòd mater acceperat, à mendacio excuſatur Iacob.

Gen. 27.

Summa dñi in 3.

IN ſequitur hic Magiſter de quinto præcepto, ponitq; ſpecies quaſdam mendacij, inter quas diuidit, & de quantitate, ac gradu deformitatis eorum determinat. Diffinit quoque mendacium, & ipſam deſcriptionem exponit, atque potiſſimè inueſtigat, an omne mendacium ſit peccatum.

### QVAESTIO I.

HIc quæritur, *De ratione, diuerſitate, deſcriptione, & deformitate mendacij*. Eſt autem materia iſta communis, de qua etiam compendioſè, & pulchrè tractatur in litera, ideo immorandum non eſt.

Guilelm.

¶Itaque de his ſcribit Artiſiodorenſis in Summa ſua tertio libro: Secundum Auguſtinum. Mendacium eſt falſa ſignificatio vocis cum intentione fallendi, quam diffinitionem quidam dicunt de ſolo mendacio pernicioſo mortali prolatam. Alij dicunt, quòd diffinitio illa conuenit cuilibet mendacio in genere: & per conſequens mendacio iocoſo in genere, non tamen cuilibet indiuiduo eius. Mentiens namque iocosè, intendit per ea, quæ dicit, homines mouere ad riſum: quod interdum facere nequit, niſi faciat homines credere id, quod dicit ſicque intendit fallere. An uerò iſta opinio vera ſit, infra magis patebit. Inſuper cum beato Auguſtino magis concedimus, quod omne mendaciũ ſit peccatum, ſecundum quod ipſe ſumit mendacium. Sciendum tamen quod mendaciũ, ſeu mentiri quãdoque ſtrictè accipitur, ut mentiri ſit contra mentem ire verbo, & ſic mentiens propriè dicitur duplex: quoniam aliud in ore, & aliud habet in corde. Aliquando verò ſumitur large, prout mentiri eſt contra mentem ire verbo, aut facto, & ſic ſumpſit Ambroſius, dicens: Mendacium eſt in operibus ſimulatis. Veruntamen argumentatio iſta non valet, Mendacium in operibus ſimulatis poteſt eſſe ſine peccato, ergo mendacium in verbis poteſt eſſe ſine peccato: quoniam opus non eſt propriè nũcius mentis.

Mentiens dicitur duplex.

mẽtis, Vnde ſimulans factis, non propriè facit contra mẽtem, imò facit ſecundũ mentẽ, quę dictat ei, ſic eſſe agendum. Sermo verò eſt propriè nuncius mentis: ideo contra mentẽ agit, ſeu loquitur, qui dicit contrariũ eius, quod habet in mente. Diſputantes quoq; non peccant, ſcienter falſum dicendo: qa non dicunt hoc intentione fallendi: quoniam non intendunt illud aſſerendo teſtificari.

Sermo nũcius mentis dicitur.

Obiectio de Iacob.

¶Verũ his obijci poteſt, quòd Iacob videtur fuiſſe mentitus, dicẽdo ad patrem ſuum Iſaac: Ego ſum primogenitus filius tuus Eſau. nec tamẽ videtur ita loquẽdo peccaſſe, cum per hoc obtinuerit benedici.

Dilutio.

¶Reſpondemus quòd Iacob in verbis illis non eſt mentitus, quia inſtinctu ſpiritusſancti protulit ea. Mater etenim ſua inſtinctu ſpiritusſancti fecit eum ſic loqui, & ipſe Iacob tranſumptiuè ſic locutus eſt verba illa, quemadmodum Chriſtus aſſeruit de beatiſsimo Iohanne: Elias iam uenit, & ſi vultis ſcire, Iohannes ipſe eſt Elias, ita Iacob ſe dixit Eſau, non in perſona, ſed in myſterio, & virtute, ac iure primogenituræ,

Marci 9. Matt. 11. & 17.

Quæſtio.

Si autem quæratur, An Iſaac benedixerit ipſi Iacob, apparet quòd nõ; qm̃ eum benedixit, quem benedicere intẽdebat, ſed intẽdebat benedicere Eſau primogenitum ſuum. Dicimus quòd in illo momẽto, quo Iſaac benedixit ipſum Iacob, actualiter non intendebat benedicere, nec ipſum Iacob, nec Eſau, ſed eum, quem fuerat oſculatus, & quia ille fuit Iacob, benedixit vtiq; eum.

Quęſtio alia.

¶Si item inquiras, An Iacob peccauit ſurripiendo benedictionẽ fratris ſui; videtur quòd imò, quoniã Iſaac dixit ad Eſau: Venit germanus tuus fraudulenter.

Reſpõſio.

Dicendũ, ꝙ in hoc non peccauit, quoniam iure electionis diuinæ ſibi debebatur priuilegium primogenituræ, & benedictio ipſa, & fraus, qua vtebatur, fraus fuit inſpirationis, qua & Ioſue decepit habitatores Hai, & Bethel, & Iudæi mutuãtes ab Aegyptijs præcioſa clinodia in exitu ex Aegypto. Alia eſt fraus eruditionis, qua Ioſeph circumuenit fratres ſuos, ponendo ſcyphum ſuũ in ſacculo Beniamin, ſic & magiſtri per augmẽta ſophiſtica ſuos fallũt diſcipulos. Tertia eſt fraus nociuæ deceptionis, qua Siba decepit regem Dauid. Hæc Antiſiodorenſis.

Ioſue 9. Exod. 3. Gen. 44. 2. Reg. 16. & 19.

T. Agnas.

¶At verò Thomas: Duobus modis, inquit, contingit in actibus humanis eſſe peccatum, Primò, ex natura facti, quod in ſe eſt malum, ſicut in malis ex genere. Secundò, ex facientis abuſu, vt dum quis bona ex genere agit peruerſa intentione, & vtrunque horum mendacium complectitur, quia in ſe inordinatum eſt. Et quia inordinatio in ſignificando, non poteſt eſſe, niſi ex falſitate ſignificationis, ideo in mendacio falſa ſignificatio includitur. Falſa autem ſignificatio ad rationem non ſufficit peccati in maioribus, cum nõ ſit in hominis poteſtate verum ſignificare, ſicut nec verum ſcire. Vnde oportet vt ſit talis falſa ſignificatio, qua quis volens à rectitudine deuiet, quod non eſt, niſi dum ſciens loquitur falſum, quia ignorans voluntarius non eſt. Deniq;, ex hoc ipſo, quòd quis ſcienter loquitur falſum, ſequitur, quod falſum ſignificare intendit: ideo hoc eſt completiuum in diffinitione mendacij, pro materiali autem falſa ſignificatio vocis. Hæc Thomas.

contra Thomã.

¶In quibus incertum videtur, quid prætendat, dicendo, non eſſe in hominis poteſtate verum ſignificare, ſicut nec verum ſcire. ſiquidem horum utrũque videtur eſſe in noſtra poteſtate, quia & inueniendo, & ab alijs addiſcendo, ſcimus plurima vera, quæ etiam verè, & per vera ſigna alijs ſignificamus.

¶Inſuper aſsignatur hic triplex mendacium, puta iocoſum, officioſum, & pernicioſum, ut agnoſcatur qualiter contingat diuerſimodè peccare mentiendo. Ponuntur ergo hi tres modi mendacij, ſecundum quod fallacia, quæ eſt mendacij complementum, in tribus gradibus poteſt conſiſtere.

Grad⁹ primus fallaciæ.

Primus gradus eſt, vt fallacia ſit tantum in fallente, qui fallit, quamuis nullus ab ipſo fallatur, quod eſt in mendacio iocoſo.

2

Secundus gradus eſt, vt fallacia tantum ad audientis opinionem perueniat, vt ſcilicet æſtimet verum, quod à dicente ſibi falsè prolatum eſt, vt in mendacio officioſo, in quo non peruenitur ad plus mali, niſi quod audiens falſam intẽtionem concipiat, quantum ad intentionem dicentis.

3

Tertius gradus eſt, vt ſecundum dicentis intentionem fallacia perducatur vlteriùs, vſq; ad nociua, in perſona, aut rebus, vt in mendacio pernicioſo. De hoc quoq;, An omne mendacium ſit peccatum: dicendum, quod cùm malum omnifariam accidat, cuiuſlibet circunſtantię peruerſitas peccatum in moribus facit, ut ſi aliquis accipiat vnde nõ debet. Cumq; locutio inuenta ſit ad exprimendã cordis conceptionem, quandocunque quis loquitur, quod in corde non habet, loquitur, quod nõ debet, quod fit in omni mendacio. ideo omne mẽdacium eſt peccatum. Sed aduertendum quòd verba, quæ in ſcriptura ſcripta ſunt, aut ſunt verba eius, qui ſcripturam edidit, aut ſunt uerba eius, qui in ſcriptura recitatur, ſeu inducitur loquẽs. Si primo modo, ſic non eſt in eis mendacium, quia in figuratiuis locutionibus non eſt ſenſus uerborum quem prima facie faciunt, ſed quem proferens ſub tali modo loquendi facere intẽdit: ſicut qui dicit, Pratum ridet, intendit ſub quadã ſimilitudine deſignare prati floritionẽ. Si uero ſint uerba eius, qui recitatur loquẽs, aut ſunt uerba alicuius, cuius malitia in ſcriptura reprehenditur, & ſic non eſt incõueniens quod ſint mendacia pernicioſa, ſicut uerba Iudæorum Chriſtum blaſphemantium: aut alicuius qui commendatur nõ de perfectione uirtutis, ſed de profectu, quẽadmodum obſtetrices Hebręorum commendãtur, quod ad hoc profecerunt, quod non in damnũ alicuius, ſed in obſequium Dei mentitæ ſunt: aut ſunt uerba alicuius, qui cõmendatur de perfectione uirtutis, & alijs ponitur in exemplum, & ſic eſt eadem ratio ſicut de uerbis ſcripturæ.

Exod. 1.

Roma. 3.

Denique, ſicut non ſunt facienda mala, ut proueniant bona: ita non eſt mentiendum ut alter ex hoc commodum cõſequatur, ſicut neq; furandum eſt ut eleemoſynæ fiant. Quamuis etiam omne mendaciũ ſit peccatum, non eſt tamen ſemper peccatum, aliud facere ſeu ſimulare, aut prætendere ad fallendũ: quia & Ioſue finxit ſe fuggere, & Chriſtus ſe finxit longiùs ire. Nam facta, ſeu geſta non ſunt de ſe ordinata ad ſignificandum ut uoces.

Ioſue 8. Lucę. 24.

¶Atuero non omne mendacium eſt mortale peccatũ, mortale nãq; peccatum eſt, quod hominẽ priuat ſpirituali uita, quæ per charitatem habetur, propter quod illa peccata ex ſuo genere, extant mortalia, quæ ſunt contra dilectionem Dei & proximi. Hinc duplex genus mẽdacij peccatum eſt mortale.

Mendaci duplex genus, peccatũ mortale cenſetur.

Primũ, quod eſt contra Deum, ut dum quis in doctrina religionis mẽtitur. Secundũ, quod eſt in detrimentum iuſtitiæ ad proximũ, ſiue ſit tale mendacium, quod ad peruerſitatem iudicij ordinatur, ut dũ quis in loco iudicij profert falſum: ſiue ſit in nocumentum alicuius, quod ſine peccato mortali eſſe non ualet. Alia uerò mendacia, quæ inordinationem continent: non tamen à dilectione Dei, ac proximorum auertunt, uenialia ſunt peccata. De peccato demum obſtetricum diuerſa opinio eſt.



De mẽdacio obſtetricum.

Quidam em̃ dicunt, quòd falſum dixerunt ob conſeruandã uitã puerorũ, quod fuit officioſum, & ueniale pctm̃. Fuit quoq; ad conſeruandũ ꝓpriã uitã, & ſic fuit libidinoſum, & mortale peccatum. Sed hoc rõnabile nõ vr̃, quia nõ minus põt homo propriam uitã, quàm alterius tueri. Ideo alij dicunt, quod in actibus obſtetricum tria conſiderañ.

Exod. 1.

Primum eſt pietas, qua pueris pepercerunt, & quantum ad hoc, meruerunt, vel ad meritum diſponebantr, & ſm̃ hoc accipiẽdum eſt, qđ Deus ædificauit eis domos ſpirituales ſm̃ Hieronymum, Secundum fuit mendacium pro conſeruatione puerorũ ſeu propriæ uitæ prolatũ, quod fuit ueniale, & ita ſm̃ Auguſtinum in libro de mẽdacio, habent hæ obſtetrices laudem non pfectæ iuſtitiæ, ſed profectus ad iuſtitiam. Fuit itẽ ibi omiſſio confesſionis diuinæ veritatis, atq; iuſtitiæ, ſi tamen coram Pharaone confiteri tunc tenebantur, & quantum ad hoc, potuit ibi eſſe peccatum mortale, ſicq; uerificari, quòd ſecundum Gregorium merces æterna eis in temporalem eſt cõmutata. Aut ſi non peccarunt mortaliter, in hoc dr̃ merces æterna eis in temporalem mutata, quia earum benignitas per gratiam non informata, remunerationem habuit temporalem, quæ ſi gratiæ fuiſſet adiuncta, habuiſſet æternam.

Quæſtio.

Pręterea quæritur, Vtrum omne mendacium ſit uiris perfectis mortale, ut tangi videtur in litera. Ad hoc dicunt quidã, quod imò, ſumentes ad hoc rationem ex charitatis perfectione, per quam mens humana ſummę ueritati adhæret intantũ, quòd oẽ mendacium eorum oritur ex deliberatione, atq; comtemptu: Vñ ueniale eſſe non põt, ſicut nec hõ in ſtatu innocentiæ uenialiter quiuit peccare. Sed hoc nihil eſt, quia eadem rõne nullum aliud peccatum ueniale poſſent committere. Alij uerò ſumunt rationem ad hoc expectatione ſtatu, ſm̃ quod aliqui in publico perfectionẽ p̃tẽdũt, ut religioſi, & prælati, quibus ahibetur fides tanquam conſeruatoribus ueritatis. ꝓpter quod ſi in aliquo à ueritate deuiarent, nec eis, nec fides adhiberetur, ſicq; fieret magnum præiudiciũ ueritati. Sed hoc iterum nihil eſt, quia non creditur eis tanquam conſeruatoribus ueritatis in oĩbus factis eorum, ac dictis, ſed in illis tantum, quæ ad officium conſeruandæ ueritatis ſpectant, ſicut doctrina, & iudiciũ: in quibus ſi à ueritate deuiarẽt, non eſt dubium quin peccarent mortaliter.

Reſpõſio

Idcirco dicendum, quòd nec mendanciũ, nec aliquid peccatum, quod ex ſuo genere mortale non eſt, ſit mortale uiris perfectis, niſi ſit ꝯ uotũ eorum. Per accidẽs aũt põt eis mortale fieri, ſicut, & alijs, ut ſi fiat ꝯ cõſcientiam quamuis errantem, vel ratione ſcandali, aut alicuius hmõi. Quod uerò fertur in litera, quòd mendacium officioſum perfectis uiris damnabile eſt, intelligendum eſt comparatiuè, quia in eodẽ genere peccati magis peccat perfectus, q̃ imperfectus: quamuis uterq; mortaliter, uel uenialiter peccet, nõ tamen hæc circunſtãtia aggrauans agrauat infinitè, ut quod uni eſt veniale, alteri ſit mortale. Hæc Thomas.

Obiectio Diony. cõtra Thomam.

¶Quibus obijci poteſt, quòd prælati, & religioſi, ac iudices ad multa ſpecialiter obligantur, quorum tranſgresſio eſt eis mortalis, non alijs. Pręterea de gradibus mendatiorum eſt agnoſcendum, quòd quodlibet peccatum ſecũdum genus ſuum habet aliquam quantitatem, cui addi poteſt, aut ſubtrahi ratione alicuius adiuncti. Vnde, & quantitatis mendacij ſecundum tres gradus poteſt conſiderari.

Mendacij grad⁹ primus.

Primus gradus eſt, quando quantitas mendacij ab adiuncto aliquo agumentañ, quod adiunctum culpam mendacij grauans, uel eſt profanatio diuinorum, quæ eſt conditio maximè aggrauans. Hinc mendatium, quod fit in doctrina religionis, ponitur primum. Vel eſt nocumentum ꝓximorũ, quod mitigatur, ſi nocumento ꝓximorũ vtilitas aliqua coniungatur: ideo in ſecũdo ordine ponit̃ mẽdaciũ, quod alicui obeſt, & nulli ꝓdeſt, in tertio aũt mendacium ponitur, quod alicui prodeſt, & nulli obeſt. Secundus gradus mendacij eſt, in quo quantitas mẽdacij cõſideratur ſine diminutione, & additione. Cũq; in quilibet genere peccati, grauius ſit peccatum, quod procedit ex habitu, cum ex maiori fiat libidine, iõ quarto loco ponitur mendacium, quod procedit ex libidine mentiendi: qm̃ unicuiq; habenti habitum, delectabilis eſt operatio ſm̃ proprium habitũ. Quinto loco ponitur mendacium, quod non vr̃ ex habitu ꝓcedere, ſed ex intentione alicuius finis extranei: quę tamen mendaciũ non aggrauat neq; alleuiat, ut quod fit intentione placendi, uel deleuiat, ut quod fit intentione placendi, uel delectandi. Tertius gradus eſt, in quo conſideratur quantitas mendacij diminuta, ex quodã adiuncto, quod eſt uilitatis intentio: quæ tanto plùs alleuiat, quãto grauiùs damnum uitatur: iõ ſexto loco ponit̃ mendacium, quod fit ad uitãdum ſublationem penuriæ: ſeptimo, quod fit ad uitandũ occiſionem: octauo, quod fit ad uitandum deturpationem libidinis, quod propter pronitatem conſenſus uix põt eẽ ſine peccato. ¶Porrò ordo, atq; diſtinctio graduũ horum, accipitur cæteris paribus, quia aliunde põt aliter euenire. Quamuis etiam mendacium officioſum habeat plùs de ratione mendacij, quàm iocoſum, inquantum plus habet de aſſertione, tamen officioſum minus habet de culpa ratione utilitatis adiunctæ, idcirco eſt minus peccatum. Hæc Thomas in Scripto.

T. Agnas.

¶Hæc eadem ſcribit in ſecunda Secundæ q̃ſtione 110. & addit, Quando hæc tria concurrunt, uidelicet, ꝙ falſum eſt, quod dr̃, & voluntas intendat dicere falſum, alter quoq; fallatur, tunc eſt mẽdaciũ materialiter, formaliter, & effectiuè. Formaliter uerò mendacium eſt, quando quis intendit dicere falſum, quia ſi dicat falſum, æſtimans illud verum, non niſi materialiter falſum eſt, cum falſitas ſit præter intentionem. Quod ſi intendit dicere falſum, quamuis ꝓferat uerum, formaliter mentitur, quod enim præter intentionẽ contingit in actibus moralibus, per accidens eſt, nec inprimit ſpeciem.

Mendacium in q̃ diuidatur.

¶De diuiſione demum, & ſpeciebus mendacij cognoſcendum, quod mendacium tripliciter diuiditur. Primò, ſm̃ propriam rõnẽ, ſicq; philoſophus quarto Ethicorum diuidit illud in iactãtiam, quæ excedit in maius, & in ironiam, q̃ deficit è ueritatis explicatione in minus. Secundò diuidit̃ mendatiũ. inquãtũ habet rõnem culpæ ſecundum ea, quæ ipſum grauant, aut minuunt, & ita eſt triplex mendaciũ, puta iocoſum, &c. Tertiò, per comparationem ad fidem, & ſic Auguſtinus ponit octo genera mendaciorum iam tacta. Mendacium quoque eſt malum ex proprio genere, & ex ſe, & ſuper indebitã cadit materiã. Vnde quarto Ethicorum teſtañ philoſohus mendacium eſt per ſe prauum, ac fugiendum, Ideo uerũ eſt, quod loquitur Auguſtinus: Credendum eſt homines illos, qui propheticis temporibus digni fuiſſe auctoritate commemorantur, omnia, quæ ſcripta

ſunt

Mendacium quomodo cõtrarietur charitati.

sunt de eis,prophetice dixisse, atq; gessisse, vt verba Iacob ad Isaac, &c. Postremò, mendacium charitati contrariari potest dupliciter. Primò secundũ se, puta ex falsa significatione; quæ si sit circa diuina, opponitur charitati Dei: si verò sit circa aliquid, cuius cognitio spectat ad hominis salutem in scientia, aut virtute, opponitur charitati fraternæ. Secundò propter finem intentũ, vt si dicatur ad iniuriam Dei, aut ad damnum, vel diffamiam proximi. Tertiò per accidens, vt propter sequens damnum, aut scãdalum, tuncq; mendacium est mortale, dum homo non veretur mentiri causa scandali euitandi. Quãuis etiam nunquam licitum sit mentiri, licet tamen veritatem prudenter, piè & rationabiliter occultare, vt malum vitetur. Hæc idem in Summa.

Petrus.

¶Consonat Petrus, additq;: Verũ habet comparationẽ ad rem significatam, & ad intellectũ significatem, cũ sit medium inter hæc, quia est signum tamrei, quàm intellectus: Vnde ſm duplicem adæquationẽm ad duplex significatum, duplicẽ habet veritatem, quæ est rectitudo sola mente perceptibilis secundum Anselmũ, aut duplicem obliquitatem. Primam, in comparatione ad rem significatam, quę est falsa significatio vocis. Secundam in comparatione ad intellectum significantẽ, quæ est fallendi intentio. Cumq; tunc rectum sit vnumquodq;, quando non exit, nec deuiat ab extremis: verũ tunc omnino est rectum, quando vtrãq; rectitudinem habet: & omnino obliquum, dũ rectitudine caret vtraq;: partimq; rectum, & partim obliquum, dum habet vnam, & alia caret. Mendacium verò obliquitas est in verbo. tunc ergo est perfectum mendaciũ, quando vtrunq; concurrit sed imperfectum, dum alterum solum; & quoniam res significatiua se habet per modum materiæ, & intentio significantis per modum formæ: ad completum autem esse rei materia, & forma concurrunt: hinc ad completum esse mendacij, concurrunt falsa significatio tanquam materiale, intentioq; fallendi sicut formale. Contingit autem primum esse sine secundo, & ita est mendacium materialiter, non formaliter: secundũ quoque sine primo, & sic est mendacium formaliter, non materialiter. Hæc Petrus.

Richardꝰ.

¶Richardus quoq;: Circa mendaciũ, inquit, quatuor sunt consideranda, puta materia, forma, accidentalis perfectio, & effectus. Materia mendacij est, falsa significatio eius, siue per verba, siue per signa, & præsertim per verba, quoniam verba primum locum obtinent inter signa. Forma mendacij est, voluntaria enunciatio eius, quod scitur, aut creditur esse falsum. Ex his duobus cõstituitur mendacium. Accidentalis verò eius perfectio est intentio generandi falsam opinionem in animo audientis. Cum hac quippe intentione mendacium fortiùs est, sine qua tamẽ esse potest, vt dum quis narrat, quod tam ipse, quàm audientes norunt esse falsum, quod nihilominus causa ludi, seu solatij recitat. Effectus autẽ mendacij est deceptio audientis, qui effectus non semper consequitur, quoniam audientes non semper acquiescunt mentienti. Deniq; omne mendaciũ est peccatum, quia (secundum Augustinum 10. de Trinitate) non est alia hominis vita mala, quàm male vtens, & male fruens. Mentiens verò male vtitur, & abutitur signis, & vocibus significatiuis, puta ad aliud, quàm ad quod instituꝝ cõsistunt: ideo peccat. ¶Quæritur item, An grauius mendacium sit mentiri se laudando, an mentiri se vituperando. Ad quod aliqui dicunt, quod istud secundũ sit grauius: quoniam mentiri se vituperando plus lædit, quia diffamiam parit. ¶Veruntamen mihi apparet contrarium, quia philosophus quarto Ethicorũ manifeste testatur, quod iactator, qui scilicet se immoderate collaudat, vituperabilior sit quàm εἴρων ideſt, qui immoderatè vituperat se, seu negat de se bona quæ habet. Hæc Richardus.

Quæstio.

Bonauen.

¶At verò Bonauentura consonat præinductis, imò dicta Petri ex ipso sumpta uidentur, & addit: Mendacium essentiale est, esse peccatum, ita quod nulla dispensatione possit cõsistere licitum, cum sit contra ueritatem; & semper manet in eo discordia uocis, & intellectus, atq; super indebitam fertur materiam, & ratione peruersæ intentionis fallendi priuat ordinem ad ultimum finem. Hæc Bonauentura.

Dio. contra Bonauentũ.

¶Quibus obijcitur, quòd quamuis mendacium sit contra ueritatem, non tamen omne mendacium est directè contra primam, & increatam ueritatem. Ad quod uidetur dicendum, quòd mendacium eo ipso, quo est falsa uocis significatio cum fallendi proposito, est mentis auersio quædam ab increata ueritate, & dissimilitudo, ac recessus ab illa.

¶In his quoque Albertus, Durandus, & Scotus satis concordant.

Gãdauus.

¶Henricus etiam 3. Quodlibeto, quo scisciatur. An causa humilitatis licitum sit mentiri? & respondet, quòd non, quia mentiri in se prauum est; & addit quòd Rahab, & obstetrices, & consimiles quædam personæ, quemadmodum Iahel, commendantur, & remuneratæ leguntur, non quia mentitæ fuerunt, sed ob pietatem in filios Israel. Aliqui etiam opinantur, quod non oporteat ipsum Iacob, & Ioseph, ac similes patres à mendacio ueniali excusari, sicut nec à multis alijs uenialibus culpis. In hoc tamen potius consentio Augustino, quem doctores in hoc communiter assequuntur.

Iosue.4. Exod. 1. Iudic. 3.

Gen. 37. 42. 43. 44.

## De periurio. Distinctio. XXXIX.

Super Ieremiæ.23.

VNc de periurio videamus. Periurium est mendacium iuramento firmatũ. Hic quæritur, utrum sit periurium vbi non est mendacium. Quod quibusdam videtur ex auctoritate Hieronymi, dicentis: Aduertendum est, quod iusiurandum tres habet comites, veritatem, iudicium, & iustitiam. Si ista defuerint, non erit iuramentum, sed periurium. Vbi autem falsum iuratur, veritas deest. Si ergo falsum iuretur, etsi non sit ibi intentio fallendi, videtur esse periurium, quia deest veritas. Quibusdam placet non esse periurium, vbi non est mendaciũ, & sicut dicitur aliquando falsum sine mendacio, ita iuratur falsum sine periurio. Falsum forte dixit Apostolus, cum se venturum ad Corinthios promisit: nec tamen sicut ei imponebatur, culpam mendacij contraxit, quia sic animo sentiebat. etiam si iuramento illud firmasset, non periurium incurrisset: quia quantum in ipso fuit, verum dixit, & si iurationem addidisset, quantum in se foret, verum iurasset, etsi aliter euenerit

1.Cor.16. 2.Cor.1.



nerit, quàm dixit. Ideo sicutquis non est mendax, nisi aliter sentiat animo, quàm dicit, siue ita sit siue non: ita videtur quibusdam neminem periurum constitui, nisi aliter sentiat animo, quàm loquitur siue, ita sit siue non.

### De triplici modo periurij.

Sed meliùs creditur, & ille peierare, qui falsum uoluntate fallẽdi iurat, & qui falsum putans, quod verum est, iurat, & qui verum putans, quod falsum est, iurat. Vnde Augustinus: Homines falsum iurant, uel cum fallunt, uel cum falluntur, aut putat homo verum esse, quod falsum est, & temere iurat, aut scit, vel putat falsum esse, & tamen pro vero iurat, & nihilominus cum scelere iurat. Distant autem illa duo periuria, quæ commemoraui. Fac illum iurare, qui verum esse putat: pro quo iurat, verum putat esse, & tamen falsum est: non ex animo istẽ peierat, sed fallitur. Hoc pro vero habet, quod falsum, est, non pro falsa rescions iurationem interponit. Da alium, qui scit falsum esse, & iurat tanquam uerum sit, quod scit falsum esse. Videtis, quàm ista detestanda sit belua. Fac alium, qui putat falsum esse, & iurat tanquam uerum sit, & forte uerũ est. Verbi gratia, ut intelligatis. Pluit in illo loco. Interrogas hominem, & dicit pluisse, & tunc pluit ibi, sed putat non pluisse, periurus est. Interest quemadmodum verbum procedat ex animo. ream linguam non facit, nisi rea mens sit. His euidenter traditur, quòd tripliciter peierat homo, ut supra diximus, dum, vel sciens falsum iurat, vel putans falsum, quod uerum est iurat, uel æstimans verum, quod falsum est iurat. Sed hoc extremũ nõ videtur esse periurium, etiam si periurium nominetur, eo, quòd falsum iuratur: non videtur reus esse periurij, qui sic iurat, quia non est mens eius rea, & ideo, nec lingua. imò mens eius rea est, Dum iurare præsumit, quod perspicuè verum non deprehendit. Non ergo omne periurium mendacium est, nec omnis, qui peierat, mentitur: sed omnis mẽtiendo iurans, peierat, & oĩs qui falsum iurat siue mentiens siue non, peierat. Cum verò quis iurat, quod uerum est, æstimans esse falsum, quæritur quid sit ibi periurium. Ipsa enim significatio uocis uera est, quia uerum nescienter loquitur. Non ergo ipsa significatio, vel falsum, uel mendaciũ est, quia uera: est, & quod verũ est periurium non videtur esse. Ad hoc dicimus, loqui sic, scilicet contra mentem sub attestatione iuramenti, iurando esse periurium. Mentiri ergo adhibita iuratione, periurium est. Periurium ergo est, uel loqui falsum cum intentione fallendi, uel iurando loqui falsum sine intentione fallendi, uel iurãdo loqui uerum cum intentione fallendi. Hic opponitur, Si omnis, qui falsum iurat, peierat: tũc, qui alicui promittit dare sub certo termino aliquid, quod tamẽ nõ faciet, ex quo iurauit peierauit, quia falsum iurauit. Non enim ita futurum erat ut iurauit. Ad hoc dici potest, quia non omnis, qui iurat, quod falsum est, ex quo iurat periurus est, sicut iste, de quo agimus: sed ex quo propositum mutat, vel terminum transgreditur, iuratio talis fit periurium reatu.

Augu. de verbis Apostoli. ser. 28. 22 ꝙ 2. q. homines

Obiectio.

Determinatio.

### An iuratio sit malum.

Si autem quæritur, Vtrum iurare sit malum: dicimus aliquando malum esse, aliquãdo non. Sponte enim, & sine necessitate iurare, vel falsum iurarẽ, peccatum grande est ex necessitate autem iurare, scilicet, vel ad asserendum innocentiam, uel ad fœdera pacis confirmanda, vel ad persuadendum, auditoribus, quod est eis utile, malum non est, quia necessarium eis est. Vnde Augustinus: Iuramentum faciendum est in necessarijs, cum pigri sunt homines credere, quod eis est utile. Iuratio non est bona: non tamen mala, cum est necessaria, id est, non appetenda est sicut bona, nec tamen fugienda tanquam mala, cum est necessaria. Non est enim contra præceptum Dei iuratio. Sed ita intelligitur dominus prohibuisse a iuramento, ut quantum in ipso est, quisquam non iuret. Quod multi faciunt, in ore habentes iurationem tanquam magnum, atque suaue aliquid. Apostolus enim nouit præceptum domini, & tamen iurauit. Prohibemur enim iurare, uel cupiditate, uel delectatione iurandi. Quod ergo Chrs ait in euãgelio, Ego dico uobis non iurare omnino: ita intelligitur præcepisse, ne quisquam sicut bonum appetat iuramentum, & assiduitate iurandi labatur in periurium. Quod verò addidit, sit sermo vester, Est est, Non non, bonum est, & appetendum. Quod autem amplius est, à malo est, id est, si iurare cogeris, scias de necessitate uenire infirmitatis eorũ, gbus aliquid suades, quę infirmitas vtiq; malũ est, unde nos quotidie liberari precamur, dicentes: Libera nos à malo. Ideoq; non dixit, Quod ampliùs est, malum est. Tu enim nõ facis malũ, qui bene uteris iuratione, sed à malo est illius, qui aliter nõ credit, id est, ab infirmitate, quæ aliquando pœna est, aliquando pœna, & culpa ibi ergo dominus prohibuit malum, suasit bonum, indulsit necessarium.

Solutio.

In sermone domini in monte.

Roma. 1. Gala. 1.

Matth. 5.

Matth. 6 Lucæ. 11

De

## De iuramento, quod per creaturas fit.

Deut. 6. Leuit. 19. Matth. 5. Queritur etiam, utrum liceat iurare per creaturam. Quod non vr, cum in lege scriptum sit: Reddes aũt domino iuramenta tua. Et Christus in euangelio præcepit non iurare omnino, nec per cælum, nec per terram, nec per Hierosolymam, nec per caput tuũ. Iudæis quasi paruulis est concessum iurare per creatorem, & præceptũ erat ut si iurare ꝓ tingeret, non nisi ꝑ creatorem iurarent, nõ ꝑ creaturam, quia iurantes per angelos, & elementa, creaturas uenerabãtur honore, & meliùs erat hoc exhiberi Deo, ꝙ creaturis. Infirmis ergo illud prohibuit: sanctis verò, qui in creaturis creatorem uenerabant tantum, non prohibuit. Vnde Gen 4 Ioseph. per salutem Pharaonis iurauit, Dei iudicium in eo veneratus, quo positus erat in infimis. Christus uerò ita per creaturas iurare prohibuit, ne, vel aliquid diuinum in eis crederetur, pro quo reuerentia eis deberetur, vel ne per ea iurantes falsum homines, se iuramento teneri non putarent.

## Quæ iuratio magis teneatur, an, quæ fit per Deum, an quæ fit per euangelium, uel per creaturas.

Si autem quæritur, quis magis teneatur, an qui per Deum, an qui per euangelium, uel per creaturas iurat. Dicimus, qui per Deum, quia per Deum hæc *sancta facta sunt. Vnde Chrysostomus: ei qua causa fuerit, modicum videtur facere, ꝙ iurat per Deũ, qui verò per euangelium, maius aliquid feciſſe videtur. Quibus dicendum est: Stulti, sanctę scripturę propter Deum factæ sunt, non Deus propter scripturas, ita, & creaturæ factæ sunt propter Deum.

*&facta &sancta

## Quid est dicere, per Deum iuro.

Roma. In sermone de pœnitentia. Hic quæritur, quid sit dicere, per Deum iuro. Hoc est testem adhibere Deum. Iurauit enim Apostolus dicens: Testis est mihi Deus, ac si dixisset: Per Deum ita est. Vnde Augustinus: Ridiculum est putare hoc, si dicas, per Deum, iuras: si dicas, testis est Deus, non iuras. Quid est enim, per Deum, nisi testis est Deus? aut quid est, Testis est Deus, nisi per Deum? Quid est autem iurare, nisi ius Deo reddere, quando per Deum iuras? Ius scilicet veritatis, & non falsitatis. Item, Ecce dico charitati uestræ, & qui per lapidem iurat falsum, periurus est, quia non lapidem, qui non audit, sed eius creatorem adhibet testẽ. Hoc est ergo iurare per quamlibet creaturam, scilicet creatorem eius testem adhibere. Est etiam, quoddam genus iuramenti grauissimũ, quod fit per execrationem: ut cũ hõ dicit, si illud feci, illud patiar, vel illud contingat filijs meis: ſm quem modum accipitur etiam interdum, cum aliquis iurando dicit, per salutem meã, uel per filios meos, & hmõi. obligat enim hoc Deo. Vnde Augustinus: Cum quis ait, per salutem meam, salutem suam Deo obligat: cum dicit, per filios meos, oppignorat eos Deo: ut hoc euẽniat in caput eorum, quod exit de ore ipsius. Si verum, verum: si falsum, falsum. Et sicut per hoc iurans, aliquando hoc Deo obligat: ita per Deũ iurans, ipsum adhibet testem. In omni ergo iuratione, aut Deus testis adhibetur, aut creatura Deo obligatur, & oppignoratur, ut hoc sit iurare scilicet, Deum testem adhibere, vel Deo aliquid oppignorare. Hoc est ergo iurare ꝑ quãlibet creaturam, scilicet creatorem eius testem adhibere.

## De illis, qui iurant per falsos Deos.

Augu. publicol. a2. q 1.c. monet. Post hæc quæritur, vtrum fides eius vtendum sit, qui per dæmonia, vel idola iurauerit. De hoc Augustinus scribens ad Publicolã, ait: Te priùs considerare uolo, vtrum si quispiam per Deos falsos iurauerit, & fidem non seruauerit, non tibi videtur bis peccasse? Bis utiq; peccauit, ꝙ a iurauit, per quos non debuit, & contra pollicitam fecit fidem, quod non debuit. Ideoq;, qui vtitur fide illius, quem constat iurasse per Deos falsos, & utit fide illius non ad malum, sed ad bonũ: non pctõ illius se sociat, quo per dæmonia iurauit, sed bono pacto eius, quo fidem seruauit. Et sine dubitatione minus malum est per Deos falsos iurare veraciter, quàm per Deum verum fallaciter. Quanto enim per quod iuratur magis sanctum est, tanto magis est pœnale periurium.

## Quòd iuramentum, quo incautè iuratur, non est obseruandum, nec uotum, nec promissio iniuste facta.

Nunc supereſt videre, Vtrũ oẽ iusm implendũ sit. Si em ꝙs alicui iurauerit ꝛ fidem & charitatem, quod obseruatũ peiorem uergat in exitũ, potius est mutandũ, ꝙ implendũ. Vnde Ambrosius: Est contra officium Dei nonnunquam, promissum soluere sacramẽtũ, ut Herodes fecit. Item Isidorus: In malis ꝓmissis rescinde fidem. in turpi uoto muta

Ecclesi. 6.



ta decretum. Quod incautè uouisti, ne facias. impia est promissio, quę scelere adimplẽt. Idem: non est obseruandum sacramentum, quo malum incautè promittitur, ut si quis adulteræ perpetuã fidem cum ea permanendi polliceatur. Tolerabiliùs enim est non implere sacramentum, quàm permanere in stupro. Item Beda: Si quid nos incautiùs iurare contigerit, quod obseruatum, peiorem uergat in exitum, liberè illud salubriori cõsilio mutandum nouerimus, ac magis instante necessitate peierãdum esse nobis, quàm pro uitando periurio in aliud crimen grauius esse diuertendum. Denique, iurauit Dauid per Deum occidere Nabal uirum stultum. sed ad primam intercessionem Abigail feminę prudentis, remisit minas, reuocauit ensem in uaginam, nec aliquid culpæ se tali periurio contraxisse doluit. Item Augustinus: Quod Dauid iuramentum per sanguinis effusionem non impleuit, maior pietas fuit. Iuarui Dauid temere, sed non impleuit iurationem maiori pietate. Ex his, alijsque pluribus ostenditur, quædam iuramenta non esse obseruanda, & qui sic iurat, uehementer peccat: *cum autem mutat, bene facit. Qui autem non mutat, dupliciter peccat, & quia iniustè iurauit, & quia facit quod non debet. 1 Reg. 25.

*qui

## Si est periurus, qui non facit, quod incautè iurauit.

Qui verò mutat, utrum periurus debeat dici, solet quæri. Beda suprà tale iurameutũ uocauit per iurium. Iohannes etiam apocrisarius orientalium sediũ, dixit: Sermo patris nostri Sophronij significat, ꝙ meliùs est iurantem peierare, quàm seruare sacramentũ in fractione sanctarum imaginum, sed periurium dicitur, tale iuramentum non obseruatum, & periura re dicitur, qui non implet, quod falsum iurat, non quia inde reus sit, quod non obseruat, sed quia iurauit iniustum, ex quo reus est, sicut ille, qui peierat.

## De eo, qui verborum caliditate iurat.

Hoc etiam sciendum est, quòd quacunq; arte uerborum quis iuret, Deus tamen, qui conscientię testis est, ita hoc accipit, sicut ille, cui iuratur intelligit. Dupliciter autem reus fit, qui, & nomen Dei in uanum assumit, & proximum in dolo capit.

## De illo, qui cogit aliquem iurare.

In ser. de periurio. Quæritur etiã, si peccat, qui hominem iurare cogit. De hoc Augustinus ait: Qui exigit iurationem, multum interest si nescit illum iuraturum falsum, an scit. Si enim nescit, & ideo dicit, iura mihi, vt fides ei sit, non est peccatum: tamen humana tentatio est. Si verò scit eum feciſſe, & cogit eum iurare: homicida est. Idem: Qui prouocat hominem ad iurationem, & scit eum falsum iurare, uincit homicidam, quia homicida corpº ociſurus est ille animam, imò duas animas, & eius, quem iurare prouocauit, & suam. In ser. de decol. Io. Baptiſt.

## Ex concilio Aurelianensi.

Sancta synodus decreuit, nisi ꝓ pace facienda, ut oẽs fideles ieiuni ad sacra accedant.

Summadi sanctionis XXXIX.

VIrum circa materiam mendacij, atq; piurij difficultates incidant speciales, Magister de eis speciales iducit distinctiões, & sicut in præcedẽti distinctione de mẽdacio, ita nunc de periurio tractat, & de iuramento ei cõtrario, & primo diffinit, deinde distinguit periurium, & circa hoc inserit quæstionem. Consequenter loquitur de iuramento, & quærit an liceat de duplici quoq; iuramento, puta per creatorem, & creaturas, & quod fortiùs liget. Declarat etiam quid sit iurare, & quærit de his, qui iurant per falsos Deos.

Iurandi modº apud ueteres.

Iurare est aliquid afferere sub attestatione alicuius rei sacræ. Forma autem iurandi in ueteri testamento hæc fuit, Viuit dominus. id est, per Deũ uiuũ, uel uiuit aĩa mea, aut tua. id est, per uitam animæ meæ, aut tuæ. In primitiua verò ecclesia fuit hæc, Testis est mihi Deus. id est, Deum inuoco testẽ eius quod dicam, & sic frequenter iurauit Apostolus. Nunc autem iuramus ſm formam, quam Christus tangit, dicendo: Nolitè iurare neq; per cælum, neque per terrã, sic enim iuramus ꝓ Deũ per sanctã Mariã, per sanctum Petrum. Aliquando verò ita iuramus, Sic Deº me adiuuet. id est, si aliter est, quàm dico, non me adiuuet. Variatur quoq; iusm ſm diuersitatem eorum, per quæ iuratur. Sicq; regulam talem dat Augustinus: Quanto sanctius est id, per quod iuratur, tanto pœnalius extat periurium. ¶ Contra quod obijcitur, quia iurare ꝓ mẽbra Christi detestabiliùs est, & magis prohibitum, quàm iurare per Deum: ergo per membra Christi periurare iniquiùs pœnaliusque consistit. Dicendũ, ꝙ qui iurat ꝓ creaturam, iurat quodammodo per creatorem. inuocat etenim creaturam in testem ueritatis, & omnis creatura

Matth. 5.

Obiectio.

Dilutio.

QVAESTIO I.

Hic quæritur, primò, *quid sit iurare, & quid periurare.* ¶ Et fertur in litera, quòd iurare sit Deum in testem assumere, aut inuocare. periurare verò, sit mendacium iuramento firmare.

Gent. 43.

Quibus obijcitur, quia in iuramento per execrationem Deus inuocatur vt iudex, non ut testis. Rursus, Ioseph iurauit per salutem pharaonis, & reges

Guilelm.

Franciæ iurant super caput sancti Dionysij, communiterque iuratur per sanctos.

¶ Circa hæc scribit Antisiod. in Summa sua 3. lib.

creatura testis est primæ veritatis,& est nutus ipsiꝰ.
Vnde Augustinus loquitur Deo:Væ qui diligit nu-
tus tuos pro te. In nutibus namq;,seu signis nō est
sistendum. Hinc qui falsum iurat per creaturam,cō
temnit creaturam,& creatorem.Nec tamen sequi-
tur, quòd grauiùs peccet, qui periurat per creatu-
ram,quàm qui per creatorem: quoniam qui periu-
rat per creatorem, contemnit ipsum in seipso: qui
in infinitum melior, & dignior est in se,quā in crea
turis appareat. Itaq; qui periurat per Deū,grauiùs
peccat,quàm qui periurat per creaturam,absolutè
loquendo, videlicet si cæteræ circunstantiæ pares
sint. Veruntamen iurare,& periurare per membra
Christi,enormiùs est,quàm iurare,& periurare per
Deum:quoniā iurans, & periurans per quodcunq;
membrum Christi,contemnit Deum,& membrum
ipsius,& insuper ei ingratus est de beneficio incar
nationis. ¶De causis demum iurandi sciendū,quo

Iurandi causę sunt variæ.

niam licitum est pro veris,& rationabilibus causis
iurare,vt pro pace, pro amicitia conseruanda.Ali-
quando iuratur pro veritate instruenda,sicut dum
iurant testes. Interdum pro calumnia euitanda, vt
in iuramento de calumnia. Faciunt quippe iudices
iurare ad expediendum citiùs causas,ne vel calum
niosè impetat actor,aut reus se taliter tueatur. In
alia parte quæstio de iuramēto pertinet ad decre-
tistas. Interdū etiam iuratur pro fidelitate seruan-
da, quemadmodum principes iurant regi,quod ei
erunt fideles,& ab hoc iuramēto absoluit aliquan-
do dn̄s papa, sicut absoluit prælatos, ac principes
Almaniæ à iuramento, quod fecerunt Othoni im-
peratori. ¶Et si obijciatur, quòd papa non possit

Obiectio.

hoc,quia non pōt absoluere à iuramento,quo quis
iurat puellæ, quod eā sumat in coniugem:Et respō
dendum,quòd iuramentum aliquando fit personę
gratia personę,vt dum iurat quis puellæ ducere eā
vxorem,& à tali iuramēto papa nequit absoluere.
Quādoq; autem iuramentū fit personæ,non gratia
personæ, sed alicuius accidentis, vt in iuramento
principiū pręstito regi propter vtilitatē communē,
& inde potest absoluere papa, qui totius commu-
nitatis solicitudinem gerit, atq; cognoscere habet
quid communitati expediat.Hęc Antisiodorensis.
¶Præterea de descriptione periurij scribit Bona

Bonauen. Prima positio.

uentura:Hic est triplex positio. Quidam enim dixe
runt,quod periurium substernit sibi mendacium,
asserentes,quod si quis iuret falsum,quod æstimat
verum, non periurat: quæ positio improbatur per
Augustinum,dicentē: Dum homo iurat esse verū,
quod tamen est falsum, temere iurat.ex quo habe-
tur,quod iuramentum illud inordinatum,ac teme
rarium est, & ita periurium,non tamen est ibi men
daciū. Alij ergo dixerunt,quòd non omne periu-
2 rium extet mendacium,quia non solum contingit
incurrere crimē periurij propter veritatis defectū,
verum etiam propter defectum iustitiæ, atq; iudi-
cij. Sed ista instantia potius videtur locum habere
in iuramento obligatorio, seu promissorio, quàm
assertorio,quia in illo iustitia,& iudicium propriè
reperiūtur, ideò quæstio manet,Vtrum omne per-
3 iurium,quod opponitur iuramento assertorio,cō-
sistat mendaciū,cum veritatis sit priuatiuum.Hinc
tertia positio est, quod aliquid est mendacium se-
cundū perfectam mendacij rationem, vt quod fal-
sitatem habet in voce, & intentione. Aliud est men
dacium secundū quid,vt quod falsitatem habet nō
in intentione,sed voce.Cum itaq; quæritur, Vtrum
periurium in se vniuersaliter claudat mendacium,
dicendū,quòd imò,sumendo mendacium largè,vt
se extendit ad mendacium dictū simpliciter, & ad
mendaciū dictum secundum quid,& hoc est quod
Magister dicit in litera,quod periurium est iurādo
loqui falsum sine intentione fallendi,vel iurādo lo
qui verum cum intentione fallendi. Si autem pro-
priè sumatur mēdacium, non est ipsum mendaciū
essentiale omni periurio,neque periurio opposito
iuramento obligatorio, neque periurio opposito
iuramento assertorio. Hæc Bonauentura.
¶At verò Thomas super his pleniùs, ac planiùs

Thomas.

loquens:Iuramentū,inquit,fit propriè eorum,quę
in dubiū veniunt audienti,de quibus loquens cer-
titudinē habet, aut habere se dicit. Et hoc loquen-
do de dubijs,quæ ex sui natura dubitationē habēt,
vt sunt facta contingentia,quę per rōnem nequeūt
confirmari. In alijs, quippe exhibere iuramentum
videtur ridiculum.Talium ergo dubiorum certitu
do fieri nequit, nisi per eum,cuius sciētiæ nihil de-
est,veritasq; infallibilis est,qui solus est Deus.ideò
eius testimonium solum ad huiusmodi confirma-
tionem est efficax.Testimonium autē ipsius,aut as-
sumitur ad cōfirmationem eius,quod modo exhi-
bitum est: & hoc non vocatur iuramentum,sed po
tius probatio per auctoritatem:vel inuocatur exhi
bēdum,quod est propriè iuramentum: & ideò ali-
quod iuramentū fit,in quo simpliciter diuinum te-
stimonium inuocatur,vt cū dicitur. Testis est mihi
Deus.Aliquod vero fit,in quo proponitur reueren

Roma. 1. Gala. 1.

tia testis inuocati,quæ testimonium reddit credibi
le,vel in seipso, vt cum dicitur, Per Deū,aut,Viuit
dominus. Vel in aliquo eius effectu præcipuo, vel
dū iuratur per cælum, vel euangelium,seu per san-
ctos. Interdū quoq; ipse modus testificationis spe-
cificatur,sicut cum dr̄: Si nō est ita,hoc accidat mi-
hi. Vnde cūm per creaturā quis iurat,hoc duplici-
ter fieri pōt. Primò,prout in creatura magnificen-
tia Dei ostenditur,quæ in testimoniū inducitur.Se-
cundò, prout in creatura illa effectus diuinæ testifi
cationis exqritur, sicut cum dr̄,per caput meū,vel
per salutem meam.Atq; vtroq; modo pōt intelligi,
ꝙ Ioseph per salutē Pharaonis iurauit,vtpotè qua-

Quod Iosephum iurauit per salutem Pharaonis,vt intelligitur.

si Deo oppignorans Pharaonis salutē,cui erat astri-
ctus, aut in potestate Pharaonis diuinā magnificē-
tiā venerans, & in testimonium hanc inducēs. De-
niq;, sicut veneratio summæ maiestati debita, spe-
cialē habet modum,ac propriū nomen præ omni-
bus venerabilioribus alijs qbuscunq; exhibitis,vo
catq; latria:sic inuocatio testimonij infallibilis ve-
ritatis specialē sortitur rationem,ac nomen,& dici
tur iuramentū.Hoīem verò inuocare in testem,iu-
ramētum non dr̄. Ex quibus patet,quid sit iurare.
¶De descriptione aūt periurij cognoscendū,ꝙ quę
libet res denominatur à suo cōplemento: & nomē
ꝙ sumitur à rei defectu, propriè denominat defe-
ctū, qui accidit circa complementū ipsius.Iuramē-
tū verò in confirmatione veritatis cōpletur,quem
admodum syllogismus in cōfirmatione conclusio-
nis. propter quod sicut dicit in syllogizatum esse,
quando conclusio non sequitur ex præmissis, non
autem quādo aliqua præmissarum est falsa,manen
te debita forma:ita periurium, quod defectū iura-
menti designat, significat defectum, qui accidit in
re, quæ iuramento erat firmanda. defectus autem
confirmationi veritatis contrarius, extat menda-
cium.idcirco periurium propriè dicit defectū mē-
dacij iuramento firmatū. Hæc Thomas in Scripto.
¶Idem in Secūda Secundæ, quæstione octogesima
nona,addit: Testimonium Dei quādoq; inducitur
ad assertionē præteriti, aut præsentis,& hoc voca-





tur iuramentum assertorium: quandoque uero ad
asserendum futurum,& vocatur iuramentum pro-
missorium.Rursus,duplex est modus iurandi.Vnus
per simplicem contestationem, alter per execratio
nem. Nam Deus manifestat veritatem dupliciter,
vtpote per reuelationem seu inspirationem,atque
per vltionem.& in iuramēto per execrationem in-
ducitur creatura, ut id,in qua diuinum exerceatur
iudicium,vt dum homo iurat per caput aut filium
suum.sicque iurat Apostolus:Ego,inquiens,testem
Deum inuoco in animam meam. Christus vero ꝑ

1.Cor.1. Matth. 5.

creaturas iurare ꝓhibuit, ne scilicet eis honor im-
pendatur diuinus.sicque intelligitur,quod 22.quæ
stione prima habetur,Clericum per creaturam iu-
rantem,à crimine obiurgandum.

Tarātasiꝰ.

¶Consonat Petrus,& addit: Periurium quatuor
modis accipitur. Primò, & principaliter pro falsa
iuratione,secundò pro transgressione liciti iuramē
ti,tertiò pro iuratione illicita, quartò pro reatu ꝑ-
iurij manente in anima. Periurium namque pecca-
tum est:aut ergo reatus peccati, aut macula periu
rij in anima, aut actus peccati. Et vt est peccatum,
vel dicitur peccatum omissionis, & sic est non im-
pletio iuramenti illiciti, vel dicitur peccatum trans
gressionis, & hoc dupliciter. Primò strictè, & sic
est falsa iuratio,aut communiter, & extensè, & sic
est illicita iuratio. Itaque propriè, & secundum cō
pletam rationem periurij, periurium est falsa iura-
tio, propter quod à falsitate describitur. Aut ergo
à falsitate significantis:& signi, vt dum falsum iura
tur cum intentione fallendi:aut à falsitate significā
tis,& non signi,vt quando quis putans falsum, qđ
verum est,iurat,aut à falsitate signi. & non signifi-
cantis, ut quando quis putans uerum,quod falsum
est iurat, & in primo horum est ratio completa per
iurij,in secundo minus completa,in tertio minime
Hæc Petrus. Concordant Richardus,& alij.

## QVAESTIO II.

SEcundo quæritur. *An licitum sit iurare per Deum, & item per creaturas, & de grauitate illi cui iuramenti atque periurij.*

¶ Videtur, quòd iurare non liceat, cum dicat salua
tor:Ego dico vobis, non iurare omnino, neque per

Matth. 5.

cœlum,&cæ.Sit autē sermo uester, Est est, Non non
Iacobus quoque vltimo canonicæ suæ capite, An-
te omnia nolite iurare &c. In ista quæstione multa

Iacob.vlt.

tanguntur, & multa ad vtranq; partem possent ar-
gumenta formari, quorum solutiones ex respon-
sionibus elucent.

Albertus.

¶Itaq; Albertus circa hæc loquitur. Iurare in se
non est malum,sed bonum,attn̄ est incautum quia
cum homo vanitati subiectus sit,sermo eius adhuc

Roma. 8

vanior,instabiliorq; cōsistit.ideo assueto iurare dif
ficile est interdū,nō periurare, seu falsa, & dubia iu
ramento,nō cōfirmare.Vnde loquitur Augustinus:

Snia Augustini de iuratione

Iuratio falsa est pniciosa,vera periculosa, nulla se-
cura. Quamuis ergo iurare sit bonū in se:tamē ma
lum est homini, quia incautum.Sicq; est bonū in se.
sed malum per accidens,& ex frequentia iurādi no
men Dei cū minori,quàm oportet reuerentia inuo
catur,seu veritas eius in creaturis relucens prohibe
tur,ergo non quia malū in se,sed quia incautum,&
propinquum periculo: imo absolutè loquendo,nō
prohibetur,alioquin nunquā liceret: sed iussum est
vt non frustra neq; in vanum, id est,non sine ratio-

Quæstio.

nabili causa fiat.¶ Si autem quæratur, An omne ꝑ-

Respōsio.

iurium sit mortale peccatum:dicēdum,quòd periu
riū multiplex est.Vnū est indiscreta iuratio, vt quā
do quis inutiliter iurat verum,aut sine deliberatio
ne iurat,& tunc non credo esse mortale peccatum.
Secundum est peruersa iuratio, dum homo iurat
cum deliberatione, quod iuramento non est asse-
rendum, nec dicendum, sed potius contrarium.
tuncque videtur esse mortale peccatum. Nam tunc
propriè nomen Dei in vanum assumitur, quando
cum deliberatione decipiendi assumitur ad falsum
asserendum. ¶ Quæritur etiam de iuramentis quæ,

Quæstio.

fiunt quasi iocando, vt cum iurat quis per botos
seu sotulares suos,an sint mortalia.Dicēdum,quod

Solutio. De iuramento iocoso.

per talia quis potest iurare dupliciter. Primò,vt id
quod inducit,non sit nota confirmationis,sed ioca
tionis,& tunc non reputo esse iuramentum sed ma
lum modum loquendi.Secundò, vt homo intēdat
illud inducere pro signo sanctitatis, quia religiosi
illis vtuntur. tunc peierat grauiter,sed ita non fiunt
talia iuramenta. Periurando demum per idolum,
maius est peccatum,quàm per Deum,non propter
iuramentum, sed idololatriam,& infidelitatem.
¶De his etiam fidelibus, qui infidelium recipiunt
iuramenta, dicendum, quòd non consentiunt nisi
iuramēto.Iurationem vero per Machometum, aut
idola permittunt, non directè consentiunt:sed pro
vtilitate sustinent,sicut accipiens mutuum, non cō
sentit in acceptionem supra sortem, sed eā inuitus
permittit. Hæc Albertus.

T. Aq̄nas.

¶At uero Thomas: Aliquid, inquit, potest habere
indecentiam dupliciter,primò ex se,secundò ex eo
quod consequitur.Quod autem ex se indecentiam
habet,nullatenus potest licitum esse, quantacunq;
incumbat necessitas,vt patet in stupro, & in aliis, q̄
sunt mala ex genere.Quòd autem indecentiam ha
bet propter periculum sequēs,duo requirit ad hoc
quod conuenienter fiat.Vnum est cautela,sufficiē-
ter cauens illud periculum. Aliud vtilitas sequens,
vt patet in vulneris sectione. si enim sanitas per eā
reddatur, atque tam cautè fiat,quòd membra cæ-
tera non lædantur,fit congruenter:Iuramentū aūt
conuenientiam, & necessitatem habet: ob causam
præhabitam ideo licet ita iurare,vt diligenti caute
la vitetur periculum, & defectus. Vnde iuramen-
tum non est prohibitum à Christo, nec ab eius apo
stolo, sed iurandi facilitas propter periculum. Ex

Iuramentum nec a Christo nec eius apostolis prohibitū est.

quibus patet, An iuramentum sit de per se appeten
dis. quemadmodum enim in confirmatione, quæ
fit per rationes,sunt duo,vtpote medium probans,
& id,quod probatur:ita in confirmatione iuramen
ti est dictum humanum, sicut id,quod probatur,&
testimonium diuinum tanquam medium probans.
Medium autem secundum artem syllogisticam de-
bet ex eodem genere esse, propter quod in necessa-
rijs sumuntur necessaria media, & in contingenti-
bus contingentia.Veritas vero humanorum verbo
rum est minimæ firmitatis,ex hoc, quod error faci
le accidit rationi: & quoniam lingua prona est ad
defectum, ideo infallibilem Dei veritatem adhibe-
re ad nostra dicta confirmanda, non conuenit nisi
incumbat necessitas.Hinc iuramentum non est per
se appetendum,sed propter necessitatem, quemad
modum sectio vulneris propter sanitatem. ¶ Insu-

Quæstio.

per ad id, An omne periurium sit mortale peccatū:
dicendum, quod iuramentum est duplex. Vnum in
quo quis percipit se iurare, & tunc si falsum iuret,

Iuramentum ē duplex.

credo, quod semper peccet moraliter, siue sit iura-
mētū solenne,siue nō potissime,qn̄ ꝑcipit eē falsum
ꝙ iurat.Quoddā vero est iuramētū,in quo hō nō at
tendit ad iuramētū,& quasi nō ꝑcipit se iurare. sed

ex lapsu linguæ in iurationem prolabitur: & quia tunc quasi nesciens iurat, & nesciens, non reputatur voluntarius, ideo in tali casu videtur quis quasi non voluntariè peccare: ideo si sit falsum, quod iurat, siue percipiat hoc esse falsum siue non, dummodo, non sit mendacium pernicioſum, non dico quòd sit peccatum mortale, sed veniale, valde, tamen cauendum propter vicinatum ad mortale.

Quæstio. Dilutio. ¶ Præterea, si quæratur, An liceat iuramentum recipere siue exigere: respondendum, quòd sicut iurare, non semper est malum, ita iuramentum recipere & exigere licet ex necessaria, & rationabili causa, debitis circunstantijs obseruatis. ¶ Sed obijci potest, quia super illud ad Romanos, Testis enim mihi est Deus, ait Glossa: Tu non facis malum, qui bene vteris iuratione, vt alteri suadeas, quod utile, sed à malo illius est, qui scilicet recipit iuramentum, ergo iuramentum recipiens, peccat. Secundò ille, qui ab alio exigit iuramentum, vel scit eum iuraturum falsum, vel nescit an verum, aut falsum iurabit. Si scit eum uerum iuraturum, videtur peccare, quia pro nihilo facit eum iurare, si scit eum iuraturum falsum, homicidia est secundum Augustinum, ut habetur in litera. Si vero nesciat alterum, dicit de hoc Augustinus: Non audeo dicere hoc modo esse peccatum, sed humana tentatio est. ergo iuramentum exigere quolibet modo, peccatum est.

Obiectio. Roma. 2.

Respõsio ¶ Ad primum dicendum, quòd, non intelligitur ibi malum culpæ, sed pœnæ, quod est ignorantia illius qui iuramentum recipit, qui si sciret, an verum esset pro quo iuratur, iuramento opus non esset. Ad secundum dicendum, quòd quãdo quis scit aut probabiliter credit, quòd alter periurabit, non licet ei iuramentum exigere, nisi forte sit in loco iudicij: quoniam iuramentum in iudicijs, non tantum exhibetur propter iudicem, sed propter alios quoque. Vnde, non est in potestate eius iuramentum remittere, quod secundum ordinem iuris est exhibendũ Similiter, si sciat eum iuraturum verum, potest licite iuramentum exigere, non pro se, sed pro alijs, qui hoc nesciunt. Si vero dubitet, dubitatio ex tanta potest suspitione procedere, quòd cum peccato erit. ideo Augustinus dicere, non audebat, quòd sit sine peccato, nec dicit, quòd sit semper peccatum. Porro qui iurat per idola, peccat quantum ad formam iuramenti, non quantũ ad veri assertionẽ, aut alicuius promissionem, quod redundat in bonum commune, & quantum ad hoc, potest ei fidelis consentire, non quantum ad primum. ideo iuramento eius possumus vti, quandoque sine peccato. Hæc Thomas in scripto.

Insuper de his scribit in Secunda Secundæ, quæstione octogesima nona. Iuramentum secundum se honestum, & licitum est tam ratione originis, quàm tatione finis. Est nanque inductum ad cerificandũ homines, & ad terminandum controuersias. & ita ex parte finis est licitum. Ex origine quoque, quoniam introductum est ex fide, qua homines credũt Deũ habere infallibilem veritatem, omniumq; certam, & distinctam notitiam, ac prouidentiam uniuersalem. Sed quoniam id, quod ex se bonum est, cedere potest in malum eius, qui ipso abutitur, vt sumere eucharistiam: ideo iuramentum cedit in hominis malum, qui sine debita necessitate, cautela, & reuerentia vtitur eo. videtur enim paruam habere reuerentiam Dei, qui eum ex leui causa assumit, in testem, quod de honesto viro non faceret. Hinc dominus iurare prohibuit. Hæc in Summa.

Iuramentum quomodo licitum sit.

¶ Concordat Richardus, affirmans quòd iudex tanquam publica persona potest alicui indicere iuramentum secundum ordinem iuris, quamuis probabiliter æstimet eum periuraturum. Richard.

¶ Consonat Petrus, qui respondendo ad istud, Vtrum iurare per creaturam sit licitum, ait. Iurare per creaturam quatuor modis contingit, Primò, ipsam creaturam tanquam diuinum quid uenerãdo Secundò, iuramentum per creaturam tanquam per rem uilem factum contemnẽdo. Tertiò, ipsum Deũ qui in creatura relucet, ac præsidet, testem inuocando. Quartò, ipsam creaturã quo ad vsum quem iurans inde sperat, Deo impignorando. Primum horum pertinet ad infidelitatem, secundum, ad dolositatem, tertium ad assertionem, quartum ad impreationem. Primis duobus modis illicitum est per creaturas iurare, alijs duobus modis est licitum. Petrus. Iurare per creaturã an liceat.

¶ Porro dum quæritur, An iuramentum per idolũ, sit recipiendum: dicendum, quòd consensus in malum est duplex. Vnus directus per modum complacentiæ, alius indirectus per modum permissionis. Primus consensus semper peccatum est, non secundus. In iuramento autem, quod fit per idolum, est, aliquid boni, videlicet pactum, & aliquid mali, vtpote forma obligationis, & consentire in pactũ, est licitum: sed consentire directè in formam, illicitum est. Hæc Petrus. Quæstio.

¶ Richardus demum præinductis concordãs, insuper quærit, An periurium sit maius peccatum, q̃ homicidium, Ad quod respondens. Aliqui, inquit, dicunt, quòd imo: quoniam periurium maiorem includit auersionem mentis ab vltimo fine, estque contra præcepta tabulæ primæ: sed ista mihi: non placet opinio. Nam simili posset ratione probari, quòd grauius esset petcatum die dominico facere opus seruile, quàm hominem perimere. Dico ergo quòd homicidium est, enormius crimen, quàm periurium. Homicidium namque directè contrariat charitati, quæ est virtus altissima: periurium autẽ oponitur virtuti latriæ, quæ est virtus, non theologica sed moralis. Veruntamen periurium videtur mihi maius facinus quàm adulterium: quoniam ordinem mentis ad Deum corrumpit, & adinuit digniorem. Hæc Richardus. Richard.

¶ Quibusdam tamen apparet, quòd adulterium sit peccatũ enormius, quã periurium, quia in adulterio est fractio voti, imo, & promissionis solennis, qua coniugati sibi inuicem fidelitatem perpetuam promiserunt. Fractio autem uoti enormior est periurio. In adulterio quoque est sacrilegij crimen, quoniam coniugati benedicuntur, & consecrantur ad prolificandum Deo atque ecclesiæ, & aliæ multæ deformitates in adulterio considerantur. Dionys.

## QVAESTIO III.

Iuramentum coactum an sit obligatorium.

TErtiò principaliter quæritur, *An omne iuramentum sit obligans, & de comitibus iuramenti.* In hac quæstione plura contenta sunt, & difficultatem hic ingerit diuersitas iuramentorum, quorum aliqua sunt coacta quomodo videntur necessariò adimplenda: aliqua uero sunt incauta, ut quod Iosue, & principes iurauerũt Gabaonitis: aliqua sunt dolosa, in quibus non est intentio obligandi se. Denique, cum tres dicantur comites iuramenti, videtur nullum iuramentum seruandum, nisi habeat, sibi adiunctos hos comites, ita quòd sit discretum. iustum, & verum, sicque plurima iuramenta licitè frangerentur, Iosu. 9. Iuramẽti comites quæ sint. Thomas

¶ Itaq; circa hęc Thomas çõscribit, primò de comitibus



Iuramentũ quod rectũ sit quod requirat.

mitibus iuramenti: Ad hoc, quòd iuramentum sit rectum, tria requirũtur. Vnum ex parte rei, de qua iuratur. ficq; requiritur veritas per quam locutio adæquetur rei: aliàs dictum, non est confirmatione dignum. Aliud requiritur ex parte, causæ pro qua iuratur, & ita requiritur iustitia: aliàs non esset debita necessitas. Tertium requiritur ex parte iurantis, & hoc est discretio, vt iuret discretè. aliàs, non adhiberetur debita cautela. Veritas quoque, non sumitur hic prout est pars iustitiæ, sed vt est adæquatio vocis ad rem, Similiter iudicium capitur hic nõ pro executione iustitiæ ad alterum, sed pro consideratione circa seipsum, distinguendo, quid sit agẽdum sibi, & quid possit accidere. Hæc in Scripto.

¶ Vnde in Secunda Secundæ quæstione 89. Super illud ait, Ieremiæ quarto, Iurabis viuit dominus, in iudicio, & veritate, & iustitia, scribit Hieronym°, quod iuramentum tres comites habẽt, videlicèt iudicium, iustitiam, & veritatem. Iuramentum quippe, non est bonum nec licitum, nisi ei, qui ipso legitimè vtitur. Ad quod tria requiruntur. primò, Ne quis leuiter, sed ex sola necessaria, & ratiõabili causa iuret, & sic discretio exigit ex parte iurantis &c. vt supra. Deniq;, de obligatione iuramenti subdit ibidem: Quicunq; se aliquid esse facturum iurat, tenetur illud implere, dummodo assint hi comites: quia si esset iuramentum de re impossibili, deesset, discretio: si vero esset de re mala seu boni præpeditiua, deesset iustitia. Vnde quicquid contra hæc, aut aliquod horum promittitur, aut iuratur, non est seruandum, nisi forsan in casu, quo expediret: nec peccat homo, non seruando, sed peccat, insipienter iurando: quia sic ponit obicem spiritui sancto, qui in spirator, atq; promotor est boni melioris. In iuramẽto autem coacto duplex est obligatio. Vna, quo ad hominem, cui inuitus promisit, & illa per coactionem aufertur. Nempe qui violentiam intulit, promeretur, vt ei promissum, non obseruetur. Alia est obligatio quo ad Deum, qua homo tenetur implere, quod per nomen Dei promisit. Et hanc, non tollit coactio in conscientiæ foro, quoniam potius debet homo quodcunq; temporale damnum sustinere, quàm iuramentum violare. Potest tamen, qđ soluit, in iudicio repetere aut superiori denunciare, quamuis iurasset oppositum. nam tale iuramentum in exitum uergeret deteriorem, quoniam esset contra iustitiam publicam. Vnde patet intellectus eius, quod habetur extra de iureiurando ca. Verum quòd, qui inuitè aliquid promittũt, per Romanum, pontificem absoluuntur, non quòd decernat iuramenta coacta, non esse obligatoria, sed quasi hmõi obligationes rationabiliter relaxantur. Præterea, qñ non est eadem intentio iurantis, & eius, cui iuratur si hoc contingat ex dolo iurantis, seruandum est iuramẽtum secundum sanum iudicium eius, cui iuratur, si uero iurans dolum, non adhibet, obligatio tenet secundum ipsius iurantis intentionem. Hæc in Summa. ¶ Porro in Scripto respondendo ad istud, Vtrum iuramentum incautum sit obseruandum: Duplex est, inquit, iuramẽtum, videlicet assertorium, & promissorium. Iuramẽtum promissorium est de eo, quod in futurum expectatur faciendum a iurãte per se. siue per alium. Assertorium vero est, quod fit ad confirmationem ueritatis, & præsentis, & præteritæ, quamuis etiam, non simus causa ipsius. In iuramento autem assertorio est tamen obligatio vna, qua iurans obligatur ad culpam, si ueritas suo defuerit iuramento. Sed in iuramẽto promissorio est duplex obligatio: Vna, qua iurans obligatur facere quod iuramento promisit: alia, qua obligatur ad peccatum nisi sic fecerit. His uisis, sciendum, quòd sicut non omnis assertio est digna iuramento firmari, ita nec omnis promissio: sed illa duntaxat, quæ aliquam continet vtilitatem. Hinc si promissio de aliquo salutem impediente iuramento firmetur, ex hoc ipso iuramentum redditur in debitum, quasi actus cadens super indebitam materiam. Proterea obligat obligatione secunda, quæ est ad peccatum: nec remanet ei virtus obligandi prima obligatione, quæ est ad faciendum. Prima namq; obligatio est ad uitandum obligationem secundam. Vnde iuramẽtum, quod de necessitate obligat ad peccatum, ipso facto ab alia obligatione vacuatur. Ad illud ergo, quod de Iosue tactum est, respondendum, quod iuramentum Iosuæ, non fuit de eo, qđ ex se, & secundum se illicitum fuit, sed de eo, quod factum, fuit illicitum, quia prohibitum. Idcirco sufficiebat in hoc seruare intentionem prohibentis. Vnde dicit Ambrosius libro de officijs: Mulctauit Gabaonitas morte meliori, puta obsequio ministerij diuini, quatenus clementior esset sententia. ficq; quodammodo sunt occisi seruilitate, quæ est mors interpretatiua secundum leges. ¶ Præterea quæri potest de eo, qui promittit religionem non ingredi, nec prælationem assumere, an teneatur implere. Iosu. 9. Quæstio.

¶ Videtur, quòd sic, quia sine peccato potest religionem dimittere, & in statu subiectionis manere. Dicendum, quòd hoc facto, quo quis iurat se religionem nõ ingressurum est periurus. quamuis enim liceat sibi religionem non ingredi non tamen licet ei obicem ponere spiritui sancto: idcirco nõ debet, omittere religionem intrare, ne crimen incurrat periurij. Conformiter dicendum, quòd quamuis prælationem fugere, posit ex bona causa procedere: tamen pertinaciter resistere malum est, vt patet ex Glossa Gregorij Ieremiæ primo, qui probat hoc exemplo Moysi, & Ieremiæ: qui cum primò fortiter recusassent prælationis officium, postmodum tamen illud humiliter ex obedientia assumpserunt. Ideo iuramentum, non assumendi prælationem, incautum est: quoniam, quantum in se est prouidentiæ diuinæ præiudicat, obedientiam que ad superiores excludit. ¶ Insuper si quæratur, An iuramentum coactum sit obligatorium: respondendum, quod coactio in iuramento assertorio, non potest esse sufficiens: quoniam nihil potest sufficienter cogere ad hoc, q̃ homo mortaliter peccet: quod contingeret, si ex coactione quis falsum cum iuramento assereret. Hinc tale iuramentum quantuncunque coactum, est obligatorium, ad peccatum, nisi adimpleatur. In iuramento autẽ promissorio coactio potest esse sufficienter cogẽs ad promittendum: quia vt vitetur maius periculũ, potest aliquis promittere aliquid sibi damnosum, quod sine peccato contingere potest. Et tunc talis coactio si sit sufficiens, quod in virum constantem cadere possit, tollit obligationem iuramenti in foro contentioso: quoniam ei, qui intulit uim, non competit actio ex obligatione iuramenti illius. Attamen in foro conscientiæ est obligatorium, magis nanque debet homo temporale damnum subire, quàm fidem infringere. Habet tamen remedũ vt in iudicio repetat. Qđ si iurauisset se nõ repetiturũ potest iudici denunciare, qui ex officio suo debet raptorem ad restituendum compellere. Si autem iurauit se, non denunciaturum, nõ tenetur hoc obseruare. qa talis iuratio esset ptra correctionẽ fraternã Iuramẽtũ coactum an sit obligatorium. Iuramenta coacta Pontifex relaxat põt. Iere. 5.

¶ Postremò, si interrogetur, an iuramẽtũ obliget se

cundum intentionem recipientis: dicendum, quòd iuramentum promissorium obligat hac necessitate vt culpa uitetur. Vnde obligat ad omne id faciẽdũ, quo non facto, culpa incurritur. Distinguendum, est ergo de eo, qui iurat. Autẽ iurat simpliciter, aut dolosè. Si dolosè, ex duabus partibus pōt subsequi culpa, puta ex fractione iuramẽti, & ex dolo. Quamuis ergo ex ratione iuramenti inquantum iuramentum, non obligetur ad ipsum implendum, nisi secundum suam intenionem; tamen ex necessitate iuramenti, inquantum fuit dolosum, obligatur, ad taliter obseruandũ, quod ex dolo iurantis alius, non lædatur; quod fit, quando secundum intentionem recipientis. iurãs implet iuramentum. Si autẽ simpliciter iuret sine dolo, tunc in foro conscientiæ non obligatur nisi secundum suam intentionẽ, sed in foro contentioso, vbi intẽtio ignoratur, obligatur secundum quod verba communiter accipi, solent. Hæc Thomas in Scripto.

Tarãtasi⁹. ¶Concordat Petrus, qui de obligatione asserit iuramẽti: Quoddam iuramentum, est assertorium de præterito, quoddam promissorium de futuro. & sicut debita materia iuramenti assertorij est verum, & non falsum: ita debita materia iuramenti promissorij est bonum, & non malum. Qui ergo iurat malum, obligatur ad culpam malè iurando, sed non obligatur implere hoc ipsum. Notandum ergo, quòd hoc, quod iurando promittitur, aut euidẽter, atq; totaliter bonum, aut euidenter, & totaliter malum, aut partim manifestè bonum, & partim manifestè malum, aut est dubium quale sit. Si est euidẽter, & totaliter malum, tunc auctoritate propria est frangendum; sed totaliter, & apertè bonum, nullatenus est frangendum. Si partim bonũ, partimq; malum, ut si meretrix promittat se seruaturã fidem peccatori, partim est frãgendũ, & partim tenendũ. Si uerò est dubium, non est auctoritate ꝓpria, sed superioris interpretatione frangendũ. In ꝓmissione aũt meritricis p̄tacta, sunt duo: Vnum, ꝙ adhærebit, qđ malum est: aliud, ꝙ non adhærebit alteri, quod bonũ est. Idcirco in hoc frangendo iuramẽtum, peccat grauiùs, q̃ seruando: qa dũ seruat, peccat fornicando, non periurando: sed dũ adhæret alteri, peccat utroq; mō. Hæc Petrus. ¶ Richardus

Richard⁹ quoq; præhabitis consonans de obligatione iuramenti incauti, testatur: Iuramentum potest esse incautum, vel ratione modi iurandi, uel ratione rei iuratæ. Primo modo dupliciter, utpote, vel quia non est factum ex deliberatione, & sic nō obligat de necessitate, sed tm̃ de congruitate, & si licitum sit, qđ iuratur. Aut quia non fit cũ reuerẽtia debita, & sic peccat hō iurando, & obligatur ad obseruandũ, quod iurauit, si licitum est. Iuramentũ aũt illicitum rōne iurati est omne, quod iuratum, derogat charitati, nullumq; tale obligat iurantẽ. sic iurãs tñ peccat. Cumq; cuncta diuina pręcepta, atque consilia ordinentur ad charitatis p̄fectionem, nullum iuramentũ est obligatoriũ, quod derogat diuino cōsilio, seu p̄cepto. Qui ēt quodlibet mortale pc̄tm̄ derogat alicui diuino præcepto, & ēt veniale, inquantũ est quædam obliquatio à rectitudine p̄ceptorum, & dispositio ad mortale: ideo nullum iuramentum de faciendo mortali, aut veniali peccato, est obligans. Cum etiam consilia sint de operibus supererogationis, & perfectionis, iō nullum iuramentũ de non faciendo aliquod opus supererogationis, vel de faciendo cōtrariũ opibus supererogationis, obligat. Nec ēt iuramentũ de non faciendo, ea, q̃ melius est facere, q̃ non facere. iō iurans, ꝙ non retinebit aliquem in suo seruitio, quẽ expedientiùs est tenere, uel ꝙ nō loquetur ꝓximo suo, cum quo aliàs meliùs esset loqui, q̃ non loqui, non obligatur ad talia obseruãda. Hęc Richardus.

Albertus. ¶ In his, præsertim in dictis Thomæ, continent scripta Alberti de iuramenti obligatione, qui refert quemadmodũ, quidã coactus iurauit, & consuluit Papam Alexandrũ, an deberet implere: qui respondit, Non me habebis auctorẽ periurij. Item, ꝙ quidam coactus iurauit, suæ concubinæ, ꝙ duceret eã vxorẽ, nec interrogaret suos parentes, interrogauitq; Augustinum, An soluere teneretur, Augustinus respondit de consilio beati Ambrosii, ꝙ duceret eam. Hæc Albertus. (Exempla duo iurãtium coacte.) ¶ Durandus quoq;: Maior est, inquit, obligatio matrimonij, quàm iuramenti, sed obligatio matrimonij est propriè de futuro. Obligatio autem de præsenti, maior est obligatione de futuro. (Durãdus.) ¶ Cumq; obiicitur, quod coactio impedit matrimonium: dicendum secundum quosdã quòd nulla coactio matrimonium impedit, quo ad conscientiæ forum, si tamen interueniat consensus interior: quamuis quo ad forum ecclesię, iudicetur non esse matrimonium: quia præsumitur defuisse, consensus, vbi coactio intercidit. (Obiectio. Solutio.) Alij dicunt, quod coactio per metum cadentem in virum constantẽ impedit matrimonium, quantuncunque consensus interior interueniat, propter hoc, quod matrimonium, vt est sacramentum, requirit indiuisibilitatẽ inter coniuges: & quia consensus coactus impetrat restitutionem in integrum secundum iura, ideo talis consensus contrariatur matrimonio vel indiuisibilitati matrimonij, propter quod impedit ipsum. Sic autem, non est in promissorio iuramento, quia, non est cōtra rationem promissi, quod retrahatur. Hæc Durandus.

Scotus. ¶Postremò etiam Scotus hic multa inducit: Cōmuniter, inquiens, conceditur, quòd vnicum peririũ leue, nō est pc̄tm̄ mortale tamen consuetudine periuriũ est mortale: quoniã habitus ex multis actibus generatus, inclinat ad grauiorẽ ꝑiurationẽ, q̃ sint pręcedentes. Sed cōtra hoc obijcit, qa si primus actus periurandi, r.ō est peccatũ mortale, ergo nec qcunq; alius etiã ex quocũq; habitu fiat, quoniã habitus inclinans, nō potest facere actum grauiorem. (Obiectio.) ¶Istud prosequitur, quod non prosequor, quia vtilius (ni fallor (subticetur, quàm recitetur. ¶ Ego autem verius reor, quò d consuetudo seu habitus maximè conferat ad culpæ aggrauationem, intãtũ, vt ex consuetudine, & frequentia fiat mortale, qđ aliunde consisteret veniale, quemadmodum super Iohannem, probat, & asserit Augustinus, qđ hoc facit sentina neglecta, qđ irruens fructus: & minuta est arena, quæ si nimium multipliciter, præmit, & opprimit. Deniq;, irrefrenata venalium cōsuetudo includit contemptum: & cũ veniale sit dispositio, ad mortale, pandit se non vereri mortale incidere, qui nō satagit mortale vitare. & vtiq; qui nō est notabiliter timoratus, citò labitur in mortale, cũ tãta sit humana fragilitas, tanta circumuentio satanæ, tanta peccandi occasio. (Dionyꝯ cōtra Scoti vitiis ꝑ pemodũ hoc loco fenestras aperientẽ.) Ideo in Ecclesiastico scriptum est, Si non in timore Dei tenueris te instanter citò subuertetur domus tua. (Eccl.) Apostolus quoq; hortatur: Cum metu, timore, & tremore vestram salutem operamini. (2. Cor.) Hinc falsum censetur, quòd si primus actus periurãdi nō sit mortale pc̄tm̄, ergo nec quicũq; alius etiam ex quocũq; habitu fiat: qm̄ habitus inclinãs nō potest actũ facere grauiorẽ. Istud iquã facillimè reprobaẽ. Et em̄ ꝯstat, ꝙ homo paulatim labiẽ ad peiora. ꝑpter quod ait scriptura. Qui negli- (Ecc.)



negligit modica, paulatim decidet. Habitus autem quanto plus augetur, fortificatur, & crescit, tanto, vehementiùs, atque frequentiùs inclinat ad actum. nullus autem actus tam venialis est, quin ex nimia inordinata complacentia, & intensiori suæ prauitatis malitia fieri, queat mortalis. Hinc habitu prauo nimium excrescenti, quidam quadam rabie feruntur in vitia: imò in vilibus rebus occasione que facili ruunt in mortalia vitia, ut in gulosis, & libidinosis conspicitur. Rursus, sicut effectus proportionaẽ suæ causæ, sic actus habitui, ex quo fluit: ergo quo habitus extat intensior, eo cæteris paribus actum producit intensiorem. Vnde sicut in uirtuosis, & exercitatis, ac sanctis hominibus ex eorũ uirtutibus prodeunt actus, tanto perfectiores, meliores, & diuiniores, quanto eorum uirtutes sunt magis perfectæ: ita econtrario est in uitiosis, quorum habitus existunt intensiores. Hinc etiam falsum ostenditur, quod ait præfatus, ꝙ periurium in deliberatum, quotiescunq; iteratum, non est peccatum mortale, ita ꝙ raritas, & frequentia nihil ad propositum faciunt: imo potius reor, ꝙ non solum periuriũ, sed etiam iuramentum uerum, sed frustra irrationabiliterq; prolatum, quod ex raritate excusabile est à mortali, præ frequentia irrefrenata, & nimia fit mortale. Hoc quippe oĩno detestabile est, ꝙ miser; & insipiens hō diligentiã non apponit circa considerationem, & adimpletionem p̄ceptorum altissimi: ꝙ potissimè patet ex hoc, ꝙ sine refrenatiōe iurat inaniter. In tota aũt scriptura doceẽ, iubetur, monetur, vt p̄cepta Dei diligenter discamus, memoriter teneamus, sæpe consideremus, efficaciter impleamus, quẽadmodum Ecclesiastici 3. scriptum est: Quæ præcepit tibi Deus, illa cogita semp. (Eccl 3.) Et in Psalmo, Maledicti, qui declinant à mandatis tuis. (Psalm. 118) Hinc Ieremia testante. Maledictus est qui opus Dei efficit negligenter. Vnde, & in Deuteronomio locutus est Moyses; Erunt uerba domini in corde tuo, & narrabis ea filijs tuis, & meditaberis ea sedens in domo tua, & ambulans in itinere, & dormiens, atq; cōsurgens, & ligabis ea quasi signũ in manu tua, eruntq;, & mouebuntur inter oculos tuos. (Ierem 48 Deut. 6.)

## De sexto, & septimo præcepto secundæ tabulæ. Distinctio XL.

(De duobus pręceptis cōcupiscentiæ.) SExtum præceptum est, Non desiderabis vxorem proximi tui. Septimum est, Non concupisces domũ proximi tui, non seruum, non ancillam &c. Sed videtur præceptum de non concupiscendis rebus proximi, vnum esse cum eo, quo dicitur, Non furaberis: & præceptum de non concupiscenda vxore, vnum esse cum eo, quo dicitur, Non mœchaberis. Poterat enim præceptum, non furandi in illo generaliter intelligi, vbi de non concupiscenda re proximi præcipitur, & in eo quod dictum est, Non mœchaberis, poterat illud intelligi, Non concupisces vxorem proximi tui. Sed in illis duobus præceptis, non mœchandi, & non furandi, ipsa opera notata sunt, & prohibita, in his vero extremis, ipsa concupiscentia. Multum ergo differunt illa ab istis. Vnde illi præcepto, non mœchandi fit superadditio in euangelio, vbi omnis concupiscentia mœchandi prohibetur. Sed cum hic prohibeatur concupiscentia alienæ vxoris, & alienæ rei, quare dicitur lex comprimere manum, & non animum, euangelium vero, & manum, & animum? Illud de lege dicitur secundum ceremonialia, non secundum moralia. (Matth. 5.) Vel quia in lege, non est generalis prohibitio omnis mortiferæ concupiscentię, vt in euangelio, vel secundum eorum carnalem intelligentiam.

## Quid sit litera occidens.

Si vero quæritur, quam dicit Apostolus literam occidentem: ea certè est, decalogus, qui non dicitur litera occidens, eo quòd mala sit lex, sed quia prohibens peccatum, auget concupiscentiam, & addit præuaricationem, nisi liberet gratia, quæ gratia non sic abundat in lege, vt in euangelio. (2. Cor. 3.) Lex ergo bona est, & tamen occidit sine gratia: cũ sit virtus peccati, quę iubet, quod sine gratia impleri, non pōt. Gratia aũt deerat, & iō litera occidens erat. Distat aũt euangelij litera legẽs à litera, quia diuersa sunt promissa. Ibi terrena, hic cœlestia promittuntur. (Ioan. 1. Roma. 7.) Diuersa etiam sacramenta, quia illa tantum, significabant, hæc conferunt gratiam. Præcepta etiam diuersa, quantũ ad ceremonialia. Nam quantum ad moralia, sunt eadem, sed pleniùs in euangelio continentur. Audistis decem chordas psalterij vtrique sexui impositas, quę charitate tangendę sunt, vt vitiorum, * ferę occidantur. (* feces) (Matth. 5.)

(Summa distinctionis XL.) PRosequitur Magister de duobus præceptis cōcupiscentiam refrenantibus, quorũ unũ prohibet alienã concupisci uxorẽ aliud alienã possessionẽ. Quo circa declarat, cur istæ concupiscentię specialiter prohibeãtur, cũ in alijs præceptis, in quibus opera praua ex eis orientia prohibentur, satis uideãtur prohibita. Cōsequẽter scisc itatur, cur litera ueteris testamẽti dicatur occidere, & circa hoc tangit quasdã differẽtias inter euangelicam, atq; Mosaicam leges, quarũ declarationes magis spectant ad librum sequentẽ, sic, quòd per ista artificiosè continuat se ad materiam libri sequentis.

### QVAESTIO I.

HIc quæritur primò. *An duo ista præcepta præinductis aptè addantur.* ¶ Videtur, quod

non, quia eadem ratione in alijs darentur diuersa præcepta de cohibitione operum iniquorum, & desideriorũ (ex quibus procedunt) illicitorum quod tamen non fit. ¶ Secundò, affectio praua, & operatio ex eo procedens vitiosa, reputantur, pro vno, & eodem peccato, vt patuit libro 2. distinctione 42. ergo eodem præcepto sufficienter vetantur. Et quæritur cur vitia ista concupiscentiæ, ac auaritiæ duplicibus vetentur præceptis magis, quàm alia.

Albertus

¶ Ad hoc respondens Albertus: Aliud, inquit, est in concupiscentia carnis, & in concupiscentia aliarum rerum, aliud, quoque in alijs peccatis: quoniã istæ duæ concupiscentiæ habent delectationes suas etiam ante opus, & operi, non coniunctas, vt asserit Augustinus: Concupiscentia, quippe, non prohibetur specialiter separata ab actu, nisi in talibus cõcupiscibilibus, quæ in se requiescere faciunt hominis mẽtẽ speciali delectatione etiam præter actum, & illa sunt duo, videlicet delectabile carnis, & delectabile possessionis rerum. In illis namq; toties peccatur corde præter intẽtionem veniendi ad actum, In alijs autem, vt in homicidio, falsoq; testimonio &c. vel nõ est delectatio præter actum, vel ipsa causantur ex delectationibus illis. Nam multi volunt occidere, & occidunt, vt habeant, quod illicitè cõcupierunt in delectationibus carnis, rerumve mundanarum, sed illæ delectationes propter se appetũtur, ideo concupiscentiæ istæ specialem habent prohibitionem, non aliç. Preterea aduertendum, quòd ancilla, potest dupliciter concupisci. Primò ad cõcubitum, & ita prohibetur, cum dicitur: Non concupisces vxorem proximi tui. Secundò, vt possessio sicq; prohibetur præcepto quo dicitur: Non concupisces rem proximi tui, non seruum, non ancillam &c. Rursus appetibilia appetuntur ex indigentia, quadam. Indigentia autem est duplex. Vna conseruationis indiuidui, alia speciei. Ex indigentia conseruationis indiuidui seu proprij suppositi causatur auaritia, accipiendo auaritiam largè, vt se extẽdit ad res, atque honores. Ex indigentia conseruationis speciei, procedit luxuria: ideo auaritia oculorum, & fastus seu superbia uitæ, reducuntur in possessiones, i. in concupiscentiam rerum, non autem concupiscentia carnis, quia, non surgit ex eadem radice. Porro nullum scibile inquantum scibile, malum est: quod constat ex hoc, quòd omnium, scientiam habet Deus, sancti quoq; angeli multorum malorum habent scientiam: ideo nullum debet esse præceptum mortale prohibitiuum scientiæ, quia præcepta moralia, non sunt prohibitiua, nisi malorum ex se, & per se, leges autem prohibẽt quasdam scientias propter vanitates, & abusiones adiunctas, & pronitatem affectus ad talia. Hæc Albertus.

Ancilla potest dupliciter concupisci.

Indigẽtia duplex.

Tho. aq.

¶ Thomas quoque ad hæc: Intentio, ait, legis est homines inducere, ad virtutes, ad quas non sufficit vt actus qualitercunque fiat, sed oportet vt homo sciens, & volens ac propter debitũ finẽ perseueranter, & delectabiliter opereẽ. Nec sufficit, quòd actus contrarius qualitercunque dimittatur, sed requiriẽ vt voluntas malè agendi penitus deseratur, passionesq; inclinantes ad actus illicitos, refrenenẽ, ac ordinentur. Hinc in præceptis decalogi prohiberi debuit, non solum actus illicitus, sed, & illicitarũ concupiscentia rerum. Peccatum verò cordis, & operis sunt idem, dum coniunguntur, non dum tempore separantur. Atuero præcepta affirmatiua, præcipiunt actus bonos. Bonum autem virtutis cõsurgit ex tota, & integra causa, ita quòd multa ad eius perfectionem concurrunt, vt diuinus Dionysius loquitur. Idcirco hoc ipso, quòd aliquis actus bonus præcipitur, omnes condiciones, & circunstantiæ implicantur, quæ ad bonitatem requiruntur. Hinc præcepta affirmatiua non fuerunt distincta circa idem genus per prçceptum cordis, & operis. Peccatum verò, quod præcepto negatiuo vetatur, pluribus modis seu particularibus contingit, defectibus: ideo ad diuersa, quæ possunt peccata inducere, possunt diuersa ordinari præcepta. Vnde peccatũ furti, & mœchiæ potius vetatur per diuersa prçcepta, quàm homicidium, aliave peccata: quoniam bonum quantum in se est, mouet concupiscẽtiam. Obiectum vero furti, & mœchiæ, est bonum delectabile temporale, quod per se concupiscentiã mouet, etiam sine progressu ad opus, & sic sine opere habet delectationem, quod non contingit in homicidio, cuius obiectum est nocumentum proximo illatũ, quod de se parit horrorem magis, quàm delectationem. Hæc Thomas in Scripto.

Richard.

¶ Idem Petrus, consonatq; Richardus, & addit: Lex vetus spiritualis est, inquantum continet præcepta moralia: & ciuilis, inquantum continet præcepta iudicialia. Primo modo ad eam pertinet ordinare actus interiores, & exteriores, præsertim interiores, inquantum ordinatio exteriorum dependet ab interioribus. Vnde, & in Deuteronomio datur præceptum de interiori dilectione Dei, à qua dependit ordinatio omnium actuum aliorum. Secundo modo ad eam principaliter pertinebat ordinatio actuum exteriorum tantummodo, quãuis consequenter ad ipsam pertinuerit etiam ordinatio actuũ interiorum, propter hoc, quod per deordinationem eorum multæ oriuntur deordinationes exteriores in proximum. Quam ob causam, etiam lex ciuilis humana, dat præcepta de exterioribus actibus virtutum ordinantium actus interiores. Primo modo, loquendo de veteri lege, ad eam pertinuit dare ista præcepta de concupiscentijs reprimendis, non autem loquendo de ea secũdo modo. Vnde, & primo modo ad eam aliquo modo pertinuit prohibere animum, & secundo modo manum. Concupiscentia demum operationi coniuncta, eodem prohibetur præcepto, quo, & actus exterior, qui ex ipsa descendit. Hæc Richardus.

Deute. 6.

Bonauen.

¶ Præterea Bonauentura in quæstionibus circa literam protestatur; Duplex est cõcupiscentia. Vna in sensualitate consistens, alia in consensu rationis progressiuo ad opus, seu deliberatiuo. Prima est venialis. nec prohibetur, nec cohibetur. Secunda est mortalis atque prohibita. Similiter concupiscentia possessionum proximi, quæ, & contra iuris processum hic prohibetur, Hæc Bonauentura.

## QVAESTIO II.

QVæritur consequenter, *Vtrum differentiæ inter legem euangelicam, & antiquam congruenter assignentur in textu.* ¶ Videtur, quòd, nõ, quia in textu habetur quòd distinguuntur per hoc, quòd lex vetus solum cohibuit manum, sed lex noua manum, & animum. Contra quod objicitur, quia vetus prohibuit interiora peccata, vnde per prophetã Micheã dominus ait: Væ qui cogitatis inutile. Et per Zachariã, Vir malũ ne cogitet in corde suo. In Deuteronomio, quoque Deus multoties minabaẽ filijs Israel pęnas grauissimas nõ diligẽtibus nec metuen-

Michee. Zac. 7.



metuẽtibus eũ, sed transgredientibus legem suam, obedientibus verò, & iustis premia promisit huberrima. Secundò, lex vetus intendebat suos cultores efficere virtuosos, uirtus autem, & vitiũ consistunt in anima. Insuper dicuntur hæ leges differre, quia lex noua iustificat, non autem lex vetus. Contra, quod arguitur, quod obseruatores legis Mosaicæ merebantur saluari, & Deo erant accepti. Tertiò, scriptum, est in Baruch: Hic liber mandatorum Dei, & lex quç in æternum est Omnes qui timent eam, peruenient, ad vitam; qui autem derelinquũt eam, ad mortem. Vnde de decalogo pertinente ad veterem legem, dixit saluator: Si vis, ad vitam intrare, serua mandata. Ergo obseruatio decalogi, est meritoria vitæ çternæ Tertiò, Apostolus ait, Lex quidem bona, & sancta, ergo sanctificabat. Præterea ponitur differentia ista, quòd lex Mosaica promittebat, pro premio temporalia bona, lex verò, euangelica spondet bona cælestia, & æterna. Objicitur contra hoc id, quod cantat ecclesia, Signifer sanctus Michael archangelus repræsentet eas (videlicet animas fidelium defunctorum) in lucem, sanctam, quàm olim Abrahæ promisisti, & semini, eius. Genesis quoq; scriptura ait: Dixit dominus ad Abraham, Ego protector tuus, & merces tua magnanimis. Certum, est quòd temporalia bona, non poterant esse merces valde magna, imò neq; condigne excellentijs actuum virtuosorum tam perfecti patriarchæ, imò nec alicuius iusti, cum iustitia virtutesque theologicæ, dona spiritussancti, meritorij actus procedentes ex illis, sint in comparabiliter præstantiora temporalibus bonis. Cumque Deus omnipotẽs sit superliberalissimus, ac superopulẽtissimus premiator, pro supernaturalibus charismatibus istis nequaquam retribuit sola temporalia ista, sed dona gloriæ sempiterna, potissimum cũ multi sancti prophetæ, ac martyres veteris testamẽti, in vita hac aduersa magis, quàm prospera sint sortiti, quemadmodum de seipso Ieremias testatus est: Diem hominis, non desiderabam, tu scis. Amplius ponitur differentia hæc, amor, & timor: hoc est, ꝙ lex induxit, ad bona agenda, & ad mala vitanda, ex timore, euangelium ex amore. Contra quod instatur, quia lex vetus docuit omnia ad Deũ referri, & ipsum toto corde super omnia diligi, sicque ei ex amore seruire. Multi quoque fuerũt viri heroici, & perfecti in lege legis præcepta seruando: imò in adimplendo illud præceptum, Diliges dominum, Deum tuũ ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua, consistit omnium virtutum perfectio, totius perfectiõis apex, & plenitudo imò, & omnium euangelicorum consiliorum consummatio vltimata. Adhuc autem ponitur differentia ista, quòd lex vetus erat importabile onus, de quo in Actibus Apostolorum beatissimus Petrus, deprompsit: Cur tentatis onus imponere ceruicibus discipulorum, quod nec nos, nec patres nostri portare potuimus? De euãgelicã verò lege dixit saluator, Iugum meum suaue est, & onus meum leue.

Baruch. 3. Lucæ. 19. Roma 7. In offertorio pro defunctis. Gene. 14. Ierem. 17. Deute 6. Matth. 22. Deut. 6. Actuũ. 15. Matth. 11.

¶ In oppositum est, ꝙ euãgelica lex est, perfectior Mosaica lege & multa superaddit eidẽ. Propter, ꝙ asseruit filius Dei, Nisi abundauerit iustitia vestra plusquã scribarũ, & pharisæorũ, nõ intrabitis in regnũ cęlorũ. Postremò ponit differẽtia ista, ꝙ sacramẽta euãgelicę legis continẽt gratiã, & efficiũt qđ designãt, non aũt sacramenta Mosaicæ legis. de qua differẽtia erit in sequenti libro perscrutatio maior.

Matth. 5.

¶ Ad primum istorum Thomas respondet: Coactio legis (sẽm philosophũ in fine ethicorũ) ad hoc necessaria est, vt qui persuasionis non inclinanẽ ad bona, per pœnas cogantur. Hinc legis cohibitio se extendit quantum pœna inflicta per legem. Quemadmodum autem lex vetus infimis animis non nisi terrena promisit apertè, sic, & pro peccatis temporalem pœnam inflixit. Pœnæ verò temporales pro peccatis infligi non possunt, nisi quatenus in actum exteriorem prorumpunt. Alias namque ab homine de eis iudicari non põt. ideo lex vetus manum, & nõ aĩm cohibere dicebatur. lex autem noua promittit in premium bona æterna, & cõminaẽ æterna supplicia, quæ ab illo iudice infliguntur, qui cordiũ est scrutator. ideo, non solũ manũ, sed etiã cohibet animũ, vt patet ĩ hoc ꝑcepto, Nõ occides, ꝓ cuius, trangressione lex vetus hoĩem occidebat, noua vero lex ꝓpria interiore pœnã minaẽ çternã. Nihilominus lex vetus ꝑceptis affirmatiuis, & negatiuis aĩum ordinauit ad virtutes, atq; à vitijs reuocauit, nõ tñ cõtra transgresiones hmõi præceptorũ pœnam aliquã ordinauit, secundum quã cohibere, aut cogere diceretur. Similiter oẽm cõcupiscentiã lex quantum ad genus suum, prohibebat: nisi tñ ab omni concupiscentia mala cohibebat per pœnas, sed solum ab ea, quæ prorũpebat in actum. De alia differentia inter has leges, dicendũ ꝙ lex Moysi quodam modo iustificabat, & quodammodo occidebat. Iustificare qppe dupliciter sumiẽ. Primò ꝓ iustitiã facere, scđo, pro iustitiã docere. Iustitia quoque, est duplex, videlicet, infusa, & acquisita. Lex ergo ciuilis hoĩes iustificabat iustitia acqsita, qa ꝑ exercitia virtutum eos inducit ad iustitiæ habitum. Sicq; lex Moysi iustificare potuit, ad iustitiã acquisitam inducendo. Verum de ista iustitia nihil ad ꝑsens. Porrò infusa iustitia à solo Deo, est effectiuè, ideo lex eam per opera inducere non valebat, sed per nouam legem inducitur talis iustitia: quia per sacramenta euangelicæ legis confertur gratia, quæ formaliter iustificat. Sacramenta aũt veteris legis, gratiã, non cõtinebant: nec cõferebant ideo lex illa nequaquã iustificabat, quasi iustitiam causans, sed quasi iustitiam docens. Litera demũ legis occidere dicit, & quãtum, ad moralia, & quãtũ ad ceremonialia, sed differenter: quoniã ceremonialia tpe gratiæ reuelatæ cœperunt esse mortifera: quantum vero, ad moralia, nõ nisi accidentaliter, inquantum ex lege pctm̃ prohibente, & auxiliũ grãe cõtra pctã nõ cõferẽte, infirmus periculũ mortis incurrit tripliciter. Primò, ex hoc, ꝙ ei peccati cõmemorationẽ ingressit, in quo peccati concupiscentia nõ fuit extincta, ex qua cõmemoratione concupiscentia, plus potuit vigere, sicut dũ aqua oñditur sitienti. Secundo, quia ex hoc ipso, quod prohibebatur, ponebatur quasi in quodam alto, atq; difficili, ad habendum. ideo mens humana peccato subiecta, vehementiùs in illud tendebat, iuxta illud Prouerbiorum: Aquæ furtiuæ dulciores sunt. Tertiò, quia lex peccatum prohibendò, specialem addebat reatum, inquantum homo, non solum legẽ naturalem transgrediebatur, sed etiã legis scriptæ erat præuaricator. Itaq; lex vetus, & obseruatio decalogi sine charitate, & gratia, non suffecerant ad salutẽ, Charitatem autem, & gratiam lex illa non valebat causare eo quòd sacramenta eius nõ fuerunt gratiæ cõtẽtiua, nec effectiua. Præcepta, teste beato Dion. 4. ecclesiasticę hierarchię capitulo, Lex noua media ẽ inter statum ecclesiæ triumphantis, & statũ veteris legis: ideo bona spiritalia, diuina, çterna, q̃ in triũphãti ecclesia palam per speciem exibentur, in noua lege manifestè permittũtur: in veteri, aũt lege, obscu-

Hebræ. 4. Lex vetus quõ dicaẽ iustificare. Lex quõ occidere dicatur. 2. Cor. 3. Prouer. 9. S. Dion.

ſmo, & pœnitentia, non ſunt forte neceſſaria, pu
ta confirmatio, euchariſtia, extremaque unctio.
Quantum ad iudicialia, lex Chriſti leuiſsima eſt, quia
iudicialia nulla impoſuit. Veruntamen loquendo
de lege noua, non ſolum prout à Chriſto eſt inſti-
tuta & data, ſed & inquantum eſt per alios declara-
ta: & quo ad illa, quæ per alios ſuper eum ſunt addi
ta, poteſt dici de ea, quantũ ad ceremonialia, quod
Sententia vulgo iam & gratiſſima & triſtiſſima.
loquit̃ Auguſt. quod ſ. quidam tot ordinationibus
eam agrauarunt, ut uideantur libertatem ſpiritus
in ſeruitutem legis, & literæ redegiſſe. Quantum ad
iudicialia, licitum eſt Chriſtianis iudicibus ſtatuere
leges propter pacem communem ſeruandam, ſeu
illas, quæ fuerunt in Moyſi lege, ſeu alias, tenen-
turq; ſubditi ad eaſdem, dummodo non repugnẽt
legi diuinæ. & quantum ad hoc, poſſet poni maior
grauitas in lege Chriſtiana: quia non licuit tunc ſa-
cerdotibus, uel iudicibus quaſcunque leges conde
re nouas, quemadmodum modo licèt principibus
Chriſtianis. Sic ergo uidet̃, ꝙ pauciora ſunt onera-
Dictum vulgo acceptum.
ra legis Chriſtianæ, inquãtum ipſa à Chriſto eſt tra
dita: ſed forſitan plura, quo ad ea, quæ poſt modum
per alios ſunt adiecta, qui regere habeat populum
Chriſtianum. Præterea aduertendum, quòd paſsio
Chriſti exhibita, plus gratiæ promereretur credẽti
bus eam modo exhibitam, quàm ipſa exhibenda
meruit illis, qui crediderunt eam futuram. ideo
ſacramenta noſtra, quæ efficaciam habent in uir-
tute paſsionis Chriſti exhibitæ, plus conferunt gra
tiæ, quàm ſacramenta ueteris legis. Præterea plu-
ra habemus gratiæ adiumenta; quoniam plura
ſacramenta. Nam illi præter matrimonium (ſi ta-
men hoc in eis extitit ſacramentum, de quo tan-
getur in quarto) nullum habuerunt ſacramen-
tum, præter circuncíſionem in remedium contra
originale peccatuum. poſt recidiuationem uerò
ſi potuerunt aliquam gratiam promereri pro-
prio motu. bene quidem: ſed ad gratiam tunc
percipiendam nullum fuit ſacramentum inſtitutum
tunc apud eos, quia ſacramentum pœnitentiæ nõ
habebant. Inſuper, præter efficaciam maiorum
ſacramentorum, & pluralitatem eorum, habe-
mus doctrinam ueritatis magis explicitam, plu-
ra quoque, & efficaciora ſanctorum exempla ad
dimicandum, & merita plura eorum, qui for-
ſan non ſibi tantummodo meruerunt. & ita ex
hac parte leuior eſt lex noua, & quia præſer-
tim in ea promittuntur expreſſè bona æterna,
quæ magis alliciunt animum ad ſeruandam legem
quàm temporalia bona. Hæc Scotus.

¶ In quibus aliqua uidentur contineri obſcura.
Dionyſi. contra Scotum.
Primò, quòd dicit per Chriſtum in euangelica
lege nulla eſſe inſtituta iudicialia. Chriſtus nam-
que apud Matthæum de incorrigibili loquitur
peccatore: Si eccleſiam non audierit, ſit tibi ſi-
Matt. 18.
cut ethnicus, & publicanus. In quibus uerbis
metuendum edidit excommunicationis iudicium
ac præceptum. Et iterum iudicialiter dixit di-
Marc. 6. Lucę. 9.
ſcipulis: Puluerem pedum ueſtrorum excutite in te-
ſtimonium ſuper illos. Amen dico uobis, tol-
lerabilius erit terræ Sodomorum in Die iudicij
quàm illi ciuitati. Multa huiuſmodi in euange-
lio reperiuntur.

Matt. 10.
¶ Secundò, quod dicit dubium eſſe, an Iudæi
tenebantur ad moralia ſecundum quod ea Chri-
ſtus expoſuit, ita quòd tenebantur inimicos di
ligere. Cõiter ꝗppè dicũt doctores, ꝙ imò, ita ꝙ na-
turam, & perſonas etiam inimicorum ſpiritaliter
diligere tenebantur, quod ex multis locis, & exem
plis ueteris teſtamenti demonſtrant, & ſupra p-
batum eſt.

¶ Tertiò, ꝙ dicit alia ſacramenta à baptiſmo, &
pœnitentia, forte non eſſe neceſſaria. Nam ſicut ec-
cleſia iuſsit, ut quilibet Chriſtianus adultus ad mi-
nus ſemel cõfiteatur in anno, ita vt ad minus ſemel
in anno cõicet, & Chriſtus aſſeruit Niſi manducaue
ritis carnem filij hominis &c.

¶ Quarto, quod dicit non licuiſſe ſacerdotibus
atq; iudicibus Iudæorũ quaſcunq; nouas condere Iohan. 6.
leges. Nempe ex euangelio comprobatur. ꝙ ſuperio
res Iudeorum multa ſtatuta fecerunt, quæ pro legi-
bus iuſſerunt ſeruari. Et in libris Regum narratur, ꝙ Matt. 15.
conſtitutum, & obſeruatũ eſt hoc pro lege in Iſrael
quod æqua ſit portio pugnantium, & remanentium
ad ſarcinas. Rurſus Moyſes iuſsit, ut pro una oue fu
rata redderentur quatuor, & pro uno boue quinq; 1. Reg. 30.
& tamen in prouerbijs Salomon ait de fure, ꝙ de
præhenſus redderet ſeptuplum. Circa quod dicunt Exod. 22.
expoſitores. quod pro uarietate temporum, & cau-
ſarum poterant præcepta illa iudicialia alterari, gra
uari, laxari, imò in oĩ lege, & plebe neceſſariũ eſt, ut Prou. 6.
rectoribus liceat ordinationes, ſtatuta, iuſsioneſq;
facere ſecundum exigentiam loci, & temporis, ac
cauſarum eorum, quos regunt. Nec obſtat, quòd do
minus iuſsit, Non addetis ad uerbũ, qđ ego loquor
ad uos, nec auferetis ex eo. Hoc enim intelligendũ
eſt, ut nec textui ſcripturæ canonicę tanquam tex-
tui quicquã addatur, aut ſubtrahatur, nec ꝑ modũ
expoſitionis aliquid textui contrarium proferatur. Deute. 4. Quomodo verbo Dei nihil addendũ ſit declaratur.

¶ Quintò, ꝙ dicis Iudæos prętеr circuncíſionem
& matrimonium nullum habuiſſe ſacramentum.
Fuerunt namque in lege illa etiam alia ſacramenta
quàm plurima, ut agnus paſchalis, conſecratio ſa-
cerdotum, oblatio victimarum, purificationes lega
les, & conſimilia multa, quæ fuerunt ſacra ſigna
Chriſti, & paſsionis, immolationis, commeſtioniſq;
& myſteriorum ipſius, eccleſiaſticorum quoq; quo
rundam ſacramẽtorũ, prout ſancti patres, Hierony
mus, Auguſtinus, Gregorius, Beda, doctores item
ſcholaſtici, Alexander ſuper ſecundum, ſanctus Tho
mas in prima Secundæ, Gulielmus Parriſihenſis lib. Sacramẽta veteris legis quæ fuerint.
de fide, & legibus, concorditer proteſtantur, quam
uis demum apud Iudæos non fuerit ſacramentum
pœnitentiæ ſeu confeſsio, prout eſt eccleſiæ ſacra-
mentũ, fuit tñ ibi pœnitentia ſalubris interior, &
confeſsio coram Deo, de qua ait Pſalmiſta: Dixi, cõ Pſalm 31.
fitebor aduerſum me iniuſtitiam meam dño &c.
Sed, & ꝓ diuerſa peccata, inſtituta erant diuerſa re-
media, ſacrificia, placationumq; oſtiæ, quæ ex ope-
re operante meritoria erant. Nec dubiũ quin ſancti
patriarchæ, prophetæ, & alij ſancti defuncti, orabãt
tunc pro Iudęis Deum colentibus, quemadmodum
ſecundò Machæbęorum legitur: Hinc eſt fratrum 2. Mac. 15.
amator, qui multum orat pro populo. Ieremias pro
pheta. Veruntñ adiutoria, & ſuffragia iſta pijſsima,
in euangelica lege, & tempore gratiæ multo plus
abundant, quàm olim in ueteri lege. Quamuis au-
tem prædictæ reſponſiones de comparatione legis
euangelicæ, atque Moſaycæ mutua, quantum ad
grauitatem, & leuitatem, poſſunt ſaluari: vr̃ tamen
hic alia conſideratio aſſumenda. Duæ namque ſunt
partes legis diuinæ, tam uetuſtæ, quàm nouę, uide-
licet teſtimonia, & præcepta. Teſtimonia pertinent
ad credenda, præcepta ad operanda. Præinductę
itaque reſponſiones ſtare queunt, quantũ ad præce
pta, quæ reſpiciunt operanda: ſed quantum ad teſti
monia ſeu credẽdenda, videtur noua lex difficulta-
tis maioris, quãuis ea, quæ in noua credimus lege,
aliquo



aliquo modo in ueteri lege contineantur: uidelicet
beatiſsimæ trinitatis myſterium, incarnatio Chriſti
reſurrectio mortuorum, beatifica diuinæ eſſentiæ
uiſio, & quæ deſuper incomprehẽſibili credimus
ſacramento altaris, q̃ in ueteri lege non niſi multũ
obſcurè tanguntur: & quantum ad hæc præcipuè
maxima eſt difficultas fidei Chriſtianę, in tantum, ꝙ
multi, qui ſatis faciliter conuerterentur ad eam,
conſiderata ſynceritate, & ſpiritualitate conuerſa
tionis, quàm docet, ac præcipit, auertuntur ab eius
1. Cor. 10. ſuſceptione ob nimiam difficultatem, & incompre
henſibilitatem articulortm ipſius. Cui ſe ſubdere, &
in captiuitatem redigere, proprium intellectum in
obſequium credendorum, & obedientiam fidei, ac
ſacramentorũ ipſius, magnæ eſt difficultatis, & qua
Gul. Par. ſi propriam rationẽ Deo mactare, ꝙ & maximi me
riti eſt, prout Gulielmus Parrhiſienſis in lib. de fide
& legibus, benè declarat. Talem utiq; legem decuit
à ſummo illo legiſlatore unigenito filio Dei patris
conferri, qui cum patre æterno, ac ſuperdulciſsimo
paraclito adorando ſpirituſancto, unus eſt Deus ſu
per omnia ſublimis, & benedictus. Amen.

## *Concluſio ex Alberto Magno, in qua per modum orationis breuiſsime tractatur materia totius libri tertij Sententiarum.*

DOmine Ieſu Chriſte, qui miſſus es à pa-
tre in carnem, & in corda fidelium,
& à tota trinitate ad prędicandum.
Qui potius es incarnatus, quàm pater,
uel ſpiritusſanctus, ut eadem ſit imago recreatio-
nis, quæ fuit creationis, ut patrem, cuius es uer-
bum, & eius uoluntatem per ſpiritumſanctum no-
bis manifeſtares, ut promiſſam à patre hæreditatẽ
nobis confirmares, ut per te Deus pater ſuam cha-
ritatem nobis commendaret, & ut efficiamur filij
Dei. Qui es unus ſolus, & non duo, licèt ſis aliquis
ſecundùm quod homo, nulla naturarum in acci-
dens degenerante. Qui tribus operãtibus perſonis
in propria perſona humanam naturam aſſumpſiſti,
ut ex unione filij Dei ad carnem, & econuerſo, & fi
lij Dei ad animam, & econuerſo, omnis proprietas
illius hominis ſit filij Dei, & econuerſo: & quòd ni-
hil ſit uerum de te filio hominis, quod non ſit ue-
rum de te filio Dei, & econuerſo. Cum tamen
diuinę eſſentię nulla inſit proprietas creata, licèt
dicatur incarnata, id eſt, naturę carnis aſſociata
in eadem perſona. Qui ſecundum quod homo nõ
es perſona, quia non es diſtinctus diſtinctione di-
gnitatis, quantum ad Deum: diſtinctus tamen es
diſtinctione ſingularitatis, & incommutabilitatis,
quæ exiguntur ad eſſe perſonæ. Qui ſecundùm cor
pus naturale es caput corporis myſtici, potius, q̃
cor à quo fluunt motus gratiarum purè uoluntarij.
Et à quo eſt duplex uirtus influendi chariſmata,
una increata, quia à te ſecundùm quod Deus, pro-
cedit motus, & ſenſus gratiarum in eccleſiam per
modum auctoritatis, quibus uiuificas, & ſanctificas
omnes ſanctos tuos, & uteris ad libitum tuum om-
ni alia creatura: quia à te hic procedit ſenſus gra-
tiæ in eccleſiam per modum meriti, quia meruiſti
nobis chariſmata per modum doctrinæ. Quia pro
prio ore nos redemiſti, & doces adhuc per prædi-
catores tuos per modum fidei, qua credimus in te
& uolumus tibi aſsimilari, & aſsimilamur. Qui
diceris habere delicias in membris tuis, quia facis
ea delectari in te, ſicut & pateris in illis, quemad-
modum paſſus es ab origine mundi. Qui ſcis, &
ſciuiſti omnia ab inſtanti conceptionis tuæ, ſcien-
tia creata, q̃cunq; ſciuiſti ab æterno ſcientia increa
ta: licèt in alijs profeceris ſapientia. i. alios in te ꝑfi
cere feciſti, cũ tñ humanitati tuæ non ſit data poten
tia oĩm, quia uia eras, & non finis. Et qa ꝑfectio cor
poralis non eſt perfectio beatitudinis, in qua creatus
es, de cuius plenitudine accipiũt ſinguli fideles ple-
nitudinem ſufficientię, & tota eccleſia plenitudinẽ
numeroſitatis. Qui uoluntate rationis uoluiſti quic
quid uoluntate uoluiſti diuina, licèt uoluntate ſen-
ſualitatis uolueris non mori, docendo nos, ꝙ nobis
licèt aliquid proprium uelle ex ſenſualite. Et quod
martyres non debent timere ſi horreant mortem,
cum & tu exhorrueris illam. Et ꝙ nos debemus ſup
ponere uoluntatem ſenſualitas, uoluntati diuinæ
qui exauditus es in omnibus quæ petiſti uoluntate
rõnis, non ſenſualitatis. Qui omnibus operibus tuis
à libero arbitrio procedentibus meruiſti tibi uitã
ęternam iam habitam, nobis uerò habendam. Hu-
militate uerò paſsionis tuæ ſpecialiter meruiſti no
bis liberationem à diabolo, ab inferno, & apertio-
nem ianuæ paradiſi: tibi uerò accelerationem glo-
rioſæ reſurrectionis, glorificationẽ tui nominis, &
iudiciariã poteſtatem. Cuius mors fuit cauſa, meri
tũ, & figura remiſsionis peccatorum in nobis. Cu-
ius reſurrectio figura fuit nouitatis uitę in nobis, &
cauſa non meritoria, ſed motiua dupliciter, ſ. in cõ-
ſideratione noſtra, & Dei patris. Qui mortẽ noſtrã
moriendo deſtruxiſti, videlicet peccatum uel impe
rium, ſiue regnũ mortis, uel per reſurrectionem in
præſenti ſpe, & tandẽ in re. Qui poſt reſurrectionem
beatior non fuiſti, q̃ ante. Cuius beatitudo nihil ha
buit admixtum de contrario, q̃ coſiſtit in uirtutibus
& in ſola ſtola animæ, ſicut uera miſeria conſiſtit in
peccato, nõ in paſsionibus corporis. Qui licèt alio
modo potueris, morte tñ tua nos redimere uolui-
ſti pro merito liberi arbitrij, pro modo ſanandi, ꝑ
contrarietatem pro noſtra inſtructione, ut idem eſ
ſe redemptor qui fuerat creator, ut quàm potens
fuerat perditor infundere uirtus peccati, tam potẽs
eſſet redemptor infundere gratiam uiuificantem.
Et ut proprio precio tuo nos tuam propriam re-
dimeres poſſeſsionem.

### ORATIO II.

DOmine Ieſu Chriſte, qui propter indignitatẽ
ſtatus noſtri propter carentiam cauſę meren-
di. Et propter impoſsibitatem aliquid obtinendi pri
mam nobis gratiam, qua & gloriam de condigno
mereri poſsimus, meruiſti: da nobis ut per orationẽ
ieiuniũ, & conſecrationẽ ualeant ſaltem opera no-
ſtra ad diminutionem pęnæ æternæ, ad bonum tem
porale, ad habilitatem gratiæ, ad retardationẽ pec-
cati, ad aſſuefactionẽ bonorum operũ, & ne pecca-
tum creſcat ex mora, ut per deſertionem actus pec
cati, propoſitum pęnitendi, infuſionem gratię, com
mutationem pœnæ ęternæ, motum liberi arbitrij,
contritionem, & dimiſsionem pęnæ temporalis ab
impietatibus noſtris iuſtificemur.

### ORATIO III.

DOmine Ieſu Chriſte, qui ſolus eſſentialiter es
bonus, & omnia creaſti naturaliter bona: da
nobis per bonũ generis, & gratię perutile, & hone-
ſtum, ad te ſumum delectabile peruenire. Malũ ſic
nobis

nobis utile ex sui ordinatione, coactione, cõsidera
tione, ut detestemur illud per displicentiã, fugam,
iudicium, & destructionem: Gaudeamus, & triste-
mur in uia uirtutum, ut per opera meritoria, quæ
sunt à libero arbitrio principaliùs, à gratia princi-
palissimè, à Deo dimissionem pœnæ, augmentum
gratiæ, & uitã æternam consequa mur. Infere uirtu
tes animabus nostris. In rationali fidem, scientiam
donum consilij, intellectum, sapientiam, & pru-
dentiam cum oĩbus speciebus suis. Irascibili spem
patientiam, mansuetudinem, luctum, pietatem, &
fortitudinem cum omnibus speciebus. Concupi-
scibili charitatem, abstinentiam temperantiam cum
omnibus speciebus suis.

## ORATIO IIII.

DOmine Iesu Christe, quis es uera lux, largitas,
& suauitas, ut tribus theologicis uirtutib⁹ im
mediatè delectemur in re per modum æstimationis
confidentiæ, & coniunctionis. Da nobis uerã fidẽ
substantiam rerum sperandarum, per quam tenda-
mus ad omnes, & solas res sperandas, per quã ac-
quiruntur, & substant in nobis uirtus, quæ & est ar
gumentum non apparentium, quia per eam cõuin
cuntur res non apparentes, ꝙ sint, & ꝙ sint non ap
parentes, per quam uenimus in cogniti onem, & p-
fectam notitiam æternarum bonorum. Cuius arti-
culi sunt principia per se nota, per modum gratiæ
illuminantis intellectum, quæ est prima uirtus in
theologia, & est uirtus unica, eo ꝙ unica sit ratio,
& difficultas omnium credendorum, consistens in
speculatione primæ ueritatis, & æstimationis sum-
mi boni. Cuius speculatio est uirtus, quia per æsti-
mationem mouet ad bonum æternum, & mouet
uirtutes politicas, uiuificans, & sanctificans totum
hoĩem interiorem, & exteriorẽ, & est supra opinio
nem, & sciẽtiam, & etiam demonstratiuã sciam, &
cognitionem Dei naturalem, uel accidentalem, ut
per hanc credamus præcedentia fidem, & sequen-
tia articulos, qui omnes sunt de Deo, de impossibi
li per se, & generant in nobis timorem, & amorem
Dei. In quibus duobus consistit perfecta iustitia
quã facit in nobis uera fides. Da nobis uerã spem
& certam expectationem futuræ beatitudinis, per
quam ex largitate tua concipiamus audaciam men
tis habendi uitam æternam, per bona merita quasi
per bellũ, ut expulsus omni certitudine dubitatio-
nis, & deseparationis, timore rei, & euentus, per fi-
nem increatæ beatitudinis quiescamus, qui es finis
finium, & beatitudo creata.

## ORATIO V.

DOmine Iesu Christe, qui es dulcedo omnium
uirtutum, propter quam desideramus uirtu-
tes: da nobis charitatem finẽ præcepti, omnia præ-
cepta consumantem, omnia bona opera terminan
tem, omnia uitia, & peccata consumentem, quæ
coniungat mentem nostram dulcedini spiritus,
& quietet cor nostrum in summo bono, quia ipsa
est incunditas, pax, & dulcedo mentis, qua liben-
ter seruimus Deo, qua diligimus Deum gratis ut
fruamur eo, quæ est causa dilectionis proxima
à qua nutritur, sine qua esse diu non potest, li-
cet æquè intentio motu, & eodem numero Deum
& proximum diligere nequeamus. Ordina in no-
bis charitatem, ut te in infinitum magis, quàm
nosipsos, & super omnia (Nos autem non ni-
si propter te solum) & in infinitum magis, quàm
omnes homines, proximos uerò, aut quia sunt boni
aut, ut sint boni, & magis bonos (alijs circunstan-
tijs paribus) magis diligamus. ad resistendum de fa
cili quantęcunque tentationi, da nobis radicatio-
nem charitatis, intentioni seruorem, motus exerci
tationem, in bonis operibus strenuitatem natura-
lium, & lętitiam spiritualẽ, ne nos, qui ex parte uir-
tutum fortes, & ex parte sensualitatis debiles, uel
partim spirituales, partim sumus carnales uincа-
mur per ignorantiam, negligentiã, vulnerationem
naturaliũ, infinitatem carnis, tristitiam spiritualem
lassitudinem uirtutum, dissuetudinem bonorũ ope
rum, & instrenuitatem naturalium. Fac nos à pecca
tis resurgere per pœnitentiam plenariè satisfacto-
riam, ut ęqualis charitas nobis reddatur, uel maior
non maioritate subiecti, uel dominationis, sed intẽ
tionis, efficatiæ, & dignitatis. Reuiuiscant opera no
stra bona, & maior charitas nobis detur, ut citiùs
augeatur, ut firmiùs mereatur.

## ORATIO VI.

DOmine Iesu Christe, cuius charitas pura est,
nihil habens admixtum de contrario potesta
te uel actu, quia uirtutes nostræ im puræ sunt, &
habent admixtum aliquid de contrario non natu
raliter, sed potentialiter, quia possunt amitti, sicut
& charitas nostra amitti potest, non quantum ad es
sentiam, cum te Deum habeat causam suę intentio
nis, & nullam remissionis, sed quantum ad radica-
cationem, feruorem motus, & exteriorem opera-
tionem. Da nobis perfectam charitatem, quæ tollit
habitum siue pronitatem peccandi uenialiter, licèt
non tollat actum, & peccatum ueniale, quod obli-
gat ad pœnam temporalem, differt premium, & mi
nuit charitatem, inquantum stipula: ut simus perfe
ctione sufficientię, comparationis, ordinis, religio
nis, prælationis, & securitatis: Da nobis ut ex com-
misso maiori te diligamus affectu, & ex dimisso ma
iori effectu, ut sciamus nos te habere, nec dubite-
mus uel putemus. Sed ut sciamus nos habere chari
tatem, scientia experimenti per signa, s. per iucundi
tatem mentis bona desideria & bona opera, ut con
solationem habeamus in miserijs huius seculi, ut
gratias agamus tibi, & ut ad meliora prouoce-
mur, quamuis propter affinitatem, & coniunctio-
nem naturalis gratuitæ dilectionis proprie nesciа-
mus, ut cautiores simus, & magis de nostra salute
soliciti, dicamus nos habere charitatẽ ad utilitatẽ
auditorum, ad gratiarum actionẽ, sed non per præ-
sumptionem: cum nullus possit habere signum
quòd non habeat peccatum, neque aliquis pos-
sit hoc dicere sine peccato. Pone nos in statu no Philip.
bis utiliori, cum non debeamus uelle oppositum
ut non solum uelimus cum imperfectis, sed
etiam cum perfectis cupiamus dissolui, & esse
cum Christo.

## ORATIO VII.

DOmine Iesu Christe, per ꝓcepta, & prohibi-
tiones iuris naturalis, quæ semper, & simplici
ter sunt cõminationes, nec ad tempus, & ſm quid
obligant, habilita nos ad habendas uirtes poli-
ticas, ut per has ueniamus ad theologicas, qui-
bus mereamur, & obseruemus ea, quę sunt pri-
mæ, quæ à principio, & naturaliter obligant in
generali, & speciali, sine quibus non saluа-
tur similitudo Dei, & nullam recipiunt dispen-
sationem. Et secundæ necessitatis, quę à principio
&



& naturaliter obligant in generali, sed non in spe-
ciali, quia ualent, ad conseruationem similitudinis
Dei. Et tertię necessitatis, q̃ ex actu humano obli-
gant quosdam, & non oẽs, aut etiam oẽs in casu, &
recipiunt dispensationem in quibusdã. Et quartæ
necessitatis, quæ sunt institutа platorum. Da nobis
amorem beatitudinis antecedentẽ oẽs uirtutes po
liticas ſm actus proprios differentes, q̃ sunt ꝓximi
& immediati fines uirtutũ, ut per prudentiam ha-
beamus iudicium rõnis discretiuũ, & diffinitiuũ,
q̃ est unica uirtus, eo ꝙ unica sit rõ imperandi, oĩa
faciendi norma, s. rõnis, siue cõformitas diuinæ uo
luntatis, ut per continentiam, & sobrietatẽ nõ solũ
ab illicito largè, sed per uirginitatem mentis, & cor
poris etiam strictè abstineamus ab omni coitu, à su
perfluo cibo, & potu, à superfluitate perceptibili
escæ mortalis, & imperceptibili, uitantes delectatio
nem animalem, & diabolicam, quę homo actiuè
delectatur in creatura propter se tantum, quod est
frui creatura: cum sola uoluntas improba dele-
ctandi in creatura, cũ consensu rationis sit uitupe-
rabilis. Delectemur potius spiritualites in creatura
citra Deum, & ꝓp Deũ, considerando eius dulcedi
nẽ, & fugiendo tristitiam seculi, q̃ mortẽ oĩæ opera
tur, ut euadamus loquens concupiscẽtiæ, q̃ semper
insidiantur necessitati. Per ieiunium abstineamus à
cibo, & potu ſm formã ecclesiæ, causa satisfaciẽdi
pro peccatis, uitãdi peccata, & habendi uitã æternã.
non saluamus ieiuniũ comedentes ꝓperè, lautè,
nimis, ardẽter, studiosè. Ieiunemus ex merore pro
spirituali, vel ẽt corporali absentia sponsi, & exulta
tione, p̃ dulcedine contẽplationis ab amore mũdi,
& ab oĩ illicito abstinentes ꝓ eleemosynã inuigen-
ti, ꝓp Deum, res necessarias erogemus, incipientes
à nobismetipsis, ut nihil omittamus superflua no-
stra negando indigentibus, uel etiam necessaria no
stra in extrema necessitate positis. Demus pauperi
bus de testamento melioribus, atq; iaculatoribus,
& si indigeant, ut effugiamus tristitiam seculi, & vi
temus solicitudinem suffocãtem, non prouidentẽ.

## ORATIO VIII.

DOmine Iesu Christe, q̃ nihil præcipis nobis ni
si quod facit ad hoc, ut tibi assimilemur, q̃ nõ
potes præcipere malũ ſm se, sed nec malũ in se, ni-
si recipiat recompensationẽ. Da nobis obedientiã
uirtutem generalem, & specialem, q̃ meritoria est,
sicut quælibet uirtus: quia leuat subiectũ suũ supra
se: Et quia per hãc seruimus Deo gratis, insuper qa Thren 3.
in ea mactatur propria uoluntas, & quia per hãc
cõformamus expressè uoluntatem nostrã uolunta
ti diuinæ, quæ melior est, quàm uictima, quia in ea
mactatur propria caro, qa opus eius spirituale, qa
ipsa perpetua, & ſm causas, ne per superbiã, ꝓ amo 1. Reg. 15.
rẽ carnis, per considerationem maioris boni, uel ꝓ
aliquam necessitatem inobedientes simus prælati s
nostris in his, q̃ pertinẽt ad cathedrã, s. in præceptis
Dei, & in perceptione sacramentorum, claue mani
festè non errante per latriam interiorem, & exterio
rem, profiteamur maiestatem diuinam corde, ore
& opere, per fidem, sapientiam, orationem, sacrifi-
ciũ, & reuerentiam. Adoremus carnem Christi per
accidens latria, per se aũt corpus, & crucẽ Christi
hyperdulia, angelos, & sãctos dulia. Exhibeamus la
triã ſm regulam fidei, ut nihil determinatè adore
mus nisi certum, nec asseramus aliquid de Deo per
rõnes naturates, uel per exteriorem prædicationẽ,
quod non sit nobis certum per synderesim, ꝓ fidẽ
per sacram scripturam. Oratione, q̃ est expresio
uolũtatis, charitatis uel motus animi ad imperan-
dũ bonũ desiderium per uiam misericordiæ, & lar Roma 7.
gitatis, uel per liberalitatem orantes pro nobis piè
perseueranter, & ad salutem, ut impetremus oĩa no
bis cooperari in bonũ, & ea, quæ non sunt in bonũ,
& ea, quæ sunt in bonum per se, neq; causa necessã-
ria, sed motiua, uel adminiculans stimulãs uel exer
cens, petamus temporalia non absolutè ad fruen-
dũ, sed ad sustentãdũ, ad solatium, & ad erogandũ.
Oremus sanctos angelos, quia ipsi habent curã, &
solicitudinẽ de nobis, & difficultatẽ operis, ꝓp quã
merentur, & offerunt orationes nostras Deo desi-
derio adimplendi, & petunt q̃nq; pro nobis, quod
nesciunt dñi uelle. Oremus sanctos, qui licèt in pa-
tria nihil mereantur, cum non habeant difficultatẽ
status uel operis, nec curam aliquam de se, uel de
nobis, adiuuant tñ nos orationibus præsentibus, &
meritis præteritis, quorum meritorum effectus quã
tum ad nos pẽdet de futuro. Oremus & plures san-
ctos pro deuotione, & quia impossibile est pluriũ
preces nõ exaudiri, maximè cum sint unũ ꝯcordia
& unione charitatis: Vñ, & Ierusalem cælestis ma- Gala 4.
ter nostra dr, qa gignit nos Deo precibus & amo-
re: p iustitiam reddamus, qd̃ suũ est unicuiq; Deo
religionẽ, parentibus pietatem, prælatis obediẽtiã,
maioribus reuerentiã, æqualibus concordiã, mino
ribus gratiã, pauperibus eleemosynã, afflictis �compas
sionẽ, & misericordiã, ut nõ auferamus Deo habita
tionẽ suam in nobis particulariter propriè p se, vel
uniuersaliter per accidens ꝓp connexionẽ uirtutũ
per fortitudinem da nobis consideratam periculo
rũ susceptionem, & laborũ perpessionem, ut p pa-
tientiã p honestate, uel utilitate rei publicæ suffera
mus sufferenda, & p sustinentiã passionum mereа-
mur uitã æternã, & aureolã, per uoluntatem cõcõ-
mitatẽ potius, q̃ præcedẽtẽ passionẽ, ut associamur
martiribus, qui pro prędicatione ueritatis, pro de-
fensione legis, pro defensione fidei, pro redemptio
ne generis humani, pro Christo, & pro iustitia passi
sunt, & iniurias nobis illatas, psequutiones hoĩm
patienter sustineamus, & nos spiritualiter occida-
mus, nec plus iusto hoĩbus irascentes adeamus ira
sci contra proximum, quem scimus filium Dei, ut
debita nostra saluamus, & quia scimus Deum nos
uelle pati, da nobis perseuerantiam, continuationẽ
bonorum operum usque in finem, uirtutem, humi
litatem conseruantem nos ad permaenendum in bo
no, uel propositum, & uoluntatem stаndi immobi-
liter in bono usque in finem, licèt mora in operibus
uirtutum non augeat meritum, quod pensatur pe-
nes radicem charitatis, cum tamen mora in pecca-
to aggraueꝛ peccatum, quod pensatur penes circũ
stantiam peccati. Assimilemur Deo pulchritudi-
ne, & bonitate per magnificentiam, strenuè aggre-
diamur magna, & ardua, & confidentiam confidẽ
ter speremus strenuè aggressa ꝓducere ad effectũ.

## ORATIO IX.

DOmine Iesu Christe, da nobis septiformem
gratiam spiritus tui, ad regendum sufficiẽter
uitam humanam, ut per donum sapiẽtię habeamus
cognitionem Dei ex pręgustatione dulcedinis, & p
intellectum cognitionem donorum spiritualium,
quæ confert Deus angelis, & sanctis animabus, in
quibus duobus perfecta consistit contemplatio, si-
cut in declinando à malo, & faciendo bonũ, & pa-
tiẽdo benignè aduersa cum debita discretione con
sistit

ſiſtit actiua,&regit p reliqua qnq; dona.Quæ ſeptẽ cum in uirtutes propriè appropriatæ,tñ dona dicũ tur pp prõgatiuam,quã habent mundandi aĩam à ſeptem capitalibus uitijs.Et quia non faciunt bene operari per ſuppoſitionẽ ſpiritualium rõnum fidei potiùs,q̃ ſuppoſitionem præceptorũ iuris natura-lis,ſicut politicę uirtutes,à quibus differunt dona cã,officio, & ſtatu,& condiuntur ſapore cæleſti tri bus theologicis uirtutibus, q̃ cões ſunt tam actiuis q̃ contemplatiuis,qa extendũtur ſe ad magna,&ad oĩa opera aliarum uirtutum, & ſuperiores ſunt ad dona, q̃ magis abundant ſpiritualibus delicijs, ſal-ua tñ excellẽtia doni,qđ eſt ſapientia.Cõcede ut re-licto timore,naturali uitioſus non ſit humano , & mũdano,q talis ẽ,quales ſunt amor oppoſit⁹ex quo gñantur , q̃uis ſæpius accipiantur in malo poſt ti-morẽ ſeruilẽ, qui eſt a ſpiritu,ſed nõ in ſpiritu: ha beamus initialẽ, q filiali rñdet amori, ut ex maiori tui dilectionem ẽm diuerſas uias magis, & minus in habitu,te timeamus:Da nobis donum pietatis , ut ſicut debemus,Deũ honoremus,eius ſcripturas, & proximũ,pp ipſum,q̃ idẽ eſt in eſſentia, quod iu ſtitia, niſi, ꝙ hæc procedit à principijs fidei, illa ue à principijs iuris naturalis per donum ſcientiæ.Da nobis ſolertiã prudẽter cõuerſandi in medio natio nis prauæ,& peruerſę , q̃ eſt regitiua pietatis iuſti-tiæ,& idẽ quod prudẽtia,licèt differant pdicto mõ. Habeamus diſcretionẽ faciendorũ non tm̃ natura lẽ,ſed ẽt gratuitã,quæ eſt uirtus habilitans nos ad operandũ ea,quæ debent fieri,ut ſciamus augmen tari,non ſolum concludendo uerũ ducere,uel fal-ſum ducendo ad impoſsibile, ſed ẽt concludendo orationem imperatiuam , quę imperat actum re-ctæ fidei,uel ratione operationis.Da nobis donum conſilij, quod eſt prudentia excellens , & regitiuũ operum fortitudinis, ut habeamus deliberationẽ de rebus,& operibus excellentibus,ad quę non te nemur, ut cuncta opera noſtra ad coformitatẽ di-uinorum operum dirigant,& de actiua ad contem plationem aſcendentes,Deo conformemur.Da no bis intellectũ redentem rationẽ de principijs fidei quæ eſt cognitio Dei collatiua,in cõparatione ſcili cet ad creaturas, & ſapientiã quæ eſt cognitio Dei abſoluta,& maxima per maximum effectum,dele ctationem ſcilicet dulcedinis ipſius,quarum uirtu tum aſſentire meritorium eſt,quia non innitur rõni bus naturalibus,ſed primę ueritati , ut per has ue-niamus de actiua in comtemplatiuam: quæ melior eſt ſecundùm operationem ſtatus,& operum,qui-bus immediatè delectamur in Deo,& charitas ma-gis augmentatur,& confirmatur.

ORATIO X.

Domine Ieſu Chriſte,doce nos ſcientiã ſancto rũ , ut per paupertatem ſpiritus,manſuetudi-nẽ,& luctum ſeparati à terrenis,eſuriamus, & ſitia mus iuſtitiam,& mercemur pro temporalibus cęle ſtia per miſericordiam,& ut per munditiã cordis, q̃ eſt ſtatus purgati animi,& pacem , quæ eſt ſtatus purgatiſsimi,quo anima maximè aſsimillatur Deo, cum ſit finis,ad quẽ tendunt omnes uirtures,& ope ra earũdem.Iubilemus,& delectemur in ſolo Deo, ſine contradictione mundi,carnis & diaboli. Pater noſter q es ĩ cælis,libera nos à malo ſuperbiæ per ti morẽ tui ſpiritus, & paupertatem , ne nos induca-mur in tentationem inuidiæ,ſed pietate,& mãſuetu dine mereamur dimitti nobis debita noſtra , ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris,cum eis nõ iraſcimur, quos ſcimus filios tuos,& potius lugea-mus peccata.Panem noſtrum quotidianum da no-bis hodie.quo contra acediã fortes eſuriamus,& ſi tiamus opera iuſtitiæ.Fiat uoluntas tua,ut auaritiã deteſtantes,de conſilio noſtra miſericorditer ero-gemus.Adueniat regum tuũ,deſtruens de tuo con ſilio guloſitatem noſtram,ut puro intellectu,& mũ do corde te uideamus.Santificetur nomen tuũ in nobis,ut bellũ carnis noſtræ(guſto ſapore ſpũs)pa cificetur,non utamur,ſed fruamus ſolo Deo mate rialiter,finaliter,ſtrictè,uel abſolutè, uirtutibus il-licituè,potentijs originaliter motib⁹ fromaliter,ho minibus largè uel reſpectiuè:Diligamus Deum pro temporalibus materialiter, non finaliter, cum tem poralia non debeant eſſe finis , in quo quieſcendũ eſt, uel quo qeſcendũ eſt Deo:ſed cauſa materialis & prouocatoria dilectionis Dei utamur creaturis id quod in uſum uenerit ad id,quo fruendũ eſt,ſ.ad Deum,qui temporaliter nos diligendo utitur no-bis,cum infundit nobis gratiã ſuã,referens illã dile ctionẽ ad id, quo fruendũ eſt,ſ.ad ſeipſum,& æter-naliter diligit nos per prædeſtinationem, ſiue frui & vti,q̃ exigunt à nobis præſentem materiã,ut poſt corporalis uitæ uiſionem,& imaginariam, amoto uelamine peccati,& lucere per intellectuallem ui-ſionẽ,amoto ẽt uelamine creaturarũ,in patria te vi deamus,cum intellectus noſter,qui ſicut uiſus no-ctuæ ad ſolẽ materialem:ita mõ ſe habet ad ſolẽ in-telligibilẽ,in ſua ultima,& optima perfectione per ficietur,ut etiam res præſentes ſine imagine rerum videamus.Da nobis fidẽ,in qua primũ conſiſtit me ritum,quæ eſt cognitio finis,ad quem mouent oẽs uirtutes,& dirigunt, & naturaliter prior eſt omni-bus uirtutibus,inquantum eſt cauſa earum,& ſimi lis cum ilis inquãtum eſt neceſſaria cauſa, qua poſi ta ponuntur & reliqua, generantes immediatè ſpẽ uel eã,à qua perficitur in ſuo poſſe uel effectu,dele ctatione & motu,quæ ẽt informat omnes uirtutes dando eis eſſentiã,&perfectionẽ.Quæ tres uirtutes primæ ſunt omnium per modum cauſæ,licèt timor qñq; prior dicatur:& ſic per modum expeditionis & habilitantis uel temperantia per modum præpa rationis da nobis,ut ex codigno mereamur uitam æternam, licèt ſine tua gratia, uel ẽt cũ gratia ſine te principaliter operante non poſſumus facere bo na opera,q̃ meritoria ſunt à bonitate ſua,quà dele ctant Deũ,& ſunt cibus eius, & pro magnificentia Dei,& honore fiunt . ſiuut mala opera meritoria ſunt mortis ęternæ propter ſua prauitatem , & pp offenſam Dei æterni iudicis omnium:Et ut ex cõdi gno mereamur p opera ſupererogationis augmẽ-tum gratiæ ſi proſit,& gloriæ,mereamur,& remiſ-ſionem pœnæ,quod meritum penes grauamen, ſi-ue penes pęnalitatem naturæ operationis potius , q̃ circa intentionem , uel magnitudinem operum attenditur , cum pluribus uirtutibus non ſit ho-mo magis bonus, quàm una,nec multa opera bo-na faciunt ad maius premium, licèt ualeant ad mẽ tis incunditatem,ad uitrutum confirmationem,au gmentum gratiæ . dimiſsionẽ peccati , debilitatem fomitis, ad remouendum tentationem diaboli, ad cauendum omiſsionem,& negligentiam,ad meren dum firmiùs, & efficaciùs per modum meriti tan-tum,uel cauſæ uel utriuſq;.Da nobis uirtutem,quæ meritoria eſt ex ſua bonitate, difficultate, & ex ſui operis libertate. Da nobis connexionem uirtutum ut habendo unam habeamus omnes , licet diuer-ſæ ſint gratiæ quantum ad peærogarionem uſuũ , nõ quantum ad eſſentiam uirtutum . Da charitatẽ , cui opponitur omne peccatum,quia ſeparat à Deo quia offendit Deum,& quia mors eſt animæ, pp̃ter





quòd charitas non poteſt eſſe informis,quæ eſt in ſi de ſicut effectus in cauſa: qm̃ ſicut peccatum origi nale trãſit reatu, ſed remanet actu,ita mortale pec catum tranſit qñq; habitu,& actu,& remanet rea-tu.Et qm̃ prærogatiua ſanctorum non intẽditur ẽm intentionem uirtutis, ſed infrequentiori expeditio ne motuum ad expediendum actus ſuos , propter maiorem diſcretionem, uel exercitationem in ope ribus unius uirtutis,q̃ alterius,& propter diuerſita tẽ ſtatus. Et licèt uirtutes ſint æquales æqualitate ſtrenuitatis,uel difficultatis intentionis proportio nalis.Et ex his duob⁹ efficacia merẽdi eſt,uel ęqua-litate generis,nõ æqualitate ſpeciei , nec æqualita-litate abſoluta,cum cauſa ſpeciem donans , & oẽs uirtutes ſint æquè bonæ ſimpliciter,quia æquè uti les,& meritoriæ uitæ æternæ , q̃ eſt ſumma utilitas omnium uirtutum.Da nobis charitatẽ,quæ ẽm qđ melior,eſt alijs,quia permanentior,& excellentior delectabilior alijs,fini propinquior,quia aliæ per eã bonę,quia intenſior,& pars beatitudinis,cum om ne,quod eſt ex parte ſicut eſt ex parte,euacuabitur ut quod ẽm eſſentiam eſt ex parte,ẽm eſſentiã eua-cuabitur:& quod ẽm accidens eſt ex parte, ẽm ac-cidens euacuabitur.Et cum oĩs uirtus aſsimilãs nos manſerit in patria,& omnis uirtus ordinans uos ad Deum ex plenitudine bonitatis cognitionis proce dens. manebit in patria Sed omnis uirtus ex penu-ria ſiue imperfectione, vel indigentia procedens , deſtruetur Et licèt omnis uirtus magis ſit bona quàm aliquod malum ſit malum: quia tamen mali tia maiorem, & feruentiorem habet affectũ,quàm uirtus,propter corruptionem humanæ naturæ,ſi-ue fomitem propter facilitatem peccandi. Et quia peccatum,quod ſummè diligit,videt, Et licèt ma-ior ſit labor in male agendo propter pœnam anne xam peccato quia tamen maior eſt facilitas pp̃ter infirmitamem peccati,quòd in infinitis conſiſtit,& uirtus ſolummodo in medio , & cum beatitudini Dei uel dilectioni,quæ eſt in Deo,nec ſit contrariũ eo ꝙ nihil ſit ſummè malum . Et licèt uirtus quan-tum in ſe eſt, de facili poſsit reſiſtere uitio : tamen quia habens uirtutem non de facili poteſt propter corruptionem:quoniam habemus theſaurum iſtũ in uaſis fictilibus.Cuſtodi nos, ne uirtus dormitet in nobis, & dormiendo expellatur .

ORATIO XI.

Domine Ieſu Chriſte.per impletionem decem præceptorum ſiue effectum uirtutis , ordina nos ſufficienter ad Deum,ad noſipſos,& ad proxi mos,ut poſt caſſationem ceremonialium legis,per moralia,quæ immobilia ſunt, Deo aſsimilemur, & per iudiciaria in exterioribus,& p inuſum tempora lium ordinemur uulnerati p decẽ plagas Aegypti. Sana per decem præcepta decalogi , q̃ reducibilia ſunt ad quatuor cardinales uirtutes,& ſeptẽ dona ſpirituſſancti,ut uitemus mendacium peruicioſum locoſum,& officioſum:& fraude deceptionis. non eruditionis,& inſpirationis.Et ſimulationem hypo criſis,non ſignationis cautelę,uel doctrinæ,& inter bonum,& malũ ẽm ſe diſcernamus triplex indiffe-rens mediũ.Iuremus ẽm ueritatem iudiciũ, & iuſti tiam,ne incidamus in periurium falſę iurationis uel trãſgreſsionis, quæ aliqñ,aut illiciti ſiue reatus quę ſemper ſunt peccata:Non aſſumamus nomen Dei innuanum inuocando ipſum teſtem in ſe , uel ex collatione ſiue execrationis . Sanctifica in nobis diem, per mentis requiem , ut appetentes beatitu-dinẽ,non ſolum uelimus, quo ſolo bene uiuit, ut de beatitudine imperfecta perueniamus ad perfe-ctam, qua habeamus actu quicquid uolumus,& re ſpectu pręſentis,& reſpectu futuri.Et uoluutati ſim plici ſiue conditionali,ne per uoluntatẽ erroneam ſiue per errorem opinionis uel praue uitæ, & auer tamur à naturali, & primaria uoluntate Fugiamus uſuram,quæ pct̃m in ſe eſt,& ẽm ſe,& oppoſita pie tati,q̃ ualet ad omnia,& maximè aſsimilat nos Deo licèt acipere ad uſuram qñq; non ſit pct̃m.Nõ ema mus,aut uendamus ſpirituale,quo habetur ſcilicet uel quo datur,uel quo haberi ſignatur,uel ĩprecia-bile de iure , uel de facto , uel ſpirituale, & anne-xum ſpirituali.Sed acccipiamus cum eccleſia pecu niam propter deuotionẽ,ſuſtentationem,& corre-ctionem,cũ illicitum ſit uti temporalibus tanquam materia neceſſaria, & conſolatoria,negociatoria , & prouocatiua non ſine fruitionis .

ORATIO XII.

Domine Ieſu Chriſte,da nobis uirtutem omni arte certiorẽ,& meliorẽ,& conſiderantẽ oẽs circunſtantias,quę nunquam fallit,licèt impertuo ſitas uitii non permmittat,qñq;conſiderare oẽs cir cunſtantias , unde ea cũ errore bene põt eſſe cauſa uenialis peccati,ſed nõ mortalis.Cuſtodi nos à ſcã dalo actiuo. ne dicto uel facto minus recto pręſte-mus occaſionem ruinæ. Et paſsiuo, ne exemplo al-terius ruamus in peccato.Et cũ uolũtariarũ actio num triplex cauſa,natura ſcilicet, uirtus, & libido cuſtodi ne ex libidine mortaliter,aut uenialiter ſcã dalizemur,uitemus etiam licita in ſe caſu cum nõ expediunt,ſalua tñ ueritate uitæ iuſtitiæ, & doctri-nę. Repetamus nr̃a, licèt,cũ ſcãdalo paſsiuo pp re frenationem malorũ,ueritatem,& pacem eccleſiæ, conſolationem infirmorũ,& quia neſcimus an al-ter ſcandalicetur,ſed cum ſcandalo actiuo nunq̃ .

ORATIO XIII.

Domine Ieſu Chriſte,cũ quilibet teneat corri-pere peccãtem pro loco,& pro tpe, ſ. qñ cre dit,ꝙ ſua correptio proſit ei q corripitur:doce nos corriperre fratrẽ diſcretè,benignè,& leniter,nõ in-diſcretè,malioſè uel deriſoriè,ne ſcãdalizemus pu ſillos, quos tu uenisti ſaluare,& quorum angeli ſp vident faciem patris tui, inferendo eis iniuriã , uel comtumeliã. uel corã ipſis peccando,non remitten do pœnitentibus.Non prodamus ocultũ pct̃m,qđ ſolus Deus ſcit,uel nos ſoli pauci indiſcretè , mali-tioſè,uel inordinatè. Salua nos à perplexitate intel ligentię ſacræ ſcripturæ, per diſtinctionem multi-plicitatis intelligentię faciendorum per ſpiritum-ſanctũ,ab ineuitabilitate peccandi. Per diſpoſitio-nẽ erroneæ conſcientiæ,q̃ inquantũ conſcientia nõ obligat,nec inquantũ erronea, ſed ꝯiunctim inquã tũ conſcientia erronea. Fugimus iudiciũ ſanguinis cum non ſumus miniſtri ueteris legis.i. iuſtitiæ , & timoris,ſed nouæ, ſcilicet grã, & miſericordiæ , & amoris.ubi per maſuetudinem ſimus attractiui ad amorem.& ne ſit defectus ſacramẽti unionis. Et qa ſolus Deus nouit menſuram pœnæ ad culpã , qui nouit uoluntatis intentionem, & alias circunſtan-tias. Caueamus ex communicationem feſtinatã,ſu-ſpitioſam,damnoſam,& legitimam,imittemur Deũ in purè moralibus, non in omnipotentia nec om-nes in iudicijs , & uirtutes noſtræ per debitas cir-cunſtantias in perſonali ponantur medietate. Ad laudem ipſius, qui eſt ſuper omnia benedictus in ſecula.Amen.

# DIVI DIONYSII CARTHVSIANI

## PROPOSITIONES ALIQVOT DE INCARNATIONE VERBI, EX IPSIUS DIONYSIJ ELEMENTATIONE THEOLOGICA, QUĘ TOMI PRIMI OPERUM MINORUM EIUSDEM, PARS EST NON POSTREMA.

PROP. 110. AD redimendum genus humanū incarnatum est uerbū Dei æternū. Quia ut tactū est, p primam & originalē primi parentis trāsgressionē, in ipso hoīe primo perijt eius posteritas, ita q oririnali iustitia iusto Dei iudicio ē priuata, dānationi obnoxia facta, non solū terrestris paradisi habitatione indigna effecta, sed celestis quoq; paradisi salute, & gloria destituta, ut supra ē per exemplū est declaratū. Porrò primus humanæ propaginis parens originali peccato, quod in ipso etiam actuale extitit, ac mortale, infectus, uitiatus, corruptus, hoc est, in naturalibus læsus, atq; gratuitis destitutus, ac spoliatus non sic potuit sua penitentiali contritione, satisfactione, ac meritis originalis iustitiæ cōformitatē, innocentiæ donū, gratiam gratū facientē, charitatē, ac cæteros habitus uirtutum, ac donorum charitati annexos & necessarios, ad salutē sibi ipsi, ac suę posteritati recuperare promereri, sicut hæc ipsa spiritualia pclara charismata potuit ante suā læsionem, corruptionē, & lapsum sibi, ac suis posteris tollere, demereri ac perdere. Nempè ante suam ruinam natura tota humana fuit in ipso pulchra, & integra, tanquam in principio, ac radice. Hinc illa persona ut talis, & tanta, taliterq; à suo creatore honorificata, & instituta. potuit habere, & habuit actionem in seipsum & in suā posteritatem redundantem, ac transeūtē, imò sicut per actionem preuaricatoriam, & iniquā redundauit in grauissimum nocumentum: sic per actionem triumphalem, & obedientialem redundaset in potissimū, ac saluberrimū bonū, ita quòd nullus posterorum ipsius perisset. Præterea genere humano sic perdito, & damnato, supersancta, & irreprehēsibilis Dei iustitia dictauit, imò ab ęterno instituit, ac decreuit, non redimere, nec iustificare, ac saluare genus humanū, neq; originali illi peccato ignoscere, ac eius auferre reatū, nisi per satisfactorē reconciliatorē, & redemptorem tam dignum, efficacem, & innocentē, q meritum eius, charitas, & iustitia redundarent, & pertransire possent in uniuersum hnmanū genus ita, q tā accepta, uel potius acceptiora, magisque grata, & placita essent Deo creatori, q̄ hoīs primi demeritū, inobedientia, trāsgressio, displicuerunt eidem, Porrò talis satisfactor in genere, humano, imò toto mundo inueniri nequiuit, sic quòd pura consisteret creaturua, ut mox ostēdet. Propterea Deus pietatis, & misericordiæ penitus infinitæ, nolēs corporales, ac frugales permittens omni auxilio atq; remedio destitutos: excogitauit, & statuit in infinita sapientiæ suæ profunditate congruentissimum, superationabilissimum, ac supersubtilissimum modum succurrendi medendi, ac saluberrimè prouidendi humano miserabili generi, puta per incarnationem uerbi æterni, quod in unitate personæ esset Deus, & homo: sicq; ex assumpta humanitate haberet promereri, satisfacere, pati, condolere, ac mori. Ex hypostatica uerò coniunctione, cum increata diuina persona, uerbo æterno: præsertim ex ipsa uerbi deitate, habe & oēm superbundantissimā, inexhaustibilē & quasi immēsam idoneitatē, efficatiā, dignitatē, promerēdi, satisfaciēdi subueniēdi, de pdito gñi, corruptæ quoq; & destitutę naturæ. Hac rōne sancta ecclesia & sacratissima fides Chřiana fatetur, & euāgelizat Dei pr̄is unigenitū, incarnatū, & uerū hoīem factū absq; oī derogatione suæ maiestatis, prsus immēsæ.

Prop. 111. ¶ Multiplici rōne sapientissimè declaratur, nullā purā creaturam fuisse idoneā, & condignā ad redimendū totū genus humanum: qm̄ sicut Deus essentialiter sanctus, est dignitatis, & honorabilitatis omniformiter infinitæ: ita transgressio præceptorū ipsius infinitā quodammodo enormitatē sortitur: si quidē quo maior, ac dignior est præceptor, & legislator, eo grauioris iniquitatis est eius puaricari præceptu, contemnere sanctitatem, inhonorare bonitatē, dignationem, clementiā eius. Rursus, quo plures, ac fortiores sunt rōnes obediendi, & humiliandi se Deo, eo iniquius nem obtemperare eidem. Obediēdi rationes Deo consistunt. Omnes aūt pcipue rationes obediendi alicui, quantum est ex parte eius, cui obediendū est, consistunt in omnipotente, videlicet summa auctoritas, maiestas altissima, paternitas uera, munificētia maxima & quoniā ipse nos fecit, & quicquid habemus boni largitus est. Eius. quoq; benificia naturalibus, & gratuitis, & promissa ipsius in glorię donis innumerabilia, & ineffabilia sunt oīno. Quām inęstimabilis ergo uitiositatis est talem, ac tantum dominum non curare, & transgredi eius iussa? Rursus cum natura communis sit ex se communicabilis illimitatè in infinitum, putet quòd illimitatè pro uniuersis eius indiuiduis satisfacere sit satisfactionis, dignitatis, & efficaciæ infinitæ. Gratiæ gratum facientis dignitas. Tāta quoq; est dignitas gratiæ gratūfacientis, & gloriæ electorū, in patria, q nullo queūt merito creaturæ puræ pcurari pro spē tota aptissimū agit fuit gñi humano desup prouideri ac dari saluatorē virtutis, ac gratię copiosissimæ, & immēsæ, cuius uirtus, & meritū, bonitas, gr̄a, valor, acceptabilitas tā incōparaliter transcenderent omne demeritum, & offensam primi parentis, quatenus omni ex parte abundantissimè succurrat fragilitati, indigentiæ, indignitati, & insufficientiæ naturæ humanæ. Talē ergo, & tantum mediatorē, saluatorem, & auxiliatorē dignatus est pr̄ ęternus prouidere ac dare hoībus, ut per unionem, & cōnexionem ad ipsum, p fidē, uirtutes, meritumq; illius gr̄am, & gloriam consequantur, mediantibus sacramentis ipsius, si assit facultas ea recipiendi.

Prop. ¶ Saluatorē gñis humani decentissimū fuit esse hoīem uerū, sanctū, & innocentē, totius pcti expertē: qm̄ mediatorē, & recōciliatorē congruit cōicare, & conuenire cū parte utraq;, ut manū suā posit ponere in ambobus. Cum ergo satisfactor, & saluator iste sit reconciliator gñis humani cū Deo, & inter Deū offensum, offensoresq; hoīes mediator, cōgruentissimū fuit, ut hō essent prorsus innoxius p oīa placens: non angelus & Deus, sed Deus, & hō: cum patre æterno uera communicans deitate: cum hoībus quoq; in uera, & santificatissima humanitate. Pręterea eū q offendit, satisfacere congruebat hō aūt offendit, & perdidit, ergo satis factorē, & expiatorem,

Deus cur hō factus.



piatorem tanti piaculi esse hoīem conuenientissimum fuit, qui omnibus summè esset acceptus, & placens, debuit omni culpa carerere omni uirtutū perfectione fulgere.

Prop.113. ¶ Incarnatio verbi æterni, maiestati, & puritati, in cōmutabilitati, & excellentiæ suæ deitatis in nullo est derogās, sed charitati eius, bonitati, ac pietati summè, & ineffabiliter decens, & cōgruens: qm̄ incarnatio.i. humanatio vnigeniti verbi, ac filij Dei facta ē, & cōpleta in instanti totius superbeatissimæ trinitatis, oīpotente virtute, & supernaturalissima opatione, absq; oī cōmixtione, & fœdatione, & sine oī mutatione, minoratione, ac coartatione naturæ diuinæ, & increatæ personæ, per eleuationem, & assumptionem naturæ humanæ naturæ in Deū, hoc est, ad æterni verbi personam, & per suppositationē naturę assumptæ in esse personali, & hypostatico verbi æterni sic, q in eodē esse hypostatico, increato, superplenissimo, & immenso, in quo persona filij Dei æternaliter est subsistens natura humana ab illo assumpta, à primo incarnationis instanti actualiter est consistens, verè suppositata, sustentata, & cōstabilita in illo: non vt ipsa natura assumpta existat suppositum, sed cū natura diuina, & assumente eā persona suppositum vnum constituens: non quòd natura assumpta personalitati verbi quicquam perfectionis adiecerit, sed quia persona illa increata, ac adoranda, quæ ęternaliter subsistebat in sola natura diuina, ab incarnationis primordio fuit subsistēs ēt in assumpta natura humana, nihil noui ab illa recipiens, sed suam personalitatem, subsistentiāq; illi cōmunicās tunc, & taliter, qñ, & qualiter ab æterno facere id inuariabiliter disposuit, ac decreuit. Præterea cum charitas sit vis vnitiua, transformatiua, imò, & idētificatiua diligentis cū dilecto: bonitatis quoq; proprietas sit se diffundere, communicare, largiri: pietatis item proprietas sit compati, misereri, succurrere: constat, q vnigenito Dei, qui essentialiter charitas est, & charitas vtique infinita, ac bonitas pura, pietasque immensa, excellentissimè congruebat se suæ rationali creaturæ tam intimè, ac pximè, inseparabiliterq; vnire, & se ei tam exuberantissimè cōicare, atq; tā benignissimè, ac, munificētissimè eidē auxiliari, parcere, mederi, ac d' uera puidere salute: & hæc fuit diuinę maiestatis dignatio summa, miseratio plena, communicatio liberalissima: cuius maiestatis, quò maior est eminentia, eo, & maior est dignatio, benignitasq; ipsius.

Vnigenit' Dei essentialiter est charitas, bonitas & pietas.

Prop.114. ¶ Sapientia, oīpotentia, bonitas, charitas, misericordia, iustitia, liberalitas Dei, in sua incarnatione, ac cæteris suæ humanitatis mysterijs eminentius, magnificentiusq; resplendent, q̄ in creatione, & gubernatione totius mundi: qm̄ maius fuit diuinæ incircunscriptibilis maiestatis naturā, atq; humanæ fragilitatis essentiam in vnam counire personam, q̄ res ex nihilo pcreare. Nā q̄uis non esse, & esse, seu nihil, & aliquid dicanť infinitè distare abinuicem, tñ cū nil, & nō esse sint aliquid positiuū, non habent realem distantiā ab esse, & ente seu aliquo, sed imaginariā tm̄: incomparabiliter quoq; pleniùs, mirabiliùs, & indicibiliùs cōicauit, ostendit, & declarauit Deus Dei filius suā bonitatem, charitatem, munificentiam, dignationem, misericordiā, humanitati assumptæ, vniendo eam suæ deitati immediata, proxima, & hypostatica vnione, cōicandoq; ei suā personalē subsistentiā eandē numero, suppositando illam in suo esse personali increato, in quo ipse s̄m deitatem æternaliter est subsistens, q̄ cōiando rebus creatis dona, & beneficia sua creata, ac seipsum solummodo obiectiuè ad intuēdū, possidēdū, fruendū. Insuper charismata gratię, donaq; gloriæ à primo incarnationis instanti inæstimabiliter pręclariora contulit assumptæ humanitati, q̄ alicui alteri creaturæ. Rursus incompræhensibilis altitudo sapientiæ creatoris, imperscrutabilisq; profunditas cōsilij supergloriosissimæ trinitatis, super mō redēptionis gñis humani, ī incarnatione verbi æterni, ac cæteris eius mysterijs, incomparabiliter est refulgens: in quibus, & iustitia Dei patris monstratur qui maluit vnigenitum suum sic pati, crucifigi, ac mori, q̄ peccata inulta relinquere. Quòd uerò sine meritis nostris, imò, & non obstantibus infinitis, demeritis nostris, tā copiosissimè, & supermisericordissimè nobis subuenit, immensitatem pietatis suę commendat. Conformiter spīa Dei interminata declaratur in hoc, q non solum per uiā potentiæ, sed potius per contemperationē misericordiæ, atq; iustitiæ suæ redemit nos: per Christi quoq; humilitatem, patientiam, paupertatem charitatem expugnauit, & uicit dæmonum, ac seculi huius superbiam, odium, opulentiam, & rancorem.

Prop. 115. ¶ Nō nisi venustissimam pulcherrimam, & decoratissimam humanitatem decuit à verbo æterno assumi: qm̄ inter vniendos decet esse proportionē: Vnde, nec anima infunditur corpori nisi organizato, & conuenienter disposito, nec aīa à corpore separata perducitur ad beatificam visionem, nisi perfectè ab omni macula culpæ, ac reatu purgata, & libera. Cumq; vniri increatæ personæ, non solum ad intuendum, ac perfruendum, imò etiam ad subsistendum simul cum ea in eodem esse personali, sit prorsus incomparabilis, præclarissima, ac uicinissima vnio creaturæ cū creatore, euidens est, q ad eā exigatur incomparabiliter excellēs puritas, decor, sanctitas, perfectio creaturæ taliter assumendæ, nūcque assumptæ à Deo: non, q vnio verbi æterni cum humanitate ab ipso assumpta, non sit immediatè facta in ipsa natura, & inter personam assumentem, & naturam assumptam: sed q in præconceptione mentis diuinæ decretum sit, & decentissimum iudicatum, ut non assumeretur natura nuda, & indecorata, sed cunctis charismatibus gratiæ donisque gloriæ præexcellentissimè, ac incomparabiliter perornata, pulchrior, & radiantissima facta, vsque ad omnem suæ capacitatis repletionem (saluo statu viationis in carne mortali, puta quantum ad ad superiores animæ uires per respectum ad increatum obiectum), & ita Christi humanitas (quantum ad animam sic ornatam) ineffabiliter fuit splendidior, sanctior, nobilior omni mente angelica, imò seraphica, & suprema, sic, q nullatenus indecens extitit naturam hanc tā supernaturalissimè uenustatam, & nobilitatem hypostaticè vnire verbo æterno.

Prop:119. ¶ Eodem instanti, quo desuper creata est aīa saluatoris, exhuberantissimè est repleta cūcti excellētissimis supernaturalibus donis, eius statum, dignitatem, & pefectionem decentibus, quia in primo suæ creationis instanti vnita est uerbo æterno, non solū ad clarissimè iutuendū, ac deliciosissimè pfruēdū, sed item ad subsistendum increato hypostatico esse verbi, imò ordine dignitatis primo ad taliter subsistendū, deinde ad beatificè contemplandū: sicque eodem instanti exhuberantissimè est lumine gloriæ perimpleta lympidissima totius superbeatissimè trinitatis beatifica contemplatione, cum incomperabili excellentia superimpleta: proportionata quoque fruitione increatæ dulcedinis inebriata.

inebritata. Tunc demum adimpletus, & decoratus
est intellectus animę Christi multiplici sapientia, pu
ta sapientia beatorũ, qua oĩa uidit in verbo æterno,
ĩ quo à suo exordio uidit, & nouit uniuersa, q̃ ipsum
met verbũ in creatum seu Deus scit sciẽtia visionis,
videlicet vniuersa p̃terita, præsentia, & futura, non
autem scit simpliciter infinita: non em̃ scit oĩa, quæ
Deus cognoscit scientia simplicis intelligentiæ, &
quæ oĩpotens virtus ipsius facere põt. Tunc demũ
impletus est eminentissimè intellectus aĩæ Christi,
scientia indita, seu infusa, qua oĩa intra se nosc it per
species sibi concreatas, cuncta s. mysteria gratiæ, ac
salutis humanæ, opa item naturæ, & totũ ordinem
rerum, sed & naturalis scĩa, & experimentalis assĉri
bitur ei. Ampliùs dona spiritussancti ad intellectiuã
uim pertinentia, & eam perficientia, vt sunt sapien
tia, scientia, intellectus, consilium: hęc sumendo se-
cundum quod inter septem dona computantur, p̃
fectissimè sunt in Christi intellectus à sui principio
gratia quoq; prophetalis notitiæ, ac summa prudẽ
tia. Præterea volũtas aĩæ Chri iugiter fuit in oĩ cha
ritate, & dilectione Dei, & proximi p̃ omnibus san-
ctis inæstimabiliter prosus perfecta, donis quoq;
pietatis, fortitudinis, & timoris præclarissimè deco
rata, sed, & omni vera iustitia, nec in memoriã aĩæ
Christi vlla cadebat obliuio: profecisse tamen asseri
tur Christus, quantum ad manifestationẽ, & vsum,
ac fructificationẽ suæ interioris perfectionis. Insu
per essentia animæ saluatoris extitit plenissimè de-
corata gratia gratum faciente, quæ fuit in ipso gra
tia capitis, inquantum ex gratiæ illius plenitudine
membris suis influxit, & ẽt gratia personalis, inquã
tum personam eius, quo ad naturam assumptam
perfecit, quæ gratia quamuis non fuit simpliciter
infinita, puta creata essentia: perhibetur tamen quo
dammodo infinita, quoniam totam capacitatem
animæ Christi omnino impleuit, & totam gratiæ
eminentiam comprehendit. Interdum uerò dici-
tur humanitas Christi sola gra à verbo assumpta,
in quibus verbis gratia p̃ increata gr̃a hoc est, p̃ di
uina pietate, & dignitate accipitur, ex qua principa
liter factum est, q̃ verbum æternum humanitatem
assumpsit, quæ etiam gratia vnionis interdum voca
tur, & antecedenter se habet ad incarnationem.
Quandoque verò præfata gratia capitis, gratia di-
citur vnionis. Ex introductis innotescit, quòd fi-
des, & spes fuerunt in Christo, cum fides obscurã,
& ænigmaticam dicat notitiam, spes autem absẽ-
tiam, carentiamq; beatitudinis. Postremò virtutes
morales, & cardinales, & cæterę, quæ nullam in sua
rationem imperfectionem includunt, fuerunt, &
sunt in anima Christi excellentissimè secundum
statum perfectum, quo in uiris heroicis esse cen
sentur, imò ineffabiliter eminentius, q̃ in illis: si qui
dem omnis virtus, & habitus, omne donum charis
ma, atq; perfectio, quæ Christo attribuuntur, conue
niunt ei in plenitudine, & excellentia tanta, q̃ crea
tura illorum capax non est in eminentia ampliori,
quemadmodum etiã quicquid conuenit Deo se-
cundum deitatis naturam, conuenit ei cum perfe-
ctione simpliciter infinita. Interim aduertendum,
quòd gratię gratis datæ appellantur, quæ ad com-
munem aliorum vtilitatem, profectum, conuersio-
nem, & salutem ordinantur, ac dantur, ex quibus,
& per quæ, ea, quę fidei sunt, & supernaturalis do-
ctrina persuadentur, confirmantur, atque à Deo
esse monstrantur. Cumque saluator fuerit euange-
licæ legis institutor, catholicæ quoque fidei euan-
gelizator, & supernaturalium, ac incomprehen-
sibilium documentorum' asserto, præcipuè de-
cuit eum dona gratię gratis datæ in excellentia
summa habere, imò, & talia suis cõferre discipulis. Matth.10
Vnde loquutus est eis: Infirmos curate, mortuos
suscitare, dæmones ejicite. Itemque, eos, qui cre-
diderint hæc signa sequentur: In nomine meo dę
mones ejicient linguis loquentur, nouis serpentes Matth.16.
tollent, etsi mortiferum quid biberint, non eis no-
cebit.

¶ In Christo vtraque natura mansit integra, & Prop.119.
perfecta, idcirco communicatio idiomatum habet
in ipso locum, in qua, quid p̃p quid dicatur sapien
taliter est pensandum: quoniam Christus in unitate
personæ est verus Deus, ideo ueram, ætenam, & in
commutabilem habet in se deitatem, vt sui essentiã,
ac naturam, & uerus homo, propter quod veram Athanas.
habet humanitatem ex anima rationali, & humana
carne constantem, nec aliquid verbi in carnem mu
tatũ est, ut dixit rudis, & impius Apollinaris, nec ex
utraq; natura constituta est tertia, ut Eutyches fin
xit, nec per solã, & excellentem gratię inhabitatio-
nem facta est vnio ambarum naturarũ in Christo,
ut inimici Dei Nestorius patriarcha Constantino-
politanus, Dioscorus quoq; patriarcha Alexandri-
nus, & ante eos Photinus Mesopotamię episcopus,
sunt mentiti: quorum perfidiam vsque in p̃sens
Saraceni sequuntur, dicentes, q̃ Christus sit purus
homo, non verus Deus. Hinc fatemur, q̃ in Christo
fuerunt, & sunt duæ operationes, loquendo in ge-
nerali, diuina videlicet, & humana. Quod item in
ipso sunt duo intellectus, & duæ voluntates, dueq;
sapientiæ, duæ scientiæ, duæ dilectiones, duæ itidẽ
potestates, puta diuina increata immensa æterna, &
humana creata finita. Hinc sanctus Dionysius ope.
rationem Christi vocat θεανδρικὴν, id est, Dei uirilẽ.
Vnde in Christo humana attribuuntur Deo, vt es-
se conceptum, & natum ex incomparabili, & felici
sima virgine, esse passum, crucifixum, sepultum, esu
risse, timuisse, &c. Diuina quoque homini assĉribũ
tur, vt, q̃ Iesus eduxit populum de Aegypto, mun-
dum saluauit, creator est suæ matris, totiusque or-
bis, & ab ipso spiritussanctus procedit: q̃m Iesus seu
Christus in his, & consimilibus verbis increatam
supponit personam: & hoc communicatio idioma
tum nuncupatur, q̃ sermones, quæ diuina sunt ex-
primentes, homini competunt, & diuina de homi-
ne prædicantur: sermones quoque, quæ humana
sunt designantes. conueniunt Deo, & enunciantur
de eo. In quibus sapienter oportet perpendere,
quid propter quid dicatur, id est, ratione cuius na
turæ horum quodlibet affirmetur de Christo, vide
licet propter, vnitatem personæ, & formaliter ra- Ephes.5.
tione alicuius specialis naturæ. Etenim quamuis
humuna Deo sic assĉribantur hoc tamen originali
ter, ac formaliter est ex parte humanitatis assum-
ptæ, vt esse passum: eum deitas æternaliter impas-
bilis perseueret: sic, & dinina dicuntur de hoie il-
lo, cuncta creasse, propriè ratione diuinæ naturæ.
Idcirco secundum Hieronymum utraque natura in
Christo operata est cum communione alterius,
quemadmodum, & cum alterius communione fuit
consistens: non tamen diuina in subsistendo, &
operando dependebat à natura humana, imo
econtrario.

¶ Humanitas Christi se habet ad personam uerbi Prop.18
assumentis vt instrum animatum, proprium, con-
iunctum, & immediatum: quemadmodũ corpus or
ganicum se habet ad animam rationalẽ, ipsum in
formantem, viuificãtem, mouentem, & gubernãtẽ,
quoniam



q̃m vnigenitus Dei patris factus est homo, quate-
nus per assumptam à se humanitatem operaretur no
strum salutem in medio terræ, satisfaciendo, & mo
riendo pro nobis, exemplis ẽt, & doctrinis nos in-
formando, & inter nos cõuersando: certumq; est,
q̃ huiuscemodi actiones, & passiones diuinæ ne-
queant inesse, aut conuenire naturæ, nec diuinæ p̃
sonæ ex parte naturæ diuinæ. Idcirco verbum æter
num assumpsit naturam humanam in vnitatem
personæ, & societatem quandam, atq; cõionẽ per-
sonalitatis propriæ, ut in ea, & per eam tanq̃ per
instrum sibi immediatè coniunctum suppositali-
terq; vnitũ exerceret nostrę redemptionis my-
sterium, quemadmodũ aĩa nr̃a p̃ corpus suum exequi
tur suos actus. Insuper sicut anima nostra efficit
multa per diuersa instrumenta, separata, commu-
nia, ut per securim, terebellum, pugionem, ita, &
verbum æternum per diuersas creaturas tam visi-
biles, q̃ inuisibiles multa operatur, tanquàm per
Prop.119. separata, & communia instrumenta.

¶ Multa conueniunt Christo rõne naturæ assum
ptæ, ut esse prædestinatum, esse sacerdotẽ, & sacrifi
ciũ, esse aduocatum, intercessorem, & mediatorẽ:
q̃m p̃destinari, & p̃ordinari ad uitam beatam, hæc
Prædesti- est p̃destinatio passiua. Actiua uerò p̃destinatio est
natio du- præordinatio mentis diuinæ eorum, quæ per gra-
plex. tiam cõsummatam sunt gerenda in tpe. Cumq; per
diuinam pietatẽ, & misericordiã, quæ interdũ no
minatur gratia increata, atq; per gram vnionis, &
hypostaticam coniunctionem in tpe factum sit
gratiosè, q̃ homo est Deus, & summè beatus, De-
quoque sit homo: constet, q̃ Christus rectè præde
stinatus vocetur, non, quo ad diuinam naturam
sed quantum ad humanitatem assumptam: non
quòd illa propriè loquendo sit prædestinata, vel
dici possit filius Dei: nam prædestinari com-
petit magis supposito. Vñ & Chro cõpetit rõne na
turæ assumptæ, nec solum hoc conuenit ei, sed etiã
q̃ cæteri electi, & prædestinati dicuntur electi, &
prædestinati in ipso, quia diuinitus est decretum,
vt effectum prædestinationis consequantur per ip
sum: Propter quod prædestinatio Christi dicitur
exemplar, & causa nostræ prædestinationis, & hoc
Rom.1. quantum ad effectum, terminum prędestinationis,
non quo ad prædestinationis actum, qui est ipse
Deus æternus prædestinans. Hinc ad Romanos di.
cit Apostolus, qui prædestinatus est filius Dei in vir
tute, quod quidam sic exposuerunt, qui videlicet
Christus, existens filius Dei in virtute, id est, filius
Dei naturalis omnipotens, prædestinatus est secun
dum naturam assumptam, sicut, & passus, & mor-
tuus fertur secundum eandem. Alij dicunt per gra
tiam vnionis peractum, ut filius virginis sit Dei fi-
lius naturalis. De hoc super tertium Sententiarum,
& super Epistolam ad Hebræos dictũ est pleniùs.
Ampliùs dominus, & saluator ratione assumptæ
naturæ, appellatur sacerdos, & hostia: quoniam (te
ste Apostolo) semetipsum obtulit Deo patri obla-
tionem, & hostiam in odorem suauitatis: Iugiter
quoque intercesit pro nobis, estque aduocatus
noster apud patrem, cui ostendit latus, & uulnera,
imò totius conuersationis, ac passionis suę in se-
culo isto meritum, gratiam, ac virtutem, & ita est
1 Ioh.2. propiciator, & propiciatio pro nostris peccatis, ut
in prima sua Canonica sanctus ait Iohannes. De
sacerdocio autem, & pontificio Christi spirituali,
atque perpetuo, non legali, diffusè tractat Aposto
lus in Epistola ad Hebræos. Denique tota vita, &
conuersatio Christi in carne mortali à primò in-
carnationis instanti vsque ad instans suæ expiratio
nis in cruce, fuit quasi vna continua missa, ac cele
bratio, qua se indesinenter obtulit patri pro nobis,
voluntate promptissima, & effectuosissimè orauit
pro nobis: & quicquid deliberata uoluntate preca
tus est, impetrauit Vnde apud Iohannem protesta Iohan.11.
tur ad patrem: Quoniam semper me audis. Prop.120.

¶ Christus à primò suæ incarnationis momen-
to promeruit excellentissimè, quia à primo illo in-
stanti anima eius fuit in sapientia, atq; scientia, vt
est ostensum, perfecta, & nouit se esse creatam, ac
verbo æterno vnitam, vt per eam, & corpus eius
redimeretur genus humanum, & omnia clarè vi-
dit in diuina æssentia. Protinus ergo exequi cœpit,
& agere id, ad quod se vidit conditam, taliterque
assumptam, hoc est, superbeatissimam trinitatem
clarè per speciem contemplari, eius beneficijs in-
comparabilibus regratiari, & specialiter verbo
æterno, à quo vidit hypostaticè se assumptam. Ora
re quoque pro genere humano, & condolore ho
minibus, seq; paratissimam exibere ad agendum,
& patiendum vniuersa, & singula, quæ trinitas sum
ma disposuit, & præuidit eam facturam, & passu-
ram pro hominum redemptione, gratia, & salute.
Denique Christus comprehensor extitit, & viator,
nec ut comprehensori competebat mereri, sed ut
uiatori, inquantum passibilis erat, in carne degens
mortali. sic demum efficacissimus fuit ad prome-
rendum, tum: quoniam amantissimus, & acceptis
simus fuerat Deo patri, & in omni virtute tam sum
mè perfectus, ut capax erat natura creata; tum, quia
in charitate Dei, & proximorum singularissimè
feruentissimus fuit, & consummatus: tum, quia in-
desinenter promeruit actu, eo, q̃ nulla occupatio
alia impedire potuerit mentem eius ab actuali con
sideratione, & appetitione nostræ salutis, ideo nec
ab oratione internatiõ, quia in ipso fuit gratia ca-
pitis, atq; perfectio generalis, per quas summè fuit
idoneus omnibus promereri. Præterea vniuersa,
quæ egit, & pertulit, ad nostram ordinauit subuen
tionem, ac Dei honorem, ad patris gloriam, & no
stram salutem. idcirco per omnia illa nobis prome
ruit, multa, & innumerabilia. ac maxima bona, gra
tiæ, salutis beneficia, auxilia, ac varia prorsus cha ri
smata: & sicut præhabitũ est, in omnibus his Chri-
sto homini seu eius humanitati inerat inestimabi-
lis idoneitas promerendi ex deitatis natura, ac di-
gnitate immensa. Insuper ut homo viator meruit
Christus sibijpsi præmia quædam accidentalia, sui
corporis glorificationem, sui nominis dilationem,
& iudiciariam potestatem, quę nihilominus sibi
competebant ex hypostatica vnione cum verbo.
Postremò merita Christi oportet hominibus ali-
quo modo per fidem, & sacramenta seu aliter, ut
infra dicetur.

¶ Christus caput est omnium electorum, ac to- Prop.121.
tius militantis, ac triumphantis ecclesiæ, quia quẽ
admodum caput corporale eminet cæteris mem-
bris, & oẽs sensus in eo plùs vigent, aliorum quo-
que membrorũ sensatio, ac motio, uita, & guberna
tio à capite dependent: sic Christus eminet cunctis
hominibus, atq; ex plenitudine gratię suæ influit
alijs, quorum spiritalis sensatio, uita, motio, & gu-
bernatio dependent à Christo, qui dixit: Sine me Johan.15.
nihil potestis facere. Nempe ab ipso est uita gratiæ,
ac motus, operatioque virtutum, sensus spirita-
lis, & gubernatio salutaris: præcipuè verò est ca-
put habentium charitatem: Est item caput angelo-
rum, quibus etiã secundum assumptam humanita-

tē ꝑlatus est,& influit,imò,& de multis eos illumi
nat Porrò cum caput corporale,ac naturale eiusdem naturæ sit cum membris suis, Christus, quo ad hoc magis propriè caput hoīem,præsertim fideliū,appellat.Itaq; sicut multa membra corporalia per neruos,& alia inuicem copulata,& uiuificata, sunt vnum corpus naturale organicum,cuius caput est pars eminens,& suprema:sic vniuersi fideles fide,spe,charitate connexi,sunt vnum mysticū corpus, cuius spiritale caput est Chrs,cui fm animam suam conuenit esse caput angelorum,non ꝓpriè quantum ad corpus.Postremò,Christus secundum naturam diuinam caput est principale omnium electorum,sicut,& trinitas summa,quæ vnus est Deus,principaliter influens omnem gratiæ,ac gloriæ vitam,& omnem actum virtutum,cum, &
1.Cor.11. Apostolus fateatur caput Christi Deus,Christi inquam vt hominis:secundum assumptam verò naturam causa est gratiæ,ac virtutum meritoria, secundaria,instrumentalis.

Prop.122. ¶Passio Christi ex parte passi, summè meritoria,& fructuosissima fuit:quoniam passionem, & mortem ex perfectissima,& seruentissima dilectione Dei,& hominum acceptauit,& pertulit, eamque ad patris honorem,& hominum ordinauit salutem,æstuantissimè cupiens per eam recuperari honorificentiam altissimi creatoris,per conuersionem,& vnionem hominum cunctorum ad ipsum, generisq; humani ruinam per fidem, pœnitentiam,& gratiam consummatam: præterea ex prōptissima,atq; humillima obedientia oīa tolerauit, inquantum supergloriosissima & supersapientissima trinitas præordinauit,& decreuit omnia instaurare in Christo,& per eius passionem cōplere humanæ redemptionis mysteriū,& effectū,beneficiū, ac medelā ,antidotū, & emplastrū, ꝙ totū in Chri incarnatione extitit inchoatum.In tota quoq; conuersatione,tribulatione,ac patientia eius in seculo hoc prosequutum,& in passione ipsius complet
um.Vnde in crucè pendens, & expirationi iam proximus, dixit: Consummatum est. inclinatoq; capite,cum dixisset:Pater,in manus tuas commen
Iohan. 19. Luc.23. Philip.2. do spiritum meū,tradidit spiritum,factus obediēs vsq; ad mortem.Insuper ex incomparabili misericordia,pietate,compassione,liberalitate,constantia,sustinuit cuncta ineffabiliter,malens illa omnia pati, q̄ genus perire humaum:ideo liberalissimè se totum pro illius saluatione exposuit.Nec solum dignatus est mori pro causa tam salubri,& pia,imò etiam ignominiosissimum,valdeq; diuturnum ,& acerbissimum genus mortis pati elegit, quatenus copiosiùs subueniret hominibus,& abundantiorē eis gratiam mereretur, perfectiora quoq; virtutū exempla ipsis prēberet , & suam ad eos dilectionem plenissimam exhuberantius declararet.Præterea ex hoc passio sua incomprænsibiliter fuit meritoria,fructuosa,saluifica,ꝙ corpus suum, & animam,vitam,& sanguinem tam inæstimabilis dignitatis,& acceptabilitatis,ex vnione hypostatica cum verbo æterno dedit in precium nostræ redemptionis.Hinc passio Christi inquantum ex tanta charitate,pietate,obedientia , liberalitate, aliarumque virtutum perfectione acceptata,tolerata, & ad nostram salutem relata,atq; à saluatore tam præstantissimo,& preciosissimo,ac Deo patri summè dilecto assumpta fuit, totius supersanctissimæ trinitatis copiosissimè placatiua , & pro originali peccato, cęterisque excessibus generis humani superabundanter satisfactiua,& redemptiua,puta Deo multo plùs placita , grata, & honoratiua ipsius,q̄ primorum parentū,ac posteritatis ipsorum offensa,iniuria,ingratitudo, impietas fuerat displicens,detestabilis,& iniuriosa. Interim dolor interior cōpassionis Chri dolorē suæ corporalis passionis excessit:vehementissimè quippè condoluit ingratis,& perituris , suis quoq; discipulis spiritaliter lapsis,ac suæ dignissimæ,& amantissimæ genitrici,in qua tunc dolor parentū extitit duplicat⁹. Prop.123.

¶Anima Christi tempore passionis fuit in maximo gaudio beatificæ fruitionis , in vehementissimo itē dolore passionis,& cōpassionis: qm̄ Chrs (ut patuit)fuit viator,& cōprænsor:Viator quā tū ad carnem suā mortalem,sensitiuasq. vires interiores,& exteriores,in quibus omnibus intensissimè proprijs,& distinctis patiebatur doloribus. Fuit ēt comprænsor quantum ad superiores animæ suæ potentias,per cōparationē,& respectu earum ad increatum obiectum:sicq; in maximo fuerat gaudio fruitiuę beatificæ visionis.Nihilominus inquantum uires illæ fundatæ fuerant , subiectatæ & radicatæ in essentia animæ,quæ tunc tota extitit in dolore,etiam in eas ut sic redundauit passio, atq; compassio saluatoris,nec tam contraria simul fuerant in eodem secundum idem,& repectu eiusdem.Nempe potentia animæ pati potest dupliciter,puta propriè,& à suo obiecto læsiuo, vt dū tactus affligitur frigore,aut calore,& sic superiores uires animæ Christi non patiebantur per respectū earum ad increatum obiectum .Secundò patitur uis animæ quasi per accidens,ratione sui subiecti, quēadmodum lęsio organo auditus uis affligit auditiua,uis item uisiua,si vulneretur pupilla:sicq; potentiæ illę superiores tunc patiebantur,imò,& gaudebant de passione , inquantum tam saluberrima fuit,& fructuosissima. Animæpotentia dupliciterpotest pat. Prop.124.

¶Effectus dominicæ passionis multi,ac maximi sunt,quia per passionem filij Dei cōpletū est totius nostræ saluationis remedium:ideo passionis illius effectus sunt deletio originalis peccati , ob cuius reatū sancti detinebantur in limbo patrū,ita,ꝙ originale illud peccatum non imputatur his,quibus applicatur,& communicat uirtus,meritū,seu gratia dominicæ passionis. Cumq; ꝓp illius peccati demeritum,& reatū genus humanum impediebatur à cęlestis regni ingressu:idcirco apertio ianuæ regni,& paradisi superni uocatur dominicæ passionis effectus.Similiter cæterorum deletio vitiorum, & quia per culpam rntionalis creatura creatori ē displicens,debitrixq; suplicij: hinc reconciliatio, satisfactio,redemetio hominum , opus est passionis domini saluatoris.Rursus,quia,qui peccat seruus est peccati,& sub iugo diaboli:ob hoc liberatio à seruitute uilissima culpæ,atq; à iugo , & potestate diboli,effectus sunt passionis præfatæ. Similiter collatio gratiæ in pręsenti,& glorię in futuro: immò,& liberatio ab omni miseria,defectuositate & passibilitate,quas per originale peccatum , & aliàs culpas incidimus,huius passionis saluberrimæ sunt effectus. Dominicæ passionis effectus. Prop.

¶In saluatore tempore pasionis nulla fuit redundantia consolationis à superiori animæ suæ parte in partem eius inferiorem,sensitiuam,& corporalem,quia ut passio sua esset accerbior,& magis meritoria , ac subuentoria nobis , redundantiam talem voluntariè suæ inferiori patri subtraxit,per quod suis fidelibus copiosam ,& piam meruit; consolationem in persequutionibus , ac tribulationibus suis.Doctrinam quoque exibuit salutarem



lutarē ne diffidentia, aut pusillanimitate franganī, dū in tētationibus,afflictionibus, & exercitijs suis
Matth.27 consolatione,dulcore,alacritate priuātur. Hinc pē dens in cruce,dixit:Deus meus Deus meus, ut quid dereliquisti me?

Prop.126. ¶Tempore passionis separata est anima Christi à corpore suo,& econuerso:ideo uerè mortuus est. Vtrumq; tm̄ manſit verbo æterno,ac diuinæ naturæ vnitum , quia in puncto mortis anima Chri desijt informare,& uiuificare corpus ipsius,& recesit ab eo realiter,atq; localiter descendendo in limbum patrum sanctorum,quos protinus visitans illustrauit sua præsentia,qui eodem momento à superbatissima trinitate repleti sunt lumine gloriæ, & Deū videre cœperunt facie ad faciem,quia iam satisfactum fuit per Christum pro originali peccato , pro cuius reatu detinebantur ibidem:idcirco obstaculo illo deleto,mox in spirituali paradiso sunt constituti,hoc est, in diuinæ essentiæ saluberrima visione.Vnde in cruce Christus dixit latroni:Hodie me
Lucæ.23. cum eris in paradiso.Porrò quod verbum ęternum semel assumpsit,puta animam rationalem , & corpus,nunq̄ deposuit,quamuis illa duo in triduo mortis abinuicem fuerint separata,atque in resurrectionis momento denuo sibijcem counita.Hinc in triduo illo corpus Christi uirtute verbi æterni mansit consistens sine alia forma substantiali informāte, vt veriùs creditur.

Prop.127. ¶Saluator sua humiliatione,crucifixione,& contumeliosissima deiectione meruit glorificari, exaltari,& viuorum,ac mortuorum iudex cōstitui: qm̄ ꝑmiū correspondet merito quadam lance iustitię, & ei proportionat æquitatis tenore.Hinc filius Dei factus homo,sein hoc mundo tam profundissimè humiliando,meruit maximè exaltari:tamq; acerbissimam,atque turpissimam mortem patientissimè tolerando,pro meruit in corpore celeriter præ cæteris glorificari,resurgendo,& ascendēdo : confusibilissimam quoq; diiudicationem,& condemnationem ad crucis patibulum,mitissimę innocentissimè sustinendo,meruit omnium hominum iudex constitui. Veruntamen omnia accidentalia ista præmia, etiam Christo homini competebant ex vnione suæ humanitatis cum increata uerbi persona:tamen meruit ea sibi,ita,ꝙ pluribus modis, ac rationibus sibi debebantur.Insuper tanta fuit beatitudo, & glorificatio animę Christi in superioribus viribus suis, ꝙ & ipsa ab exordio redūdasset in corpus sensitiuā que partem ipsius,sicut post resurrectionem communem fœlicitas animarum sanctarum in earum corpore redundabit,nisi Deo sic ordinante,ac dispensante,dilata,& suspensa fuisset redundantia illa vsque ad resurrectionem.

